F — III. — 14.

Shelf 1.
1

Shelf 1

E. 21

F — III. — 4.

M. III. 14

RESOLVTIONES IN PRIMVM LIBRVM SENTENTIARVM,

FR. IOAN. DVNS SCOTI,

Doct. Subtilis, Ordinis minorum,

In quibus, ea quæ prolixius, & obſcurius, à Doctore pertractantur, breuius & clarius diſſeruntur, a R. P. Melchiore Flauio eiuſdem inſtituti, varijs luminibus illuſtratę,

Necnon a patre Saluatore Bartolucio Aſſiſienſi, Scoticarum ſpeculationum dilucidatore, accuratiſſime recognitæ & caſtigatæ.

Cum Indice Alphabetico eorum, quæ in reſolutionibus continentur.



VENETIIS,

Apud Hæredes Melchioris Seſſæ.

M D L X X X.

F. SALVATOR BART.
ASSISIAS CONVENTVALIS
Franciſcanus ad doctrinæ Scoticæ amatores & ſtudioſos.

CVM Ioannes Baptiſta Seſſa, bipliopola Venetus, Opera Ioannis Duns Scoti, Academiæ ſubtilium ſigniferi, ac principis, cuius Doctrinam iam multos annos, & Patauij, & Venetijs profeſſus ſum, in gratiam, & vtilitatem veſtram, Alexandro Gryphio Typographo diligentiſſimo excudenda tradere decreuiſſet, obnixe à me contendit, vt ea corrigerem, & à mendis quibus vndique ſcatebant, expurgarem. Animo libentiſſimo id oneris ſuſcepi: cum vt amico ſatisfacerem, cuius cauſa plurimum cupio, tum vt vobis, quacunque liceret ratione, aliquod emolumentum afferrem; cum autem eſſent ſub prælo peruenit ad manus meas libellus reſolutionũ huius Doctoris à Reuerendo Patre Melchiore Flauio varijs luminibus illuſtratus: is mihi dignus viſus eſt, vt cum operibus eius imprimeretur, eisque annecteretur, vt faciliorem, expeditioremque aditum ad huius ſubtiliſsimi viri doctrinam capeſſendam haberetis. Inſuper in veſtrum commodum præfixi numerum paginularum, qui vobis diſtinctionem, & quæſtionem quæſitam, tanquàm digito, demonſtrat: Id placuit dixiſſe, vt vos non lateat, me veſtri cauſa hæc ſtudioſiſſime, diligentiſſimeque curaſſe. Valete, & laborem Bartolucij veſtri, qualisqualis ſit, (Rogo) ne paruipendatis. Venetijs Kalend. Auguſt. M D LXXX. à die Natali Chriſti.

RESOLVTIONES PRIMI LIBRI SENTENTIARVM.

F. IOAN. DVNS SCOTI Doctoris Subtilis, Ordinis Minorum.

QVAESTIO PRIMA Prologi. Pag. 1.

Vtrum ſit neceſſarium ſpecialem quandam doctrinam ſupernaturaliter viatori reuelari, quam naturali intellectus lumine aſſequi nequeat?

RESOLVTIO.

VAria profectò hac in re eſt theologorum, & philoſophorũ (Ariſtotelis potiſſimum & ſequacium) opinio. Hi enim naturæ perfectionem pluſquam oporteat extollentes, ſupernaturalem negant perfectionem. Aſſerunt itaque nullam ſupernaturalẽ cognitionem homini pro hoc ſtatu eſſe neceſſariam, ſed ꝙ per cauſas naturales (quę ſunt intellectus, & obiectum) omnẽ ſibi neceſſariã cognitionem conquirere poſſit. Quibus refragantur theologi, authoritatibus primũ ſacræ ſcripturæ, & ſanctorum patrum, deinde rationibus. Ait enim Barruch, Nõ eſt qui poſſit ſcire vias eius, (naturaliter videlicet) ſed q̃ ſcit vniuerſa, nouit eã &c. *Barruch. 3. cap.* Vnde cõſequẽs eſt, vt nullus ſapiẽtiam hanc habere poſſit, niſi à ſciente vniuerſa (Deo videlicet:) proinde adnectit, tradidit eam Iacob puero ſuo & Iſrael dilecto ſuo. Et hoc quantum ad vetus teſtamentum. Poſt hoc in terris viſus eſt *Matt. 11.* & cum hominibus cõuerſatus eſt, ſcilicet quando tradidit eam, & in propria perſona docuit nouum teſta-

mentũ Apoſtolos, & cæteros fideles. Cõfiteor tibi pater &c. Aperuit illis ſenſũ &c Mea doctrina &c. Q. D. Doctrina, quã doceo non eſt humanitus adinuẽta, ſed diuinitus inſpirata. Prædicatio mea, nõ in perſuaſibilibus &c. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata &c. Non. n. voluntate humana &c. Ratione verò ſic oſtendunt. Omni agenti per cognitionem neceſſaria eſt diſtincta cognitio ſui finis. Atqui homo ex naturalibus nequit diſtinctè ſuum cognoſcere finem, neceſſarium proinde eſt, vt ſupernaturaliter illi reueletur. Cõfirmatur ex Auguſtino, philoſophi, (inquit) neſcientes ad quem finẽ referenda iſta eſſent, inter falſa, quæ locuti ſunt, verum videre potuerunt. Præterea idẽ Auguſt. ait. Quid prodeſt noſſe quo eũdum ſit, ignoretur vero via qua eundum ſit? In hoc enim errabant Philoſophi, quia, & ſi aliqua de virtutibus vera tradiderunt, tñ falſa miſcuerunt, ſecundum authoritatem præcedentẽ Auguſtini. Et patet ex eorũ libris. Improbat enim Ariſtoteles politias diſpoſitas à multis aliis. Sed nec illa Ariſtotelis eſt irreprehenſibilis, vbi docet Deos eſſe honorãdos. Decet (inqt) cultũ exhibere Diis & ibidem Lex nullum orbatũ uadit nutriri, & in eodem lib. cap. 15. dicit quòd oportet fieri aborſum in caſu. Ad hæc dicit idem Auguſtinus, Quæ remota ſunt à ſenſibus noſtris, quoniã teſtimonio noſtro ſcire nõ poſſumus, de his alios teſtes requirimus. Veruntamẽ, vt hæc latius pateãt, obſerua potẽtiã receptiuã alicuius act⁹, ſeu formę poſſe ad duo cõparari, ad actũ ipſum videlicet (& ſic dr̃ huiuſmodi receptio naturalis ſi naturaliter inclinet̃, violenta ſi ſit contra inclinationẽ naturalẽ, vel neutra ſi neq; ĩclinat̃ ad iſtã formã neq; ad oppoſitã) aut ad cauſã efficientẽ illius actus. Proinde ſi intellectus poſſibilis cõparetur ad notitiã ipſam ſimpliciter, nõ eſt tũc ſupernaturalis talis cognitio, ob id ꝙ intellectus ad quãcũq; notitiã naturaliter inclinetur, & eadẽ etiã naturaliter perficiatur (accidentaliter tñ.) Sin ad agens ipſũ cõferatur cognitio erit ſupernaturalis, ſi ab agente producatur, quod nõ eſt natũ naturaliter talẽ cognitionẽ ꝓducere. Pro iſto aũt ſtatu ſcd̃m philoſophũ intellectus poſſibilis nat⁹ eſt moueri ad cognitionẽ aliquã naturaliter tm̃ ab intellectu agente, & phantaſmate. Quo circa ſola illa cognitio naturalis dicetur, quę ex his duobus proficiſcetur. Quamobrem ſi notitia quædã, aut doctrina, ſeu ſpecies intelligibilis menti alicuius à diuina infundatur voluntate (vt prophetis, Apoſtolis & aliis ſanctis contigit) ſupernaturalis dicetur huiuſmodi cognitio, quę producit̃ ab agente (Deo videlicet) ꝙ pro hoc ſtatu noſtræ infirmitatis, & corruptionis nõ eſt naturaliter noſtri intellectus motiuũ, ipſo dicente Moſi. Nõ potes videre faciẽ meã, quia nõ videbit me homo &c Vnde & Sanſonis pater, facta illi angelica apparitione, ait ad vxorẽ ſuã, Moriemur qa vidimus *Dominum. Huc accedit Ioannes dicens. Nemo Deum vidit vnquam. Inſuper, Regi ſeculorũ ĩmortali, & ĩuiſibili &c. Et lucẽ habitat inacceſſibilem, quã nullus &c. Dicitur præte-

Lucæ vltimo. *Ioan. 7.* *1. Cor. 2* *2. Timot. 3* *2. Petr. 1.* *Lib. 18. de ciuitate. c. 41.* *Lib. de ciuitate c. 2.* *2. Politi-* *7. lib. Polit.* *Lib. 7. Pol. c. 15.* *Lib. 11. de ciui. c. 73.* *Potentia receptiua alicuius actus ad duo comparatur.*

3. de natura. *Supernaturalis cognitio aut doctrina vnde dicatur.* *Exo. 33. e.* *Iudic. 13.* *a. l. Deũ.* *Io. c. 1. & Ioan. 4.* *1. ad Timo. 1.* *1. Tim. 6.*

præterea ſupernaturalis, quia fit ab agente, ſupplente vicem obiecti ſupernaturalis, vt puta ipſius eſſentiæ diuinæ, quæ eſt obiectum in quo relucent articuli fidei, & omnia diuina myſteria. Sed pro hoc ſtatu nequit à nobis apprehendi. Idcirco quodcunque horum myſteriorum nos certos reddit, ſupplet hac in re eius vires, ſed imperfecte nunc, cum videamus nũc per ſpeculum, & in ænigmate.
1.Cor.13 tunc autem (cum obiectũ erit præſens) facie ad faciem videbimus, habentes horum claram, *Ioann. 3.* & perfectam notitiam. Scimus quoniam cum apparuerit &c. *Supernaturalis doctrinæ reuelata poteſt quis ſubĩde naturaliter aſſentiri.* Tradita tamen primo hac doctrina patribus, Prophetis, & Apoſtolis, poteſt ſubinde quis eidem ſibi manifeſtatæ (concurrente diuino auxilio, ac pia ſua affectione) aſſentiri, vt patet. lib. 3. reſolut. 23. Secus non
Prouer. 1. reprehenderentur nolentes credere. Vocaui, & renuiſtis, &cæ.
Matt. 23. Quoties volui congregare, &c.
Ioan. 10. Si mihi non vultis credere, &c.
Ioan. 10. Cũ aũt tanta ſigna feciſſet, &c.
Ioan. 12. Corde credite ad iuſtitiam, &c.
Rom. 10. Captiuantes intellectum. Sed
2.Cor. 10. quemadmodum primum fuerit
Doctrina diuina quomodo primũ tradita. hæc doctrina tradita, aut reuelata, locutione interiore, an exteriore dubium eſt. Sane vtroque modo potuit ſup naturaliter reuelari: probabile eſt tamẽ quod fuerit tradita locutione exteriori, & forte cum aliquibus ſignis, & poſt primam traditionem de talibus concederem, quod poteſt aliquis naturaliter aſſentire doctrinæ traditæ, in qua nullus poteſt eſſe perplexus, niſi ex propria culpa, & in ſacra ſcriptura eſt ſufficienter tradita.

QVAESTIO SECVNDA Prologi, Pag. 22.

Vtrum ſupernaturalis cognitio viatori neceſſaria, ſufficienter ſit in ſacra ſcriptura tradita?

RESOLVTIO.

INnumeræ reperiũtur hæreſes ſacrã ſcripturã vel eius partem reprobantes, vt patet ex Damaſceno & Auguſtino de hæreſibus. Pagani enim & Atheiſtæ in vniuerſum ſcripturam reijciunt. Manichæi vetus teſtamẽtum eſſe autumant à malo principio, Iudæi nouum teſtamentum prorſus contemnunt, & tantum vetus teſtamẽtum accipiunt. Sectatores Machometi nonnulla ex vtroque recipientes, reliqua negligunt. Libertini ea quæ fauent inordinatis eorum affectib. ex ſcripturis ſacris ſeligunt, reliqua vero irrident, & ipſos Apoſtolos floccifaciũt, ſcõmatib. eos proſequẽtes. Cerdon hæreticus ſolũ Lucæ euangeliũ recipiebat aſſertore Tertulliano. Ebion, vt ait Hireneus, ſolũ Matthæi euãgeliũ. Euſebius Cæſarienſis refert, Seuerũ reieciſſe oẽs Pauli epiſtolas, & Apoſtolorũ actus. Quidã vero hęretici (& maxime noſtræ tempeſtatis) ex aliquibus ſcripturæ ſacræ ſententij perperam ab eis interpretatis, varios colligunt errores, vt ex illo Pauli. Qui non põt cõtinere, nubat in Dño &c. colligũt omnes indifferẽter debere vxorem ducere. Et ex illo, Qui infirmus eſt olus mãducet &c. ci- *1. ad Cor. 7.* *Rom. 14.*

Hæreſes aduerſus ſcripturã ſacram.

Iacob. 5. borum delectũ damnant, perinde ac ex illo loco Iacobi, Cõfitemini alterutrum peccata veſtra, authoritatem adminiſtrandi ſacramentum pęnitentiæ indiſcriminatim omnibus laicis concedunt: Quibus in cõi (quia ſeorſum & in particulari quælibet hæreſis habet media, & rationes, quibus refelli poſſit) pluribus vijs, & medijs obſiſtere licet, videlicet, prænuntiatione prophetica, ſcripturarum cõcordia, authoritate ſcribentium, diligentia recipientium, rõnabilitate contentorum, irrationabilitate ſingulorũ errorum, ſtabilitate Eccleſiæ, miraculorum authoritate.

Scriptura ſacræ veritas.

Errorũ cõfutatio.

Prænunciatio prophetica.

Primum inquam prænuntiatione prophetica: Si quidẽ ſolus Deus poteſt & ſeipſo naturaliter futura contingentia certo præuidere, & eadem prædicere, & nullus alius niſi ab illo inſtructus (vt prophetæ & Apoſtoli) quemadmodũ patet ex Iſaia, Annunciate quæ ventura ſunt in futurũ, & ſciemus quia Dij eſtis vos: Atqui multa hmõi in ſcriptura prænunciata impleta ſunt, vt videre eſt in libris Prophetarum. Quare non eſt dubiũ, quin cætera quoque, quæ reſtant, impleantur, ſecundum Gregoriũ, & Auguſtinũ dicentem, vera ſe narraſſe præterita ex his quæ futura p̃nunciauit, cum tota veritate implentur.

Cap. 41.

Homilia, 1. dominica aduentus. 12. de ciui. cap. 10.

Scripturarum concordia.

Oſtendit ſecundo ſcripturarum concordia, q̃nquidem in non euidentibus ex terminis, nec ex principij s euidentiã hñtibus, vt ſunt propoſitiones cõtingentes, nõ concordant oĩno, & firmiter, multi diuerſimodè diſpoſiti, niſi à cauſa ſuperiori (Deo videlicet) ipſorũ intellectus & illuminent, & ad aſſentiendum inclinent. Scriptores aũt ſacri canonis variè diſpoſiti, varijs locis, & tpibus exiſtentes in talibus non euidentibus, oĩno conſonabant, vt patet de Ezechiele in Babylone prophetante, eo tpe quo Heremias in Iudæa. Idẽ ẽt conſtat de Euangeliſtis, ex quo colligit̃ ſacrorũ ſcriptorum veritas. Et hanc viã pertractat Auguſtinus. Non ſic aũt concordabant philoſophi adinuicẽ, quemadmodũ oñdit Auguſtinus ibidem dicens. Philoſophi monumenta ſuorũ dogmatũ reliquerunt, q̃ diſcipuli legentes, licet in aliquib. eſſent aſſentientes prioribus, vt diſcipuli, tñ in quibuſdam contradixerunt, vt Ariſtoteles Platoni, Ariſtippus, & Antiſthenes Socrati, & inter ſeſe. Qñquidẽ Ariſtippus in voluptate corporis ſummum bonum ponebat. Antiſthenes verò virtute animi potius hominem fieri beatũ aſſerebat. Ad hæc Epicurei res humanas ad deorum curã non pertinere putabant. Stoici contraria ſentientes eas regi, atque muniri Dijs adiutorib. atque tutoribus diſputabant. Alij aſſerebant vnũ, alij innumerabiles mundos: ipſum aũt vnũ alij ortũ, alij verò initium non hr̃e, alij interiturum, alij ſemper futurũ, alij mente diuina, alij fortuitu, & caſibus agi, alij immortales eſſe animas, alij mortales.

Lib. 18. de ciui. Dei. cap. 41.

Tertiò ſcribentiũ authoritate. Cũ.n. ſcriptores ſacrorũ codicũ mendaciũ damnent, in fide, & moribus p̃cipuè, qũo eſt veriſimile eos fuiſſe mentitos dicentes, hæc dicit Dñs, ſi dñs non

Scribentium ſcripturas ſacras authoritas.

non fuiſſet locutus, aut ꝑ lucrum mentiri voluiſſent, cum tãtas tribulationes & mortem ipſam, vt hæc mortalibus perſuaderent, ſuſtinuerint, nec poterit dicere infidelis, ꝙ fuerint decepti. Nã Apoſtolus nõ aſſeueraſſet, ſe audiſſe verba arcana in raptu illo, niſi huius rei fuiſſet certus. Similiter nec Prophetę, aut cęteri ſancti: ſiquidẽ aſſerere dubiũ, tanquã verum, vel eſt mendaciũ, vel non longè à mendacio. His ſubſcribit Richardus. Certè à ſummæ ſanctitatis viris ſunt nobis tradita &c. Auguſtinus loquẽs de Chriſto: Hic inquit, prius per Prophetas, deinde ꝑ ſeipſum, poſtea ꝑ Apoſtolos, quantũ ſatis eſſe iudicauit locutus, ſcripturam condidit q̃ canonica nominaẽ, eminentiſſimæ authoritatis.

2 Cor. 12.

Lib. 1. de trini. 2.

11. de ciuit. Dei. cap. 3.

Scriptura ſacra re cipientiũ diligentia.

Quartò recipientiũ diligentia. Aut. n. nulli credis de contingenti, qđ non vidiſti, ita nõ credes mũdũ fuiſſe ante te, nec iſtum eſſe patrem tuũ, & illam eſſe matrem tuã, & talis incredulitas oẽm vitã politicam deſtrueret. Si igitur vis alicui de hoc credere, qđ tibi nõ eſt, nec fuerit euidens, maximè credendũ eſt illis q̃ tota cõitas aliqua famoſa & honeſta, cum maxima diligentia approbata recepit, cuiuſmodi eſt canon diuinæ ſcripturæ. Tanta eñ apud Iudęos ſollicitudo fuit, & apud Chriſtianos de libris recipiendis, tanquã authenticis, & canonicis, ꝙ de nulla alia ſcriptura hñda pro authentica tanta ſollicitudo fuerit inuenta. Vñ Auguſtinus ait: Quomodo ſcriptura Enoch, de qua Iudas in epiſtola ſua meminit nõ recipitur in canone, & multę alię, de quibus fit mentio in libris regum, vbi innuit, ꝙ ſola illa recepta ſunt in canone, q̃ authores, nõ ſicut homines, ſed diuina inſpiratione ſcripſerunt. Et ibidẽ, illi Iſraelitæ, quibus tradita ſunt eloquia Dei, nullo mõ pſeudoprophetas cũ veris prophetis* paritate licentiæ confuderunt, ſed concordes inter ſe, atque in nullo diſſentientes, ſacrarũ literarũ veraces ab eis agnoſceban tur, & tenebantur authores.

18. de ciui. cap. 38

cap. 41. de ciui. Dei.

a.l. paritate.

Scriptura ſacra rationabilitas.

Quintò rõnabilitate contentorum Quid. n. rõnabilius, quã Deũ, tanquã finẽ vltimum ſuꝑ oĩa diligi, & proximũ ſicut ſeipſum? id eſt ad idem ad qđ ſe, ſecundũ Gregorium: In quibus duobus p̃ceptis tota lex pẽdet, & prophetę. In p̃ceptis namq;, conſilijs, & ſacramentis nõ cõtinetur aliud, q̃ illorũ explicatio, & legis naturæ ſcriptæ in cordibus noſtris. Cũ. n. gentes, &c. Oĩa quæcunq; vultis vt faciant vobis homines (ſecundũ rectã rõnem) & vos facite illis. Qđ oderis tibi fieri &c. De hoc & Auguſtinus. Nihil turpe, ac flagitioſum ſpectãdũ imitandumq; proponiẽ, vbi verbi Dei aut p̃cepta inſinuanẽ, aut miracula narranẽ, aut dona laudanẽ, aut bñficia poſtulanẽ. De credibilibus quoq; patet, quia nihil credimus de Deo, qđ aliquã importet ĩperfectionẽ, ſed potius perfectionẽ, & magis rõni conſonũ, q̃ eius oppoſitũ. Quocirca ſi quis de aliquo hæſitet credibili, accipiat eius contradictoriũ, & videat q̃ pars eſt in ſe melior, & deſiderabilior ſecundũ dictamẽ rectæ rõnis, & adhæreat, vt melius eſt bonum infinitũ eſſe in entibus, q̃ carentia tanti boni. Ad hæc melius eſt

Homi. 22. Matt. 22.

Rom. 2. Matth. 7. Tob. 2.

De ciuit. Dei. lib. 2 cap. 28.

habere Deum omnipotentem, ſumme bonũ, ſapientẽ, & oĩa de nihilo creare valentẽ, &c. ꝙ oppoſitũ, de qua re & Auguſtinus, Imperitum ẽt vulgus (ait) marium, fœminarumq́; , in tã multis, diuerſiſq́; gentibus & credit, & prædicat, ꝙ continentia vſq; ad tenuiſſimum victũ panis & aquæ, & non quotidiana ſolum, ſed ẽt per contextos plures dies perpetrata ieiunia, ꝙ caſtitas vſque ad coniugij proliſque contemptum, ꝙ patientia vſque ad cruces flammaſque neglectas, ꝙ liberalitas vſque ad patrimonia diſtributa pauperibus, ꝙ denique totius huius mundi aſpernatio, vſq; ad deſideriũ mortis incendit. Pauci hoc faciunt, pauciores bene prudenterque faciũt, ſed populi probant, populi audiunt, populi fauent.

Tom. 6. lib. 1. de vtilitate credendi, cap. 17.

Hæreſum irrationabilitas.

Sexto irrationabilitate ſingulorum errorum. Quid. n. Pagani pro idololatria ſua adducẽt, manuum ſuarum opera colentes, in quibus nihil eſt numinis, ſicut ſatis oſtendunt philoſophi? Quid Saraceni viliſſimi porci, Machometi diſcipuli pro ſuis ſcripturis adferent, expectantes pro beatitudine, quod porcis conuenit. ſ. gulã & coitum? Quam promiſſionem deſpiciens Auicenna, licet fere fuerit illius ſectæ, alium finem quaſi perfectiorem, & homini magis congruentem aſſerit dicens. Lex noſtra, quã dedit Machomet oſtendit diſpoſitionẽ felicitatis, & miſeriæ quæ ſunt ſecundũ corpus, & eſt alia promiſſio, quæ apprehendĩt intellectu, quam magis concupierunt ſapientes, ꝙ illam ꝗ eſt corporum, quæ quamuis daret eis, non tñ attenderunt eã, nec appretiati ſunt eã, in comparatione felicitatis, ꝗ eſt coniuncta primæ veritati. Quid Iudæi nouum damnantes teſtm̃? quod in veteri promittĩ, vt oſtendit Apoſtolus, vituperans enim eos dicit. Ecce dies venient &c. Vide quam inſipidæ ſine Chriſto ſint eorum cęremoniæ, quare cæci ipſi nõ aduertunt Prophetarũ complementũ, potiſſimũ Patriarchę Iacob ꝑdicentis. Nõ auferet ſceptrũ de Iuda: Et Danielis, Cũ venerit ſanctus ſanctorum &c. Quid aſini Manichæi fabulantur primum malum? Cum oẽ ens in quantum ens ſit bonũ, cur non vident in nouo teſtõ, vetus eſſe authenticum, & approbatum? Quid ſinguli alij hæretici, qui aliqua loca ſacræ ſcripturæ male intellexerunt, nec ẽt alia loca ſcripturarum contulerunt, vñ hæreſes ortæ ſunt ſecundum Auguſtinum. Non poteſt (inquit) error oriri palliatus nomine Chriſtiano, niſi de ſcripturis non intellectis, & hoc iõ, quia præcedentia, & ſequentia non contulerunt. Solent. n. (vt ſubiungit) circunſtãtiæ ſcripturarũ illuminare ſnĩam. His ẽt aduerſaĩ Illud Auguſtini. Non crederem Euãgelio, niſi quia Eccleſię Catholicæ credo, vñ irrationabile eſt aliquid canonis recipere, & aliquid negligere, cum eccleſia totum ex æquo recipiat.

ex 9. met. cap. 7.

Heb. 8. & Hiere. 31

Geneſi. 49 Daniel. 9.

in lib. 83. q. 69. q.

Tomo. 6. cont. epiſtolã fundamenti ipſius Manichæi.

Septimò Eccleſiæ ſtabilitate, de qua Auguſtinus. Cum igitur tantum auxilium Dei, tantum profectum fructumque videamus, dubitabimus nos eius Eccleſiæ credere gremio, quæ vſq; ad conſumationem generis humani ab Apoſtolica ſede ꝑ ſucceſſiones

Eccleſiæ ſtabilitas.

Tomo. 6. lib. vni. de vtil. credend. c. 17.

ceſſiones epiſcoporum, fruſtra hæreticis circumlatrantibus, & partim plebis iudicio, partim conſiliorum grauitate, partim & miraculorum maieſtate dominatorum culmen authoritatis obtinuit? Si enim ex hominibus eſſet conſilium hoc, aut opus (vt ait Gamaliel) diſſolueretur. *Act. 5. c.* Et apud Lucam dicit Dñs *Lucæ c. 22* Petro. Ego rogaui pro te &c. Et *Mat. vlt.* apud Matthæũ idem Dñs ait. *1. Tim. 3.* Ego vobiſcum vſque ad &c. Et Apoſtolus vocat Eccleſiam columnam, & firmamentum veritatis. Et Auguſtinus cõtra epiſtolam fundamenti ait. Quis. n. tantam multitudinem ad peccata pronam, ad legem contrariam carni, & ſanguini ſeruandam induceret, niſi Deus? Obiicies fortaſſe permanentiam legis Machomæti. *Machometi lex, & eius permanentia* Rñdeo illã incepiſſe pluſquã ſexcentis annis poſt legẽ Chriſti, in breui Deo cooperante finieẽ, q̃ multũ debilitata eſt anno Chriſti 1300. & eius cultores multi mortui, & plurimi ſunt fugati, & profetia dr̃ eſſe apud eos quod cito finienda eſt ſecta illa.

Miraculorum claritas. Octauò Miraculorũ claritas, nequit eñ Deus teſtis eſſe falſus, eſt aũt Deus verax &c. *Rom. 3. c.* Ille fidelis ꝑmanet &c. *2. Tim. 2.* A Ieſu Chriſtó, qui eſt teſtis fidelis, &c. *Apoc. 1.* Atqui Deus inuocatus à p̃dicante ſcripturã, vt oñderet doctrinam ſuam eſſe veram, fecit aliquod opus ſibi propriũ, vt pote miracula, quib. teſtatus eſt hanc doſtrinã eſſe verã. Huc accedit Richardus dicens. *1. de trini. cap. 2.* Dñe ſi eſt error, à te decepti ſumus, nã tantis ſignis confirmata ſunt, q̃ non niſi ꝑ te fieri poſſent. Quod ſi dixeris miracula non fuiſſe facta, *Lib. de ciui. Dei. 22 cap. 5.* refragaẽ tibi Auguſtinus dicẽs. Si iſta miracula facta eſſe non credunt, hoc nobis vnum grande miraculũ ſufficit quòd iã terrarũ orbis ſine vllis miraculis credidit, q̃a ſi quicq̃d q̃d credimus dicaẽ incredibile eſſe, nõ minus eſt incredibile homines (ait) ignobiles, infirmos, pauciſſimos, imperitos, rẽ tã incredibilẽ, tã efficaciter mundo, & in illo ẽt doctis ꝑſuadere potuiſſe, vt mũdus illud credat, ſicut iã crediſſe vr̃, niſi ꝑ illos aliqua miracula fierent, ꝑ q̃ mundus ad credendũ induceretur. Quo circa ſubiungit. Qui ꝓpea exiguo numero ignobiliũ, infirmorũ, imperitorũ hominũ credidit, q̃a in tã contẽptibilibus teſtib. multò mirabilius diuinitas ſeipſa perſuaſit. Quid. n. incredibilius, q̃ vt ad legẽ contrariã carni & ſanguini doctores pauci, & rudes, & pauperes poſſent plurimos potẽtes, ac ſapiẽtes cõuertere? vt conſtat de primis ad fidẽ cõuerſis ſapientib. quidẽ, & fidei rebellib. antea, qualis fuit Paulus Eccleſiæ ꝑſecutor, Auguſtinus prius Manichæus, Dionyſius philoſophus, Cyprianus magus, Adde pleraque facta fuiſſe miracula, q̃ nõ niſi à proteruo nimis negari poſſent, vt curatio lepræ Cõſtãtini, & cætera miracula corã eo à Silueſtro facta, q̃ oĩb. innotuerũt. Dices fortaſſe ꝙ ipſa nõ teſtanẽ veritatẽ, ꝓpea ꝙ Antichriſtus quoq; ſit miracula editurus. Rñdeo. Si q̃s in teſtẽ inuocatus cõſuetũ teſtificationis ſignũ adduci ꝑmittat, nec pñs cõtradicat, is verax eẽ nequit, Miraculũ aũt eſt tali ſignũ Dei, vt teſtis. Quapp ſi miracula fieri a dæmonib. permittat non contradicẽs, annũciãs videlicet illa non

non eſſe teſtimonia, nõ erit per fectè verax, quod eſt abſurdiſſimũ. Quamobrem cum adfers miracula Antichriſti in huius aſſertionẽ, reſpondeo prædictũ iam fuiſſe à Chriſto, & Apoſtolis, ea miracula faciẽda, nõ eſſe veritatis teſtimonia. Surgent.n. pſeudochriſti, & pſeudo ꝓphetę ecce prædixi vobis &c. Et tunc reuelabitur ille iniquus &c. Adde quòd lata ſit differentia miraculorũ, q̃ fiunt à Deo, & quæ fiunt à diabolo, vt doctè pertractat Auguſtinus Miraculũ inq̃t voco quidquid arduũ, aut inſolitum ſupra ſpem, vel facultatẽ mirantis apparet. Quædam ſolum faciunt admirationem, vt quæ fiũt à Dæmonibus, quędã magnã gratiam beneuolentiãque conciliant, qualia fuerunt Chriſti miracula. Huc accedit quædã facta miracula in lege Chriſtiana, in quibus decepta eſſe nequit, quĩ ſint facta, & sũt veritatis teſtimonia, ꝓpterea ꝙ à Deo fuerĩt facta, vt rapt⁹ Pauli, & reuelatio futurorũ cõtingẽtiũ facta Prophetis, & ſanctis vtriusque teſtamenti. Quapropter hæc duo poſſent obiici ipſi Antichriſto cõtra ſua miracula. Si tu es Deus, fac me videre eſſentiã diuinã nudè, & poſt viſionẽ, certã memoriã habere ipſi⁹ viſionis, & certitudinẽ, quòd illa fuit viſio eſſentiæ diuinæ, & tũc credã tibi. Itẽ, ſi tu es Deus, dic mihi quid faciam, vel quid cogitabo, vel quid appetam pro tali hora. Huius aũt viæ efficaciam ex miraculis innuit Chriſtus dicẽs: Opera quæ ego facio &c. Et alibi, Euntes renunciate Ioanni quæ audiſtis &c.

Antichriſti miracula. *Matth. 24.* *2. Theſſal. 2.* *Miraculorum verorũ, & falſorum differẽtia* *Lib. de vtil. cred. circ. fin.* *Io. 5. & 10.* *Matth. 11*

Nonò, teſtimonio eorum, q̃ foris ſunt. Ioſephus. n. de Domino Ieſu Chriſto ſic ait, Fuit aũt eiſdem tẽporibus, Pilati videlicet, Ieſus ſapiens vir ſi tñ virũ eum nominare fas eſt, erat enim mirabilium operum effector, & doctor eorum hominũ, qui libenter ea quę vera sũt audiũt. Chriſtus hic erat &c. Vbi eius verã doctrinã, & deinde ex mortuis reſurrectionẽ oſtẽdit.

Li. 18. Ant. Iudaic. c. 6. *Teſtimonia externa fidei noſtra.*

Decimo addi põt, quòd De⁹ nõ deſit ſalutem toto corde quærẽtibus, vt patet ex verbis Pſalmiſtæ, & Apoſtoli dicẽtis. Nihil ſolliciti ſitis &c. Multi aũt, vt Paulus, & Auguſtinus diligẽtiſſimè ſalutis viam inquirentes ad Chriſtianã fidẽ conuerſi sũt, in qua multũ profecerũt, innumeráque ſupplicia magna cum ſpiritus exultatione ꝑpeſſi ſunt. vnde illud, Ibant Apoſtoli gaudentes &c. quæ non cõtigiſſent niſi à Deo eſſet hoc inſtitutum Chriſtianorũ. Ex prædictis igit̃ liquet ſcripturę doctrinam eſſe veram. quòd autem neceſſaria viatori, & ad finem ſuũ perſequendũ ſufficiens exiſtat, patet. Nam ipſa ĩ particulari explicat quid ſit finis hominis, nempe Dei viſio, & fruitio, & quomõ ab homine obtineatur ĩ corpore, & anima ſimul, & perpetuò poſt reſurrectionẽ, deĩde determinat media ad illũ finẽ conſequendũ neceſſaria, vtpote decẽ mandata, quæ variis in locis ſcripturæ explicantur, vnà cum cæteris pro diuerſitate temporũ iuxta Dei voluntatem ab homine requiſitis. Proprietates quoque immaterialium ſubſtantiarum, quantum homini expedit eas noſſe, aperit, vnde conſtat ſacram ſcripturam ſufficienter continere doctrinam neceſſariã viatori. Quòd ſi dixeris pleráque

Pſal. 14. Ad Philip. 2. *Act. 5. c.* *Scriptura ſacra ſufficiens viatori.* *Exod. 20. Deutero. 5. Matth. 19.*

que eſſe ambigua, & problematica apud doctores, quorũ certa reſolutio ex ſacris haberi neq̃t, vt de quibuſdã actibus, An ſint peccata mortalia, an nõ quorũ tamen cognitio ad ſalutem eſt neceſſaria, Satisfacit huic obiectioni Origenes dicens. Nulla ſcientia oĩa ſciẽda explicauit (in ſpecie, bene tñ in genere) ſed illa ex quibus poſſunt alia ſufficienter elici, vnde multę veritates neceſſariæ non exprimũtur expreſſe in ſcriptura, ſed virtualiter in ea cõtinentur, ſicut cõcluſiones in prĩcipiis, ad quarũ inueſtigationem vtilis fuit expoſitorũ, & doctorum diligentia. Quòd ſi aliqua adhuc remaneant dubia, à talibus tanquã periculoſis debet ſibi homo cauere, ne dũ ſe periculo exponit, in peccatum incidat. Qui enim amat periculum, peribit in illo. Nam via ſalutis ſimpliciter nõ eſt dubia, potiſſimùm quantũ ad ius, licet bene quantùm ad factum, & ex peccato proprio.

In homil. de arca Noe.

Eccleſ. 3.

QVAESTIO TERTIA
Prologi Pag. 30.

Eſt ne Deus Theologiæ ſubiectum?

RESOLVTIO.

Theologia in ſe & in nobis.

Theologia vtique bifariam conſiderari põt, nempe in ſe & vt eſt in nobis. Si in ſe conſideret̃ eſt talis cognitio, qualem theologicũ ſubiectum natũ eſt com producere in intellectu ſibi proportionato, diuino videlicet. Si vt eſt in nobis conſideretur, talis eſt cognitio, qualẽ noſter intellectus de illo obiecto natus eſt habere. Vt exempli gratia, ſi quiſpiam nequeat demõſtrationes geometricas capere, credat aũt de eis geometrę, Geometria eſſet illi fides, nõ ſcientia, eſſet tamẽ in ſe ſcientia, q̃a ſubiectũ Geometrię natũ eſt generare ſcientiam in intellectu ꝓportionato. Eſt aũt ſubiectũ primum, & adæquatũ alicuius ſcientiæ, quod alij vocãt ſubiectũ attributionis, quod cõtinet in ſe primò virtualiter ĩ eſſe cognito, oẽs veritates, ſeu propoſitiones neceſſarias illius habitus ſeu ſciẽtię, cui⁹ eſt obiectũ. Porrò Theologia duplices continet veritates ſeu ꝓpoſitiones, nempe neceſſarias, q̃ Dei naturã, & perſonarũ emanationes explicãt, vt ꝙ Deus ſit trinus & vnus, quòd Pater filiũ generet, & ſic d̃ aliis operibus ad ĩtra: Et cõtingentes, quæ opera ipſius Dei ad extra declarãt. Cuiuſmodi, De⁹ creat Verbũ caro factũ eſt & cæteri articuli verbi incarnationẽ concernentes. Ex quibus facile colligitur, quòd Theologiæ in ſe, quantũ ad veritates, neceſſarias, ſubiectum nequit eſſe, niſi Deus, vt conſtat ex definitione ſubiecti primi. Deus enim continet primò virtualiter omnes tales veritates, & omnes habẽt attributionem ad ipſum, tanquam poſterius ad ſuum prius. Huc accedit Auguſtinus dicens, Theologia eſt ſermo, vel ratio de Deo. & alibi inquit, Iſta ſcientia eſt de illis quibus fides gignitur, defenditur, & roboratur. ergo eſt de illo, quod eſt ſubiectũ fidei, illud autem Deus eſt, vt patet lib. 3. Reſolut. 23. Adde ꝙ ſcientia nobiliſſima, eſt circa nobiliſſimũ genus. Theologiã aũt eſſe nobiliſſimã omniũ diſcipli-

Subiectũ attributionis quid.

Theologia duplex.

Theologia ſubiectũ.

8. de ciuit. cap. 1. 14. de trin. c. 1. & 4.

6. Meta. & prim. de nat.

diſciplinarum, omnibus eſt in cōfeſſo. Oportet igitur, vt ſit de Deo, veluti de ſubiecto primo, Quantum aũt ad veritates contingentes, tum nullum ſubiectum contineāt virtualiter, niſi veritates neceſſarias de ipſo, dicendũ eſt inter cōtingentes eſſe ordinē quendam, & aliquã earũ eſſe primo veram, vt hęc: Deus vult mundum producere propter communicationē bonitatis ſuæ. & ſubiectũ huius, quę eſt primo vera, & quaſi pcipuũ omnium contingentiũ, eſt ſubiectum omniũ contingentiũ. Deus igitur eſt ſubiectũ totius Theologię in ſe, ſiue neceſſariorũ, ſiue contingentiũ, & hoc tã vt eſt in intellectu diuino, quã beatorum. Si autē loquamur de noſtra Theologia reſpectu neceſſariorũ, cum ipſa nō habeat euidentiá ex obiecto, ſed aliunde, nempe ex reuelatione, nō poteſt habere obiectum deducens in notitiam primarum veritatũ ipſius, ſed ei adſcribit primũ ſubiectũ, de quo primo ſeu pfectiſſime, immo immediate cognoſcunt primæ veritates illi⁹, tale aũt eſt ens infinitũ, qa iſte eſt conceptus pfectiſſimus, quē ex naturalibus habere poſſum⁹ de Deo, qui in ſe eſt ſubiectum Theologię. Verũtamē qa Theologia noſtra de neceſſarijs, eſt de eis, de qbus & Theologia in ſe, ideo ēt poſſumus ei idē attribuere ſubiectũ, nempe Deũ inquantũ Deus eſt. Nã licet non ſit ſubiectũ dans nobis euidentiã, pōt tñ dare, ſi cognoſceret, Theologiæ quoque noſtræ contingētis idē eſt ſubiectũ, ꝙ eſt neceſſariæ, mō præexpoſito, vt puta illud de quo pdicatũ primæ contingentis enunciatur, & non vt continens virtualiter euidentiam harum veritatum contingentium.

QVAESTIO PRIMA Collateralis Prol. Pag. 31.

Eſt ne Deus ſpeciali aliqua ratione Theologiæ ſubiectum?

RESOLVTIO.

QVum noſtra cognitio abſolutã præſupponat, abſolutaq; certior ſit, aſſertore Ariſtotele, erit ꝓpterea Deus non ſub quacunque ratione, vt reparatoris, gubernatoris, capitis, ſummi boni, entis infiniti, aut alterius attributi, ſed ſub rōne ꝓpria, & perfectiſſima, id eſt ſub ratione Deitatis, & inquantũ eſt hęc eſſentia Theologię ſubiectum. Quemadmodum enim perfectiſſima ſcientia, quæ de homine haberi poſſit, eſt ea quæ habetur de eo, ſecundum rationē eius quiditatiuam, inquantum videlicet eſt animal rationale, non illa quæ de illo haberetur in quantũ eſt ſubſtãtia, bonus, aut iuſtus &c. Sic etiam dicendũ eſt de Deo. Quòd ſi proferas Hugonem de Sacramentis dicentem opera reparationis eſſe hic ſubiectum, & Caſſiodorum aſſerentem Chriſtum, caput fidelium cũ membris eſſe ſubiectum. Ergo ſi Deus ſit ſubiectũ, hoc erit ſub aliqua ratione ſpeciali, quia inquantum reſtauratur. Reſpondetur, Hugonem & Caſſiodorum non loqui de formali ſubiecto, quod eſt Deitas, ſed de materia proxima, de qua diffuſi⁹ tractat ĩ ſcriptura. *1. Meta. in prologo & 1. poſter.*

QVAE-

QVAESTIO SECVNDA
Collaterali s Prol. Pag. 32.

An Theologia ſit de omnibus ex attributione ipſorum ad primum eius ſubiectum?

RESOLVTIO.

QVum obiectum primum Theologiæ, quod eſt ipſa diuina eſſentia in ſeipſa, cūcta diuino repręſentet intellectui, erit vtique (ipſa inquam Dei Theologia) omnium cognoſcibilium ſcientia: etenim & omniū quorumcūque obiectorum Dei cognitio dicitur Theologia, ſeu notitia Theologica, propterea qđ omnis Dei notitia producat̄ ab ipſa eſſentia diuina, quādoquidē res creatę, nec in genere ꝓprio, (id eſt in naturali earū exiſtētia) nec vt relucēt in diuina eſſentia, poſſunt mouere diuinū intellectū, id eſt in eo aliquā ꝓducere notitiā, ob id ꝙ ſit īfinitus, & rerū quidditates, id eſt eſſentiæ & naturę, finitæ. Infinitū aūt à finito nullatenus moueri, ac perfici pōt. Quocirca prętermiſſo naturæ primo ſigno, ſeu inſtāti in quo exercent opera ad intra (hoc eſt emanationes ꝑſonarū) in 2. inſtāti in quo fiunt opera ad extra, id eſt cōcernētia creaturas. Primo diuina eſſentia à diuino intellectu cognoſcitur, Secundo rerū creandarū quidditates, Tertio veritates, ſeu ꝓpoſitiones in illis rerū quiditatibus virtualiter cōtētę, ſed illæ rerū quidditates nō producūt in intellectu diuino notitiā ꝓpoſitionū, q̃ fiunt ex illis, ſed ipſa diuina eſſentia. Quocirca non eſt inter quidditates, & ipſas ꝓprietates ordo cauſæ ad effectū, ſed talis, qualis eſt in pluribus effectibus eſſentialiter ſubordinatis, & ab eadē ꝓductis cā, vt in illuminationibus partis Orientalis & Occidētalis, q̃ fiūt à ſole, & neutra ab altera. Hinc facile colligas licet, Deū nō eſſe philoſophū, Mathematicū, Dialecticū &c. ſed ſolū Theologū, nō quin ꝑfectiſſimè nouerit earū diſciplinarū axiomata: Sed idcirco, ꝙ ad earū notitiā nō excitetur (perinde ac nos) ab obiecto, & principijs earū diſciplinarū, ſed ab ipſa ſolū diuina eſsētia. Sciētia aūt deſumit ſuā nomēclaturā ab ipſo obiecto, quāobrē cū obiectū Theologiæ omniū taliū notitiarū ſit cā, dicent̄ & ipſæ notitiæ theologicæ. Non ſic aūt dicendū eſt de beatis, nā licet in diuina eſſentia videant res ipſas, tñ poſſunt in genere proprio eas cognoſcere, & eorū intellectus à rerū quidditatibus moueri pōt ad cognoſcēdū veritates, & ꝓpoſitiones in eis cōtētas: nec eſt eorū theologia, vt eſt in ipſis, & de facto, oīum cognoſcibiliū, ſed eorū ſolum, q̃ Deus illis voluntariè in ſua oſtēdit eſsētia. Cōſimiliter quoque, & de noſtra dici dēt Theologia, quæ non duntaxat, quantum ad reuelationem generalem concernentem humanum genus, eorum quæ in ſacris continētur literis, vnde dr̄. Nō addetis ad verbū, qđ vobis loquor &c. Et illud. Quod præcipio tibi &c. Et illud, Qui appoſuerit &c. Quod intelligendū eſt de additamētis, & gloſſematibꝰ repugnātibꝰ ſacrę ſcripturę, nō aūt de his, quę ei ſunt cōformia: q enim

De theologia beatorum.

Deut. 4. Deut. 12. Apocali. vlt.

enim ſapientiam hanc diuinā elucidant, vitam ęternam habebunt. Pōt nihilominus Theologia noſtra dici de omnibus, quātum ad reſpectus, quibus creaturæ referuntur ad Deum, vtpote, quòd ab eo depēdeant, quòd in ipſis ſit Dei imago, aut veſtigium &c. qa reſpectus niſi cognitis extremis cognoſci nequeunt. Et hæc eſt ratio, quare non poſſumus naturaliter ſcire intellectum humanum ordinari ad hūc finem, vt clarè videat Dei eſſentiam, quia videlicet nequit hæc ordinatio, quæ eſt reſpectus quidam, cognoſci, niſi cognitis extremis, quorum alterum eſt ipſa diuina eſſentia, à nobis pro hoc ſtatu minimè cognoſcibilis. *Eccleſ. 24.*

QVAESTIO TERTIA
Collateralis Prol. Pag. 47.

Eſt ne Theologia in ſe ſcientia?

RESOLVTIO.

Scientia (vt patet ex Ariſtotele) ē notitia concluſionis neceſſariæ cauſata à præmiſſis euidētibus applicatis ad illationē ipſius cōcluſionis per diſcurſum ſyllogiſticum, cuius quidem rationis poſtrema pars imperfectionem includit ex parte ſciētiæ, vt puta ꝙ ſit effectus æquiuocus Omnis autem æquiuocatio totalis perfectior eſt ſuo effectu, & potentialitatem ex parte ītellectus recipiētis. Quare theologia in ſe, quantum ad hanc conditionem, non eſt ſciētia, ſed quantum ad tres priores etiam intellectui diuino: in intellectu autem beatorum eſt ſcientia etiam quantum ad omnes 4. conditiones, quia quidditas ſubiecti in quocunque videatur lumine, ſiue naturali atque proprio, ſiue ſupernaturali, in eſſentia diuina, cōtinet ſuas veritates. Omnis enim veritas producta in intellectu noſtro ꝑ aliquid prius naturaliter notū, fit per diſcurſum, quia diſcurſus non requirit ſucceſſionem temporis, ſed ordinem naturæ, vt puta ꝙ præmiſſæ ſint prius natura notæ ipſa concluſione. Et quantum poſſunt huiuſmodi concluſiones veritatem inferre, propterea loquitur dubitatiuè Auguſtinus, cum ait. Fortaſſe nō erunt ibi volubiles noſtrę cogitationes ab alijs in alia euntes, atque redeūtes, ſed ſciētiam noſtram vnico intuitu videbimus: & loquitur de ſucceſſione temporis, non autem naturæ, hæc quidem quantum ad neceſſaria, quæ continet theologia, cuiuſmodi ſunt operationes ad intra: ſed quid de contingentibus, quæ concernunt operationes ad extra, & omnes articulos incarnationis verbi diuini? his enim non videtur cōpetere ſcientiæ definitio, quæ eſt neceſſariorum. Reſpondetur quòd horum notitia, quātumuis certa & euidens per reuelationem diuinæ voluntatis, nihilominus non ſortitur nomē ſcientiæ propriè acceptæ, ſed ſolum nomen ſcientiæ fuſius acceptæ, quomodo ſcientiam accipit Philoſophus, quatenus videlicet diuidit contra opinionem, & ſuſpicionem: Proprius tamen omnes excutiendo, dici poteſt, Theologiā nō eſſe ſciētiam, ſed ſapientiam.

1. lib. poſt anal.

5. de Trinit. cap. 16.

6. Ethi. c. 4. & 7.

QVÆ-

QVÆSTIO QVARTA Lateralis Prologi. Pag. 49.

Eſt ne Theologia ſubalternans, vel ſubalternata ſcientia?

RESOLVTIO.

Licet admittamus Theologiā eē ſciētiam, non tamen eſt ſubalternans, aut ſubalternata, quia nulla principia ab aliqua recipit ſcientia, ſed à ſola procedit voluntate: nec aliqua alia ſcientia ab ipſa, Quia quælibet alia habet ſuam vltimam reſolutionem ad aliqua principia immediata naturaliter nota: Subalternata autē requirit, ꝙ notitia principiorum ſcientiæ ſuperioris, ſit cauſa notitię principiorum inferioris ſcientiæ.

QVAESTIO QVARTA Prologi. Pag. 50.

Vtrum Theologia ſit practica, & ſi à fine denominetur?

RESOLVTIO.

Praxis quid:

Praxis (vt in præſentia accipitur) eſt actus alterius potentię, quàm intellectus, vtpote voluntatis, naturaliter poſterior intellectione, natus elici conformiter rationi rectæ, vt ſit actus rectus. Quāobrem, vt ſciētia aliqua dicatur practica, duo requiruntur, primum quòd talis ſcientia nota ſit præcedere ipſam electionem, non enim requiritur ipſam actu pręcedere. Si quidem electio recta neceſſario requirit rationem rectā, &, vt ait Auguſtinus, Intellectus intelligit ſibi, & alijs, id eſt iudicat de actu ſuo, & actibus aliarum potentiarum. Secundo requiritur actum voluntatis, ſeu praxim ipſam eſſe conformem ipſi conſiderationi, ſeu dictamini intellectus recto, vnde Ariſtoteles ibidem, Veritas conſiderationis practicæ eſt cōfeſſe, ſeu conformiter ſe habere appetitui recto, quod intelligitur actiue, vt puta, quod notitia practica regulet, & dirigat voluntatem in actibus ſuis, & elicitus, & imperatus, quorum vterque praxis dicitur: Primo tamen, & proxime actus elicitus, quia is eſt primo poſterior intellectione, & primo natus elici conformiter ad rectam rationem, non autem actus imperatus, quare nec ꝓprie dicitur praxis, ſed ſecundario, & veluti per accidens. Sed vnde deſumunt proprie diſcrimen practicum, & ſpeculatiuum? Reſpondetur, quod licet à fine diſtingui poſſint, ſiquidē, vt eſt apud Ariſtotelem, finis ſpeculatiuæ eſt ſcire, practicæ vero eſt opus, non tamen inquantum eſt finis, ſed inquantum primū obiectum talis habitus. Quocirca prior diſtinctio practici, & ſpeculatiui eſt ab obiectis. Quod aſtruitur per philoſophum diſtinguētem ratiocinatiuum, id eſt habitum practicum à ſcientifico, ſiue ſpeculatiuo, penes obiectum neceſſarium, & contingens. Item philoſophus diſtinguit ſcientiam tam actiuā (quæ conſiſtit in actibus immanentibus) quam factiuam (quæ conſiſtit in actibus tranſeuntibus) à ſpeculatiua penes obiectum.

Ad ſcientiam practicā duo requiri. 6. et 3. Ethi.

15. de tri. cap. 7.

6. & 3. Ethi.

Actus elicitus voluntatis, 1. praxis dicitur, īperatus ſecundario.

3. articulus.

2. Meta.

6. Ethic. Practici, & ſpeculatiui diſtinctio eſt ab obiectis.

6. Meta.

ctum. Hinc liquet ſolutio ſecundæ partis quæſtionis. Scientia enim nuncupatur practica ab obiecto, & non à fine inquã tum huiuſmodi. Quantum autem ad primam queſtionem, di co, quod Theologia propoſitionum neceſſariarum in intellectu creato eſt practica notitia, quia eſt conformis actui voluntatis creatæ, ſeu directiua volũtatis in Dei amorem, & naturaliter prior ipſa electione. Confirmatur per illud, finis legis eſt dilectio, & illud finis præcepti eſt charitas, & etiam illud, In duobus mandatis tota lex pendet, & ꝓphetæ. Auguſtinus ait, Ille tenet quidquid latet, quidquid patet in diuinis ſermonibus, qui charitatem ſeruat in moribus, vnde patet hanc ſciẽtiam non eſſe propter ſpeculari tantum. Speculatiua autem vltra ſpeculari, nihil requirit ſecundum Auicẽnam. Si objicias has veritates theologicas, & ſimiles, Deus eſt trinus, Pater generat filium, Reſpondetur eas eſſe practicas. Prima enim dirigit voluntatem noſtram in dilectionem rectam trium perſonarum. Si enim quis vnam perſonam ſolum diligeret, ſecludens alios (vt Iudæi, & Turcę faciunt) non rectè ageret. Secunda vero propoſitio dirigit dilectionem, quæ eſt circa duas perſonas, quarum vna eſt ab altera. De Theologia autem ipſius Dei, an ſit practica, vel ſpeculatiua, doctor problematicè loquitur, & controuerſia in hoc conſiſtit. Si enim notitia dicatur practica propterea duntaxat, quia de ſe eſt directiua voluntatis in ſuis actibus, licet talis voluntas non ſit dirigibilis in agendo, Theologia Dei erit practica: Sin dixeris hoc non ſufficere, ſed neceſſarium eſſe potentiam practicantem, hoc eſt voluntatem ipſam eſſe dirigibilem à dictamine ipſius intellectus, tunc Dei Theologia eſt ſpeculatiua: Et huic aſſertioni ſecundæ magis aſſentit doctor, quia voluntas reſpectu ſui primi obiecti, quod eſt ſua eſſentia, ex ſe ſola rectificatur, & eſt ſua regula nullo alio indigens directore, ſed ſolum obiecti prę oſtenſione. Inſuper notitia practica eſt regulatiua potentię cõtingenter operantis, voluntas autem diuina non ſe habet cõtingenter reſpectu ſui primi obiecti, ſed neceſſario. Igiť nõ ẽ directiua ab aliqua notitia, quã tũ ad veritates neceſſarias, nec quantum etiam ad contingentes, quia ad illas voluntas diuina ſe ſolum determinat, & ab illa ſola pendent, non ab actu intellectus præcedente actum voluntatis, quia ſic eſſent neceſſariæ. Quare Theologia Dei reſpectu contingentium eſt ſolum ſpeculatiua, tenendo cognitionem practicam, & praxim ab ea diuerſam debere eſſe in eodem ſuppoſito, & ſingulari. Si autem quæras qualis ſit Theologia cõtingentium in ſe, id eſt non comparata intellectui diuino, aut creato. Reſpondetur, quod non eſt per ſe practica, ſeu ab obiecto, quia ex obiecto non eſt conformis praxi ante omnem praxim, quia non eſt ante praxim, & operationem voluntatis diuinæ, poteſt tamen in intellectu creato eſſe practica, per accidens cui determinatur rectitudo à voluntate diuina, de intellectu ve

Theologia propoſitionum neceſſariarum in intellectu creato eſt practica.

Rom. 13.

Matt. 22.

Tom. 4. de laude charitatis.

Metaphy. cap. 1.

Doctor problematicè procedit.

-ro diuino per ſe, eſt cõformiter ad alterã partẽ prædicti problematis, quam tutari malueris.

DISTINCTIONIS I. Quæſtio I. Pagina 79.

Vtrum fruitionis obiectum per ſe, ſit Vltimus finis.

RESOLVTIO.

Fruitio bifariã capitur. Fruitio bifariam accipitur, primo, vt eſt ordinata, id eſt debitis cum circũſtantiis elicita, ſecundo in communi, vt puta, ſiue habeat circunſtantias debitas, ſiue non. Fruitionis autem ordinatæ obiectum nequit eſſe aliud à fine vltimo, videlicet creatura aliqua. ſicut voluit Auicenna, dicens intelligentiam ꝓductam quietari in producẽte, vt puta tertiam in ſecunda, & quartam in tertia, &c. Siquidẽ potẽtia nequit quietari, niſi in eo in quo perfectiſſime reperitur, ratione ſui obiecti, obiectũ autem potentię fruentis eſt ens in communi etiam ſecundum Auicennam: Igitur non quietatur, niſi in ſummo, & perfectiſſimo ente, quod eſt Deus ipſe, omnium finis vltimus. Nam queãmodũ intellectus aſſentit primo uero tantum, propter ſe, ita voluntas adhæret duntaxat primo bono, propter ſe. Huc accedit illud, Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et illud, Vnus eſt bonus Deus &c. Oſtendam tibi omne bonum &c. Auguſtinus. Res quibus fruendum eſt ſunt pater, filius, & ſpiritus ſanctus (vbi res accipitur hypoſtatice) & hi tres ſunt vna res, accipiẽdo rem eſſentialiter, ſeu ſubſtantialiter: fruitionis autem in communi obiectum quidem, eſt finis vltimus, ſed vel verus finis, qui videlicet ex rei natura eſt finis vltimus, nẽpe Deus, vel finis apparens quippè qui oſtenditur à ratione errante, velut finis verus qualis eſt fœlicitas, quam ſperant Turcæ in cibis, & venereis, vel finis præſtitutus vt puta quẽ voluntas ſua libertate vult, & ſibi præſtituit tanquam finem vltimum. Nã ſicut ſubiacet facultati voluntatis velle aliquod obiectum, aut nolle, ita in poteſtate eius eſt modus ſuorum actuum, videlicet referre, vel non referre, id eſt, velle aliquod creatum, ꝓpter aliud, vel velle illud propter ſe in eo ſuum collocando finem. vt diues ille apud Lucã, cuius vberes fructus ager attulit dicens. Anima mea multa bona habes &c. & diues epulo. Sic auarus in diuitiis finem collocat. Quamobrem & idolorũ ſeruitus ab Apoſtolo Auaritia nuncupatur. Helluo in cibis, & potibus, & aliis voluptatibus, de quibus Apoſtolus. Multi .n. ambulant qui terrena ſapiunt &c. Non eſt tamen ratio finis, ſeu reſpectus, quem dicit finis propria ratio, obiecti fruibilis (ſiue fruitio ordinata fuerit, ſiue inordinata) ſed obiectum ipſum, id eſt, eius eſſentia & natura, ſed ratio finis concomitatur ipſum obiectũ, vel vere vel apparenter in duobus primis finibus. In tertio autem, videlicet in fine præſtituto, ſequitur volũtatis actũ, quia voluntas appetendo creaturam propter ſe, tribuit illi rationem finis, hoc eſt reſpectum talem.

Marginalia: *9. Metaph. c. 4.* *Metaphy. 1.* *Pſal. 16.* *Matth. 9.* *Mar. 10.* *Luc. 18.* *Exod. 33.* *lib. 1. de doct. Chriſti. c. 2* *Luc. 12.* *Luc. 116.* *Epheſ. 5.* *Philip. 5.*

DISTINCTIONIS I.
Quæſtio 2. Pagina 83.

Vtrum vltimus finis habeat ſolum vnam rationem fruibilitatis, ſiu an poſſit quis frui eſſẽtia, non fruẽdo perſonis, & vna perſona ſine aliis?

RESOLVTIO.

Qvandoquidem eſſentia à perſonis, & perſonæ a ſe in uicem diſtinguunt, poterit idcirco via tor eſſentia frui, licet perſonis minime fruatur, etiã ordinate, & recte. Nã eſſentia diuina (aſſertore Auguſtino) eſt quid abſolutũ, in cuius cõceptu includitur ratio quare põt à viatore ſeorſum concipi, & cũ habeat rationem ſummi boni, habebit quoque rationẽ fruibilis. Poterit igitur quis eadem ſeorſum frui. Huc accedit ꝙ ex puris naturalibus põt oſtendi gentili eſſe vnũ ſummũ bonũ, vt patet ex Ariſtotelis ſententia, nõ aũt Deum eſſe trinum in perſonis. Quocirca poterit frui Deo ſic oſtenſo recte, licet perſonis non fruatur. E cõtrario vero fieri nequit, vt quis perſona fruaẽ, non fruens eſſentia, ob id ꝙ perſona in ſua ratione & cõceptu eſſentiam includat, nõ tanquã inferius ſuum ſuperius, ſed veluti cõſtitutũ ſuum conſtitutiuum: deinde põt quoque viator vna frui perſona, nõ fruendo aliis. quod vel hinc manifeſtiſſimũ euadit, ſunt enim reſpectu triũ perſonarũ diſtincti fidei articuli vnã ſeorſum, aut duas cõcer cernentes perſonas, vt Pater generat Filiũ, Pater & Filius ſpirant ſpiritum ſanctũ. Quamobrem vna perſona, cui vnus correſpondet articulus concipi ab intellectu põt, alia nõ concepta, cui alius cõpetit articulus, & in tali perſona reperitur ratio ſummi boni, ergo ea contingit frui ſine alia. Idẽ quoq; comprehenſori contingere põt, nẽpe ꝙ eius intellectus eſſentiã videat, non perſonas, aut vnam perſonã non aliam, & eius voluntas eſſentia fruatur, nõ perſonis, & vna perſona, non alia. Hoc vel inde maxime conſtat, ꝙ non ĩplicet cõtradictionem. abſoluta igiẽ Dei potẽtia fieri põt. Si aũt naturalẽ, & ꝓpriã creaturæ virtutẽ expẽdas, id fieri nequit: Nã cũ intellectus ſit potẽtia naturalis, nequit nõ videre ea quæ ſibi ab obiecto illo beatifico oſtenduntẽ, nec voluntas beati põt his nõ frui omnibus, quibus quietari põt, ſecus peccaret, ſicut ſi ſimpliciter nõ frueretur. Loquẽdo vero de facto, dico, ꝙ erit reipſa vna fruitio & vna viſio eſſentiæ in tribus perſonis, vt patet ex Auguſtino, d. ꝙ neuter ſine altero oſtendi põt, & loquiẽ đ patre, & filio, quod ſane de ordinata potẽtia debet ĩtelligi, de qua Philippus Chriſto aiebat, Domine oſtẽde nobis &c. vide Auguſtinũ. de viatore cõſimiliter dico (vt in hymno Veni creator ſpiritus) ꝙ licet aliquando orationem ad vnam tantũ perſonam dirigat, & ea actualiter fruaẽ, ſemper tamẽ habitualiter (hoc eſt in præparatione omni) omnes orat, & omnibus fruitur ꝑſonis, quia cum vnius odio & contemptu (contra. Iudæos, aut Turcas) non ſtat alterius dilectio, aut fruitio.

7. de Trini. c. 1. et 5

12. Metaphy. & aliis locis.

Frui vna perſona ſine aliis.

Finitio de facto quorũ ſit lib. 1. de trinit. cap. 10. Ioan. 14.

In 14. cap. Ioan.

DI-

DISTINCTIONIS I. Quæſtio. 3. Pagina 93.

An frui ſit elicitus voluntatis actus aut Paſſio delectatio videlicet in voluntate recepta?

RESOLVTIO

Intellectus duo aſſenſus.

QVemamodũ in intellectu ſunt duo actus, quibus veris aſſentitur propoſitionibus, vnus videlicet quo aſſentitur alicui axiomati vero propter ſe, ideſt, propter euidẽtiam illius ex terminis, qualia sũt demonſtrationes, & reliqua principia prima. Alter actus eſt, quo aſſentitur alicui proloquio vero, non q̃dem ꝓpter ſe, ſed ꝓpter aliud verũ cuiuſmodi eſt concluſio demõſtrationis, cui aſſentitur pp ipſas præmiſſas, & bonitatẽ cõſequẽtiæ, Ita in volũtate duo sũt actus, q̃bus bono adhæret obiecto. Prim⁹, quo adhæret alicui bono pp ſe, hoc eſt pp rationẽ talis boni. nõ referens illius amorẽ in aliud, & dicit̃ fruitio. Secũdus quo adhæret alicui bono pp aliud bonũ, ad quod illud bonũ refert̃, & dicitur vſus. Et hæc analogia deſumitur ex Philoſopho dicẽte. quod in mẽte ◡ eſt affirmatio & negatio, hoc in appetitu eſt ꝓſequutio & fuga, Eſt tñ duplex inter harũ potẽtiarũ actus differentia, prima qua actus, ĩtellectus, ſeu aſſenſus ex obiectorũ nã diſtinguunt̃, hoc ẽ, ex alia & alia prĩcipiorũ, & cõcluſionis euidẽtia, quo circa & hñt diſtĩcta obiecta, Act⁹ aũt volũtatis, ñ ex obiectorũ appetibiliũ diſtĩctione, ſed ex vario ipſius potentiæ actu libere obiectũ proſequentis, referendo ĩ aliud vel nõ referẽdo diſtĩguunt̃. Hoc.n. hui⁹ ſubiacet facultati reſpectu cuiuſcũq; obiecti. Secũda differẽtia, qua illi duo actus ſufficienter diuidũt aſſensũ intellectus in cõi, nec inter eos eſt mediũ aliq̃d. Præter aũt duos p̃dictos volũtatis actus, eſt ali⁹ medius, quo voluntas obiectũ nude & ſimpliciter apprehẽsũ ꝓſequit̃ abſq; relatione ad aliud, & abſq; dilectione pp ſe. Porro tota rõ differẽtiæ hinc & ĩde eſt volũtatis libertas., & naturalis ĩtellect⁹ neceſſitas. Inſup vltra hos tres volũtatis actus eſt ĩ volũtate paſſio, quæ dicit̃ delectatio ꝓſequens actũ primũ, & ꝑfectũ ipſius volũtatis, illũ videlicet quo quidpiã pp ſe diligit. Frui aũt non dicit̃ de actu illo neutro & medio, nec de ſecũdo qui vocat̃ vſus, nec de ipſa delectatione ꝓprie, ſed de actu ꝑfecto, vt patet ex Auguſtino dicẽte. Frui eſt amore inhærere alicui rei pp ſeipſam. Quapropter ſi aliq̃ñ Auguſtinus ipſam delectationẽ eſſe frui dixit, vt & alibi. Frui dicimur ea re de qua capimus voluptatẽ, illud naturaliter aut cõcomitãter accipiẽdũ eſt, vt puta, ꝙ fruitio producat delectõnẽ, aut ꝙ delectatio cõcomitet̃, vel cõſequat̃ ipsã fruitionẽ. Et ſi aliàs videat̃ accipere frui ꝓ vtroq;, nẽpe ꝓ actu & delectatione ſimul, vt idẽ Auguſtinus dicit, Fruimur cognitis in quibus voluntas ipſis pp ſeipſa delectata cõquieſcit. Reſpõdetur non eſſe quidditatiuam definitionem, ſed deſumptionem quandam fruitionis. Verum tñ (vt habet Auguſtinus) cũ res cõſtat, nõ eſt faciẽda vis ĩ

Fruitionis & vſus differẽtia volũtatis actus fruitio, vſus & actus neuter lib. 6. Ethic. cap. 3.

Actuũ intellect⁹ & volũtatis differẽtia.

Frui quid ſit.

lib. 1. de doctri. Chriſtia. c. 3.

D. lib. 1. de trini. c. 10.

lib. 10. de Trini. c. 10.

lib. 7. retracta. c. 14.

nominibus: Res autem conſtat nempe in voluntate eſſe tres actus, & delectationem, actus autem medius, & vſus nõ dicitur frui. De alijs duobus variãt Doctores, ſed ſatius fuerit (meo iudicio) prædictis ſubſcribere.

DISTINCTIO. I.
Quæſtio. IIII. Pag. 97.

Vtrum fine apprehenſo per intellectum, neceſſarium ſit voluntatem eo frui.

RESOLVTIO.

Voluntas libera fruitur fine oſtenſo.

Quæſtio huiuſmodi quadrifariam accipi valet. Primò, de fine vltimo obſcure apprehenſo in vniuerſali, ſeu in communi, ſicut gentiles concipere potuerunt. Secundo, de fine ænigmatice, ideſt, obſcure per fidem in particulari apprehenſo, veluti nos Chriſtiani concipimus beatitudinem in Deo trino, & his duobus modis non fruitur voluntas neceſſario fine præoſtenſo, ſed libere, & cõtingenter potius non frui eodem, quia neceſſitas naturalis non ſtat cum libertate, natura enim & volũtas habent oppoſitum modum agendi. Nam illa naturaliter, & neceſſario agit, hæc vero libere. Idcirco modus agendi vnius alteri cõpetere nequit. Inſuper ſicut volũtas nõ neceſſario fruitẽ his q̃ ſunt ad finẽ, ſic nec ipſo fine. Tertio, de fine clare viſo ab hoĩe habẽte volũtatẽ ſupernaturaliter eleuatã. i. habentẽ voluntatẽ ornatã charitate, quales ſũt beati ĩ cęlis, & talis quoque volũtas neceſſario fruitur fine clare viſo, quãtũ eſt ex parte ſua, q̃a ſemper manet libera, ex parte tñ obiecti beatifici bene cogitẽ frui, & neceſſario fruitur. Quarto, de fine clare viſo à nõ habẽte charitatẽ, qualis eſt dãnatus, aut mortali obnoxius peccato, cui Deus abſoluta ſua potẽtia ſe oſtenderet. Et de tali dico, q̃d poteſt illo fine frui, ſed nõ erit illa fruitio beatifica, ſicut exiſtens in peccato mortali põt eleemoſinam dare, ieiunare, &c. ſicut ſi eſſet in gratia, ſed non ſunt illi actus Deo grati, & accepti ad vitam æternam. Prædicta aſtruuntur ex illo Auguſtini. Nihil eſt tam in poteſtate voluntatis, quàm ipſa voluntas, hoc eſt, actus eliciti a voluntate.

Natura & voluntas varie agit.

Lib. 1. retrac. c. 9. & 22.

DISTINCTIO. I.
Quæſtio. V. Pag. 112.

Quæ ſunt illa quæ fruũtur, an Deus, comprehenſor, viator, iuſtus, mortaliter peccans, bruta & reliqua creata?

RESOLVTIO.

Analogia plurimũ accõmoda ex ipſis corporibus deſumpta hoc Doctor explicat, idcirco q̃ ea diuerſimode quietẽtur. Vltimus. n. terminus q̃etis corporũ grauiũ, eſt centrũ, ſcd̃m philoſophũ. Huic aũt cẽtro, veluti vltimo termino terra per ſe & proprie adhæret. id eſt, per ſuã naturam, & grauitatem, & immediate. Deinde ſunt aliqua corpora, vt lapides, & metalla in viſceribus terræ, quæ cẽtro adhærẽt immobiliter quidẽ, & p̃ ſe, id eſt, per ſuam formã intrinſecã, ſed nõ primo, q̃a mediante terra,

Gra. 1. in corpora diuerſa q̃es.

8. Phy. & 2. de cœlo.

tetra, cui ſunt vnita, primo qeſcunt, cuius grauitatē, & adhęſionē participant. Tertio ſunt aliqua corpora centro adhęrentia mediante terra cui vniunt͂, vt grauia q̄ ſunt in ſuperficiæ terre, q̄ licet ꝑ aliqđ tp̄s quieſcant, non tñ perinde ac ea quæ quieſcunt ſc̄do mō. Quarto corpus aliqđ adhęrere pōt vniformiter corpori proximo (vt hō iacens in mari) & reſpectu illius quieſcere, non tñ reſpectu vniuerſi, ꝑpea ꝙ nauis ſit in cōtinuo motu. A ſimili corporis ponderi corrn̄det in ſpiritualibus voluntas. nam ſicut corpus pondere, ſic animus & voluntas amore fert͂, vt ait Auguſtinus. Centrū aūt qđ ex natura, ſua eſt vltimate quietatiuum, eſt finis vltimus, Deus ipſe, huic cētro diuina voluntas primo, & ꝑ ſe immobiliter, & neceſſario adhęret, ſeu fruit͂. Ideo comparat͂ terrę in centro exiſtenti. Vñ Hermes Triſmegiſtus, & Empedocles aiunt, qđ Deus eſt ſphera intellectualis, cuius centrū eſt vbiq;, & circūferentia nuſquā. Deinceps volūtas creata beata adhęret illi fini, & fruit͂ eo ſimpliciter, & ꝑpetuo, ac ꝑ ſe, qa ꝑ formam intrinſecā ſuo actui, charitatē videlicet, ſed nō primo, qa participat à Deo, ſeu hēt. Iō cōparat͂ lapidib & metallis in terræ viſceribus exiſtentib. Tertio volūtas iuſti viatoris fruit͂ quidē ſimpliciter, & ꝑ ſe, ſed nō īmobiliter, qa aliqn̄ auertit͂ à Deo, & recedit à gratia, neq; primo, qa mediāte diuina voluntate innitit͂ ſummo bono. ſeu adhęret, iō ſimilis grauibus in terrę ſuperficię exiſtentib. Quarto voluntas mortaliter peccatis fruit͂ ſimpliciter aliquo alio à Deo. nam quantum eſt ex parte voluntatis, ſeipſam quietat in obiecto, qđ ꝑꝑ ſe amat, nō tamē ſimpliciter quietatur, quātum eſt ex parte obiecti, qđ non eſt de ſe quietatiuum. Quinimo ſicut quieſcens in naui, non quieſcit ſimpliciter, propterea ꝙ nō quieſcat reſpectu centri, quod eſt vltimū quietans ſe in vniuerſo, ita volūtas quietās ſe in creatura, non ſimpliciter quietat͂, ob id ꝙ nō reqeſcat in eo, quod ex natura ſua vltimate, & perfectiſſime eſt in vniuerſo voluntatis quietatiuum Deus. Huiuſmodi aūt peccator, vt in pluribus fruitur ſeipſo, quia ſe inordinate amore amicitiæ diligēdo, reliquas creaturas amore concupiſcentię proſequit͂, & hæc eſt ſn̄ia Auguſt. dicentis, duas ciuitates fecerūt duo amores, ciuitatē diaboli amor ſui vſque ad contemptū Dei, ciuitatē Dei amor Dei vſq; ad contēptū ſui, ergo peccans fruit͂ ſe. De brutis aūt dico ꝙ nō fruuntur. Qn̄quidē frui, eſt alicui rei inhærere amore ꝑꝑ ſe, atqui bruta amorē non hn̄t, cū volūtatem non habeant, nec alicui rei ꝑꝑ ſe inhæreant, ſed ꝑꝑ eorū bonū, idcirco non fruuntur, niſi accipias frui abuſiue. & improprie pro nō referre in aliud. Præterea non adhærent proprie obiecto, quia non ducunt, ſed ducuntur ſecundum Damaſcenum, ideo conferri poſſunt ferro vi adamantis attracto, in ſequendo priorem ſimilitudinem. Quod ſi habentia appetitum ſenſitiuum (qui magis competit voluntati, q̄ appetitus naturalis) proprie non fruātur, multo minus dicent͂ frui appe-

Voluntas diuina fruitur. li. 11. de ciui. c. 28.

Beati fruuntur.

Viator iuſtus fruitur.

Peccator fruitur.

Peccator fruitur ſe ipſo.

De ciuit. Dei li. 14 ca. 18. & ſuper Geneſim li. 11. cap. 15

Bruta non fruuntur.

Quid frui ſit.

Quæſt. 4. an bruta fruantur.

Lib. 2. ca. 24.

Frui non omnibus competit.

appetitum naturalem ſolũ habentia, quia frui præſuponit cognitionem, quam nullatenus iſta habent. Præterea frui eſt actus à potentia diſtinctus, ſed hæc nullum habent actum, ſed ſolam naturalem inclinationem, quæ non diſtinguitur ab eis, idcirco frui nequeunt.

DISTINCTIO. II.
Quæſt. I. Pag. 117.

Vtrum ſit aliquid actu exiſtens infinitum ſecundum perfectionem?

RESOLVTIO.

Infinitum perfectione exiſtere non demonſtrabile.

TAmetſi propoſitio hæc (videlicet infinitum in perfectione exiſtit) in ſe, ſeu ex natura ſit demonſtrabilis pp quid, ab eo qui deitatẽ diſtincte cognoſceret, hoc pacto, Quidquid eſt Deus, eſt exiſtens, infinitum eſt Deus, ergo infinitũ eſt exiſtens. Nequit tamen quantũ ad nos pro hoc ſtatu, pp quid demonſtrari, propter medij ignorantiam, ob id quod neſciamus eſſentiam diuinam, ſeu Deum ipſum ſub ratione deitatis, quæ vtique deitas eſt medium, ad demonſtrandum exiſtentiã entis infiniti, ſed quãtum ad nos demonſtratur à poſteriori ſine demonſtratione, quia ex ipſis creaturis q̃ ſunt Dei effectus, ſuppoſito quòd ens infinitum poſſit eſſe in entib. quia ſimpliciter non poteſt nobis demonſtrari, ſed perſuaderi duntaxat. Hæc aũt demonſtratio fit mediantibus proprietatibus entis infiniti, quæ ſunt duplices, videlicet relatiuę, & abſolutę: Relatiuæ ſunt eæ, ens infinitũ eſt primum effectiuum, primũ independens, primum eminens, &c. Abſolutę vero ens infinitũ eſt intelligens, infinita intellectione, eſt volens infinito volũtatis actu, habet intellectum, & voluntatem infinitam. Porro proprietates relatiuæ immediatius demonſtrantur eſſe ex ipſis creaturis, quàm abſolutę, nam immediate ex eſſe vnius relatiui oſtenditur eſſe ſui correlatiui, ſub habitudine geniti ui, vel alterius caſus, vt puta, quia creatura eſt producibilis, ergo eſt aliquid primum effectiuum, quia dependens, ergo independens. Iõ primo agendũ eſt de illis. Sunt aũt res præcipuæ. nempe primum efficiens, primum finiens, & primũ eminens. i. ſummum bonum, quæ ſic oſtenduntur eſſe in entibus. Primo, quòd ſit aliq̃d primum efficiens ſimpliciter, quod ab alio à ſe effici nequit, patet. nã aliquod ens eſt effectibile, aut igitur a ſe, vel a nullo, vel ab aliquo alio, non a nullo, quia quod nihil eſt, nullius eſt cauſa. nec a ſe, quia nulla res eſt, q̃ ſeipſam faciat, aut gignat, igitur ab alio efficiente. De hoc alio efficiente, quæro an ſit primum, vel non: ꝙ ſi ſit, habeo propoſitum: ſi nõ ſit primum, igĩ eſt ab alio efficiente, & ita procederẽt in infinitũ, vel ſtandũ erit in aliquo nõ hñte ptius efficiens. Licet aũt ſecundũ philoſophos Ariſtotelem, Auicennam, & alios, proceſſus in infinitum non ſit impoſſibilis in accidentaliter ordinatis, vt in gñationib. filij, patris, aut proaui &c. quia poſuerunt illi gñationis ſempiternas. Eſt tñ impoſſibilis

Primum efficiens.

Aug. 1. de tri. cap. 1.

Proceſſus in infinitum.

lib. 8. phy. 2. de generatione. 6. Meta. cap. 5.

poſſibilis in eſſentialiter ordinatis. Hoc aſtruitur hac etiam ratione, quia vniuerſitas cāũ, id eſt, aggregatum ex omnibus effectis eſſentialiter ordinatorum, eſt cāta, ergo ab aliqua cā, quæ non eſt aliquid illius vniuerſitatis, quo tunc eſſet cā ſui. Sunt aũt cauſæ eſſentialiter ordinatæ, q̄ ſimul ad agendũ neceſſario requirunt, vt Deus, ſol, pater, & mater in gñatione prolis: E contrario accidentaliter ordinatæ non requiruntur (vt plures trahentes nauem) Deinde probo, ꝙ ſit aliquod primũ finiens ſimpliciter, ſeu quod ſit vltimus finis, eſt ſtatus infinitus, ſicut in efficientibus. igit deueniendum eſt ad aliquē vltimũ finem, nam ſicut infiniti fines erũt, qđ cōtīgere nequit. Ad hæc cā per ſe agens agit pp finē, & prius efficiens propter finem priorem, igitur primum efficiēs propter vltimũ finem. Sed propter nil aliud a ſe principaliter & vltimate agit, ergo agit propter ſe, ſicut pp finem: eſt tamen cā finalis, non quidē ſui, ſed effectus quem in ſe ordinat, id eſt, quē producit, participet ſuam bonitatem ſecundũ perfectionem cuiuſlibet creaturæ. Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt altiſſim⁹. Tertio commonſtro eſſe aliquod primum eminens ſecundũ perfectionem, eodem medio quo oſtenſum eſt eſſe primum efficiens, & vltimum finem, quia in perfectionibus eſſentialiter ordinatis non datur proceſſus in infinitum, ergo deueniendũ eſt ad vnum primum, aliàs eſſent infinitæ ſpecies eſſentialiter ordinatę. Quia forma. i. differentiæ ſpecificæ, ſeu ſpecies ſe habent ſicut numeri, intellige quantum ad innouationē & additionem, quia ſicut vnitas addita numero variat ſpeciem, ſic perfectionales gradus ſpecifici. i. drīæ vltimæ conſtituentes aliq̃d in eſſe ſpecifico, variant ſpecies, quibus adueniunt. Patet de forma vegetatiua, ſenſitiua, & rōnali, quod eſt impoſſibile, igitur eſt aliquid ſimpliciter perfectũ. Prædictæ vero tres proprietates vni duntaxat naturæ competunt, quia eiuſdem effectus nequeunt eſſe duæ cauſæ totales efficiētes, aut finales, nec poteſt quidquā a duob. ſimul, & ex æquo depēdere, quia ſic aliquid eſſet cā totalis alicuius effectus, quo circunſcripto non minus eſſet talis effectus, quantum ad proprietates abſolutas, vt potꝰ ꝙ primũ efficiens ſit intelligens, & volens, ſic ꝙ eius intellectio eſt in finitorũ obiectorũ diſtincte, q̄ in ſua eſſentia repūtātur, & ipſa intellectio eſt eius eſſentia. Sic arguit. Primum efficiēs dirigit effectũ ſuũ in finē, vt patet ex pdictis, igit vel naturaliter dirigit, vel cognoſcendo, & amando finē illum, non naturaliter, quia nō inanimata cognoſcens nihil dirigit, niſi in virtute cognoſcentis (ſapientis. n. eſt ordinatio) Sed primum efficiēs in nullius virtute dirigit, ſicut nec agit, tunc. n. nō eſſet primũ, ergo cognoſcendo agit, & amādo. Quod aũt eius intellectio & volitio ſint idē cũ ſua eſſentia, patet: quia cum ſit primum effectiuum, ergo ex ſe hēt vnde poſſit quodcunque producibile, circumſcripto omni alio, producere. Atqui circũſcripta eius cognitione, & volitione, id non

1. Poſter. 8 phy. 12. Meta. & alijs locis.

Cauſa eſſentialiter ordinata.

vltimũ. finem eſſe.

Primum eminens eſſe.

Prouer. 16

8. Metap.

Primum efficiēs eſt intelligēs & volens.

Intellectio & volitio primi efficiētes ſunt eadē eius eſſent.

id non habet, igitur eius volitio & cognitio ſunt eadē eius eſſentiæ. Præterea cū oīs entis in actu primo, maxime ſi fuerit actiuum ſecundum naturā ſibi à Deo conceſſam, vnius effectus in potentia recipiť, & nō tm̄ factiuū, cuius effectus extra potentiam produciť, cuiuſmodi eſt oē ens intellectuale (vt Deus, Angelus, homo) perfectio vltima ſit in actu ſecundo, quo coniungiť optimo, erit quoque primæ naturæ vltima perfectio in actu ſecundo. Quare ſi ille actus nō ſit, eius ſubſtantia nō erit optima, quia aliud erit ſuū optimū. Ad hæc intellectus primi entis intelligit ſemper, & diſtincte, ac neceſſario quodcūque intelligibile, ſiquidem hoc poſſe nedum eſt perfectionis in intellectu, ſed ad orationem intellectus eſt neceſſarium, cum ens in cōi ſit ipſius intellectus obiectum: Nullam aūt intellectionem hr̄e vr̄ primū ens, niſi eandem ſibi (ex proxima concluſione:) cuiuſlibet igiť intelligibilis hēt ītelligere actuale, & diſtinctum, ac idem ſibi, & iſta ſemper eſt neceſſario. Reliquum eſt oñdere primū agens eſſe infinitū ex prædictis; Quod ſic aſtruo ex Ariſtotele, Primū efficiens mouet motu infinito, habet igitur infinitam potentiam. Licet aūt primū ens non moueat motu infinito, ſicut intendit Ariſtoteles, cum mūdus non ſit æternus, tñ quantū eſt ex parte ſua, pōt ſic mouere, qa hēt quātum eſt ex ſe virtutem infinita producendi, cum perfectiones omnium cārum ſecūdarum eminentius contineat, q̄ ſint in īpſis formaliter, Igiť eſt infinitæ virtutis. Deinde primum agens vnico actu ſimul & diſtincte omnia intelligibilia ītelligit, atqui illa ſunt infinita, igitur & eius intellectus infinitus. Exēplo id patet, poſſe ferre pondus. 10. Librarum maiores vires requirit, & perfectiores, q̄ poſſe ferre pondus. 5. Librarum, ergo ferre infinita, infinitā virtutē requirit &c. à ſimili de intelligere aliqua, & infinita. Inſuper voluntas noſtra non quietať, niſi in ſummo bono, non aūt in aliquo finito, igiť illud eſt infinitū. Poſtremo eminentiſſimo nequit ꝑfectius eſſe, ſed quocunq; finito poteſt eſſe quippiā perfectius, eminentiſſimū eſt infinitū. Ex ꝓdictis igiť liquet in entib. eſſe aliqđ ens actu infinitum. Quib. accedit ſacra ſcriptura: Magnꝰ dn̄s, & laudabilis nimis, & magnitudinis non, eius eſt finis. Nōne cęlum & terrā ego impleo?

Primum ens omnia diſtincte intelligit.

Primum agens eſt infinitum 8. phy. & Met. 1. 2.

Pſal. 47.

Hiere. 23.

DISTINCTIONIS II. Quæſtio. II. Pag. 118.

An Deum eſſe, ſit per ſe notum?

RESOLVTIO.

Qvemadmodum pertractat philoſophꝰ propoſitio per ſe nota, eſt q̄ ex proprijs terminis euidentem veritatē habet (nō per aliquā aliā propoſitionem) in intellectu concipiente terminos, ꝙ ſi nullus eos conceperit nihiloſecius, quātū eſt ex ſe eſt ꝑ ſe nota, cuiuſmodi eſt hæc ꝓpoſitio, Deus eſt, vel hæc eſſentia eſt (accipiendo Deū ꝓprie, i. ſub propria rōne deitatis) vt puta, pro hac eſſentia diuina, accipiendo

1. Poſter.

Propoſitio per ſe nota.

Deum eſſe, an ſit per ſe notum.

cipiendo ēt eſſe ſub proprijſſima rōe, qua eſt in Deo hoc eſſe, qūo nūc à nobis ineſſe, nec eſſentia intelligunť, ſed ab ipſo Deo & à beatis, qa iſta propoſitio ex terminis ſuis hēt euidentem veritatem: Extrema.n. illius nata ſunt producere euidētiam huius complexionis intellectui perfecte ea apprehēdenti, quia eſſe nulli perfectius cōpetit, q̄ huic eſſentiæ, quia cęteris omnibus accidentaliter conuenit, Deo aūt eſſentialiter, & neceſſario. Quocirca & Deus ait ad Moſem, Ego ſum, q ſum, &c. Illa igiť propoſitio eſt immediata, & primi modi dicendi p̄ ſe, ſaltē quaſi accidens ad primum modū, ad quem reducunť oēs propoſitiones enunciantes quidpiam de Deo quocunq; concepto. Sin autem accipias Deū, prout à nobis cōcipi, & intelligi pōt, vt puta qđ ſit ens neceſſariū, vel ens infinitū, aut ſummum bonum, vt æquiualeat iſtis ens neceſſe eſſe, eſt ens infinitū. An propoſitio in qua eſſe enuntiabiť de tali conceptu, vt hæc, Deus eſt, nomine Dei intelligendo nō ipſam deitatē, ſeu diuinā eſſentiā nobis incomprehenſibilē & ignotam pro hoc ſtatu, ſed eius neceſſariū aut ſummū bonum, vt ſummum bonum eſt, ſit p̄ ſe nota nobis, Minime vero, qa eæ propoſitiones ſunt cōcluſiones demonſtrabiles, etiam demonſtratione propter quid, & à priori, accipiendo eſſentiam diuinam pro medio, hoc pacto. Quidquid eſt eſſentia diuina, vt hæc, inquantum eſt eſſentia diuina, eſt exiſtens, ſed ens infinitum, vel ens neceſſe eſſe, aut ſummū bonum, &c. eſt hæc eſſentia diuina, ergo omne tale eſt exiſtēs. Inſuper propoſitio per ſe nota cuilibet intellectui, cognitis terminis, eſt euidens, Sed hæc propoſitio, ens infinitū eſt, non eſt ex terminis intellectui neceſſario euidens, hmōi.n. terminos prius concipimus, q̄ eam veram credamus, vel per demōſtrationem eam ſciamus, & in illo priori non eſt nobis euidens, quia ſola fide aut demonſtratione ei aſſentimus, Igitur non eſt per ſe nota. Huc accedit, quod per ſe notum nō poſſit ab aliquo negari, ſed dixit inſipiens in corde ſuo (gentilis videlicet, vel datus in reprobū ſenſum) non eſt Deus, &c. Item Auicenna, Deum eſſe non eſt p̄ ſe notum. Adde varias philoſophorum de Deo opiniones, hæ enim ſatis ſuperque arguunt via naturali, id non poſſe demonſtrari. Quod ſi contra prædicta obijcias Damaſcenum dicentem: Eius quod eſt Deum eſſe, cognitio omnibus naturaliter eſt inſita, atque ingenita, ex quo conſequitur (vt patet ex ſecundo Metaphyſices) eſſe propoſitionem per ſe notam, Deū eſſe. Reſpondetur, Deum eſſe, eſt quidem per ſe notum, vt dictum eſt, intellectui diſtincte cōcipienti terminos, qualis eſt diuinus intellectus, & beatorū ex gratia, ſed nullus intellectus creatus poteſt via naturali diſtincte ipſum Deum concipere, vt patet quolibeto 14. Quocirca nec talis propoſitio Deus eſt, via naturali eſt per ſe nota. Obſerua præterea aliquid dici per ſe notum bifariā, primo ex ſola cognitione terminorū, ſecluſa omni demonſtratione & à priori, & à poſteriori: Et talis

Exod. 3.

Summum bonum eſſe, an ſit per ſe notum.

Pſal. 13. & 52.

In lib. 1. Met. Ari.

Lib. 1. orth. fid. c. 1. & 3.

Per ſe notum aliquid bifariam.

talis dicitur proprie propoſitio per ſe nota. Secundo propoſitio dicitur per ſe nota, propterea ꝙ arguẽdo a poſteriori ſtatim fit nota, quõ Damaſcenus oſtẽdit ibidem, Deũ eſſe ex pulcherrima mundi ordinatione, conſeruatione, & gubernatione, quæ neceſſarium eſt eſſe à quadam omnipotente virtute, quæ nihil aliud eſt, quàm ipſe Deus, quemmodum Apoſtolus tangit dicẽs, inuiſibilia ipſius &c. A magnitudine. n. ſpeciei &c. Et ſic intelligit Damaſcenus, videlicet ꝙ medio potẽtiæ cognitiuæ naturaliter nobis datæ (de qua Pſalmiſta, ſignatũ eſt ſup nos, &c,) poſſumus ex creaturis Deũ eſſe cognoſcere, qualiter cognouerunt Pythagoras, Anaxagoras, Socrates, Plato, Ariſtoteles, nõ autem loquitur de cognitione naturali, & diſtincta, vt patet ex eo qđ ait 1. cap. Nullus vnquam Deũ nouit, niſi cui ipſe reuelauerit, nõ hominum modo, ſed ne ſupramundanarum quidem virtutum, ideſt Angelorum.

Lib. 1. poſt. *Pſal. 4.*

DISTINCTIO. II. Quæſtio. III. Pag. 148.

An ſit tantum unus Deus?

RESOLVTIO.

Deut. 6. Iſa. 45. Vnum eſſe Deum ex ſacris lit.

VNicum eſſe Deũ ſatis ſuperq; cõſtat ex illo Deuteronomij. Audi Iſrael, Dñs Deus tuus vnꝰ eſt, & ex illo Iſaiæ, Extra me nõ eſt Deus. Sed dubiũ eſt an ſola id fide cõſtet, an ẽt naturali poſſit oſtẽdi rõne. Varro. n. exiſtimauit ſola id fide cognoſci poſſe, & id aſtruit authoritatẽ Rabbi Moyſi dicẽtis, vnitas Dei accepta eſt à lege, deinde & hac rõne. Si naturali ratione Deũ eſſe vnũ cognoſci poſſit, poterit & eadem via ſciri eſſentia Dei, vt ſingularis, ꝙ falſum eſt, & ex prædictis in ſuperioribus reſolutionib. maximè in ea de ſubiecto Theologiæ aduerſatur. Nam Deus ſub ſua propria deitate, aut ſuæ eſſentiæ ratione à nobis cognoſci nequit. Huic nihilominus aſſertioni aduerſatur Scotus, naturali oſtendens ratione vnicum eſſe Deum. Si enim eſſent duo Dij, ĩtellectus vtriuſque haberet duo adæquata obiecta, nempe ſuam eſſentiam, & eſſentiam alterius Dei, qđ eſſe nequit, cum idem actus duo adæquata obiecta habere non poſſit. Alterum enim ſuperfluum eſſet. Deinde idem eſſet beatus actu in duobus obiectis totalibꝰ eſſentialiter diſtinctis, quod inconuenit, Quia altero illorum deſtructo, nihilominus beatus eſſet. Ad hæc quęcunque perfectio poteſt numerari in diuerſis, id eſt eſſe in pluribus ſingularibus, & in eis diuidi, ſic ꝙ ſint tot tales perfectiones, ſeu naturæ, quot ſunt ſingularia, plus perfectionis habet in pluribus, quàm in vno, vt habet Auguſtinus, ergo cum infinitum non poſſit excedi, nõ poteſt in pluribus numerari, id eſt eſſe in pluribus indiuiduis: Igitur vnus erit duntaxat Deus. Proinde ad authoritatẽ Rabbi Moyſi dicitur, populum illum Iudaicum fuiſſe rudẽ, & ad idololatriã pronũ, quãobrẽ ĩdiguit per legẽ, & cęremonias inſtitui, vnũ eſſe Deũ, licet à poſteriori, naturali rõne commonſtrari

Vnum eſſe Deum naturaliter cognoſcitur. *Lib. 1. de trin. c. 1.*

Exo. 3. Heb. 10. ſtrari poſſet. Nam & lex ipſa docet Deum eſſe dicens, Ego ſum qui ſum: Et Apoſtolus ſuadet accedentem ad Deum oportere credere ꝙ ſit, licet à poſteriori demonſtrari poſſit Deum eſſe. A priori quidem demonſtrari, q̄ ſunt fidei repugnaret. (Quia demonſtratio generat ſcientiā, ea quæ eſt a priori, ſcientia eſt euidentium, fides ineuidentiū) ſed nō à poſteriori. Inſuper vtile eſt etiam ea quæ demonſtrari poſſunt per viam authoritatis communitati tradi, cū propter communitatis in inquirēda veritate negligentiam, tum ob intellectus ad ea percipienda imbecillitatem, & propter inquirentium per demonſtrationem errores, qui (aſſertore Lib. 18. de ciui. c. 41. Auguſtino) ſuis veritatib⁹ multa permiſcent falſa. Quocirca idiotæ, & ſimplices, cui potius aſſentiendum foret, ambigerē poſſent. Quare authoritas certa ipſius Dei, & Eccleſiæ tutior eſt via, facilis, & communis, quippe quæ nec fallere, nec falli valet. Ad rationē quoque Varronis de ſingularitate Dei reſpondetur, ꝙ licet cognoſci poſſit Deum eſſe quoddam ſingulare, non tamen inde ſequit̃, ꝙ ſub propria rōne ſuę ſingularis eſſentiæ & diuinitatis cognoſci valeat, ſicut à ſimili poſſum cognoſcere Papam eſſe vnū ſingulare hominis, quamuis eum non cognoſcam ſub omnibus ſuis conditionibus indiuiduantibus. Ad hæc obijces fortaſſe, & Apoſtolum dicentem. Si quidem ſunt Dñi multi, & Dij multi. Rñdetur, Apoſtolū de idolis loqui, de Dijs videlicet nuncupatiue dictis, quaprop ter ſubdit, nobis tñ vnus eſt Deus. Deinde ratiocinaberis plura bona paucioribus eſſe meliora, & meliora quæ in vniuerſo ponenda ſint, igitur & plures Dij. Reſpōdetur meliora quidem eſſe ponēda, ſi illa & poſſibilia & impoſſibilia adinuicē fuerint, plures autem eſſe Deos impoſſibile eſt, quare nec admittendū.

DISTINCTIO. II.

Quæſt. 4. 5. 6. & 7. Pag. 155.

An in diuina eſſentia ſit productio? & tantum duæ? vnde tres perſonæ in vna ſint eſſentia?

RESOLVTIO.

CVm (aſſertore Damaſceno) fieri nō poſſit, vt pter illa quæ diuinitus ſacra nobis, & veteris, & noui teſtamenti annunciarūt elogia, quæve dixerūt & manifeſtarunt, quippiam eloquamur de Deo, aut penitus intelligamus, potiſſimū de his, quæ perſonarum emanationes concernunt (de quibus in calce hui⁹ diſtinctionis quatuor quęſtionibus agit) vt in ſumma diuinæ ſubſtantiæ vnitate hypoſtatica perſonarū trinitas, ęterna filij à patre generatio, ęterna quoq; ſpiritus ſancti à pr̃e & filio emanatio, & alia ſimilia myſteria quæ magis à nobis venerāda, & adoranda ſunt, q̄ incircunciſis labiis explicanda, quippe quæ humanæ intelligētiæ captum longe tranſcendūt, de quibus Paulus loquitur, O altitudo diuitiarum &c. Idcirco ad ſcripturam ſacram & vetuſtiores doctores ſacros, pro his reccurrendum eſt, cū Magiſtro ſen-

Lib. 4. orthodox. fidei. c. 2.

Ad Ro. 11.

ſententiarũ, qui doctiſſime hęc proſequitur, quem vide. Nam quamuis doctor rationibus hęc commonſtrare adlaboret, illæ tamen non ſunt demonſtrationes, ſed perſuaſiones quædam à poſteriori deſumptæ, & quæ ſacris innituntur literis, non vero naturali ratione, vt cũ oſtendit productionem eſſe in diuinis, hoc modo. Quidquid ex ratione ſua habet virtutem quidpiam producendi ſufficientem, vbicunque illud fuerit illã habet, Atq; intellectus habẽs obiectum ſibi præſens, habet virtutem, notitiam genitam producendi, ergo cum in Deo ſit intellectus habens obiectum ſibi præſens, poterit producere notitiam genitam. Idem poteſt de voluntate argui, quia ipſa habens obiectum actu cognitum, ſibi pręſentatum, ex ratione ſua eſt productiua amoris perfecti producti. Huc accedit Auguſtinus. Pater eſt principium totius diuinitatis, non niſi p̱ productionem, ergo in diuinis eſt productio. Deinde oſtendit Scotus in diuinis eſſe dũtaxat duas productiones, propterea quod duo ſunt tantum principia productiua habentia rationes formales p̱ducendi diſtinctas, quę ſunt natura (ſeu intellectus, & voluntas.) Nam alterum inclinatur ex ſe ad agendum naturaliter, alterum vero libere. Siquidem de ratione libertatis non eſt qđ poſſit in oppoſitos actus amorem & odium (Patet quolibeto 16.) ſed quod determinet ſeſe ad agendum oppoſito modo, ad agens naturale, quod determinatur ab alio, vel intrinſeco, quod eſt forma p̱pria vel ab extrinſeco approximãte acti

Pro. 6. quæſt.

In diuinis productio.

In ſempiternis poſſe & eſſe idẽ ſunt.

Lib. 5. de tri. ca. 14

Pro 7. quæſtio.

In diuinis ſunt duæ ſolum productiones.

Libertatis ratio quæ.

uum paſſiuo. Cum igit in principio, ſeu in diuina natura nõ ſint niſi duo principia p̱ductiua alterius rationis (intellect⁹, & voluntas, quia vna naturaliter, altera libere agit) erunt propterea ibi duæ tantum productiones numero. Conſequentia aſtruitur, quia vtrunque principium habet productionem ſibi adæquatam, & coæternam, igitur ſtante iſta non poteſt aliam habere. Tertio commõſtrat Scotus, eſſe tantum in diuina eſſentia tres perſonas, hoc medio, tãtum ſunt duæ perſonæ productę, & tantum eſt vna improducta, igitur tantum ſunt tres. Qđ autem ſint tantum duæ productæ, patet, quia ſunt ſolum duæ productiones ad intra, vt dictũ eſt, igitur ſunt tantum duæ perſonæ productæ. Conſequentia aſtruitur, quia cum perſona p̱ducta ſit terminus adæquatus illi productioni, neutra productionum poterit niſi vnam perſonam producere. Quod autem ſit tantum vna improducta patet, Non eſt ponenda pluralitas ſine neceſſitate, ſed non eſt neceſſe ponere plures innaſcibiles, igitur eſt tantum vnus. Hęc certius oſtenduntur ex his Matthæi verbis. In nomine Patris & filij & Spirituſſancti, & ex illis verbis Ioãnis. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, & per Auguſtinum, & alia loca quæ adducit Magiſter ſententiarum in hac diſtinctione. Poſtremo demonſtrat cum vnitate eſſentiæ diuinæ ſtare perſonarum pluralitatẽ. Sed pro huius intellectu obſeruanda eſt ratio, ſeu definitio ſuppoſiti, & naturæ, licet omne ſuppoſitum ſingulare ſit, non tamen omne ſingu-

Pro. 5. q.

Perſonæ tres ſolum in diuinis.

Matt. vlt.

1. Ioan. 5.

De fide ad Petrũ c. 2.

In diuinis eſt una eẽntia, et tres perſonæ.

Pro. 4. q.

ſingulare eſt ſuppoſitum. Quia ſuppoſitum dicitur tantum de indiuiduis prædicamenti ſubſtantiæ, ſingulare autem de indiuiduis omnium prædicamentorum. In accidentibus enim reperitur ſingularitas, vt hæc albedo ſine ſuppoſiti ratione, Natura etiã noſtra atoma, ſeu ſingularis aſſumpta eſt a verbo ſecundum Damaſcenum, non tamen naturæ ſuppoſitum. Conſiſtit igitur ratio ſuppoſiti in duplici incommunicabilitate, vt quod, & vt quo: Aliquid enim dicitur communicabile bifariam, primo per identitatem, ita quod illud cui communicatur ſit ipſum reipſa, & ſic vniuerſale communicatur ſingulari, vel per informationem, & ſic forma communicatur materiæ. Natura igitur quæcunque ex ſe eſt communicabilis vtroque mõ, videlicet pluribus ſuppoſitis, quorũ quodlibet ſit ipſa, & etiam vt quo, id eſt tanquam forma qua ſuppoſitum ſit ens quidditatiue: Suppoſitũ autem eſt incõmunicabile vtroque modo, non enim eſt cõmunicabile vt quod, cum non conueniat pluribus, nec vt quo, cũ ſit ſubſiſtens, ſeu independenter exiſtens. Ex his oſtenditur ꝓpoſitum. Natura quæcunq; eſt communicabilis pluribus per identitatem, Igitur, & diuina natura eſt communicabilis, nõ eſt autem diuiſibilis (ex reſolutione de vnitate Dei) Igitur & communicabilis ſine ſui diuiſione, & ſic erit vna natura numero in pluribꝰ ſuppoſitis. Præterea illud eſt poſſibile qđ non includit contradictionem, ſed non includit contradictionem, quod vna eſſentia ſit in tribus perſonis, nã contradictio eſt ſecundum idem, quod non eſt in præſentia quia hic eſt vnitas eſſentiæ, & perſonarum trinitas, ergo cum vnitate eſſentiæ diuinæ ſtat pluraritas perſonarum.

Communicabile bifariam dicitur.

Vt quod eſt de omni ſuperiore.

Suppoſitũ quid ſit.

DISTINCTIO. III. Quæſtio. I. Pag. 201.

Poteſt ne viator naturaliter Deum cognoſcere?

RESOLVTIO.

DEVS quidem naturaliter a viatore in particulari, & proprie (hoc eſt ſub ratione ſuæ eſſentiæ) cognoſci nequit, ob id vel maxime, quod voluntariũ ſit obiectum nobis, & nõ naturale, niſi ſuo intellectui tantum, nec eſt aliqua eſſentia naturaliter a nobis cognoſcibilis, quæ ſufficienter eius nobis eſſentiam oſtendat, nec per vniuocationis conceptus vniuoci, in quo conueniat cũ creatura, ſimilitudinẽ, nec repræſentationis. Vniuocatio enim nõ eſt niſi in generalibus rationibus, id eſt communibus conceptibus. Repræſentatio etiam deficit, quia imperfecta eſt, cum creaturæ eum perfecte imitentur, & repręſentẽt: Nihilominus ad nullos conceptus Deo proprios peruenire poſſumus, qui videlicet creatuturis non conueniant, cuiuſmodi ſunt conceptus omnium perfectionum ſimpliciter in ſummo. Quod ſit ſummum bonũ, ſumme iuſtus, ſumme omnipotens, & omnium perfectiſſimus) eſt conceptus entis ſimpliciter infiniti, q̃a dicit modũ in-

Deus ſub propria ratione naturaliter cognoſci nequit.

Deus naturaliter quantũad multas perfectiones cognoſci poteſt.

intrinſecum illius entitatis, & inter alios omnes conceptus a nobis conceptibiles virtualiter plures pfectiones includit. Sicut enim ens virtualiter includit verum & bonum in ſe, ita ens infinitum includit verũ infinitum, & bonum infinitũ, & omnem perfectionem ſimpliciter ſub ratione infiniti. Iſtæ tamen perfectiones quas de Deo cognoſcimus, per creaturarum ſpecies cognoſcuntur, quando quidem creaturæ, quæ proprias in intellectu ſpecies inprimũt, tranſcendentium quoque ſpecies (quę eis & Deo communiter conueniunt) imprimere valent, & tunc intellectus propria virtute multis ſpeciebus ſimul ad illa concipienda, quorũ iſtæ ſunt ſpecies, vti poteſt, vt puta ſpecie boni, ſpecie ſummi, ſpecie actus ad concipiẽdum ſummum bonum, & actualiſſimũ quod perfecte exiſtit. Quod apparet per locum a minori. Imaginatis enim diuerſorum ſenſibilium ſpeciebus, ad compoſitum ex illis diuerſis imaginandum, vti poteſt, ſicut apparet cũ aureum imaginatur montem. Deus igitur in aliquo conceptu vniuoco ſibi & creaturę (vt puta in cõceptu entis) concipi poteſt naturaliter, quod ẽt aſtruitur ex Philoſopho (humanam conſtituente felicitatẽ in actuali ſeparatarum ſubſtantiarum conſideratione) dicente. Metaphyſica eſt Theologia de Deo. Quod ſi prædictis obijcias ipſum Philoſophum dicentem, Phantaſmata ſe habẽt ad intellectum, ſicut ſenſibilia ad ſenſum, Igitur intellectus nihil intelligit, niſi cuius phantaſmata per ſenſus apprehendere poteſt. Id eſt ſicut ſenſus nihil poteſt ſentire ſine ſpeciebus ſenſibilibus, ita nec intellectus niſi mediãte phantaſmate, Deus autem phãtaſmata non habet, ergo naturaliter cognoſci nequit. Reſpondetur, Philoſophi comparationẽ intelligi debere quãtum ad primam intellectus ab obiecto motionem. Ibi enim phantaſmata cũ intellectu agẽte habent vicem primi obiecti mouentis, non autem intelligitur cõparatio Philoſophi, quantum ad omnem actum ſequentẽ notionẽ primam. Poteſt.n. intellectus abſtrahere obiectũ incluſum in aliquo primo mouente, & conſiderare illud abſtractum, non conſiderando illud a quo abſtrahit, ſed vt commune ſenſibili & inſenſibili, & in illo conſiderat inſenſibile, ſicut & ſenſibile. Sed ſenſus non eſt abſtractiuus, cũ ſit ſingulariũ ſecũdum Philoſophũ. Ideo in omni actu tam primo, quam ſecũdo, requirit aliquod obiectum primum mouens. Deinde adfert illud, Sicut ſe habet oculus noctuæ ad lucem ſolis, ſic intellectus noſter ad ea quæ ſunt maniſeſtiſſima naturę, ſed oculus noctuæ ſolem inſpicere nequit, Ergo nec nos Deum cognoſcere. Reſpondetur ſimilitudinem debere intelligi de difficili, non autem de impoſſibili. Quod ſi etiam de impoſſibili accipere velis, intelligitur tunc de intuitiua notitia. Nam ſicut noctuæ oculus ſolem intueri neqt, ſic nec noſter intellectus naturaliter & intuitiue Deum cognoſcere, licet bene abſtractiue. Quod ſi Gregoriũ proferas dicentem, quantumcunque mens noſtra in contempla-

Rom. 1. et Sapiẽ. 13. Deus per creaturas cognoſcitur.

Lib. 10. Ethi. cap. 10.

Lib. 6. Metaphyſ.

Lib. 3. de ani.

Intellectus eſt abſtractiuus nõ ſenſus.

Lib. 2. Meta.

plation Dei profecerit, nõ ad illud, quod ipſe eſt, ſed ad illud, quod ſub ipſo eſt attingit. Reſpondetur, non debere id ſic accipi, quaſi contemplatio ſiſtat ſub Deo in aliqua creatura, nam hoc eſſet frui vtendis, ſed quod contemplatio de lege cõmunis ſtet in aliquo conceptu communi, qui eſt minoris intelligibilitatis ſeu ꝑfectionis, quam Deus in ſe, vt eſt hæc eſſentia.

DISTINCTIONIS. III.
Quæſtio II. Pag. 201.

Eſt ne Deus primum obiectum a nobis pro hoc ſtatu naturaliter cognitum?

RESOLVTIO.

Lib. 1. Meta. & 2. poſteri. in procemio ĩ fine.

CVm oĩs noſtra cognitio a ſenſu oriatur, Deus qui eſt a ſenſibus remotiſſimus, non eſt a noſtro intellectu primo cognitus, ſecundum prioritatem originis vel generationis; ſed aliqđ ſenſibile licet quantum ad ordinem perfectionis ſimpliciter ſit primum, a nobis naturaliter cognoſcibile, id eſt perfectiſſimum, vnde & in hoc ponit Philoſophus felicitatem naturalem, & poſt ipſum Deũ, ſpecies ſpecialiſſima perfectior in vniuerſo eſt primo cognoſcibilis hoc modo, & ſic conſequente defendendo: Et horum ratio eſt perfectio obiecti, excedens aliorum obiectorũ perfectionem.

10. Ethicorum.

DISTINCTIONIS. III.
Quæſtio III. Pag. 223.

An Deus ſit primum, & adæquatum, & naturale viatoris obiectum?

RESOLVTIO.

OBiectum primũ naturale intellectus viatoris bifariam accipi poteſt. Primo ꝓ eo ad quod naturaliter potẽtia inclinatur, & tale eſt ens in communi Deo & creaturæ, & dicitur obiectũ terminatiuum, quod potentia recipere poteſt, ſiue producat illius notitiam, ſiue non. At motiuum obiectum eſt cuius notitiam intellectus producere poteſt ſua virtute, & eſt creatum. Secundo pro eo quod naturaliter cum concurſu generali potẽtia concipi poteſt, & huiuſmodi pro ſtatu ipſo eſt res materialis, vel ſenſibilis, cum pro hoc ſtatu non intelligat niſi mediãtibus phantaſmatibus, propter ordinem potentiarum, & propter orignalis peccati pœnã, ſecũdũ Auguſtinũ. Licet tñ Deus ſit immaterialis, & inſenſibilis, poteſt nihilominus mediantibus huiuſmodi phantaſmatibus cognoſci per abſtractionẽ, vt dictum eſt diſt. huius q. 1.

Lib. 15. de Trini.

DISTINCTIONIS. III.
Quæſtio IIII. Pag. 260.

Vtrum trinitatis veſtigium in omni ſit creatura.

Lib. 6. de tri. ca. vltim.

RESOLVTIO.

Veſtigiũ trinitatis eſt in creatura.

OPortet aſſertore Auguſtino vt & creatorem per ea quæ facta ſunt intellectu conſpi-

ſpicientes, intelligamus Trinitatem, cuius in creatura, quomodo dignum eſt apparet veſtigiũ: veruntamẽ, quia ſecundum Ariſtotelem omnes tranſferentes ſecundum aliquã ſimilitudinẽ transferunt, id eſt qñ quidpiam quod non eſt in aliquo attribuitur eidem, hoc fit per ſimilitudinem quandam. ſicut cũ ita aſcribitur ipſi Deo, propterea quod puniens peccatores, ſe habeat ad modũ irati hominis; Ideo obſeruandum ꝙ veſtigium eſt ſimilitudo partis animalis, ab ipſo ĩpreſſa in aliquod ſibi cedens, vt ſi pes animalis imprimatur pulueri, illa impreſſio derelicta eius det veſtigium, imago vero eſt totius ſimilitudo. Deinde obſeruandũ quòd quæmadmodum trinitas eſt veluti quoddam totum numerale, quia non eſt ibi ꝓprie numerus prædicamentalis, ſed tranſcendentalis (ſaltem in cõceptu intellectus) & perſona eſt ibi quaſi huius totius pars, ita etiam perſonæ appropriatum eſt veluti eiuſdem pars, quãdoquidem appropriati eius ratio in vna complete reperitur perſona, & accipitur pro illo cui appropriatur. Quocirca licet creatura, vt in pluribus, nec perſonam repręſentet, vt eſt perſona, nec appropriatũ, vt appropriatum (quia non ſic cognoſcitur vt appropriatum, niſi perſona cui appropriat cognoſcatur) repræſentat tamẽ appropriabile, in quo quaſi ratio partis Trinitatis ſaluatur. Quamobrem in creaturis, reſpectu appropriatorum perſonis, Trinitatis veſtigium conſiſtit, vt pote vnum, verum, bonum (quæ in omni reperiuntur ente) repræſentant ſummam primi principii vnitatem, quæ Patri (qui eſt principium à quo eſt aliarum origo perſonarum) appropriatur. (Nã vt vnitas eſt principium numeri, ita pater eſt principium aliarum perſonarum) & veritatem quę filio (qui per ĩtellectus modum procedit) appropriatur: & bonitatem, quæ appropriatur Spiritui Sãcto, qui per modum volũtatis procedit. Sic in omni creatura eſt modus, ſpecies, & ordo. Modus quidem accipitur pro menſura, vel limitatione ꝓducti, id eſt creaturæ, per quod repręſentatur potentia illimitata producentis. Conditio .n. imperfectior (qualis eſt limitatio) nequit enti ineſſe, niſi perfectior, cuiuſmodi eſt illimitatio (quæ patri appropriatur) inſit, Quia imperfectum dependet a perfecto. Species vero repręſentat ſummam pulchritudinem, quæ appropriatur filio, q̃ eſt imago patris ſumme ſibi cõformis. Ordo vero, vel in operationem, vel in finem, repræſentat operationem perfectiſſimam in Deo, ſcilicet dilectionem, quæ Spiritui Sancto attribuitur, & in qua ſumma conſiſtit beatitudo. Eſt autem horũ trium appropriatorum cũ tribus primis correſpõdentia, q̃a vnitas correſpondet modo, qui reſpicit Deũ, vt cauſam efficiẽtem: veritas ſpeciei, quæ repræſentat ipſum, vt exempla: bonitas ordinem, quæ reſpicit vt finem. Quod ſi obiicias in natura intellectuali eſſe Trinitatis imaginem, non igitur veſtigiũ, cum illa oppoſitas repræſentã di habeant rationes. Reſpondetur, intellectualem naturã alia ratione eſſe veſtigium, & alia ra-

ratione eſſe imaginẽ, eſt enim veſtigium, ſicut quęlibet eſſentia creata, inquantum eſt creata ſecundum determinatũ exẽplar. Eſt autem imago inquantum in ipſa eſt vnitas eſſentiæ cum pluralitate potentiarum, inter quas eſt ordo originis, & ſic patet ꝙ creatura dicit̃ veſtigiũ ap ꝓpriatũ diuinis ꝑſonis.

DISTINCTIO. III.

Quæſt. vlt. Pag. 326.

Vtrum in mente ſit diſtincte Trinitatis imago.

RESOLVTIO.

Species intelligibilis. Hic aliqua ſunt præmittenda, primũ ꝙ neceſſarium ſit in intellectu poſſibili ponere ſpeciẽ intelligibilẽ priorẽ naturaliter actu intelligendi, vt facile colligitur ex Ariſtotele, & eius cõmentatore, aſſerentibus, vniuerſale inquantũ vniuerſale nihil eſſe in rebus, ſed tm̃ in aliquo repræſentãte ipſum ſub tali rõne. quod nõ eſt aliud, q̃ ſpecies intelligibilis: Et ait Philoſoph⁹ *Lib. 3. de anima.* quòd anima eſt quodammodo omnia, per ſenſus ſenſibilia, & per intellectum intelligibilia. Item lapis non eſt omnia, ſed ſpecies lapidis. Vnde ĩtellectus dicitur locus ſpecierum ab Ariſtotele, quia habet ſpẽs cõſeruare ſicut locus conſeruat locatũ. *Intellect⁹ cauſa.* Secũdo ꝓmittendũ eſt qđ intellect⁹ & obiectũ in ſe, vel in ſpẽ præſens, ſunt duæ cauſæ partiales actus intelligendi, vt patet ex Auguſtino. Liquido tenendũ eſt (inquit) quod omnis res, quam cognoſcimus, cõgenerat in nobis notitiam ſui, ab vtroque enim, ſcilicet à cognoſcente, & cognito paritur notitia, *lib. 1. de Tri. c. 2.* Idem. Ex viſibili & videre gignitur viſio. *Notitia ab vtro in tellectuũ formatur.* Vtrum autem notitia ab intellectu agente, vel paſſibili, vel ab vtroque producatur, varię ſunt opiniones, quarum quælibet ſuſtineri poteſt. Illa tamen eſt ſatis probabilis quæ aſſerit intellectum agentẽ nedum ſpeciem intelligibilem producere, ſed actum etiam intelligendi, intellectum vero poſſibilem ſolum ea recipere. Nã ſic ponitur conformitas rei, & nominis vtriuſque, mutuaquæ correſpondentia in agendo & patiendo, iuxta ipſorũ definitiones. Quod ſi inq̃ras vtra illarũ duarũ cauſarũ partialiũ ipſius notitiæ ſit principalior, obiectum videlicet, vel intellectus. *Notitiæ præcipua cauſa.* Reſpondetur. quod ipſe intellectus reſpectu cognitionũ naturalium, propterea quòd ſit illimitatio, ſeu cauſa indeterminata ad multos effectus producendos, & obiectum ad certum aliquem effectum ſit determinatum. Hoc eſt propterea quod intellectus plures notitias ſpecie differentes gignere poſſit. Obiectum vero notitiam ſui duntaxat. Exemplum deſumere potes de Deo, ſole, & particularibus generãtibus. Tamen obiectum beatificum, vt clare viſum, cum multũ partis intellectiuę facultatem excedat, poteſt habere totam efficiẽtiã viſionis, aut principaliorẽ, quàm intellectus Propter, inquam, talis obiecti excellentiam & defectum, ſeu imperfectionẽ partis intellectiuæ, de quo vide in 4. diſtin. 49. & quolibeto 13. 14. & 15. His poſitis

expendenda ſunt tria, Primum quid ſit imaginis ratio, vnde ad propoſitum tranſlatũ eſt vocabulũ, Deinde reſpectu cuius in Trinitate ſit imago, Tertio, in quo in nobis eſt imago. Quantum ad primũ, quemadmodũ ex præcedenti conſtat reſolutione, imago eſt repræſentatiua totius, in quo à veſtigio differt, ꝙ

Imaginis ratio.

eſt repræſentatiuũ partis dũtaxat. Si enim totũ corpus eſſet ĩpreſſum pulueri, ſicut pes eſt ĩpreſſus, illud derelictũ eſſet imago totius, & veſtigium totius, perinde ac illud eſt imago partis, nihilominus hæc repræſentatio totius nõ ſufficit ſola, ſed requirit̃ illud, quod eſt imago natũ eſſe exprimere, & repræſentare id, cuius eſt imago, eo mõ quo effigies aliqua erigitur hoc fine, vt Regẽ, vel aliũ quẽuis repræſentet. Hoc aũt ex Auguſtino colligitur: ait .n. Quantumcunque, duo oua ſunt ſimilia, vnũ non eſt natum imitari ipſum. Quantum ad ſecundũ operepretium eſt, vt creatura, quæ eſt trinitatis imago vnitatem eſſentiæ diuinæ, trium diſtinctiones perſonarũ, & originis ſeu proceſſionis ordinem repræſentet. Quantum ad tertiũ, obſeruandum ꝙ animæ ipſi aſſignantur tres vires, ſeu potentiæ: nempe memoria, quæ nihil aliud eſt quàm anima, aut intellectus agens cum ſpecie intelligibili, nam hæc duo obiecti notitiam gignere valẽt, quo fit vt memoria quoque pfecta dicatur. Quòd ſi cum aliquibus philoſophis, & Theologis intellectui poſſibili vim ꝓducẽti notitiam adſcripſeris, non intellectui agenti erit ipſe poſſibilis intellectus, vt productiuus notitiæ cum ſpecie intelligibili memoriæ, ſed primũ à me magis probat̃. Aduerte inſuper ꝙ memoria perfecta cõplectitur etiã voluntatẽ ipſam, vt eſt prĩcipiũ ꝓductiuũ amoris, & hoc quidem vt plene patrem repræſentet, in quo eſt mediũ fœcũditas ad generandũ, ſed ad ſpirãdũ ſecũda potẽtia Dei intelligẽtia aut intellectus, q̃ eſt aĩa ipſa ſeu intellectus poſſibilis ĩquantũ recipit in ſe notitiã genitã. Tertia eſt volũtas quaten⁹ in ſe ſuũ recipit amorẽ, nã quatenus eũ elicit refert̃ ad primã potentiã, ſicut & intellectus vt eſt ꝓductiuus notitiæ, nẽpe ad memoriã perfectã. Imago aũt

Imago Trinitatis ĩ quibus cõſiſtit.

trinitatis conſiſtit in his tribus aĩæ potẽtiis, vt sũt ſub actibus ſuis tribus, id eſt in potẽtiis. & actibus earũ ſimul, quandoquidẽ tres potentiæ ſunt vna & eadẽ aĩa, ex quo diuinæ eſſentiæ vnitatẽ repræſentãt, & actus earũ reipſa diſtincti, diſtinctionẽ perſonarũ repræſentant. Modũ vero ꝓceſſionis ipſarũ perſonarum ĩperfecte repræſentant. Nã notitia, quæ eſt ſecũda imaginationis pars, nõ producit amorẽ qui eſt tertia pars, ſicut Filius ĩ diuinis Spiritũ ſanctũ comproducit, ſed pp ordinẽ duntaxat, quo tertia imaginis pars ſecundã præſupponit, repræſentãt ipſam trinitatẽ. Nemo .n (vt ait Auguſtinus) vult quod oẽ quid vel quale ſit neſciat. Vnde colligitur Auguſtinũ accipere voluntatẽ, vt eſt tertia imaginis pars ꝓ actu amoris, & non ꝓ potentia ipſa. Dupliciter .n. Auguſtinus aſſignat imaginem, primo dicens, mens, notitia, & amor. Secundo, memoria, intelligẽtia & voluntas, & vtrobique ꝑ mẽtem

lib. 15. de Tri. c. 27.

lib. 9. de Tri. c. 4. & ſeq.

lib. 10. de Trinit. c. 10. & ſeq.

tem in prima aſſignatione, & memoriam in ſecunda, comple ctitur vtramque vim, videlicet intelligendi, & volendi (hoc eſt intellectum, & voluntatem) vt ſunt potentiæ ſuorũ actuũ (notitiæ videlicet vel amoris productiuæ) nam quatenus ſuos recipiunt actus, intellectus notitiã, & voluntas amorem, ad ſecundam & tertiã imaginis partes referuntur, illę quidem ad ſecundã, hæc vero ad tertiam Obſerua nihilominus perfectiſſimã & vltimã imaginis rõnẽ eſſe in prædictis potentiis & actibus, quando ipſæ potentiæ habent Deum pro obiecto: nã tunc anima non habet ſolum ſimilitudinem Trinitatis expreſſiuam ratione ſuarum potentiarum & actuum, ſed etiam ea ratione, qua actus ipſi conformãtur obiecto, quandoquidem actus eſt vere obiecti ſimilitudo. Hoc autem contingit, cum aĩa Dei meminit, denique Deum contemplatur, ac diligit. Hoc autem ex Auguſtino colligitur: in eo ſolo, inquit, quod ad contemplationem pertinet externorum, nõ ſulum eſt Trinitas, ſed etiam imago Dei: in hoc autem quod deriuatũ eſt in actione temporalium, etiam ſi Trininitas poſſit, non tñ imago Dei inueniri poteſt: Quod intelligendũ eſt de expreſſiſſima imagine, & perfectiſſima ſimilitudine. Deinde eſt imago Trinitatis, ſed minus perfecte quando aĩa habet ſeipſam per obiecto. Nã licet tunc non habeatur ab ipſo Deo ĩmediate, veluti à ꝓximo obiecto ſimilitudo, habet tñ quadamtenus, ĩ quantũ in mente, vt in imagine Deus cognoſcitur. De hac imagine loquit Auguſtinus. Ecce (inquit) mẽs meminit ſui, intelligit ſe, diligit ſe, hoc ſi cernimus, cernimus Trinitatem, nondum quidẽ Deum, ſed ipſam imaginem Dei. Reſpectu vero obiectorũ inferiorũ ĩ mente, licet ſit imago, nõ tñ ita perfecta, iuxta quẽ ſenſum interpretandę sũt varię Diui Auguſtini auctoritates. Ex his liquet, in parte ſenſitiua imaginẽ nõ poſſe cõſiſtere, ob id ꝙ in ea nõ ſit potentiarũ cõſubſtantialitas, nec modus agẽdi duplex, naturalis videlicet, & liber, ſed naturalis dũtaxat, vt patet ex Ioãne Damaſceno, aſſerẽte ꝙ bruta in ſuis operationibus nõ agunt, ſed agunt. Obiicies aduerſus prędicta, Trinitatẽ naturaliter cognoſci poſſe, ex mente naturaliter cognita, ſi mens diſtincte Trinitatẽ repræſentet. Rñdet, ex creaturis naturaliter nõ poſſe cognoſci Trinitatem: Nã licet aĩa, vel angelus ſit Trinitatis imago, hoc tñ nõ cognoſcitur naturaliter, ſed eſt creditum, aſſertore Auguſtino, qui uident ſuam mentẽ, & ĩ ea Trinitatẽ, id eſt, tres potentias, quę ſunt in mente, nec tñ credunt eam eſſe imaginem Dei, Speculũ quidẽ vident. ſed nõ vident per ſpeculũ cũ nec ipſum quod vidẽt, ſciant eſſe ſpeculũ. Adde quod imago dicit relationẽ, quæ niſi cognitis extremis naturaliter cognoſci neqt. Quãuis aũt ipſum fundamentũ naturaliter cognoſcatur, non tñ terminus (q eſt eſſentia diuina) ſub propria rõne. Prædicta igit de imagine valent credendi Trinitatem ad perſcrutãdũ, & ꝑſuadendũ. Quòd ſi adhuc obiicias, nihil quod ſit in aĩa plus repræſentare vnã perſonã, quã aliam,

lib. 12. de Trinit. c. 4.

lib. 14. de Tri. cap. 8. & 6.

lib. 15. de Tri. c. 24.

lib. 15. de Tri. cap. 7. & 14.

lib. 15. de Tri. cap. 7. & 14.

aliam, cũ ſecundũ Auguſt. p̄r eſt memoria, intelligẽtia, & voluntas, & filius cõſimiliter, ergo vna potẽtia nõ magis diſtincte repræſentat vnã pſonã, q̃ aliã, cũ illæ tres potẽtiæ ſunt in ſingulis pſonis. Rñdetur vnã potẽtiã magis repræſentare vnã perſonã, q̃ aliam, non propterea ꝙ in illa ſola perſona ſit potẽtia, ſed ꝙ propius repræſentet modum originis talis perſonæ: vt exempli gratia, memoria repręſentat patrẽ, ꝓpterea ꝙ gignat filiũ, quatenus habet rõnẽ memoriæ, & non vt habet rationẽ intelligentiæ, aut voluntatis.

DISTINCTIO IIII.
Quæſt. 1. & 2. Pag. 333. & 337.

Vtrum hæ propoſitiones ſint veræ, Deus generauit alium Deum, & Deus eſt Pater Filius & Spiritus Sanctus.

RESOLVTIO.

Deus genuit Deũ. PRior earum propoſitionum falſa eſt, propterea ꝙ non ſit alius Deꝰ à patre, ſed vnus duntaxat. Audi Iſrael, dominus Deus tuus vnus eſt &c. & illud: Ego ſum Deus tuus, qui &cæt. *Deut. 6. Exo. 20.* Is autem terminus (alius) ſignificat diuerſitatem in eſſentia, & natura diuina, quæ nulla eſt, ſed hæc eſt vera & catholica, Deus genuit Deum, quia Deus pater Deum filiũ genuit, hoc eſt, per generationem æternam communicauit illi ſuam naturã & deitatẽ. In ſymbolo quoque ſcriptum eſt. Lumẽ de lumine, Deum verũ de Deo vero. Secunda autem propoſitio vera eſt, licet non defuerint olim, qui eam negarent, vt refert Magiſter. Nam & eius conuertens vera eſt, nempe iſta, Pater Filius & Spiritus Sanctus ſunt vnus Deus, quod & aſtruitur per diuum Auguſtinum dicentem: Credimus vnum Deum, vnam eſſe diuini nominis Trinitatem. Vide Magiſtrum. *Deus eſt Pater, filius, & Spiritus ſ. In ſermone de fide. c. 5. huius diſt.*

DISTINCTIO. V.
Quæſtio. I. Pag. 339.

Vtrum eſſentia diuina generet vel generetur.

RESOLVTIO.

HAc in re fœde errauit Abbas Ioachim, vt habetur in decretalibus, aſſerẽs Magiſtrũ ſentẽtiarum Hęreticum, & inſanũ, ꝙ in ſuis ſententijs dixiſſet rem eſſe in diuinis (videlicet eſſentiam diuinam) quæ non eſt generans, neque genita, neque procedẽs: Ex quo inferebat magiſtrũ ſententiarum poſuiſſe in diuinis quaternitatẽ, videlicet tres perſonas, & illam eſſentiam quaſi communem, quartam. *Circa Trinitatem errauit Abbas Ioachim. Text. de ſumma Tri. & fide cath. c. Damnamus.* Quod inconueniens, vt ipſe Ioachim euadere aſſeruit, quòd nulla res vna eſt Pater Filius, Spiritus Sanctus, ſed perſonas illas eſſe vnam rem vnitate aggregationis tantum, ſicut multi fideles dicuntur vna eccleſia propter vnã fidẽ, & charitatẽ: qđ aſtruebat ex illo Ioãnis: Pater rogo, vt ſint vnũ, ſicut & nos vnum ſumus. *Ioan. 19.* Sed aſſertio ipſius Ioachim hæretica eſt, non autẽ Petri Lõbardi. Nã p̄r gignendo ab æterno filiũ, ſuã ei dedit ſubſtan-

ſtantiam. Pater quod dedit mihi, maius omnibus eſt &c. At dici non poteſt quod partē ſubſtantiæ ſuæ dederit, & partem ſibi retinuerit, cum ſubſtantia patris ſit indiuiſibilis, vt pote ſimplex omnino, ſed nec dici poteſt quòd pater in filiū tranſtulerit ſuam ſubſtantiam generando, quaſi ſic dederit eam filio, quod nō retinuerit ipſam ſibi, alioquin deſijſſet eſſe ſubſtantia, & ſimili ratione ambo eam Spiritui Sancto dederunt. Cum ergo veritas pro fidelibus ſuis orat ad patrem, volo (inquiens) vt ipſi ſint vnum in nobis, ſicut & nos vnum ſumus. Hoc nomen (vnum) pro fidelibus quidem accipitur, vt intelligatur vnio charitatis in gratia, pro perſonis vero diuinis, vt attēdatur identitatis vnitas in natura, quemadmodum alibi veritas ait, Eſtote perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt, ac ſi diceret manifeſtius, eſtote perfecti perfectione gratiæ, ſicut pater veſter cęlis perfectus eſt perfectione naturæ, & eſſentiali bonitate: vbi non innuit, vt ſimus ex nobis ipſis naturaliter perfecti, ſicut pater eſt ex ſe naturaliter perfectus, ſed vt eſſemus perfecti perfectione nobis competente, videlicet gratiæ, & virtutis, vtraque videlicet ſuo modo, quia inter creatorem, & creaturam non poteſt tanta ſimilitudo notari, quin inter eos maior ſit diſſimilitudo notanda. Fatendum eſt igitur cum Magiſtro ſententiarum, quod Pater, Filius, & Spiritus S. vera vnione, non collectiua, ſeu ſimilitudinaria ſint vna eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura, quæ ſubſtantia non eſt generans, neq; genita, nec procedens, quia illi actus non attribnunt ſubſtantiæ, ſeu naturæ, ſed perſonis: nec p hoc in trinitate concludit quaternitas, q̨a illæ tres res, pr̄ videlicet, & filius & S.S. ſunt illa vna res & eſſentia. Quaternitas autem eſſe non poſſet, niſi eſſet quartum realiter a trib, diſtinctum. Adde rōnes Magiſtri in primis tribus capitibus poſitas huius diſtinctionis. Quod ſi dixeris hanc eſſe veram, Deus generat Deum, igitur à ſimili iſtam, eſſentiam gn̄at, vt eſſentia ſumat pro perſona, ſicut Deus in prima accipitur pro patre. Reſpondetur non eſſe ſimile: Propterea ꝙ Deus ſit concretū potens ſupponere, vel accipi pro natura, vel ſuppoſito. Eſſentia autē eſt abſtractum vltima abſtractione, quare non poteſt pro ſuppoſito ſupponere, ſed tantū pro natura.

Ioan. 10.

Matth. 5.

Eſſentia diuina nō eſt generans neque genita.

DISTINCTIONIS. V. Quæſtio. II. Pag. 348.

Vtrum filius generetur de ſubſtantia patris.

RESOLVTIO.

Auguſtinus vna cū cæteris antiquis doctoribus libere profitet̄ filiū Dei de ſubſtantia patris gn̄ari: Ait. n. ptractās illud Pauli. Tranſtulit nos in regnū filij charitatis ſuæ. Qđ dictum eſt (ait) filij charitatis ſuæ, nihil aliud eſt q̃ filij ſubſtātiæ ſuę, ergo eſt de ſubſtātia patris. Vide alias authoritates eiuſdem c. 9. huius diſt. apud Magiſtrū, Veruntamen

Lib. 1. de tri. c. 10. Ad Coloſ.

runtamen, vt hæc plenius noueris, obſerua quòd generatio in creaturis duo dicit, productionem videlicet, & mutationem, & iſtorum rationes formales diuerſæ ſunt, & ab inuicem ſeparabiles, id eſt, poteſt eſſe productio abſque mutatione, & contra, productio ad eũ formaliter eſt ipſius producti (id eſt relatio producti ad producens) quod eſt compoſitum: Et accedit ei quod non fiat cũ mutatione alicuius partis compoſiti, vt patet in creatione, in qua nulla pars mutatur, ſed totum ſimul incipit eſſe. Mutatio vero formaliter eſt ipſius ſubiecti mutabilis, quod de priuatione tranſit ad formã. Concomitatur autem imitatio productionẽ in creaturis propter imperfectionem potentiæ productiuæ, id eſt, agentis naturalis, quæ non poteſt dare eſſe totale termino productionis, id eſt non poteſt quidpiam ex nihilo producere, ſed aliqđ eius præſuppoſitum tranſmutat ad aliam partem ipſius, & ſic producit compoſitum. Si enim generans creatum eſſet perfectũ agens, non exigens materiam, tunc eſſet productio ſine mutatione: Idcirco ſine contradictione ſeparari poſſunt, & reipſa in creatione ſeparantur, vbi propter perfectionẽ potentię Dei productiuæ, dantis eſſe totale producto, vere eſt ratio productionis, qua productum producitur, ſed non eſt ibi ratio mutationis proprie dictæ, quæ ſupponit ſubſtractum aliquod. Vt autem hæc præſenti inſtituto accommodemus, cum in diuinis nihil imperfectionis ſit ponendum, & mutatio imperfectionem importet, quia poteſt tialitatem in mutabili vt poſſit recipere aliam formam, & etiam in mutante, quia talis neceſſario requirit cauſam concauſantem, id eſt, materiam ad hoc vt producat. Nullo modo in diuinis ponetur generatio ſub rõne mutationis, nec quaſi mutationis, ſed tantum generatio, vt productio pfecta, inquãtum ſcilicet per eam aliquid accipit eſſe. Quamobrem generanti, vt eſt in diuinis, non aſſignabit materia, nec quaſi materia, ſed tantum terminus, & hoc vel totalis ſiue primus, id eſt adæquatus, vel terminus formalis, ſecundum quem terminus primus formaliter accipit eſſe. Deinde, quamuis nulla materia, vel quaſi materia ĩ diuinis ponatur, vere tamen & proprius Filius eſt de ſubſtantia Patris, vt aſſerit Auguſtinus, & alij doctores antiqui, vbi per præpoſitionem (De) notatur non ſolum efficientia vel origo, quia ſic creaturæ eſſent de ſubſtantia Dei, nec conſubſtantialitas tantum, quia tunc pater eſſet de ſubſtantia filij, ſed notatur ſimul originatio, ſeu principium originans & conſubſtantialitas, vt ſcilicet ablatiuus rectus, à præpoſitione, de, ſignificet conſubſtantialitatem, id eſt, quòd filius eandem habeat cum patre ſubſtãtiam, & per genitiuum a tali ablatiuo rectum importetur principiũ originans, ita quod ſenſus huius propoſitionis, filius eſt de ſubſtantia patris, eſt iſte, filius eſt originatus à pře, vt conſubſtantialis ei, & hoc modo authoritates in litera adductas exponit Magiſter.

Lib. 7. Metaphy.

Generatio in diuinis eſt ſine mutatione.

Præpoſitio de in diuinis quid importet.

Ex 6 phy.

DISTIN-

DISTINCTIO. VI.
Quæſtio. Vnica. Pag. 365.

Vtrum Deus pater & filium voluntate generet?

RESOLVTIO.

Deus pater volens filium genuit.

DVo in hac parte obſeruanda veniũt. Primum ꝙ pater generat filium volens, nam in primo ſigno, vel inſtanti originis pater intelligit formaliter, & tunc ẽt põt habere velle formaliter, & reipſa: in ſecundo vero ſigno originis gignit filium, nec tñ vult illam generationẽ volitione (quam dicunt) ſequente illam gignitionem, ſed volitione in primo ſigno originis habita, qua quidem volitione pater formaliter vult præſuppponendo aliquo modo intellectionem, qua quidem pater intelligit, non aũt præſupponendo gignitionem verbi. Sic ergo conſtat, ꝙ pater volens generat, non tantum voluntate conſequente, ſed voluntate antecedente. Nam pater prius eſt perfectus in ſe, & beatus per intelligere, & velle, quàm iſta alteri communicet perſonę per productionem. Siquidem, quod in primo inſtanti, quo eſt pater non conuenit ei, nunquã cõuenit, propterea quòd ex productione cuiuſcunque perſonæ nulla ei adijci poteſt perfectio, nam nulla perſona hẽt quidpiam, quod à patre ſibi nõ fuerit communicatum. Deinde obſeruandum ꝙ quamuis pater filium generet volens (ſicuti interpretatũ eſt) nihiloſecius nequaquam illum generat voluntate, tanquam principio eliciti uo, & productiuo, quandoquidem principium productiuum vnius rõnis in diuinis, duas vnius rõnis productiones (cum vtraque ſit adæquata) hr̃e nequit, ſed vnicam tñ. Quapropter cum Spiritus Sanctus per modum vel actum voluntatis, vt principij productiui producatur, filius non ſic producetur. His ſubſcribit Damaſcenus dicens: Generatio eſt opus naturæ, & Auguſtinus ad Oroſium: Præire ſcientiam voluntas non poteſt. Cum igitur filius ſcientia patris, & ſapientia ſit, non generabitur voluntate. Quod ſi obijcias Auguſtinum, qui attribuit voluntati noſtræ gignitionem verbi, id eſt, notitiam obiecti. Verbum, inquit, amore concipitur. Item, notitia placita, digneque amata. verũ eſt, ergo & in diuinis, cum in mente noſtra ſit Trinitatis imago. Reſpondetur, in nobis quidem verum eſſe, quod ait Auguſtinus, idcirco qđ eliciamus plures actus intelligendi & prædicamenti qualitatis, & prædicamẽti ad aliquid, & vno actu elicito alium voluntas imperare poteſt: non autem in Deo, in quo eſt vnicus actus intelligendi (vnica videlicet notitia ingenita) & vnicus actus dicendi, ſeu exprimendi verbum, id eſt, vnica notitia genita, quare voluntas, nequibit eſſe cauſa nec propinqua nec remota alicuius illorum. Nam voluntas producendi ſubſequitur quadãtenus ipſum intellectum, ſicuti & operando (hoc eſt, fruendo diuina eſſentia.) Quod ſi inſtes Auguſtinum intelligere nedum

Pater pri⁹ beatus, quàm generet.

lib. 1. c. 8.

Lib. 9. de Trin.

dum in nobis, ſed in ipſo Deo, hoc falſum eſt, quantum ad illum actum, qui eſt coniungere parentem, id eſt, intellectum cum prole, id eſt, cum obiecto cognito, aut notitia: ſed bene quantum ad alium actum, quē tribuit noſtræ voluntati, qui eſt dilectio ipſius obiecti, ac notitia eiuſdem, & ratione huius actus noſtra voluntas proprius eſt pars imaginis. Obiicies & Hilarium docentem, non naturali neceſſitate ductus pater genuit filium, vnde conſequitur, voluntate igitur eum genuiſſe. Reſpondetur, duplicem eſſe neceſſitatem naturalem. Quædam eſt cui voluntas repugnat, vt mortis neceſſitati, altera cui voluntas cō cordat, & ſic pater neceſſario filium genuit. Hilarius autem intelligit de neceſſitate primo modo capta, vnde & ſubdit, non naturali neceſſitate, cum nollet. Obijcies quoque & Richardum docentem, vultis audire verbum abreuiatum, ingenitum velle habere de ſe conformem, atque condignum, idem mihi videtur quod gignere filium. Atqui pater voluntate vult habere ſibi conformem, ergo & voluntate genuit. Reſpondetur, Ricardum intelligere concomitanter, non autem quod velle patris ſit formaliter gignere, nam hac in re aduerſaretur Auguſtino, qui ait, quod Spiritus Sanctus procedit quomodo datus, non quomodo natus, id eſt, per modum voluntatis liberæ, non per modum naturæ, quemadmodum filius.

Lib. de Synodis.

Lib. 6. de tri. c. 17.

DISTINCTIO. VII.

Quæſt. Vnica. Pag. 372.

An generandi potentia ipſius patris ſit quid abſolutum, an perſonalis proprietas.

RESOLVTIO.

Non loquemur quidem de potentia Logica, quæ nihil aliud prorſus eſt, ꝙ non repugnantia extremorum alicuius propoſitionis, nec de potentia pro formali, ſed vt eſt reſpectus qui dem, ſed de potentia pro materiali, & fundamēto, hoc eſt, de vi illa gñandi, quæ eſt in patre. Hæc aūt potentia dupliciter accipit: Primo pro principio quo pater filium producit ꝑciſe, & ſimpliciter ſumpto: Secūdo ꝓ ipſo principio, cum alijs oībus concurrentib. ad gñationē filij. Hæc aūt potētiæ diuiſio definit ab Ariſtotele. Potentia primo mō nequit eſſe relatio, cum ſit de gñe ſteriliū, ſed aliquid abſolutū, videlicet memoria perfecta, ſeu intellectus diuinus hñs eſſentiam ſibi pñtem, eſt potentia gñandi. i. principium quo pater filiū producit. Quod ita probat. terminus formalis gñationis eſt quid abſolutum, nempe ſecūda perſona, ergo id quo agens agit eſt abſolutum, qa fieri nequit vt agens cōicet terminū formalē ꝓductionis, niſi agat forma æque ꝑfecta (ſi agit vniuoce) & perfectiori (ſi agit æquiuoce,) in diuinis autē nihil eſt perfectius abſoluto. Nam abſolutum eſt formaliter infinitū, non aūt relatio. Euidētius

Potentia Logica.

Potentia duplex.

9. Meta.

Potentia generandi in patre quid ſit.

Id eſt vt producens ſit imperfectius producto ī naturalibus.
Lib. ca. 8.
Lib. 5. de trin. circa finem.
Lib. 5. de tri. cap. 6.

tius ita aſtruit, fieri nequit vt principiū formale ī perfectius ſit termino ſuo formali, ſed ter minus formalis, vt pote verbū eſt quid abſolutū, ergo & principiū eius formale eſt abſolutū. His ſubſcribit Damaſcenus. Gñatio eſt opus naturæ, ſed nō eſt opus naturæ, vt gñantis, ergo eſt opus naturæ vt principij gñandi. & Hilarius, ex virtute (inquit) naturæ in eandem naturā natiuitate ſubſiſtit filius. Potentia autem ſecundo modo, eſt intellectus diuinus hñs eſſentiā ſibi pñtem, vt hęc ſunt in patre: & talis eſt potentia generandi propinqua, prior vero remota. Quod ſi prædictis obiicias Auguſtinū dicentē. Eo pater eſt, quo eſt ei filius, atqui paternitate eſt pr̄, ergo eadē eſt illi filius, & ꝑ cōſequens paternitate generat. Reſpōdetur, quôd Auguſtinus intelligit eo formaliter, non autem eo fundamentaliter, ſeu productiue: quemadmodū.n. Ioannes Albus ſimilis eſt Petro Albo ſimilitudine formaliter, & albedine fundamentaliter (cum albedo ſit fundamentum ſimilitudinis) Sic pater generat paternitate formaliter, ſed memoria fœcūda fundamentaliter, ſed intellectu, & eſſentia diuina.

DISTINCTIO, VIII. Quæſtio. I. Pag. 387.

Vtrum Deus ſit ſumme ſimplex.

RESOLVTIO.

Deus eſt ſumme ſimplex.
Lib. 6. de tri. cap. 6.

DEum quidē vere, & ſumme ſimplicem eſſe conſtat ex Auguſtino. Id aūt aſtruitur varijs rationibus, Primo quòd non ſit compoſitus Phyſice: Nam compoſitio materiæ & formæ imperfectionē includit, nempe rationem partis. Forma quoque non vnitur materię, niſi alicuius efficiētis virtute: Quamobrem ſi Deus ex materia, & forma compoſitus eſſet, haberet vtiq; efficiēs aliquod prius ſeipſo, quod aures piæ audire reſpuunt. Deinceps non eſt ex ſubiecto, & accidente compoſitus: Cum eñi immaterialis ſit, non eſt alicuius accidentis rei materiali cōuenientis capax, nec accidentis rei immateriali competentis. Intelligere enim, & velle (q̄ creatis accidunt ſpiritibus) non ſunt in eo accidentia, ſed eadē reipſa eius eſſentię, vt aſſertum eſt Reſ. diſt. 2. q. 1. Præterea nō eſt compoſitus ex partib. quantitatiuis, cum non habeat materiam, quantitas autē rei materialis eſt accidens. Ad hæc idem aſtruitur ex rōne infiniti, quandoquidem omne componibile poteſt eſſe pars alicuius totius compoſiti ex ipſo, & altero componibili, omnis autē pars excedi poteſt, ſed contra rationem infiniti eſt, poſſe excedi: infinitum ergo nullatenus eſt componibile. Inſuper nō eſt compoſitus ex genere & differentia, cum nec Deus nec quidpiam de Deo dictum, vt dicetur Reſ. 3 huius diſtinct. ſit in prædicamento. Eſſe ēt non accidit Deo, ſed eſt idem ſuæ ſubſtantiæ, iuxta illud Exodi: Ego ſum qui ſum, & illud: Qui eſt, miſit me ad vos. Prædictis fortaſſe obijcies illud Ariſtotelis, Quod vni eſt non ſubſtantia. i. qđ eſt accidens, nulli eſt ſubſtantia. Atqui ſapiētia (quā Deo nullus dene-

Exod. 3.
lib. 1. phy.

denegat,ſicut & alia attributa) in nobis eſt accidēs, ergo in nullo eſt ſubſtātia, vel nō accidēs. Et ex conſequenti in Deo erit accidens. Et ita compoſitio ſubiecti, & accidentis. Reſpōdet ſapientiam ea ratione, qua eſt qualitatis ſpecies, & accidēs in nobis, nō poni in Deo: hoc.n. modo, quia eſt accidens limitationem & imperfectionē includit, ſed aſcribitur ipſi Deo ſecū dum rationem ſapientiæ præciſæ, quæ eſt perfectio ſimpliciter. Illud aūt dicitur perfectio ſimpliciter qđ eſt melius in nobis, q̄ non ipſum, id eſt, quàm eius oppoſitum, vt eſſe ſapiētē, eſſe bonū, iuſtum, &c. In quolibet, inquā, eſt melius, inquātū eſt ens, licet non habita ratione ſuæ naturæ ſpecificæ (q̄a habet certos gradus ſuæ intentionis) via remotionis, & eminentiæ, q̄ppe quæ abſtrahit ab omni īperfectione, & limitatione.

DISTINCTIO. VIII. Quæſtio. II. Pag. 392.

Vtrum aliqua creatura ſit ſimplex?

RESOLVTIO.

Creatura nulla eſt ſimplex. lib. 6. Trin. c. 6.

AVguſtinus libere ꝑfitetur nullā creaturā eſſe in ſe ſimplicem. Omnis. n. creatura eſt alteri componibilis, vt accidentia cum ſubiectis, materia & forma adinuicem. Omnis quoq; ſubſtātia tam corporalis, q̄ ſpiritualis ſui eſt receptiua accidentis, vt patet de intellectione, & actibus volūtatis in Angelis. Adde ꝙ & creaturæ multifariam compoſitæ ſunt. Primò compoſitione Metaphyſica, ex actu videlicet, & potētia, hoc eſt, ex realitate generis (quę eſt potentialis, & perfectibilis) & realitate conceptus differentiæ, quæ eſt per ſe actus, & perficiens ratione generis: eſt quoque in creaturis compoſitio naturæ, & differentiæ indiuidualis, quæ naturam actuat, & ad certum determinat indiuiduū. Aliquæ etiam creaturæ componuntur phyſice, vt puta ex materia, & forma, vnde ſatis conſtat creaturam omnem componibilem, aut compoſitam eſſe ex ſe. Præterea nulla creatura eſt purus actus, ſic videlicet ꝙ nihil illi adijci, aut aduenire poſſit, cum careat aliquo gradu perfectionis entitatiue in quātum ens. Nā licet ſit perfecta in ſua ſpecie, tamen in quantum ens eſt capax vlterioris gradus perfectionis, cum etiam infinitas nō repugnet enti in ſe, ſicut talpa dicitur cæca, ſed inquantū animal pōt videre. Actus vero purus dicitur, vel qui nullo caret perfectionis gradu, vel q̄ nulli alteri cōmiſcetur. Et licet hæc priuatio (ſicut nec aliqua eſt de eſſentia poſitiui alicuius) non ſit de eſſentia creaturæ, eſt nihilominus ipſi inſeparabiliter adnexa, quod etiam efficit, vt creatura non ſit ſimplex.

DISTINCTIO. VIII. Quæſtio 3. Pagina 393.

Vtrum Deus, uel aliquid dictum de Deo ſit in prædicamento?

RESOLVTIO.

AVguſtin⁹ ſatis ſuperq; oſtē dit, ea quę de Deo dicūtur, nullatenus ī genere eſſe. ait. n. intel-

Lib.1. de Trin c.1. Nec Deus nec aliquid de Deo dictũ eſt in prædicamento.

Lib.7. de Trin. c.4.

intelligere Deum quantũ poſſumus ſine qualitate bonum, ſine quantitate magnum, &c. Vide Magiſtrum ſeptimo cap. huius diſtinct. & tandẽ infert. Ecce ſi ſubtiliter intendes, ex his atque prædictis aperitur illa artis Dialecticæ prædicamenta Dei naturæ minime conuenire, quæ nullis ſubiecta eſt accidentibus. Deinde oſtẽdit Auguſtinus Deum ipſum non eſſe in prædicamẽto, quia maxime eſſet in prædicamento ſubſtantiæ, ſed nec proprie dicitur (inquit) ſubſtantia, ſed abuſiue: ꝓpterea ꝙ ſubſtãtia, quæ eſt prędicamentum, ſubſtet ipſis accidentibus, quod Deo competere nequit, cum nullum in eo ſit accidens, ſed quæcunque in eo ſunt, & de eodem dicuntur, ſunt ſua eſſentia, & natura. Obſerua nihilominus duplicẽ eſſe ſubſtantiæ proprietatem: Prima eſt per ſe ſtare, & hæc eſt ꝑfectionis, & ratione ipſius, ſubſtantia apte de Deo enũciatur. Secunda eſt aliis ſubeſſe, quod eſt imperfectionis, idcirco hac ratione de Deo nequit dici. Obiicies fortaſſe Damaſcenum dicentem, naturam diuinam eſſe ſpeciem reſpectu diuinarum perſonarum, & ex conſequentibus Deum eſſe in prædicamento. Reſpondetur ꝙ natura diuina non eſt proprie Species, ſed ſimilitudine quadam, propterea ꝙ dicatur de perſonis, ſicut Species de indiuiduis: ſed non eſt, inquam, vere ſpecies, idcirco ꝙ non multiplicetur in ipſis perſonis, perinde ac natura ſpecifica in indiuiduis multiplicatur, tot ſiquidẽ ſunt naturæ humanæ (exempli gratia) quot homines, non autem tot eſſentiæ, quot perſonæ diuinę. & hoc pacto interpretari debet Speciei definitio data à Porphyrio, videlicet quæ prædicatur de pluribus (inquit) Intelligite, inquam, ꝙ in illis plurificetur ſpecies ſecundum naturam, ideſt, ꝙ dicatur de pluribus eſſentialiter diſtinctis. Et hoc pacto interpretare Damaſcenum, & Boetium aſſerentẽ, duo genera manere in diuinis, ac reliquos Theologos Philoſophos, qui videntur prædicamentorum rationes in diuinis ponere, vtputa, quod non ſit ibi proprie, ſed tantum ſecundum modum aliquem ſimilem prædicandi. Obiicies deinde ſapiẽtiam, iuſtitiam, &c. eſſe in prędicamento. quæ tamen dicuntur de Deo, ſicut & de nobis, igitur quidpiam dictum de Deo erit in prædicamento. Reſpondetur ꝙ hæc poſſunt conſiderari vt ſunt in nobis, & ſic ſunt in prædicamento, cum ſint finita, & limitata, deinde vt reperiuntur in Deo, & ſic cum ſint infinita nõ ſunt in genere, quia ens finitum immediate diuiditur in 10. genera generaliſſima: Si autem conſiderentur in ſe, id eſt, vt ſunt cõmunia Deo, & creaturæ, ſunt quædam tranſcendentia, cum conueniãt enti vt eſt indifferens ad finitum & infinitum. Nec oportet, vt aliquid ſit tranſcendens, ipſum eſſe commune omnibus, ſed ſufficit, vt non contineatur ſub genere. Accidit enim ſibi ꝙ habeat multa inferiora, perinde ac de ratione generis ſummi, non eſt habere plures ſpecies ſub ſe, ſed non habere aliquod genus ſupra ſe.

Sapientia Dei nõ eſt in genere.

Tranſcendens quid ſit.

DI-

DISTINCTION. VIII.
Quæſtio IIII. Pag.415.

Vtrum perfectiones eſſentiales diuinæ ſecluſe actu intellectus diſtinguantur.

RESOLVTIO.

Perfectiones diuinæ formaliter diſtiguūtur.

Perfectiones diuinas nō ſolum ratione (vt voluit D.Thomas, & nonnulli alij Theologi) ſed etiam ex natura rei, & formaliter ab inuicem, & a diuina eſſentia diſtingui ſole clarius iudicat Damaſc. dicens. ſi iuſtū, ſi bonū: Si quid tale dixeris, nō naturam dicis Dei, ſed quę circa naturam, igitur ante omnem intellectus actum, eſt aliquid in Deo, quod non eſt formaliter natura, & idem vult quòd inter omnia nomina dicta de Deo proprijſſimum eſt, qui eſt, quia ēe dicitur quoddā pelagus infinite, ſed non quidem propter multas relationes rationis, ſed propter virtutem continentiam huiuſmodi perfectionum formaliter infinitarum ab ipſa emanantiū, ſicut flumina emanant a mari iuxta illud. Omnia flumina intrant mare, &c. Præterea Augnſtinus dicit iſta eſſe æqualia, nihil aūt eſt ſibijpſi ꝓpriæ æquale, quare neceſſarium eſt, vt inter ipſa ſit diſtinctio ex natura rei. Ratione ēt ſic aſtruitur, & gratia exempli, accipiantur ſapientia, & bonitas: ſapiētia enim non eſt formaliter bonitas in Deo, patet, nam ſi infinita ſapientia eſſet formaliter bonitas infinita, ſapiētia in cōmuni eſſet formaliter bonitas in communi, infinitas enim nō

Lib.1.ca.4.

Eiuſdem lib.cap.9.

deſtruit formalem rationem illius, cui additur, & ita ſi nō includit formaliter vt in communi, nec vt infinitum, infinitum: hoc ſic oſtēdo, nā includere formaliter quidpiam, eſt ipſum includere in ſua forma eſſentiali, adeo quod incluſum ingrediatur definitionē includentis. Sicut autem bonitas in communi non includit in definitione ſua ſapientiam, ita nec infinita bonitas infinitā ſapientiam. Eſt itaq; diſtinctio formalis inter ea, inquātū earū rōnes diſtinctæ ſunt, & definitiones, ſi eſſent definibiles. Dices fortaſſe prædicta aduerſari ſimplicitati diuinę, nam cum eſſentia ponatur veluti fundamentum, & ipſa quaſi circunſtantia eſſentiā cōſequitur, quod iſta ſe habeat vt actus & forma reſpectu eſſentię diuinæ, & ex conſequenti erit ibi cōpoſitio. Reſpondetur quod forma in creaturis habet duplicem imperfectionem, Primam quia informat aliud: Secundā quia eſt pars cōpoſiti. habet quoque aliquid quod nō eſt imperfectionis, ſed conſequitur eam ſecundum ſuam rationem eſſentialem, ſiue formalem, videlicet quod ipſa ſit quo aliquid eſt tale. Exempli gratia, ſapientia in nobis eſt accidens, hoc eſt imperfectionis, ſed quod ipſa ſit quo aliquid eſt ſapiens, hoc non imperfectionis, ſed eſſentialis rationis ſapientiæ. In diuinis autem nihil eſt forma ſecundum duplicem illam rationem imperfectionis, quia nec informās, nec pars, ſed in quātū eſt quo illud, in quo ipſa eſt, eſt tale, vt ſapiētia in Deo nō eſt forma informās, nec pars alicuiꝰ cōpoſiti, ſed

Attributa in diuinis formaliter diſtīguuntur.

Forma in creaturis habet duplicem imperfectionem.

ſed eſt quo Deus eſt ſapiẽs, cui quidem propter ſui infinitatẽ eſt perfecte idem, nec ad hoc vt quidpiam denominatiue dicatur de alio, requiritur ipſum eſſe formam informantem id qđ denominat. Forma enim denominat totum, quod tamen non informat, ſed ſufficit vera identitas ipſorum.

DISTINCTION. VIII. Quæſtio V. Pag. 434.

Eſt ne ſolus Deus immutabilis?

Resolutio.

Deus. ſolus immutabilis. *Ad Timo. 6.* DEum, quidem eſſe immutabilem ſacræ literæ nobis ꝓdũt. Apoſtolus loquens de Deo, ait, Qui ſolus habet immortalitem, &cæt. Quem locum pertractãs *Lib. 1. de Tri. ca. 1.* Auguſtinus ait, Cum aĩa quodammodo immortalis eſſe dicatur, & ſic non diceret Apoſtolus, ſolus Deus habet immortalitatem, niſi quia vera immortalitas, incõmutabilitas eſt. Omnis ſiquidem mutatio quędam mortis ſpẽs eſt, & perinde eſt, qui ſolus habet immortalitatẽ, ac ſi dictum fuiſſet, qui ſolus viuit abſque omni mutabilitate. *Creatura omnis mutabilis.* Nam omnis creatura quantumcunque immortalis, immo etiam beata, alicui ſubiacet mutationi. Nam & de facto aliquos mentis motus habet ſucceſſiue, præter hoc quod mutabilis eſt per potentiam diuinã. *Iacob. 1.* Accedit illud Iacobi dicentis: Apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. *Malac. 3.* & illud Malachiæ. Ego dominus, & non mutor. *Pſal. 101.* & Pſalmiſta: Mutabis eos, & mutabũtur, tu autem idem ipſe es &c. *Num. 30.* & Numeri: Non eſt Deus quaſi homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur. Proinde vt ait Auguſtinus, *Lib. 1. de Trin. c. 1.* ſubſtantiam Dei ſine vlla ſui mutatione mutabilia facientẽ & ſine vllo ſuo tẽporali motu tẽporalia creantẽ, intueri, & noſſe (licet ſit difficile) oportet. Ratione aũt ſic aſtruitur, quia cum Deus ſit ſumme ſimplex (vt dictũ eſt) ideo nõ põt ad aliquã mutari formã, quæ in ipſo recipiatur. Inſuper quia eſt neceſſe (vt oſtẽſum eſt Reſol. diſt. 2. q. 1.) Idcirco non poteſt ab eſſe in non eſſe mutari, nec a non eſſe in eſſe. Igitur nulla mutatione ſiue ſubſtãtiali, ſiue accidẽtali eſt mutabilis. Nihil autẽ aliud a Deo eſt immutabile, vt patet ex authoritatibus prædictis: Et hac ratione, quia nihil aliud a Deo eſt formaliter neceſſarium, nec ſumme ſimplex, quodlibet etiam aliud a Deo eſt mutabile ſubiectiue. Nam ſi quidpiã propter ſuam perfectionem eſt immutabile ſubiectiue, maxime eſſet Angelus, ſed omnis Angelus eſt mutabilis ſubiectiue, quandoquidem, cum non omnia ſimul ĩtelligat, ab ĩtellectione in intellectionem mutatur. His ſubſcribit Gregoriu. *lib. 5. Mor. cap. 27.* Natura angelica (inquit) te ſi contẽplationi authores inhærendo in ſtatu ſuo immutabilis permanet, eo tamen ipſo, quo creata eſt, in ſemetipſam viciſſitudinem mutabilitatis habet.

DISTINCTIO. IX.
Quæſt. Vnica. Pag. 450.

Eſt ne æterna in diuinis filij Dei generatio?

RESOLVTIO.

Qvemadmodum dictum eſt diſtin. 5. quæſt. 2. *Generatio filij Dei æterna.* Generatio in diuinis non ſortitur rationem mutationis, quamobrē nec ibi reperiuntur termini a quo, & ad quem, mutationi correſpondentes, qui ſunt eſſe poſt nō eſſe, æternitati dubio procul repugnantes, ſed eſt in diuinis generatio ſub ratione productionis duntaxat, quæ nihil aliud denotat, quam reſpectum producentis ad productum. Dicitur autem filij Dei ꝓductio generatio, ob id quod per modū naturæ producatur. eſt enim generatio productio in eſſe ſubſtantiæ per mediū naturæ. Nā vt ait Damaſcenus, generatio eſt opus naturæ, *Generatio in diuinis nō eſt mutatio.* Hinc facile eſt aſtruere eam eſſe æternam, vel hac ratiocinatione. Agēs à nullo dependens. ſed ex ſeſe ſufficiens, & producens per mediū naturæ (modo non agat per motum) habet productionem pariter & productum ſibi coæua, Atqui pater generans filiū eſt huiuſmodi, quapropter habet generationem, & genitum ſibi coæua. Hæc ratiocinatio, potiſſimum quantum ad primā ꝓpoſitionem, confirmatur ꝑ Auguſtinum *Lib. 6 de Tri. ca. 1.* ad ferentem analogiam ignis, & ſui ſplendoris. Si ignis (inquit) eſſet æternus, haberet ſplendorem ſoli coæuū, & coæternum, & nihilominus ſplēdor generatus eſt ab igne, multo igitur magis filius (qui eſt ſplēdor patris) patri erit coætaneus, quamuis ab ipſo generetur *Hebræ. 1.* Huc accedit Ambroſius dicens, Si pater prius erat Deus, & poſtea genuit, generationis acceſſione mutatus eſt, auertat *Lib. 1. de Tri. ca. 6.* Deus hanc amentiam, ſemper igitur habuit filium. (vide Magiſtrum) Si autem obijcias, qđ vbicūque idem eſt eſſe & duratio, ſi quidpiam fuerit principiū eſſe, erit & durationis prīcipium, atqui pater eſt principiū eſſe filij (cum aſſertore Auguſtino ſit principium trinitatis) eſt igitur principium pariter durationis filij, & per conſequens non eſt æternus filius, ſed habuit initium. Hic diſtinguendum eſt de principio, poteſt.n. *Lib. 4. de tri. ca. 17.* ſumi originatiue, & hoc modo ratiocinatio bona eſt, nam pater eſt principium originatiuū eſſe, & durationis filij, nec hoc ęternitati repugnat: pōt & initiatiue capi, ſicuti cum dicimus inſtās eſſe temporis principiū, hoc eſt initium, & ſic non competit ęternitati, & in argumētatione cōmittitur fallacia ęquiuocationis, & amphibologiæ. Sed adhuc fortaſſe argumentaberis. Si generatio filij eſt æterna, ſemper ergo filius generatur, ſed ſecundum Auguſtinū, *83. quæſ. quæſ. 37.* cum ſemper naſcitur, nunquā natus eſt: quapropter ſi filius ſemper naſcatur, nunquam natus erit, & ex conſequenti nunquam erit filius. Reſpondetur. *29. Moral. ca. 1.* omnes has propoſitiones veras eſſe, filius ſemper natus eſt, & filius ſemper naſcitur, & filius ſemper naſcetur, quantum quidem eſt ex parte rei: Sed ꝓpter errorem Arrij, & eius aſſeclarum Diuus Auguſtinus, Gregorius

gorius aſſeruerunt filij generatione debere explicari hoc modo, filius ſemper natus eſt, non autem hoc pacto, filius ſemper naſcitur, quia hæc non ſignificat adeo expreſſe & euidenter generationem eſſe perfectam, ſicut illa, filius ſemper natus eſt. Poteſt nihilominus dici filium ſemper naſci, vt dictum eſt, vt ait Origenes, modo enim plane intelligatur, ſemp enim naſcitur filius de Patre, non qđ quotidie iteretur illa generatio, ſed quia ſemper eſt, ſemp naſcitur, id eſt, natiuitas eius ſempiterna eſt, quod vt plenius intelligas, obſerua verba cuiuſcumque temporis vera de Deo dici, ſiue actus perſonales (qui vni aut duobus ſolum competunt perſonis, vt generare, generari, ſpirare ſpirari) ſiue eſſentiales, qui tribus ſimul perſonis conueniunt (cuiuſmodi ſunt, intelligere, velle, & cætera) ſignificent. Hoc euadit manifeſtum ex Auguſtino in illud. Non enim loquitur a ſemetipſo, ſed quæcumque audiet loquetur. Audiet, inquit Auguſtinus de ſpiritu, quòd vtique audiuit & audit, quia Spiritum ſanctum audire eſt a patre filioq; procedere, & per conſequens quod audiet audiuit, & audit, perinde ac quod ſcit, ſciuit, & ſciet. Sed quid verba diuerſorum temporum ſignificāt, cum de Deo dicuntur, conſignificant vtique potius nunc, ſeu inſtans æternitatis, quàm aliquam temporis differentiam. Nam quemadmodum Deus nō menſuratur tempore, ſic nec eius operationes, veruntamen non ſignificant nunc æternitatis abſolutæ, Quia ſic non eſſet variatio diuerſorum modorum temporis ſignificandi, ſed ſignificant illud in quantū coexiſtit partibus temporis præſentis, præteriti, vel futuri: vt cum dicimus. Deus genuit, ſignificatur Deum habere actū generationis in nunc æternitatis, inquantum illud nunc coexiſtebat præterito. Deus generat, id eſt, habet [actum] generandi in nunc æternitatis, inquantum nūc ęternitatis coexiſtit pręſenti tempori.

Tom.2. Hom. 6. i Hiere.

Verba cuiuſcunque tēporis de Deo dicuntur.

Homil. 99. Ioan. 16.

Verba diuerſorū tēporum, cū de Deo dicuntur quid ſignificant.

DISTINCTIONIS. X.
Quæſt. Vnica. Pag.454.

Producitur ne Spiritus Sanctus per modum voluntatis?

RESOLVTIO

Auguſtinus libere profitetur Spiritum ſanctū per modum voluntatis produci, ait enim ſpiritus ſanctus exijt à patre & filio, non quomodo natus, ſed quomodo datus. Exire autem per modum dati, vel doni competit producto per modum volūtatis, cuius eſt ex ſua libertate dare. Ratione vero ſic aſtruitur. Principiū (ſeu agens) productiuum ſimpliciter perfectum, quod non præhabet aliquod productum ſibi adæquatum, poteſt producere, atqui voluntas diuina (vt aſſertū eſt diſtin.8.q.2.) vt eſt in patre & filio, eſt principiū productiuum amoris liberi, & id quidem iuxta proportionē ſuæ perfectionis, & obiecti præſentati, igitur talem producit amorem. Hoc adhuc a ſimili manifeſtum euadit. Quemadmodū enim voluntas creata elicere poteſt

Lib. 5. de Tri. c. 14. Spirit⁹ ſāctus producit per modum volūtatis.

poteſt amorem creatũ ſibi adęquatum, id eſt, tantum, quantum vis eius ſeſe extendere valet: Sic & voluntas diuina amorem increatum ſuis viribus proportionatum producere poteſt circa infinitum obiectum (eſſentiam videlicet diuinã.) Nata eſt autem huiuſmod eſſentiã infinito amore diligere, Ergo & infinitum producere amorem valet. Nihil eſt autem infinitum, niſi ſit eſſentia diuina, quocirca & is amor erit eſſentia diuina. Et cum talis amor non ſit forma inhærens (quia nihil in diuinis huiuſmodi eſſe poteſt) erit per ſe ſubſiſtẽs, hoc eſt perſona, ſeu ſuppoſitum, & non idem ſubſiſtens, hoc eſt cũ producente, quia nihil ſeſe producit, Igitur eſt perſonaliter diſtinctum. Hanc autem perſonam dicimus Spiritum ſanctũ: quandoquidem filius non ſic ꝓducatur, ſed per actum naturæ ſiue intellectus, vt dictũ eſt Reſol. diſtinctione ſexta. Sed quonam pacto diuina voluntas cõmunicat naturam, cum hoc in creaturis non contingit? Procul dubio hoc non competit voluntati in communi, quatenus videlicet dicitur de creata & increata voluntate, ſed duntaxat voluntati, vt eſt infinita, quia enim (vt mox diximus) ipſa nata eſt amare obiectum infinitũ infinito amore, igitur eſt productiua infiniti amoris, Quidquid autem eſt infinitum formaliter, eſt eſſentia diuina, ergo voluntas communicat amori producto diuinam eſſentiam. Sed cum volntas libera ſit, quomodo Spiritus ſancti productio eſt neceſſaria? Neceſſitas vtique huius productionis ex infinitate diuinæ volũtatis, & ex infinita bonitate obiecti ꝓuenit, qa neutrum ſine altero ad hoc ſufficit, ſed ambo ſimul. Hoc autẽ ſic accipe: voluntas infinita nõ poteſt non eſſe recta, nec poteſt non eſſe in actu (quia tunc eſſet potentialis) neceſſario igitur habet actum rectum. Deinde eſſentia diuina, quæ eſt primum obiectum illius voluntatis, eſt ex ſe & natura ſua diligenda, ergo voluntas neceſſario eandẽ diligit. Id aũt nõ accidit, qñ volũtas Dei obiectũ creatũ diligit, qa cõtingẽter ipſum amat. Huc accedit quod ꝓductum ipſum (nempe Spiritus ſanctus) ſit neceſſarium, vnde conſequens eſt & productionem ipſam eſſe neceſſariam. Siquidem productũ productione accipit eſſe, nequit aũt qdpiam accipere eſſe neceſſarium, niſi per productionem neceſſariam. Sed cum productio ipſa ſit neceſſaria, quam ob rem non eſt per modum naturæ, ſed ab ea diſtincta, & libera? Hoc ſane ideo contingit, qa quamuis voluntas neceſſario agat, non tamẽ per modum naturæ, quia neceſſitas ſtat cũ perfecta libertate, non quidem cõtrarietatis, aut contradictionis, ſed complacentiæ, quæ maxima quidem eſt libertas. Obijcies communem illam naturæ diſcriptionem, qua dicitur qđ natura eſt vis inſita rebus ex ſimilibus ſimilia procreans, ſed Spitus ſanctus producenti ſimilis eſt, producitur idcirco per naturam, & non voluntatem. Reſpondetur, Spiritum ſanctũ eſſe quidem producẽti ſimilem ex vi termini communicati, id eſt ratione eſſentiæ ſibi communicatæ, ſed non ex vi productionis

Auguſtinus lib. 1. de tri. c. 2.

Voluntas cõicat naturã diuinam.

Spiritus ſancti productio eſt neceſſaria.

nis ſuæ, ſicut filius, quapropter nec ob id dicitur imago patris, quemadmodum filius. Sed dices, vnius naturæ eſt tantum vnus modus communicandi, vt ait Auerrois, igitur ſi diuina natura per modum naturę communicetur, non communicabitur per modum voluntatis. Reſpondetur, illud intelligi de natura limitata (Nam & hanc diuinam cõmunicationem ignorabat Auerrois Mahumetiſta) Non autem de natura infinita. Præterea dices, nihil producitur actu voluntatis niſi præcognitum, aſſertore Auguſtino, Quocirca ſi Spiritus ſanctus ſic producatur, erit præcognitus, & intuitiue (quia in Deo non eſt alia notitia, quam intuitiua) antequam producatur. Reſpondetur neceſſarium quidem eſſe præcognoſcere id q̃d amamus ſecundum Auguſtinum, ſed nõ oportet ipſam delectationem eſſe pręcognitam. perſpicuum eſt igitur diuinam eſſentiam (cuius amor ſpiratur) eſſe præcognitam Patri & Filio, non autem oportet in hoc inſtanti originis Spiritum ſanctum (qui eſt amor ſpiratus) eſſe pręcognitum patri, & filio, licet in inſtanti æternitatis omnes perſonæ ſeſe cognoſcant, quia inſtans originis non denotat durationem, ſed vnum eſſe ab alio ſolum.

. Phyſic. *Lib. 15. de Tri. c. 17.*

DISTINCTIO. II
Quæſt. vnica. Pag. 469.

Procedit ne Spiritus ſanctus à Patre & Filio?

RESOLVTIO.

Qvidquid hac in re ſenſerũt Græci poſtea quã Eccleſia id declarauit tenẽdum eſt Spiritum ſantum à patre & filio procedere, vt habet in Decretalibus. Huc accedit ſymbolum Nicęnum, dicens, Qui ex patre filioq́ue ꝓcedit & Athanaſius: Spiritus Sãctus à Patre & Filio non factus & cętera. Idquoque ex ſacris, pie affectus facile colliget, Imprimis quòd ſit à Patre, patet ex illo Romanorum, ꝙ ſi Spiritus eius ſuſcitauit Ieſum, & cætera, & Matthęi, Non enim vos & cętera. & Ioãnis, Quem mittet pater in nomine meo. & Spiritus veritatis, qui à Patre procedit &c. Deinceps ꝙ procedat à filio patet ex Apoſtolo, miſit Deus Spiritum filii ſui in corda veſtra &c. Qui autem Spiritum Chriſti non habet, hic nõ eſt eius. Ipſe ẽt filius de Spiritu ſancto dicit in Euangelio, Quem ego mittam vobis à patre. Itẽ ille me clarificabit, quia de meo accipiet. Quod autem hæ authoritates id ſonent, hinc conſtat. Nam cum in diuinis non reperiatur diuerſitas nec habitudo niſi originis, in diuinis genitiuus nõ ſignificat proceſſionem, ſed habitudinẽ principij: Quamobrem in diuinis perinde eſt dicere, Spiritus filij, aut ſpiritus procedens à filio, ſicut filius patris, & filius qui

Spirit⁹ sãctus à Patre & filio procedit. *Ext. de sũ Trin. & fi de cathe. capit. Firmiter.* *Rom 8. Matth. 10. Ioan. 14. Ioan. 15. Galatarum. 4.*

eſt à patre ꝓductus, Et hoc pacto poſſunt conciliari Græci(q; ſpiritum ſanctum iuxta prædictas ſcripturæ authoritates eſſe filii ſpiritum fatentur) cum Latinis, qui licet in verbis diſſentiant, ſecundum rem tamen in eandem nobiſcum fidei ſcientiam conuenire videntur. Adde quòd nec defuerint inter eos probatiſſimi Doctores, qui hoc ipſum apertius profeſſi ſunt, vt Athanaſius, Didymus, Cirylllus Chryſoſtomus. vide Magiſt. vlt. cap. huius diſtinct. Quapropter authoritates Damaſceni dicentis, à patre procedentem, & in filio quieſcentem Spiritum ſanctum dicimus. Et alibi, Spiritũ ſanctũ dicimus ex patre, ex filio non dicimus &c. ſic accipiendæ ſunt, quòd Spiritus ſanctus à patre procedat tã quam à primo prĩcipio, & ſubſtantiali totius Trinitatis, A filio vero veluti à principio ab alio. Inſuper Spiriritus ſanctus dicitur potius eſſe à patre, quã à filio. Nam & Auguſtinus aſſerit eum eſſe principaliter à patre, & Hieronymus proprie, propterea quod pater habeat à ſeipſo vim ſpirandi Spiritum ſanctum, & à nullo eandem receperit, filius autem eam habet perinde ac cæteras perfectiones à patre, vnde & ait, Mea doctrina nõ ẽ mea &c. Et Opera q̃ ego facio in noĩe patris mei &c. quod dedit mihi pater maius omnibus eſt, Hoc quoque pacto ſatisfacies rationi Græcorum, quam ex illo Ioãnis, (Qui à patre procedit) inferunt, Spiritum ſanctum non procedere à filio, hoc enim propterea dictum eſt, vt ait Auguſtinus, q̃a ſolet filius referre ad patrem etiam quod ipſius eſt quia ab illo habet, ne ſuã, ſed patris gloriam quærere videatur: vnde illud, Honorifico patrem &c. Item ego gloriam meam non quæro. Item quia à quo habet filius, vt ſit Deus(eſt enim Deus de Deo ex ſymbolo Niceno) ab illo vtique habet, vt etiam de eo procedat Spiritus ſ. Adde ꝙ cum dicat in Euangelio Chriſtus, Spiritum ſanctum à patre procedere, non addit ſolo, & ideo etiam à ſe procedere non negat. Ad rationem alteram Græcorum, qua proclamant nihil tenendum, vt articulum fidei, niſi in euangelio, aut ſaltem in nouo teſtamento contineatur, illud enim complete fidem continet: Sed in nouo teſtamento non eſt expreſſum Spiritum ſanctum procedere à filio, ergo non ab eo procedit. Reſpondetur, nihil quidem, vt fidei articulum recipiendum niſi expreſſe in nouo habeatur inſtrumento, aut ex eodem elici poſſit, hoc autem(vt docuimus)& ex Euangelio, vbi Spiritus ſanctus dicitur Spiritus veritatis, Et ex illo, Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, Et ex Apoſtolo, apud quem nominatur Spiritus filij, & Spiritus Chriſti, ſatis ſuperque elici videtur. Simile eſt de virginitate matris Dei poſt partum &c. & quibuſdam aliis, vt dictum eſt Reſolu. diſt. 21. q. 1. quarto ſẽtẽtiarũ. Inſuper Chriſtum ad inferna deſcendiſſe nõ docet in Euãgelio, qđ tñ credẽdũ eſt, cũ ponatur in ſymbolo Apoſtolorũ. Cõſimiliter multa circa ſacramentorũ adminiſtrationem ab Apoſtolis ore, & prædicatione dũtaxat ſuſcepit Eccleſia

Lib. 1. c. 7. & 10.

Lib. 4. c. 11.

Ioan. 15.

Lib. 6. de Trinit. c. 27.

Ioan. 8.

Euangeliũ credenda quomodo contineat: Ioan. 6. d. c. 6. Io. Ad Gal. 4. Rom. 8.

Eccleſſia ſecundum ſeriem ſuc ceſſionis epiſcoporum . vt docet Driedo, quæ in nouo teſtamento non ſunt expreſſa. Vnde Apoſtolus vbi ſermonem habuit de Euchariſtia, Cætera (inquit) cum venero, diſponam. & alibi, Itaque fratres ſtate &c. & in actibus Apoſtolorum dicitur, Perambulabat autem Syriam &c. Et hæc quoque recipienda adſtringimur ob vniuerſalem conſuetudinem Eccleſiæ, cui non parum defert diuus Auguſtinus in pleriſque locis. Adde quòd Chriſtus conuerſatus cum Apoſtolis, non omnia eos docuerit, quæ gubernationem Eccleſiæ concernebant. Ait enim, Adhuc habeo multa vobis dicere &c. Huc accedit, quòd diuerſis temporibus varia fuerint edita Simbola aduerſus varias hæreſes recenter emergentes, quibus veritas tali hæreſi contraria, (licet prius eſſet de fide) confirmabatur tamẽ, & latius explicabatur, vt conſtat de ſacroſancta intemeratæ virginis conceptione. Item de eo quod. Nicena ſynodus, non nouam ſtatuens fidem, ſed eam quæ antiqua fuerat conteſtans & declarans, Arrij errorem damnauit. Prędictis adiice Scoti rationem, qua ſuadet Spiritum ſanctum à patre filioque procedere hunc in modũ, Habens principium perfectum productiuum (quod non dependet à paſſiuo nec à quoquam impediri poteſt) priuſquam habere productum intelligatur, poteſt illo producere principro, Filius autem habet voluntatem quæ eſt amoris ſibi adæquati, id eſt infiniti productiua, & habet eam priuſquam Spiritus ſanctus intelligatur productus, ergo poteſt ea producere, & reipſa producit, quia in ſempiternis idem eſt poſſe, & eſſe. Quòd autem filius prius voluntatem habeat quàm Spiritus ſanctus producatur, patet ex eo quòd generatio ſpirationem præcedit, cum intellectus prius operetur, quã voluntas: propter iſtarum potentiarum naturalem ordinẽ, & in illo priori inſtanti originis communicatur voluntas filio vnà cum aliis diuinis perfectionibus. Patet igitur Spiritum ſanctum á patre & filio procedere. Nam & in illo inſtanti originis, in quo Pater actu voluntatis Spiritum ſanctum producit, idem eſt principium productiuum, ſeu eadem via ſpirandi, quæ eſt voluntas ipſa diuina ĩ patre, & filio, quo circa eadem productione filius cum patre Spiritum ſanctum producit. Nam, niſi procederet etiam de filio, non diceret ipſe diſcipulis, Accipite Spiritum ſanctum, eumque inſufflando daret, vt à ſe quoque procedere ſignificans aperte oſtenderet flã do, ꝙ ſpirando dabat occultè.

[Lib.3.de eccleſi. ... g. c. 5. ... Cor.2.2. ... heſſ. 2. ... Act. 15. ... oan.16. ... Ioan.20.]

DISTINCTIO. XII.

Quæſt. 1. Pag. 478.

Spirãtne Spiritum ſanctum pater & filius, inquantum ſunt omnino vnum, vel vt diſtincti?

RESOLVTIO.

PATER, & filius aſſertore Auguſtino ſunt vnum principium ad Spiritum ſanctum, ſi- *Lib. 5. de tri. c. 14.*

 cut

Spiritus ſanctꝰ producitur a patre, & filio vt ſũt vnum.

cut Pater, filius, & Spiritus ſanctus ſunt vnum principium ad creaturam: Creatura autem eſt a tribus, inquãtum vnum (hoc eſt inquantum habent vnicam omnipotentiam, id eſt, inquantum ſunt vnum) & non inquãtum ſunt diſtincti, ergo & Spiritus ſanctꝰ hoc pacto eſt a duobus. Adde quod hoc declaratũ fuerit in concilio Lugdunenſi ſub Gregorio x. ſicut patet ext. de ſum. trini. & fid. Catholic. & eſt hodie in 6. Cui ſane concilio interfuit D. Bonauentura (vt habetur in eius legenda) ꝗ multum adlaborauit pro Græcorũ reductione. Ratione vero præſcripta in calce poſtremę reſolut. comprobari poteſt, propterea videlicet, ꝙ pater prius origine quam ſpiritus ſanctus producatur, filio diuinam communicat voluntatem, quare in ſubſequenti inſtanti originis Spiritus ſanctus a patre & filio ꝓducitur omnino, vt ab vno principio propter vnam fœcunditatem principij productiui in eis, id eſt Pater & filius ſpirant Spiritum ſanctum volũtate, inquãtum omnino vna voluntas, igitur vt habens eſſentiam diuinã præſentem eſt principium productiuũ Spiritus ſancti. Quapropter cum aliqui Theologi (vt Richardus) aſſerunt Spiritum ſanctum mutua Patris & filij dilectione ſpirari, oportet accipere dilectionem pro voluntate, qua quidem pater & filius nati ſunt ſe mutuo diligere, ꝗa non ſpiratur reciproco ipſorũ amore. Sed debent ne dici duo ſpirantes, vel duo ſpiratores? Quãdoquidem participium ſignificat actum vt in fieri, ſeu vt egredientem ab agente, perinde ac verbũ a quo deducitur, & ſunt duo ſuppoſita diuina, quæ ſpirant ſpiritum ſanctum: concedimus duos eſſe ſpirantes, tres creantes, &c. Nomen vero verbale non ſignificat actum per modum actus, & in fieri, ſed ſignificat ipſum actum, & principium productiuum illius per modum habitus, & quietis, vt ſpirator ſignificat vim ſpirandi, vt concernit ſuppoſitum: Et cum vnica ſit vis ſpirandi in patre, & filio, non admittimus eſſe duos ſpiratores, aut tres creatores &c. Et ſi apud doctores reperiuntur huiuſmodi locutiones, accipiendum eſt nomẽ verbale pro participio.

Aſſ. 1.

Pater, & filius ſunt duo ſpirãtes, ni duo ſpiratores.

DISTINCTIONIS. XII.

Quæſtio II. Pag. 489.

Vtrum pater & filius vniformiter Spiritum ſanctum ſpirent.

RESOLVTIO.

ACtus Spirandi trifariam conſiderari valet. Primo in ſe ſimpliciter, & abſolute, ſecundo reſpectu termini, Id eſt quatenus ipſe Spiritus ſanctus producitur, tertio reſpectu ſuppoſitorum a quibus elicitur. Primis duobus modis eſt omnino vniformitas, vel potius vnitas, ꝗa vna ſpiratio, & vnicus terminus productus, vnus videlicet Spiritus ſanctus. Tertio modo eſt quadãtenus difformitas, ꝗa Pater ſpirat a ſe, filius autem non a ſe, hoc eſt Pater habet a ſeipſo vim ſpirandi & a nullo eam recipit, quocirca a ſeipſo ſpirat

Spiritus ſanctꝰ vniformiter a patre, & filio inſpiratur.

ſpirat Spiritum ſanctũ. Filius vero a patre per æternam generationem recepit vim ſpiratiuam: Quamobrem & a patre habet quod ſpirat Spiritũ ſanctum. Obſerua nihilominus, ꝙ licet Pater prius origine generet filium, quam ſpiret Spiritũ ſanctũ, veruntamen non prius origine Pater ſpirat ipſum q̃ filius, ſed in eodem inſtanti originis vterque ſimul ipſum producit, ſupradicto duntaxat ſeruato ordine, vt puta quia Pater a ſe, filius non a ſe ſpirat. Et hac diſtinctione ſatisfacies authoritatibus Doctorum, quę videtur aſſerere Spiritum ſanctũ non procedere vniformiter, & ex æquo a patre & filio, vt Augustinus inquit, principaliter procedit a patre. Hieronymus proprię Spiritum ſ. a patre per filium, Hilarius Spiritum ſanctum qui a te per vnigenitum eſt, promerear, &c. Hæ enim authoritates, & ſimiles non ſic accipiendæ ſunt, quòd Spiritus ſanctus prius, & magis a patre, quam a filio procedat, ſed quia hoc habet Pater a ſe, non ab alio, vt de ipſo ſit, & procedat Spiritus ſanctus: Filius autem nõ a ſe, ſed a patre hoc habet, vt de ipſo ſit & procedat Spiritus. Si obijcias, primam propoſitionem de cauſis, ꝙ omnis prima cã magis q̃ ſecũda agat, hoc plane verum eſſe fateor de cã & cãto (quę eſſentialiter diſtinguunẽ) ppea ꝙ in cauſis ſub ordinatis ſit alia & alia virtus agendi, & principalior in prio. re: Sed nomen cauſæ non conuenit producentib. diuinis, & in eis eſt vnica vis agendi, quare primum producens non magis agit quam ſecundum.

Lib. 15. de tri. c. 17.
Epiſto. 88.
Lib. 22. de trini.

DISTINCTIO. XIII.
Quæſt. Vnica. Pag. 491.

An Spiritus Sanctus ſit genitus, & eius productio, generatio.

RESOLVTIO.

Qvemadmodum ſuperius quoque aſſertum eſt, S. ſ. ſecundum Auguſtinum, procedit a patre & filio, non quomodo natus, ſed quomodo datus. Et Athanaſius in Symbolo ait: Spiritus ſanctus a patre & filio &c. quapropter non dicitur filius, nec eius productio generatio, ſed ſeipſis, id eſt ſuapte ratione & natura hæ duæ productiones formaliter diſtinguũtur: Nam ſicut in creaturis, differentiæ vltimæ, quibus ſpecies & indiuidua conſtituuntur, ſeipſis diſtinguuntur, ſic relationes conſtitutiuæ diuinarũ perſonarum, ſic quod vna nequit eſſe altera. Quod ſi obiicias rationem gñationis, quæ eſt mutatio ad ſubſtantiã, ſeu qua quidpiam in eſſe producitur, ſpirationi Spiritus. ſ. cõpetere, cum ea Spiritus ſanctus in eſſe diuino producatur, & illi diuina communicet eſſentia: Rñdetur, Quamcunq; ſubſtantiæ productionẽ, non eſſe gñationem, ſed eam duntaxat q̃ fit per modum naturę, quia gñatio, ſecundum Damaſcenũ, eſt opus naturæ. Quocirca ſi voluntas Socratis poſſit hominẽ producere, hmõi productio nõ diceretur generatio, ſicuti nec Adami productio. Cum igitur Spiritus ſanctus per actum voluntatis

Lib. 5. de tri. c. 19.
S. ſanctus non eſt genitus.

luntatis producatur, ipſius productio generationis nomenclaturam nequaquam ſortitur.

DISTINCTIO, XIIII.

Datur ne ipſe Spiritus Sanctus creaturæ intellectual.?

Resolvtio.

Hvius rei nullã mentionem in præſentia facit Scotus, ſed ex Magiſtro, & alijs Theologis elicere poſſumus, Spiritũ ſanctum hominibus dari, iuxta illud Pauli. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus veſtris. ex quo conſtat Spiritum ſanctum vere dari, & non ſolum dona quę ei approprianrur. His ſubſcribũt Auguſtinus, & Ambroſius. Vide Magiſtrum. Huius autem ratio dari poteſt, quia creaturæ intellectuali Spiritũ ſanctum dare nihil aliud eſt, quã facere, quòd ipſa eo fruendi habeat facultatem. Hanc autem facultatem per charitatem habet, ſeu ipſum poſſideat, & ſit illi præſto ad fruendum, vel vtendum. Non licet autem frui niſi Deo, & recte vti non conuenit niſi per gratiam gratum facientem. Ergo perfecta poſſeſſio eſt in qua Deus habetur & eius gratia. Quocirca cum Charitatis donum homini datur, illi Spiritus ſanctus vere conceditur. Nam tametſi priuſquam hoc recepiſſet donum, in homine eſſet Spiritus ſanctus per eſſentiam, cum vbique hoc modo ſit, nihilominus ipſo fruendi facultatem non habebat. Exemplo hominis pauperis hoc tibi manifeſtum euadet, diuitis alicuius pecuniam domi ſeruantis, qui propterea non dicitur illam pecuniam veluti ſuam habere, tam etſi eam ſeruet, nihilominus poteſt illi recenter à diuite concedi, quo peracto eã poſſideret nedum per eius præſentiam, ſed veluti rem ſuam: Sic quamuis Spiritus ſanctus omni rei per eſſentiam ſit pręſens, nihilo ſecius, quia ipſo fruendi facultatem peccator non habet, cum charitatis donum ei infunditur, tunc Spiritus ſanctus ſibi dari haud incongrue dicitur, effectiue quidem & principaliter à Deo, iuxta illud Pſalmiſtæ, Gratiam & gloriam dabit Dominus &c. Et Auguſtinum, Non aliquis diſcipulorũ dabat Spiritum ſanctum, ſed orabant, vt veniret in homine. A viris autem ſanctis, & Eccleſiæ prælatis miniſterialiter duntaxat datur, cum vel pro fidelibus orant, vel eiſdem ſacramenta miniſtrant.

Rom. 5.

Lib. 15. de Trin.

Tom. 2. lib. 1. De Spiritu ſancto c. 3. huius diſt.

Lib. 5. de trini.

DISTINCTIO. XV.

Quæſt. Vnica. Pag. 511.

Vtrum quælibet perſona diuina, quãlibet mittat, & mittatur.

Resolvtio.

Miſſio, vt nunc accipitur, ſecundum Auguſtinum, manifeſtationẽ emanationis procedẽtis deſignat, quę quidem manifeſtatio bifariam fit. Primo inuiſibiliter per dona ſupernaturaliter a Deo infuſa. Deinde & viſibiliter, vt cum in

Miſsio quid ſignificet.

carnem

carnem miſſus eſt filius, & Spiritus ſanctus in viſibili ſigno columbæ, aut ignis. Proinde miſſio duplicem habet ſignificationem. Principale eſt ipſa manifeſtatio, connotatum vero eſt perſonæ miſſæ manifeſtatio. Mittere itaque conuenit tribus perſonis (cum opera Trinitatis ſint indiuiſa ad extra) Filius enim eſt miſſus in carnem a patre, & a ſe, & a Spiritu ſancto, quandoquidem incarnationem tota Trinitas operata eſt, Spiritus ſanctus quoq; a tota Trinitate miſſus eſt, mitti autem conuenit perſonis procedentibus dumtaxat, nam q̄d non procedit, non manifeſtat̄ procedere, & ſic pater nō mittitur, ſed Filius & Spiritus ſanctus. Siquidem mitti reſpectū realem perſonæ miſſæ ad perſonam, a qua æternaliter procedit, connotat. Obijcies fortaſſe illud Ioannis, quod Chriſtus de Patre, & ſeipſo dicit, Ad eū veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Vnde colligitur Patrem mitti, ſicut Filium, & Spiritum ſanctum cum ex tempore ad creaturam veniat. His ſubſcribit & Auguſtin⁹ ad Dardanum, dicens, Quælibet perſona dat, & datur: Ergo pari rōne quælibet mittit, & mittitur. Reſpondetur, patrem inuiſibiliter quidem mentem inhabitare, & propterea ad creaturā venire dr̄, non tn̄ idcirco dr̄ mitti. Cū enim a nullo procedat, non poteſt manifeſtari procedere. Poteſt quidem creaturis manifeſtari, quod producat alias perſonas, ſed hoc non eſt mitti. Hæc ſolutio ex Auguſtino colligitur, vbi ait. Pater cum ex tempore a quocunque percipitur, non dicitur miſſus, non enim habet quo ſit, aut a quo procedat.

[Margin: Mittere ...ribus conuenit perſonis. — Mitti ...duabus ſolum perſonis conuenit. — Ioan. 14. — Lib. 4. de ...i. c. 20.]

DISTINCTIO. XVI, Quæſt. Vnica. Pag. 515.

Fuitne miſſus viſibiliter Spiritus Sanctus?

Reſolutio.

Nihil ſuper quæſtione iſta differit doctor, ſed ex ſacris literis de antiquis patribus facile cōſtat, S. ſ. pluries viſibiliter miſſum fuiſſe. Qn̄quidem viſibilis eius miſſio eſt eiuſdem in aliquo ſenſibili ſigno manifeſtatio, q̄ perſonæ, ad quā mittit̄, dari oñdit̄, qūo fuit datus Apoſtolis in ſpē ignis, ſuper Chriſtū vero requieuit in ſpē colūbæ, qui & flatu quodam ipſum Apoſtolis in die reſurrectionis cōceſſit. Et hoc quidē maxime fuit neceſſariū in primitiua Eccleſia, ad plantandam Chriſti fidem, & ad eam homines alliciendos, quæ tn̄ viſibilis miſſio nūc non eſt neceſſaria cum in oēm terrā Apoſtolorū ſonus iā exierit, & p̄dicatū fuerit Euangelium oī creaturæ. Quæret autem curioſus quiſpiam, a quo ſpēs illæ, in quib. S. ſ. apparuit fuerint factæ. Rñdet cū Auguſtino. Si q̄rit̄ (inquit) poſt incarnationē verbi a quo ſit factū, vel vox patris, vel ſpēs corporalis, qua S. ſ. demonſtratus eſt, p̄ creaturam quidē facta iſta non dubito. Sic in veteri teſtō fuit vox data miniſterio Angelico, ordinata p̄ Angelos in manu mediatoris, & ī Exodo de rubo dicitur

[Margin: S. ſanctus viſibiliter miſſus. — Viſibilis miſſio q̄d. — Act. 2. — Matt. 3. — Ioan. 20. — S. ſancti miſſio viſibiliter in primitiua eccleſia neceſſaria. — Species in quibus S. S. apparuit a creatura facta. — Lib. 4. de tri. c. vlt. — Ad Galat. 3. — Exodi 3. — Act. 7.]

dicitur ꝙ fuerit Angelus. Per hæc aũt ꝙ dicit ſcriptura Deũ apparuiſſe, vel Dominum locutum, intelligitur Angelus Domini perſonam repræſentans. Sed erant ne huiuſmodi ſpecies corporales? Erant ſanè, Columba enim res erat corporea, licet non eſſet vera columba, ſed eius ſimilitudo. Ille quoq; ignis erat corporeus, licet non eſſet verus ignis, vñ nec combu rebat. Quia autem miſſio Spiritus ſancti viſibilis ipſi Chriſto facta fuit ad ſignificãdum plenitudinem gratiæ in eo exiſtẽtis, qua poſſet humanum genus redimere, Nam de eius plenitudine nos oẽs accepimus, Ideo Spiritus Sanctus fuit miſſus in ſpecie columbæ, quæ ꝓ primogenitorum redemptione olim offerebatur. Apoſtolis vero miſſus fuit in linguis igneis, ad deſignandum, quòd per ipſorum doctrinam homines in fide illuſtrarentur, ac in Dei dilectione inflammarentur: Quibus etiam in ſpecie flatus fuit datus propterea, quod ab ipſo ſit vita ſpiritualis, quæ Apoſtolorum miniſterio in ſacramentorum adminiſtratione conferebatur. Obijcies fortaſſe Auguſtinum, qui ex eo quod filius factus, & in hunc mundũ miſſus fuerit viſibilis, arguit illũ eſſe minorẽ patre, ex quo idẽ de Spiritu ſancto conſequitur, ſi viſibilis apparuerit: Sed reſpondetur, non eſſe ſimile, propterea ꝙ Spiritus ſanctus non vnierit ſibi naturam ſigni ſenſibilis in quo apparebat, perinde ac filius vniuit ſibi naturam humanam in vna perſona, rõne cuius, dr̃ minor patre, quia propter vnionem illam hypoſtaticam omnia quæ de homine dicuntur, de filio Dei quoq; dici poſſunt, non autem ratione diuinitatis (ſecũdum quam ille ſemper eſt æqualis) conceditur minor patre.

Species in quib. Spiritus ſanctus apparuit erant corporea.

Spiritus S. cur in ſpecie colũba Chriſto fuit miſſus.

Ioan. 1.

S. ſanctus cur in ſpecie linguarum Apoſtolis fuit datus.

S. ſanctus cur in flatu datus.

Lib. 4. de tri. ca. 9.

DISTINCTIO. XVII.

Quæſtio. II. Pag. 517.

Concurrit ne effectiuè habitus ad producendum actum?

RESOLVTIO.

Omiſſa, cum doctore, opinione Henrici, qui habitum naturalem admittit cõproducere actũ, ſupernaturalem aſſeuerat omnia, ſeu totum ſuum producere actum, & opinione Gotfredi aſſerentis ſubſtantiam quidem actus eſſe à potentia, ſed eius intentionem eſſe ab habitu, tertia & quarta via ſuſtineri poſſunt, aſſerendo iuxta tertiam opinionem habitum eſſe partialem cauſam actus, etiam actiuam, ita tamen quod potentia eſt cauſa prima, & principalis, habitus vero cauſa ſecunda & minus principalis. Vnde habitus ſine potentia nequit operari quadamtenus. potentia vero ſine habitu actum producere valet, ſed non adeo intenſum, ſicut concurrente habitu, cæteris paribus, maxime poſito eodem voluntatis conatu, id eſt, nitentia ac conamine potentiæ ad actum ſuum eliciendum. Hæc autem opinio aſtruitur ex illo commentatoris. Habitus eſt, quo habens vtitur cum voluerit: Vti autem competit agenti, nam patiens

Habitus an coefficiat actũ.

Habitus actum cõproducit.

3. de anima.

patiens principio paſſiuo non vtitur. Huc accedit & Ariſtoteles dicens, Sicut ſcientia eſt qua ſcimus, ita anima eſt qua viuimus, ſentimus, & intelligimus: & per conſequens, ſicut anima agimus actus vitales, Ita ſcientia actiue ſpeculamur. Poteſt etiam dici iuxta quartam aſſertionem, habitum nō eſſe cauſam actiuam actus, ſed formam inclinantem ſolum potentiam ad agendum, perinde ac grauitas inclinat lapidē ad locum deorſum, licet effectiue, ſecundum aliquos non moueat ipſum. Hæc autem aſſertio ſic aſtruitur, nulli debet attribui vis ſeu efficientia alicuius effectus, niſi ex natura rei, id eſt, ex natura cauſæ, vel effectus ſit euidens Nulli pariter cauſæ eſt neganda perfecta virtus agēdi, niſi manifeſte appareat imperfectio efficientiæ in ea. Natura enim, ſecundum Philoſophum, dignificanda eſt inquantum poteſt, niſi manifeſte appareat oppoſitum. ſed nihil cogit tribuere habitui efficientiam actus, quandoquidem conditiones, & proprietates habitui attributæ ſine hoc ſaluari poſſunt, nihil etiam cogit vt affirmemus à potentia perfectam rationem cauſæ, vt partem actionis aſcribamus ipſi potentiæ. non eſt igitur efficiens aliqua habitui concedenda. Proprietates vero ſeu conditiones, quæ paſſim ab omnibus tribuuntur ſunt 4. vt puta ꝙ habens habitum operať delectabiliter, ſeu ſine triſtitia: ſecunda, facile, videlicet abſque difficultate: tertia, expedite, qa videlicet per habitum aufertur impedimentum, qđ poſſet hr̄e potentia operans ab obiecto delectabili in oppoſitum mouente: quarta operatur prompte hoc eſt abſque tarditate. Tertiæ tamen opinioni magis fauet Scotus, vt puta quòd habitus actum coefficiat, qđ & experiētia communis demonſtrat, qa quilibet habens habitum facile experiri poteſt ſe poſſe cum æquali conatu perfectiorē habere operationem, quam ſine habitu, quæ ſane actus perfectio habitui aſcribi nequit, niſi & actum comproducat: Et hac ratióne diluo præſcriptā quartæ opinionis rationem.

Lib. 2. de anima.

Habitus non coefficit actum.

Habitus conditiones.

DISTINCTIO. XVII. Quæſtio. II. Pag. 524.

Vtrum habitus moralis actus bonitate producat.

RESOLVTIO.

VT lati⁹ hoc pateat, obſerua ꝙ quemadmodū pulchritudo corporis ſecundū Auerroem non eſt aliqua qualitas abſoluta in corpore pulchro, ſed eſt aggregatio omnium conueniētium tali corpori, vt puta magnitudinis, figuræ, & coloris, in ordine ad corpus, & ad ſe inuicem: Ita bonitas moralis actus, eſt quaſi quidam decor ipſius actus includens aggregatiónē debitæ proportionis ad oīa, q. bus dēt actus proportionari: Qualia ſunt potentia, obiectū, tp̄s, finis, locus, & mod⁹, & hoc ſpāliter, inquantum iſta dictantur à recta ratione, ſeu recto intellectus iudicio, debere conuenire actui. Nam poſita conuenientia

7. Phy. c. 17.

Bonitas moralis quid.

uenientia actus ad rectam rationem, actus eſt bonus, ea vero remota, quibuſcunque alijs poſitis non eſt bonus principaliter. Igitur conformitas actus rationi rectę plene dictandi de circunſtantijs omnibus debitis illi actui, eſt bonitas moralis actus. Hęc autem bonitas nullũ habet prorſus principium proprium actiuũ, ſicut nec aliquis reſpectus, maxime cum is reſpectus ſit intrinſecus adueniens, fieri autem nequit, vt actus aliquis prædicto modo eliciatur, quin ex natura extremorũ talis bonitas conſequatur ipſum actum: Relatio autem conſequens extrema non habet cauſam propriam, aliam ab extremis: Quantum igitur attinet ad iſtam conditionem accidentalem actus (quæ eſt bonitas moralis) non oportet habitum aliquem eum producere, niſi quatenus producit ſubſtãtiam actus, qui quidem actus natus eſt conuenire completo dictamini prudentiæ. Obiicies illud

2. Ethy. c.5. Ariſtotelis. Virtus eſt, quæ habẽtem perficit, & opus eius bonum reddit: Ergo habitus ſtudioſus efficit bonitatem actus. Reſpondetur, virtutem quidem reddere opus bonum quatenus habitus ſtudioſus ex natura habitus ad actus ſubſtantiam inclinat, & ex conſequenti ad actum conformem rationi rectæ, ſi recta ratio inſit operanti: Hoc tamen non competit habitui inquantum eſt virtus, cũ relatio non ſit forma actiua. Habitus autem non eſt virtus niſi ex reſpectu ſeu conformitate eius ad prudentiã. Deinde o-

1. Ethic. biicies virtutẽ eſſe moderatricem paſſiuã aſſertore Ariſtotele, ꝙ præſtare nequit, niſi agendo. ergo habitus eſt cauſa bonitatis actus. Reſpondetur virtutẽ moderari paſſiones bifariã, primo cum efficit paſſionẽ ab obiecto factam eſſe minorem, inclinans veluti pondus quoddam, potentiam in oppoſitũ, ſecundo inclinando potentiã, cum prudentia coexiſtente, vt fugiat immoderate delectabilia, & hoc pacto moderatur nõ delectationem exiſtentem, ſed præcauet ne inſit. Poſtremò o- *Lib. 2. Ethy. c.4.* bijcies & illud, Non habens iuſtitiam, etſi poſſit operari iuſta, non tamen iuſte: Et ita de aliis actibus, vnde conſequitur virtutem producere actũ inquantũ eſt bonus, quia ſine ea nequit eſſe bonus. Reſpondetur ꝙ Philoſophus non intelligit hominem non poſſe ſimpliciter operari iuſte ſine iuſtitia, ſed quòd non operetur iuſte ſecundũ omnem perfectionẽ, qua pōt quiſpiam iuſte agere, quarum vna eſt delectabilitas, & facilitas in operando, quod potẽtiæ nõ habenti habitum non competit.

DISTINCTIO. XVII.

Quæſtio I. Pag. 516.

An neceſſarium ſit ponere charitatem creatam formaliter naturæ beatificabili inhærentem.

RESOLVTIO.

EX nullo quidem actu, quem experimur, ſiue actus ſubſtantiam expendas, ſiue intentionem, nec ex delectatione, ſiue (vt ita dicam) facilitatione *Charitatẽ infuſam in eſſe homini cognoſci nequit.*

ne

ne in operando, neque ex bonitate ſeu rectitudine morali actus poſſumus euidenter concludere aliquem huiuſmodi habitum ſupernaturalem ineſſe, quia quocunque iſtorũ dato poſſit habens charitatem certo cognoſcere ſe eſſe in charitate & gratia contra illud: Nemo ſcit an odio, an amore dignus ſit. Nam cum diceret Paulus, Certus ſum quòd neque mors &c. hoc habebat ex reuelatione, propterea quòd actum illum ſibi ineſſe experiretur, vel actum ſic intenſum, vel ſic delectabiliter operari &c. Ratio autem quare non poteſt cõcludi ex actu, vel aliqua ipſius actus conditione habitum infuſum homini ineſſe, eſt, quia vel actus poteſt ex ſola potẽtia habere omnia prædicta, cõcurrente ratione recta, vel ſi concurreret habitus aliquis ꝑpter aliquam prædictarum conditionum, poſſet habitus is eſſe acquiſitus. Nam Amicitia acquiſita vna cum potentia poteſt elicere amorem adeo intenſum, ſicut eliceretur cum charitate infuſa, & poſſet talis actus eſſe conformis iudicio recto ipſius intellectus, quantum ipſa recta ratio diiudicare poſſet. Quod ſi dixeris voluntatem ſubito mutari, vt intenſe faciliter, & delectabiliter operetur, & hoc confor miter ad regulas diuinas, ſiue ad dictamen fidei, vt patet de Paulo dicẽte, Domine quid me vis facere? &c. & recenter cõuerſis: Non poteſt aũt adeo ſubito acquirere habitũ amicitiæ ordinatæ cõſonum fidei: Igitur conſtat talem habere habitũ ſupernaturalem, quo ad ſubito agendum inclinetur. Reſpondetur, ꝙ voluntas ſubito mouere poteſt actus naturales, qui ſubſint omnino eius facultati. Nam ſicut ait Auguſtinus, nihil tam eſt in poteſtate voluntatis, quàm ipſa voluntas, id eſt actus ipſius voluntatis (capitur enim ibi potẽtia pro actu) qua propter ex ſubito tali motu nõ poteſt concludi propoſitum, vt puta, charitatẽ homini ineſſe. Sed ex ſacris literis, & ſanctis p̃ribus id colligimus, vt dictũ eſt diſt. 27. tertij quæſt. vnica. Nã præter prædictas cõditiones actus, quas habet ab habitu, videlicet intentionẽ, delectationẽ, prõptitudinẽ, & vltra rectitudinẽ, & bonitatẽ, quã hẽt actus per conformitatẽ ad rõnem rectam, ſiue ratio fuerit recta ſecundum dictamẽ prudẽtiæ, vt in virtutibus moralibus, ſiue ſecundum dictamen fidei, vt in virtutibus Theologicis, Iuxta illud Apoſtoli, Si linguis hominum loquar, &c. Præter inquam, hæc omnia creditur eſſe vna conditio in actu, videlicet, quòd eſt acceptabilis Deo, non communi quadam acceptatione ſolum, quia videlicet omnem acceptat creaturam, & ordinat ad ſeipſum tanquam ad eius finem, Iuxta illud, Omnia propter ſeipſum operatus eſt altiſſimus, & illud, Diligis enim oĩa quæ ſunt, &c. Sed acceptatione ſpeciali, quæ nihil aliud eſt in voluntate diuina, q̃ ordinatio talis actus ad vitam æternam, tanquam meriti condigni ad præmium: Iuxta illud, Miſericordia faciet locum vnicuique ſecundum meritum operum ſuorum &c. & illud, Nõ.n. iniuſtus eſt Deꝰ, &c.

&

Eccleſ. 9. *Rom. 8.* *Act. 9.* *Lib. 1. retra. c. 22.* *Charitas infuſa an ſit, ponenda.* *1. Cor. 13.* *Prouer. 16.* *Sapien. 11* *Actus meritorius.* *Eccle. 16.*

Hebra.6. *Matt. 5.* *Loci ad bona opera probāda.*

& illud, Merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Conſimiliter credimus creaturam rationalē iuſtam eſſe habitualiter acceptā, quādo videlicet nihil actualiter operatur, vt patet de paruulis baptizatis, & iuſtis dormientibus. Nam adhuc voluntas diuina eam ad vitam æternā ordinat, tanquam tanto dignam bono ſecūdum diſpoſitionem, quam habet habitualiter in ſe, & propter habitum charitatis, quem habet in ſe. Propter hāc igitur naturæ beatificabilis acceptionem, etiam quando non operatur, & propter acceptionem actualem actus eliciti a tali natura, oportet ponere vnum habitum ſupernaturalem, quo habens formaliter a Deo acceptetur. Is autem habitus eſt charitas, ſecundum omnes Doctores. Vnde & Auguſtinus pertractans illud Apoſtoli, Quis nos ſeparabit, &c. Charitas, inquit, Dei hæc dicta eſt virtus, quę animi noſtri rectiſſima ē affectio. Sed quomodo hic habitus eſt rē acceptādi, naturam, & actum? Dico quod quatenus eſt quidā decor naturæ, ornans animam, eſt cauſa acceptionis illius, propterea quod is decor diuinę cō placet volūtati: Ad hoc autem vt reddat actum acceptabilem plus requiritur, videlicet, quod iſte habitus, præter hoc quòd eſt decor ſpiritualis, inclinet ēt ad determinatos actus, & ad eoſdem eliciendos concurrat, ſecundum potiorem opinionem, alioquin non eſſet verum, quod ait Auguſtinus, quod gratia ſe habet ad liberum arbitrium, id eſt voluntatem, ſicut ſeſſor ad equum: quia ſeſſor actiue regit, & mouet equum pro ſuo arbitrio.

Lib. de moribus eccleſ. c.4. Rom. 4.

Lib. de libe. arbit.

Hoc ēt aduerſaretur ei, qđ idem Auguſtinus dicit, Voluntate (inquit) concomitante non præeunte, pediſſequa non domina. Non autem voluntas eſſet pediſſequa gratiæ, ſi ipſa gratia nullam efficientiam haberet. Porro hæ Auguſtini authoritates intelliguntur inquātū actus eſt meritorius: Sed cum actus ex prædictis, eliciatur a potētia & habitu, vtrum horum eſt cauſa præcipua ipſius? Dico quod in actu meritorio duo ſunt conſideranda. Primum illud quod præcedit rationem meritorij, in quo includitur ſubſtantia, & intentio actus, ac rectitudo moralis. Secūdum eſt ratio meritorij, quod eſt, eſſe acceptum a diuina voluntate, aut acceptabile, ſiue dignum acceptari ad præmium æternum. Quantum ad primum, potentia eſt cauſa prima & principalis, & habitus cauſa ſecunda, cum potētia vtatur habitu, non ecōuerſo, aliàs habens ſemel gratiam, nunquam poſſet peccare, cum cauſa ſecunda ſemper ſequať motionem cauſæ primæ, nec poſſit moueri ad oppoſitum illius, ad quod cauſa prima inclinat: Sed accipiendo actum in quantum eſt meritorius, talis conditio ei conuenit principaliter ab habitu, & minus principaliter a voluntate: Magis ſiquidem actus acceptatur, vt dignus præmio, quia eſt elicitus a charitate, quam quia eſt a voluntate libere elicitus, quamuis vtrumque ſi neceſſario requirať. Exēplum poteſt poni de diuiſione alicuius corporis mediante gladio: Ipſa quidem diuiſio abſolute magis eſt a potentia diuidente, quàm a gladio, quare potentia

In epiſt. ad Sixtū, & ad Bonifacium.

Meritorij actus cauſa præcipua.

tentia fortior velocius diuidit, ſed quatenus hæc diuiſio grata viſui eſt, ſeu videnti hanc diuiſionem, magis aſcribitur gladio, propterea quod leuitas partium diuiſarum, quæ viſui placet, magis eſt ex acumine inſtrumēti, quam ex efficacia virtutis principaliter diuidentis. Similiter ſonus magis eſt ex pcuſſione corporis ſonantis, quã ex percuſſionis ordine, & tamē vt acceptabilis auditui magis eſt ex ordine percuſſionis, quã ex efficacia potentiæ percutientis. Similiter quamuis pater ſit cauſa principalis filij, & mater cauſa minus principalis, nihilominus tamen mater poteſt eſſe cauſa principalior, quare filius a parentibus matris, vel ab alijs magis diligaẽ: Ita Deus ordinauit acceptare aliquem actum tanquam dignum præmio, propterea quòd ad illum actum voluntate inclinet habitus aliquis, quam quod ſit a reliqua cauſa partiali, & ſic intelligendum, vt diximus, illud Auguſtini, Charitas eſt ſicut ſeſſor ad equum. Et quod volũtas reſpectu gratiæ eſt pediſſequa non prima, hoc inquam, verum eſt reſpectu actus, inquã tum meritorius eſt, ſed non inquantum eſt iſte actus in ſubſtãtia: Vnde vt curſus equi magis arridet alicui, cum ſit iuxta voluntatem ſeſſoris ad certum terminum, quàm ex hoc quod equus vi ſua velociter currat. Sic actus magis eſt acceptabilis, quia eſt elicitus a charitate quam ab ipſa voluntate. Hoc etiam modo voluntas eſt pediſſequa, quia non ex ſe ita determinatiue inclinat ad terminũ, propter quam inclinationem actus acceptetur, ſicut gratia inclinat, & voluntas poteſt hanc acceptabilitatē percipere a gratia, quia gratiæ magis competit per eſſentiam, quàm ſibi: Et hoc ipſa voluntas erit cauſa ſecunda. In eliciendo tamen actũ eſt cauſa prima, vt dictum eſt. Obſerua autem quod ratio meriti non habetur complete, niſi habeatur ratio digni, vel digne ordinabilis ad præmium, quod eſt beatitudo, & hoc digne ſecũ dum iuſtitiam commutatiuã, ſiue retributiuam. Sed quicunque actus ex ſolis intrinſecis agenti non habet hunc ordinē ſeu dignitatem, Non enim ſumus ſufficientes ex nobis &c. *1. Cor. 3.* Tunc enim Deus non poſſet ei, qui ſic operatus eſſet non retribuere beatitudinem, nam in iuſte eam illi ſubtraheret, hoc autem falſum eſt, Igitur talis ordo, ſeu dignitas act[9], qua meritorius eſt vitæ æternæ ſecundum iuſtitiam, eſt ex ſola volũtate diuina gratuite ita ordinãte. Et ſic ratio meriti complete erit ex ordinatione voluntatis diuinę illius actus ad pręmiũ. *Meriti ratio completa.* Quod ſi obijcias, tunc non eſſe in poteſtate merentis mereri, ſicut nec in eius facultate eſt diuina illa actio. Reſpondetur, quòd actus meritorius eſt in poteſtate hominis ſuppoſita generali influentia, ſi habuerit liberi arbitrij vſum, & gratiam, ſed completio in ratione meriti non eſt in poteſtate hominis, niſi dipoſitiue, ſic tamē diſ poſitiue, quod ex diſpoſitione diuina nobis reuelata. Si vis ad vitã ingredi &c. *Matt. 19.* ſemper conſequitur illud completum (ſeu acceptatio diuina) ad actum hominis, ſicut organizationem fa-

ctam

ctam a cauſa naturali ſemper ſubſequitur animatio, & admi niſtrationem ſacramentorum ſemper ſubſequit̃ gratia. Obijcies rurſus hinc ſequi, quod me reri ſit principalius ipſius Dei, quàm hominis. Propterea qđ principalius in merito eſt, ex actione diuina. Reſpondetur, quod licet principalius, id eſt vltimum & completiuũ in me rito ſit, adeo propterea non ſequitur ipſum Deum mereri, qa meritum eſt actus libere, & ſecundum inclinationem gratiæ elicitus acceptus Deo, vt præmiabilis beatitudine, & ita me reri eſt ſic agere: Deus autẽ nõ ſic agit. Et quod dictum eſt intelligi dẽt de acceptatione ęterna, qua Deus ab æterno præuidens hunc actũ ex talibus prin cipijs eliciendum, charitate videlicet & voluntate voluit ipſum eſſe ordinatũ ad bonum, & ita actu voluntatis ſuæ ordinando ipſum ad præmium, voluit ipſum eſſe meritum, qui ſe cundum ſe conſideratus abſque tali acceptione diuina ſecundum ſtrictam iuſtitiam nõ fuiſſet dignus tali præmio ex in trinſeca bonitate, quam haberet ex ſuis principijs, quod patet, quia præmium ſemper eſt maius bonum merito, & iuſtitia ſtricta nõ reddit melius mi nus bono. Quocirca veriſſimũ eſt illud commune dictum, qđ ſemper Deus præmiet vltra me ritum condignum, hoc eſt vltra dignitatem actus meritorij, quod ille actus ſit actus ſit con dignum meritum hoc eſt vltra naturam, & bonitatẽ actus intrinſecam ex mera gratuita acceptatione diuina, ac eius libe ralitate. Obſerua præterea ꝙ ad actum meritorium ſecundũ aliquorum opinionem, non ſuf ficit voluntas cum charitate: Sed requiritur etiam influentia ſpecialis, non quidem formæ permanentis, ſed mouentis, ſicut inſtrumentum habet ab agente principali vltra formam, motum. Quod aſtruitur ex illo, Quicunque Spiritu Dei aguntur, &c. Gratia enim comparatur vi actiuæ generatiuæ matris, quæ nihil efficere poteſt, niſi moueatur a vi actiua patris. Ratio etiam ex Auguſtino de natura, & gratia accipi poteſt, vbi ait quòd gratia nũc non ſonat perfectam naturam, quia ſicut oculus ſanus non po teſt videre ſine lumine, ſic nec iuſta anima recte viuere ſine lu ce ſpeciali. Confirmatur Rom. 7. de lege carnis, & 8. Nã quid oremus ſicut oportet, neſcimus, &c. Sed ſi quæras an ſit ſimpliciter neceſſe ponere charitatẽ ĩfuſam, qua creatura rationalis ſit Deo grata, & beatificabilis, dico quòd licet non ſit neceſſarium ſecundum potẽtiam Dei abſolutam, quia Deus potentia ſua abſoluta potuiſſet accipere naturam beatificabilem acce ptatione ſpeciali prædicta exiſtentem in puris naturalibus, & ſimiliter actum eius, quem eliceret ex ĩclinatione mere na turali, potuiſſet acceptare, vt meritoriũ, poſſet etiã dare beatitudinem ſine merito præcedente, vt paruulis facit in baptiſmate: Tamẽ neceſſe eſt ponere talem habitum ſecundũ potentiam Dei ordinatam, quã colligimus ex ſacra ſcriptura, & ex dictis ſanctorum patrum, vbi hẽmus, qđ peccator eſt indignus vita æterna, & iuſtus di gnus.

Ad merẽdum requiritur ſpecialis motius Spiritꝰ ſancti.

Roma. 8.

Charitas ĩfuſa non ẽ ſimpliciter neceſſaria.

gnus. Non videtur autem Deũ habere alium actum circa hominem iuſtificatũ, quàm haberet dum eſſet in peccatis, ſi homo in ſeipſo nullo pacto fuerit diuerſus. Nec etiam actus vt acceptabilis Deo apparet eſſe in agentis facultate, niſi illud, quo ſic formaliter agit, ſit eius forma accidentaria.

DISTINCTIO. XVII. Quæſtio III. Pag.551.

Augeturne Charitas per appoſitionem alicuius gradus?

RESOLVTIO.

Charitas augetur. Lucæ 19. 4.Reg. 2.

SVpponitur hic charitatẽ augeri poſſe, ſecũdum illud, Habenti dabit, & abũdabit &c. Spiritus qui eſt in te, duplex ſit in me, cum interpretatione Hebræorum. Non enim ad menſuram &c. Auguſtinus, Probet ſe quiſque quantum in illo profecerit charitas, vel potius quã tum ipſe in charitate profecerit. Idem Auguſtinus ad Bonifacium, Charitas meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici. Et idem, In rebus incorporeis idem eſt melius eſſe, quod maius eſſe, aliqua autem charitas eſt melior altera, vt patet de charitate Chriſti, &c. Quia ei correſpondet maius præmium eſſentiale, ergo aliqua charitas eſt maior alia. Sed dubium eſt de modo augmenti charitatis, an videlicet charitas præexiſtẽs corrumpatur, cum noua inducatur, vel remaneat: Sed omiſſis varijs opinionibus, magis cõſonum eſt rationi naturali, & fidei charitatem præexiſtẽtem remanere, & ipſam diuina augeri virtute, per appoſitionem nouæ charitatis, ſeu noui gradus ipſius. Habent autem plures gradus charitatis, in eadem charitate numero vnitatem indiuiſionis actualis, ſicut in cõtinuo ſunt plures partes actu indiuiſæ, quę tamen ſunt in potentia, vt ſeiungantur. Sunt ẽt illi gradus charitatis eiuſdem rationis, & ſpeciei inter ſe. Prædicta autẽ aſſertio aſtruitur ex Ariſtotele dicente, Auctũ oportet manere, ergo & in augumẽto quocũque non eſt corruptio præexiſtentis. Quod ſi obiicias ipſum Ariſtotelem aſſerentem, quod formæ ſint ſicuti numeri, quia ſicut numerus additus numero variat numerum, ita quilibet gradus formæ additus ſpeciem variat. Deinde & Porphyrius, Eſſe (inquit) vniuſcuiuſq; vnum & idem eſt, neque intentionem recipiens, neque remiſſionem. Reſpondetur, Ariſtotelem & Porphirium intelligere de formis, id eſt ſpeciebus inquantum ſunt diffinibiles, ſeu quantum ad eſſe quidditatiuũ, ita quod ſicut per additionem, vel ſubſtractionem eorum, quæ ſpectant ad eſſe numeri variatur numerus, ſic per additionem, vel ſubſtractionem eorum quæ ſpectant ad eſſe quidditatiuum, puta differentiarum ſpecificarum variatur ſpecies.

Ioan.3. Tom. 9. hom 9 ſuper epiſt. Ioannis.

6. de Trinit. ca.7.

Lib.1.de gen.

Lib.8.Metaphy.

DISTINCTIO. XVIII.
Quæſtio Vnica. Pag. 570.

Vtrum eſſe donum ſit proprium Spiritus ſancti.

RESOLVTIO.

Donum quid ſit.

QVamuis modo nihil de hac re diſſerat Scotus, nihilo ſecius ex alijs locis facile colligitur, ꝙ donum ſecundum mentem ipſius ſignificat reſpectũ (vt ita dicam) donabilitatis ad creaturam, conuertendo proceſſionem per modum voluntatis, cuius eſt liberaliter dare. Ratione primi non eſt proprietas diſtinctiua Spiritus ſancti à patre & filio: Quandoquidem perſonæ diuinæ, ſicut non conſtituuntur in eſſe, ita non diſtinguũtur per reſpectum ad creaturas. Quantum autem ad ſecundum, eſt proprium Spiritus ſancti, qui ſecundum Auguſtinum procedit quomodo datus, non quomodo natus, quod & apertius aſſeuerat. Non fruſtra (inquit) in hac trinitate dicitur verbum Dei, niſi filius, nec donum niſi Spiritus ſanctus. Denotatur verò eadem proprietas, nomine doni, & nomine Spiritus ſancti ſecundũ rem, ſed eſt differentia ſecundum rationem. Dicitur enim ſpiritus, quia ſpiratus, & dicitur donum, quia eſt amor liberaliter productus. Obijcies fortaſſe illud Iſaiæ, Filius datus eſt nobis, &c. Ergo non conuenit ſoli Spiritui ſancto. Admitto quidem authoritatem Iſaię, ſed non eſt idem eſſe datum, & donum, quia donum ſecundũ morem Theologorum denotat rem emanantem per modum voluntatis liberalis ſine tempore, & in aptitudine, vt detur ex tempore: Datum autem cũ ſit participium ſignat cum tempore, & dicitur ab actu. Quocirca & Spiritus ſanctus quamuis ſit donum ab æterno, non tamen eſt datus niſi ex tempore, quapropter non ſequitur, ꝙ ſi filius ſit datus, debeat etiam dici donum, prout donum accipitur in diuinis. vnde Auguſtinus ait, Eo ipſo quòd daturus erat eum Deus, iam donum erat, etiam antequam daretur, & ideo donabilis eſt: Sed aliter donabilis, quàm filius, nam & aliter datur, & aliter proceſſit quàm filius, filij enim proceſſio genitura eſt, vel natiuitas. Spiritus ſancti vero proceſſio natiuitas non eſt. vtraquę verò ineffabilis eſt.

Lib. 15. de de Trin. Donũ eſt proprietas Spiritus ſ.

Iſa. 9.

Lib. 5. de Tri. c. 15. circa fi.

DISTINCTIO. XIX.
Quæſtio I. Pag. 576.

Suntne tres perſonæ diuinæ magnitudine æquales?

RESOLVTIO.

Perſonæ in diuinis ſunt æquales.

PErſonas quidem æquales eſſe ſecundum magnitudinem ſatis ſuperq; ex fide conſtat. Ait enim Athanaſius in Symbolo: Perſonæ coæternæ ſibi ſunt, & coæquales. Et Auguſtinus oſtẽdit, quomodo intelligatur hæc æqualitas. Nullus horum (inquit) aut præcedit alium æternitate, aut excedit magnitudine, aut ſuperat poteſtate. Sed, vt iſtud latius pateat, obſerua, quòd

Lib. de fide ad Pet. c. 1.

Lib. 5. Metaph. c. de relatione.

Idem ſimile, & æquale quo modo accipiuntur.

quòd iſtę tres relationes, videlicet, Idem, ſimile, & æquale ſecũdum Philoſophum, ſi ſtricte accipiantur, accommodantur rebus diſtinctorum prædicamentorum, vt identitas, ſubſtantiæ; æqualitas, quantitati; & ſimilitudo, qualitati. Cui cõſentit & Auicẽna aſſerens fundamentũ harum relationum eſſe res prædictorum generũ, Sed ſi fuſius accipiantur ac tranſcendenter, reperiuntur in omni ente, aſſertore Philoſopho: Quandoquidem omne ens cuicunque enti comparatum, eſt idem vel diuerſum, ſimile vel diſſimile, ęquale vel inæquale. Et hoc modo identitas habet pro fundamento ſubſtantiam, accipiẽdo ſubſtantiam pro qualibet eſſentia; æqualitas quantitatem, intelligendo de quantitate perfectionis; & ſimilitudo qualitatẽ, vt qualitas ſumatur pro omni eo quod habet rationem qualitatis, vel formę: Iuxta quam acceptionem differentia eſſentialis dicitur qualitas. Quocirca ſicut nullum prędicamentum dicitur de Deo, ſic nec paſſio alicuius prædicamenti, & ex cõſequenti, nec aliqua prædictarum relationũ, ſi ſtricte ſumantur; ſed ſi fuſius accipiantur, in perſonis diuinis eſt perfecta ęqualitas ſecundum magnitudinem perfectionis. Quicquid enim virtutis, vel perfectionis eſt in vna, eſt & in alia, & in eodem gradu: quia eſſentia diuina eſt infinita, & quæcunque perfectio ſimpliciter in diuinis perſonis, & ſic in ipſis eſt vna magnitudo perfectionis in ſummo gradu, quia vna infinitas. Quòd ſi obiicias Auguſtinũ, Deus magnus eſt ſine quantitate, & bonus ſine qualitate, igitur prædictæ relationes non reperiuntur in Deo: Reſpondet quod in diuinis nõ eſt quidem quantitas molis, ſed virtutis.

Lib. 10. Met.

Lib. 5. Metaphy. c. de qualitate.

Lib. 5. de trinit.

DISTINCTIO. XIX.
Quæſtio. II. Pag. 581.

Eſt ne qualibet diuinarum perſonarum in alia?

RESOLVTIO.

HVIVS quęſtionis veritas patet ex authoritate ſaluatoris: Ego in patre, & Pater ĩ me eſt. & ſanctorũ Patrum, potiſſimũ Ambroſij, Auguſtini & Hylarij, quos Magiſter adducit hac diſtinctione. Sed vt hoc à nobis perpendi poſſit, obſeruandũ eſt vnam perſonam eſſe in alia (vt theologi loquũtur) per circuminceſſionem. Eſt autem circũinceſſio (quantum ſeruit pręſenti inſtituto) mutua & intima præſentialitas ſubſiſtentis, ſeu ſuppoſiti in ſubſiſtente re ipſa diſtincto, eiuſdem tamen naturæ numero. Nec poteſt iſte modus eſſendi, In, reduci ad aliquem modorum, quos ponit Philoſophus, quia in creaturis nihil reperitur ſimile. Nam iſte modus eſſendi, In, non eſt ſimilis ei, quo natura eſt in ſuppoſito, vel forma in materia, vel cõtentum in continente. Vnde Hylarius. Natura enim intelligentiæ humanæ rationem dicti huius non capit, nec exemplum aliquod rebus diuinis cõparatio humana præſtabit, exẽplum, inquam, id exprimens p̃fecte. Sed vna perſona dicitur

Ioan. c. 4.

Perſona qualibet eſt ĩ aliis.

Circuminceſſio quid ſit.

Lib. 5. de trinit. ĩ exordio lib.

eſſe in alia, per inexiſtentiam mutuam ſubſiſtentis in ſubſiſtente, ſecũdum Hilarium. Hoc autem nõ reperitur in illis modis eſſendi, in, & ſic totus filius inexiſtit præſentialiter, & intime in toto patre: Cui alludit illud Ambroſij ĩ hymno, In p̃re totus filius totus in verbo p̃r Exemplum huius (licet imperfecte repræſentãs) de angelo alicui corpori præſenti, non tamen ipſum informanti, vt de Gabriele & Raphaele legimus, aut de corpore glorioſo præſente corpori non glorioſo: vel melius exemplum, ſi poſſet corpus glorioſum (quia vnum ſuper aliud præeminentiam non habet) inexiſtere alij corpori glorioſo ęque ſubtili. Hęc enim non fiunt per informationem, nec per modum partis, Et ſi in prædictis addatur vnitas naturæ erit perfectius ſimile. Exẽplum etiam adiici poteſt de potentiis animæ, quæ licet ex parte rei diſtinguant, ſunt nihilominus eadem eſſentię animæ realiter, & ex conſequenti vna erit in alia, quia in alia eſt eſſentia animę, cui illa potẽtia eſt eadem. Ratione aũt oſtenditur vnam totam perſonam eſſe in tota alia. & cõtra, quia tota perſona diuina conſtat ex eſſentia, & relatione originis. Relatio autem eſt in eſſentia, vt in fundamento à quo ſeparari non poteſt. Quocirca eſſentia nullibi eſſe valet, ſine tali ratione: igitur in eſſentia patris eſt filiatio, cum paternitate, & etiam paternitas cum filiatione. Eſt quoque eadem eſſentia Patris, & Filij, quapropter tota patris perſona erit in filio, & è conuerſo. Porro huius inexiſtẽtiæ tota ratio non eſt vnitas eſſentiæ. Nam cum pater in ſeipſo eſſentiam habeat, ſubſequeretur quòd eſſet in ſeipſo: nec perſonarum diſtinctio eſt huius præciſa cauſa, quia cum origines (à quibus perſonarum diſtinctio deſumitur) ſint alterius, & alterius rationis in perſonis diſtinctis, ſequeretur, quòd non eſſent vniformiter in ſeipſis. Sed præciſa ratio & ſufficiens talis circumince ſſionis eſt vnitas eſſentiæ cum perſonarum diſtinctione. Principalis tamen ratio eſt vnitas eſſentiæ, vt patet ex Ambroſio, quem citat Magiſter. Exemplum deſume in creaturis de ſimilitudine: Nihil enim ſibi eſt ſimile ſecundum Hilarium. Similitudo tamen fundatur ſuper vnitatem ſpecificam in qualitate, aſſertore philoſopho, id eſt, reperitur inter illa, quæ habent vnam, & eandem qualitatem ſecundum ſpeciem, cuius proximum fundamentum eſt talis vnitas, & remotum, ipſa qualitas. Sola igitur relatiuorum diuerſitas, aut ſola fundamenti vnitas nõ ſufficit ad ſimilitudinem, ſed ambo requiruntur ſimul, ſicut vna cauſa totalis, ita nunc: huiuſmodi tamen circuminceſſio in ſolo Deo reperitur. Obiicies, ſi poneretur quodlibet in quolibet (iuxta opinionem Anaxagoræ) omnia eſſent confuſa, Igitur ſi perſonæ diuinæ ſint in ſe inuicem, mutuo cõfuſę eſſent contra illud Athanaſij. Neque cõfundentes p̱ſonas & cętera. Reſpondetur, conſequentiam nullam eſſe. Anaxagoras enim (ſicut imponit Ariſtoteles) dicebat quodlibet eſſe in quoli

Lib. 5. de Trinitate.

Circũĩceſſionis rẽ.

5. Metaphy. ca. de relatione.

Lib. 1. phyſic.

in quolibet, tãquam pars eius, vna autem perſona non eſt in alia, ſicut pars ei⁹, ſed ſicut ſubſiſtens in ſubſiſtente. Dices p̄terea, Quod exiit ab alio non eſt in eo, Sed filius à Patre exiit *Ioan. 16.* Exiui à Patre & cætera. Ergo nõ eſt in eo. Reſpondetur filium exiiſſe à Patre per productionẽ paſſiuam, & non per ſeparationem localem, aut eſſentialem. Idcirco non ſequitur ipſam nõ eſſe in patre à quo exiit, quia recipit eandem naturam cum eo à quo procedit.

DISTINCTIO XX.
Quæſt. Vnica. Pag. 589.

Sintne tres perſonæ in diuinis potentia æquales?

RESOLVTIO.

Ioan. 16. Perſonæ diuinæ sũt æquales in potentia. Lib. de fide, ad Petrum. Et lib. 3 cõtra Maximinum. c. 12. & 13. Poſſibile dupliciter captum.

Veritas hui⁹ queſtionis ſatis, ſuperque cõſtat ex illo Ioannis. Omnia quæ habet pater, mea ſunt. & ex Aug. quemadmodũ latius diſſerit Magiſter ſententiarũ. Verũtñ vt iſtud manifeſtius euadat, obſeruanda eſt potẽtia reſpectu poſſibilis, quod eſt eius correlatiuum. Poſſibile aũt bifariã ſumit̃, Primo vt opponitur ĩpoſſibili, & ſic nequit eſſe adæquatũ obiectũ alicuius actiuæ potentiæ. hoc .n. modo poſſibile eſt Deum eẽ quod, tñ nõ ſubeſt facultati alicuius potentiæ. Secundo accipitur poſſibile determinatius, & magis ꝓprie, quatenus videlicet opponit̃ neceſſario ex ſe, & huiuſmodi põt eſſe, & nõ eſſe, quod & contingens nuncupatur, & hoc modo. cum quodlibet intrinſecum Deo ſit ex ſe neceſſarium, vel propter indentitatem cum eſſentia diuina, quæ eſt ex ſe formaliter neceſſaria, nihil tale erit poſſibile hoc pacto. Sic autem accipit Auicena poſſibile. *6. Metaphy. & abi frequenter.* Iſtud au tem poſſibile ſecundo modo acceptum, eſt obiectum potentiæ actiuæ, & in hac potentia perſonæ diuinæ ſunt æquales, quia eandem habent rationem principii productiui omnium aliorum ab eſſentia diuina, hoc eſt ipſarum creaturarum. prius ſiquidem communicatur potentia tribus perſonis, quàm poſſit creaturas producere. *Vt in lib. quaſt. 1.* Nam principium neceſſarium reſpectu vnius productionis, & contingens reſpectu alterius. prius producit neceſſarium, quàm contingens. Atqui principium producendi perſonas neceſſario ſe habet ad ꝓductionem ipſarum, contingenter vero ad producendas creaturas. Prius igitur cõmunicat̃ tribus perſonis, q̃ creaturę producantur. Ex quo conſtat potẽtiam eſſe ęqualem in diuinis ꝑſonis, quantum ad extenſionem. Quod autem ſit æqualis quantũ ad intentionẽ patet, q͞a illud principiũ ſecundũ eandẽ perfectionẽ eſt in tribus, vt cõſtat ex Reſol. pręcedenti. Obiicies, quòd filius non poſſit generare, ſicut pater, ex quo cõſequitur eũ nõ eſſe patri æqualẽ in potẽtia. cõſequẽtia aſtruit̃ ex Aug. *Lib. 3. c. 3. contra Maximinum.* Si pater no põt generare filiũ ſibi ęqualẽ, non eſt omnipotens, ergo ſi filius id nõ poſſit, nõ erit oĩpotens, Reſpõdet̃, ꝗ poſſe generare filium in diuinis, non cadit ſub omnipotentia. Secundo modo, & ꝓprie dicta, id eſt, quę habet ens poſſibile,

bile, ſeu contingens pro obiecto. In qua quidem potētia per ſonæ proprie ſunt æquales, ſumendo etiam potētiam primo modo, ꝓut videlicet habet poſſibile primo modo pro obiecto, id eſt, accipiendo potētiam pro principio productiuo perſonarum, perſonę diuinę ſunt ęquales, quia ꝑfectio abſoluta, quę in patre eſt potentia generandi, illa eadē eſt in filio, licet nō ſub ratione potentiæ propinquæ, propterea quod in filio nō pręcedat actum notionalē, hoc eſt productionem ſui ipſius, vt in patre. Dices inſuper, qđ prima cauſa plus agat, quàm ſecū da, atqui pater cōceſſit filio virtutem agendi, non autem econ uerſo, vnde conſequitur patrē plus poſſe. Reſpondetur dictum illud philoſophorū verū eſſe, cum eſt alia & alia virtus agen di in cauſa prima & ſecunda, non autem in perſonis diuinis, in quibus eſt eadem virtus, & potentia numero, neque ibi ꝓprie eſt cauſa, neque cauſatum, licet ſit producens & productū.

Propoſitio ne de cauſis. 1 poſt. & 2. Met.

DISTINCTIO. XXI.
Quæſtio. Vnica Pag. 596.

Utrum hac ſit vera, Solus pater eſt Deus.

RESOLVTIO.

PRo huius propoſitionis faciliori explicatione, obſerua, quod hoc vocabulum, Solus, vt ait Piloſophus, idem eſt quod non cum alio, & ſic importat negationem aſſociationis, & bifariam accipi poteſt: Primo cathegorematice (vt loquuntur) & ſic negat a ſubiecto omnimodam aſſociationem, ſeu con ſortium eiuſdem naturæ, ſignificans, idem quod ſolitarius, & qui abſque conſortio eiuſdem naturę ſit. Sic dicimus ſortē ſo lum eſſe in horto, licet ſint ibi plantæ, & alia pleraque, & hoc modo propoſitio eſt falſa, quia nihil in diuinis eſt ſolitarium, cum ſint ibi tres perſonæ eiuſdem naturæ. Nam (vt ait Augu ſtinus) Solum Deum patrem di cimus, non quia ſeparatur a filio, vel a Spiritu Sancto, ſed hoc dicentes ſignificamus, quia illi ſimul cum eo non ſunt pater, ſolus enim pater eſt, quod non dicitur, quia ipſe ſit ſolus, id eſt ſine filio, vel Spiritu ſācto, Sed per hoc Filius, vel Spiritus ſanctus a paternitatis conſortio excluduntur. Secundo accipitē ſyn cathegorematice, quatenus videlicet determinat aliquid, in quantum eſt extremum propo ſitionis per reſpectum ad aliud extremum, & ſic negat aſſociationem alterius a ſubiecto reſpectu ipſius prædicati. Et hoc quoque modo eſt falſa, vt patet per eius exponentes, quæ ſunt, Pater eſt Deus, & nullus alius a patre eſt Deus, quarum ſecunda falſa eſt.

Libro Ethicorum.

Lib. 6. de Trini.

DISTINCTIO. XXII.
Quæſtio. Vnica. Pag. 601.

An Deus nomine diuinam ſignifican te eſſentiam, a viatoribus ſit nominabilis.

RESOLVTIO.

DEum quidem eo mō quo a nobis concipitur, nominari haud eſt dubium, multa enim

De' a viatore nominari pōt.

enim imponunt nomina, Deũ in communi ſignificantia: vt ꝙ Deus eſt ens infinitum, ſummum bonum &c. quæ naturaliter a viatore concipi poſſunt, vt conſtat ex reſol. diſ. 3. Sed an ſit nominabilis a viatorib. nomine diuinam ſignificãte eſſentiam in ſe, hoc proculdubio cõtrouertit. Henricus eñ aſſerit nullum nomen imponi poſſe alicui diſtinctius, q̃ intelligat. Quamobrem, cũ diuina eſſentia ſub propria ratione a nobis minime intelligatur, infert ꝙ non poſſit a nobis nominari. Scotus autem huic aduerſat, & merito quidem, aſſeuerãs quid piam diſtinctius aſſignari poſſe, q̃ intelligi, quod ſic ſuadet, quia cum ſubſtantia nõ ſit cognoſcibilis a viatore, niſi in cõceptu entis (vt manifeſtũ euadet ex diſtinctione tertia) ſi diſtinctius ſignificari non poſſet, quàm intelligi, nullum nomen a viatore impoſitum ſubſtantiam ſignificaret, ſed proprietatẽ illã dumtaxat, a qua nomen imponit, ſicut ab intellectu viatoris concipit, q̃ ſane proprietas per nominis ethymologiã exprimitur: vt nomine lapidis non ſignificatur res prædicamẽti ſubſtantiæ, ſed quidpiam de genere actionis, vt puta læſio lapidis. Aut concedas oportet eum, qui hoc impoſuit nomen diſtinctius quàm intellexerit ſignificaſſe ſubſtantiam. Quonam aũt modo illud fiat, & cognoſcat ſubſtantia per proprietates, & arguitiue accepta ſecũ dum mentem Auguſtini. Cõſiderant. n. ab aliquo multa accidentia eidẽ inhærentia, vt puta talis quantitas, talis qualitas &c. Conſtat autem neutrũ horum eſſe alterius, quia vtrumque ſine altero manet Patet ꝑterea vtrique horum aliud eſſe cõe ſubiectum. Nam vtrumque illorum deſtrui poteſt alte ro remanente: Igit aliquid eſt ſubiectum vtriuſque, & quantitatis videlicet, & qualitatis. Huiuſmodi aũt ſubiectum nõ concipitur in conceptu quidditatiuo, niſi entis, neque enim cognoſcit diſtincte quid in ſe, niſi quid ſit ens, vel res affecta talib. accidentibus, ſed iſti tertio imponit nomẽ aliqđ, ſic qđ imponens nomen intendit illam eſſentiam de genere ſubſtantiæ ſignificare, & nomen eam ſignificat. Poteſt igit viator multis vti nominibus diuinam ſignificantibus eſſentiam, a Deo, aut Angelis, aut viatore impoſitis Veriſimile eſt plæraque nomina eſſe in ſacris ſcripturis illam eſſentiã diſtincte ſignificãtia, ſicut Iudæi aſſerũt de nomine Dei qđ vocant, Tetragrammaton. i. quatuor literarum, & illud: Qui eſt miſit me ad vos &, Ego dñs, qui apparui Abraham, &c. Huc accedit Pſaltes Regius, In Iſrael magnũ nomẽ eius, & Auguſtinus: Illa ſublimitas inæſtimabilis, vt aurib. congruat humanis ſonis ſeruanda eſt. Quod ſi obijcias Dionyſiũ, qui loquens de diuina eſſentia, ait ꝙ Theologi tanquã innominabilẽ nominant eam. In quam ſnĩa vadit Auguſtinus, & Hilarius Rñ detur quòd diuina eſſentia, ſeu Deus ipſe dicitur innominabilis non abſolute, quod quadam tenus nominari non poſſit, ſed propterea quod per nullũ nomen poſſit perfecte audienti exprimi, & explicari.

Subſtãtiã per proprietates, & accidẽtia cognoſcitur.

Lib. 1. de tr. c. 6.

Exod. 3. *Exod. 16.* *Pſal. 75.* *Lib. de diuinis nominibus. Li. de verbis domi. 34. & Hom. 19. ſuper Ioã. Lib. 3. de tri. c. 9.*

DISTINCTIO. XXIII.
Quæſt. Vnica. Pag. 610.

Vtrum perſona, vt eſt quid commune Patri, Filio, & Spiritui Sancto dicat ſecundam intentionem.

RESOLVTIO.

Lib. 4. de tri. c. 22. *Perſona quid ſit.* Perſona, ſecundum Richardũ de Sancto Victore, eſt intellectualis naturæ incommunicabilis exiſtentia, id eſt, ſingularis. Et per hanc definitionem corrigitur, ſeu exponitur definitio Boetij dicentis quòd perſona ſit rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia: Indiuiduum eſt omnium prædicamentorũ, ſuppoſitum ſubſtantiæ duntaxat, perſona & indiuiduum naturæ intellectualis. Ex hac em̃ ratione ſubſequeretur, & animam ſeparatam eſſe perſonã, item & diuinam eſſentiam, ſicut etiam ſubſtantiæ indiuiduæ naturæ rationalis, quod falſum eſt. Poteſt tamen Boetij definitio tutari, ſi dixerimus ſubſtantiam ibi accipi pro ſuppoſito, iuxta acceptionem Gręcorum, & aliquorum veterum. Nihil eſt autem in Richardi definitione quod ſecundam ſignificet intentionem. Nam ex natura rei, ſine intellectus opere, eſt in Patre natura intellectualis, & entitas incõicabilis. Porro hæc incommunicabilitas duplex eſt, oppoſito modo, non ad communicabilitatem duplicem. *Communicabile aliud dicitur bifariam.* Aliquid .n. dr̃ cõmunicari pluribus bifariã. Primo qñ id quod communicatur eſt idem reipſa cuilibet illorũ quibus communicatur, & hoc pacto vniuerſale ſuis communicat̃ inferioribus, vt animal homini, equo, aſino, vt qđ, ait Scotus. *Vt quod.* Secundo aliquid cõicat̃ alteri, vt forma, qua ipſum eſt tale, ſed communicabile hoc mõ non eſt illud cui communicat̃, ſic anima corpori communicatur, corpus animatum dr̃, etenim anima non eſt tñ aĩa ipſum corpus, ſed ab eo diſtracta, & vtroq; modo deitas eſt cõicabilis, perſona vero neutro modo, importat. n. duplicẽ negationem communicabilitatis in natura intellectuali, & id q. dem ex natura rei. *Vt quo.* *Perſona quid denotat.* Quare nihil qđ ſit de rõne perſonæ dicit intentionem ſecundã. De formali. n ſignificato ſignificat incõmunicabilitatem. Cõnotat aũt triplex poſitiuum. Primo id de quo dr̃ Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Secundò relationem pp quam perſonæ conuenit talis negatio. Huiuſmodi relationes ſunt proprietates perſonales paternitas, filiatio, ſpiratio paſſiua: Tertio connotat eſſentiam, licet proinde rõne formalis ſignificati non dicat dignitatem. i. perfectionem, bñ tñ rõne connotati, ratione cuius ẽt perſona dr̃ generari, adorari, & huiuſmodi. *Perſona cui ſimilis ſit.* Perſona igitur admodum ſimilis eſt negationi in genere, quæ præexigit ſubiectum, de quo dicatur. i. requirit extrema, de quibus dr̃ actio exiſtere, ſine aptitudine tamẽ ad formam negatam, & importat̃ his nominibus: Alius, diuerſus, differens, &c. non autem comparat̃ negationi extra genus, cuiuſmodi ſunt hæc, non homo, non equus. &c. Quippe quæ dicantur tam de ente quã de nõ ente, nec priuationi quę

negat

negat actum, & relinquit apti tudinē, vt claudus, cæcus, Perſona itaque eſt nomen primæ intentionis, & non ſecūdæ, q̄a ſecluſo actu rationis eſt in diuinis, ſecluſo. n. actu intellectus eſt in diuinis natura intellectualis, & entitas incōicabilis, quæ ſunt de rōne perſonæ. vide infra diſt. 25.

DISTINCT. XXIIII.
Quæſt. Vnica. Pag. 616.

An in diuinis ſit proprie numerus.

RESOLVTIO.

Numerus proprie nō eſt in diuinis.

IN diuinis profecto nō eſt proprie numerus, nā ſiue numerus formaliter ſit ens in aīa. i. habeat eſſe in intellectu tm̄ plura ſimul concipiente, ſiue ſit ens extra animā, hoc eſt, ſit forma accidentalis hn̄s eſſe in rebus numeratis, connotat tn̄ materialiter diſtinctionē numeratorū in eſſentia. Quapp cum in diuinis ſit vna eſſentia numero, ibi nō eſt proprie numerus, ſed improprie ſeu ſecundū quid, vt puta numerus perſonarum. Et ſic debent intelligi authoritates, quæ ſignificant in diuinis eſſe numerum, vt apud Ioannē. Tres ſunt perſonæ, q̄ teſtimoniū dant in cęlo, &c. Debent, inquā, accipi de numero tranſcēdenti, qui abſtrahit a ſubſtantia, & accidente, & alijs hmōi, id eſt, non eſt in ſubſtantia, & accidente, & alijs prædicamentis. Non aūt accipi debent de numero, qui eſt in genere qualitatis, quia numerus prædicamentalis conſurgit (quod alii dicunt) cāliter, vt aſſerit philoſophus ex diuiſione cōtinui. In Deo aūt nihil eſt continuum, quare nec talis numerus. Præterea, numerus iſte p̄dicamentalis eſt accidens, atqui in Deo nullū eſt accidens, vn̄ ſatis conſtat nec hunc numerum in Deo eſſe poſſe. Huc accedit Ambroſius, Cū vnum (inquit) dicimus Deum, vnitas excludit numerū deorum, nec qualitatem in Deo ponit, quia nec numerus, nec quantitas ibi eſt.

Ioan. 5.

Li. 4. phy.

Lib. 1. de fide c. 2.

DISTINCTIO. XXV.
Quæſt. Vnica. Pag. 619.

Dicitne perſona in diuinis ſubſtantiam, vel relationem?

RESOLVTIO.

PRopterea quòd dē perſona diſt. 23. huiꝰ primi libri multa dicta ſunt, hoc ſolū hic adijciēdū exiſtimaui, ex his q̄ erudite qui dē Magiſter Sn̄iarū pertractat hac diſt. Q̄m̄ (vt ait Hilarius) intelligētia doctorū ex cauſis eſt aſſumenda dicendi, q̄a non ſermoni res, ſed rei ſermo ſubiectus eſt. Hoc nomē, perſona (vt dr̄ de diuinis) non vniformiter accipit, ſed trifariā. Primo. n. & proprie ſecundum ſubſtātiam dr̄, & eſſentiā ſignificat, vt oſtēdit Magiſter Sententiarum ex Auguſtino, vt his in locutionibus Deus eſt perſona. Pater eſt perſona, &c. Secundo, neceſſitate quadam tranſlatum eſt nomen perſonæ, vt ſignificaret hypoſtaſes ſecundum Gręcos, hoc eſt, tria ſuppoſita diuina, ſeu tres ſubſiſtentes, quatenus hoc modo Arianis & alijs perpe-

Lib. 4. de trin. circa medium.

Perſona in diuinis tripliciter accipitur.

ram de ſentientibus reſpondere poſſent fideles, cum ab his quæreretur, quæ nam eſſent illa tria, quæ in diuina credebāt maieſtate, reſpondemus enim ꝙ ſint tres perſonæ, id eſt, hypoſtaſes, & ſic accipitur ſemper in plurali nomen perſonæ, pro hypoſtaſibus. Tertio, accipit pro proprietatibus perſonalibus. i. quæ perſonas conſtituunt, & diſtinguūt, vt ſunt paternitas, filiatio, & ſpiratio paſſiua, & hoc modo accipit in Symbolo Athanaſij, & ſimilibus locutionibus, cum dr̄. Alia eſt enim perſona Patris, &c.

DISTINCTIO. XXVI. Quæſt. Vnica. Pag. 621.

Conſtituunturne perſona diuina relationibus originis?

Resolvtio.

TRes fuerunt Theologorū circa hanc materiam opiniones. Prima aſſerit diuinas perſonas ſeipſis conſtitui: Altera vero ꝙ cōſtituant per proprietates abſolutas aſſeuerat. Tertia eſt, ꝙ perſonæ diuinæ conſtituant, & diſtinguntur ꝑ proprietates relationis: Et hæc eſt cōmunior, vſitatior, ac ſacræ ſcripturæ magis conſona, qñquidem authoritates ſcripturæ exprimentes perſonas diuinas, eas nominibus relatiuis exprimūt, vt in hoc loco. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & in illo. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cęlo, Pater, &c. Non eſt aūt (aſſertore Dionyſio) audendum aliquid dicere de ſuperſubſtantiali occulta diuinitate, ꝑter ea q̄ nobis ex ſacris eloquijs ſunt expreſſa. Huic quoq; aſſertioni ſubſcribunt patres veteres, vt Boetius dicens, Subſtantia cōtinet vnitatē. i. vna relatio multiplicat trinitatem. i. ſunt duæ relationes originis trinitatē cōſtituentes, & alibi. Perſonæ diuinæ non diſtinguunt, niſi penes alium, & alium modū habendi eandem naturā. Auguſtinus: Singulę perſonæ nullo modo ad ſe dicuntur, id eſt, non ſunt abſolutæ, ſed ad inuicē. i. ſunt relationes. Damaſcenus, Et quoniam Pater, Filius, & Spiritus ſanctus ſecundū omnia vnum ſunt, præter ingenerationem, & ḡnationem & proceſſionem, & Idem: In his ſolis enim hypoſtaticis, hoc eſt, perſonalib. proprietatibus, ab inuicem differunt hæ ſanctæ tres hypoſtaſes. Anſelmus de proceſſu Spiritus Sancti dicit, ꝙ in diuinis oīa ſunt vnū, vbi non obuiat relationes oppoſitio. Obſerua aūt vt plane noueris vim conſtitutiuam harum relationum, ꝙ relatio non conſtituit perſonā inquantū dicit habitudinē. i. ad reſpectum terminum, ſed ad fundamentū, quia habitudo ad terminum eſt ad extrinſecū, habitudo vero conſtitutiui eſt ad intrinſecū. Deinde relatio ſecundū ſuam quidditatem non conſtituit perſonam, ſed per ſuam propriā paſſionē, patet quia per ſuā quidditatem eſt ad aliud. Vis autem conſtitutiua non conuenit ei ꝑ ſe primo, ſed ꝑ ſe ſecundo, tanquam eius paſſio. Ad hæc relatio non conſtituit perſonā inquantum relatio, quia ſic oīs rela-

Perſonæ diuinæ relationibus conſtituuntur.

Matt. vlt. Ioan. vlt.

Lib. 1. de diuin. nomi.

In fin. lib. de trt.

Lib. 12. de tri.

Lib. 5. de tri. c. 1.

Cap. 1.

Relatio quomodo perſonam conſtituit.

relatio conſtitueret, nec inquã tum paternitas, filiatio, aut ſpi ratio, quia hæc etiam in creatu ris reperiunť ſine vi conſtitutiua, vt inquantum diuina, nam hoc modo omnis relatio diuina (vt identitas æqualitas, conſtitueret perſonam, qđ conſtat eſſe falſum de ſpiratione actiua, vt inquantum propria', q̃a prioritas originis, q̃ eſt propria patri, non conſtituit perſonam patris. Sed quatuor requirunť conditiones, vt relatio perſonã conſtituat: Prima quòd relatio ſit formaliter inſiſtens, id eſt, habeat eſſe in diuina eſſentia, vt ſit eadem illi. Nõ enim duo poſſunt formaliter vnum conſtituere, niſi vnum ſit in alio: Ideo non ſufficeret ꝙ eſſet cõſiſtens, id eſt, ſui exiſtens, vel aſſiſtens. Secunda quòd ſit ſubſiſtens, relatio enim inhęrens nõ conſtituit ſuppoſitum, cum adueniat iam ſubſiſtenti. Tertia quòd ſit propria vni perſonæ, ſi enim communis eſſet duabus (vt ſpiratio actiua) aut plurib. (vt æqualitas, ſimilitudo) non conſtitueret perſonam. Quarta ꝙ ſit aduenieus perſonę. Obſerua præterea quod relatiua ſunt ſimul nata, hoc eſt, nequeunt eſſe ſine ſe inuicem abſq; contradictione, quia relatio requirit duo extrema vt ſit, ſecus eſſet ad ſe, & quid abſolutum. Relatiua etiam a ſe inuicem reipſa diſtinguuntur. Hoc quoque modo diuinę perſonę ſunt ſimul nata, quia includit contradictionem vnã eſſe ſub alia & diſtinguunť realiter ad inuicem, quia nihil ſeipſum produ cit ſecundũ Auguſtinum, nec ppea ſubſequitur diſtinctio eſſentiæ, in qua ſubſiſtunt, quia

Lib. 1. de tri. c. 1.

idem illimitatum põt eſſe fun damentum oppoſitarum relationum. Relatio aũt ſit eadem reipſa eſſentiæ diuinę, & ab ea formaliter remanet diſtincta. Nam relatio non eſt formaliter eſſentia, vnde Auguſtinus, ſi eſſentia eſt ad aliud, iam nõ eſt eſſentia, conſimiliter ſi relatio eſt ens ad ſe formaliter, nõ eſt relatio. Cum igitur relatio non eſt eadem formaliter cũ eſſentia, ſufficit ad diſtinctionẽ perſonarum ſine diſtinctione eſſentiæ. Adde ꝙ & aliæ opiniones ſupradictæ nullã habent veriſimilitudinem, de prima conſtat. Quæcunque enim non ſunt primo diuerſa, ſed in aliquo conueniunt, nõ ſeipſis primo diſtinguunť, q̃a ipſis aliud eſt in quo conueniunt, & aliud in quo diſtinguunť, atqui diuinæ perſonæ non ſunt primo di uerſæ (conueniunt enim in eſſentia)ergo non ſeipſis totis di ſtinguunť. Quod ſi obijcias perſonam adeo eſſe ſimplicem, ſicut eſſentia. Eſſentia aũt ſeipſa primo diſtinguitur a quocunque alio, ergo & perſonæ. Reſpondetur, quamuis perſona ſit ſimplex, nihilominus duo includit, eſſentiam videlicet & relationẽ, quorum vnũ non eſt formaliter alterum, nam vnũ eſt cõicabile, videlicet eſſentia, Alterũ vero, nempe perſona in cõicabile, & ſic vno poteſt diſtingui. i. eſſentia ipſa, & non altero. De ſecunda opinione, ꝙ ſit abſurda patet, quidquid em̃ abſolutum in diuinis eſt perfectio ſimpliciter (omne enim ta le denotat perfectionem, & nulla eſt in diuinis perfectio niſi ſimpliciter) ſed nulla proprietas perſonalis poteſt eſſe per-

Lib. 7. de tri. c. 2i

perfectio ſimpliciter, quia oīs perfectio ſimpliciter eſt cō munis tribus, & nulla perſonalis proprietas eſt cōis tribus, igitur ꝓprietas perſonalis nequit eſſe quid abſolutum. Præterea, quidquid eſt abſolutum in diuinis eſt formaliter infinitum (omne enim tale dicit quantitatem virtutis in creaturis, qua non poteſt carere diuina natura.) In diuinis autem non eſt vlla quantitas virtutis niſi infinita, ſed nulla proprietas perſonalis eſt formaliter infinita (nā ea priuaretur aliqua perſona diuina formaliter infinita) ergo nec abſoluta. Itaq; reliquū eſt, vt dicamus diuinas perſonas non conſtitui, aut diſtingui abſolutis, ſed relationibus.

DISTINCTIO. XXVII. Quæſt I. Pag. 661.

An verbum creatum ſit actualis intellectio.

RESOLVTIO.

Verbū noſtrū quid ſit.

Verbum noſtrū haud dubie eſt actualis intellectio, & notitia producta à memoria perfecta repræſentans diuinum verbum. Hæc autē ratio intelligitur ex Auguſtino, Ait enim, formata quippe cogitatio ab ea re, quā ſcimus verbum eſt, à cognoſcēte ſiquidem, (vt idem aſſerit) & cognito paritur notitia. Conſentit ſibi, dicens: Cogitatio quippe noſtra perueniens ad illas quod ſcimus, atque inde formata verbum noſtrum eſt. Eſt autē duplex verbū, videlicet imperfectū, qđ eſt notitia cōfuſa, & perfectū, quod eſt notitia diſtincta.

Lib. 15. de tri. c. 10. 15. & 24.
Lib. 9. de tri. c. vlt.
Lib. 15. de trin. c. 16.
Verbū noſtrum eſt duplex.

Quapropter licet quælibet actualis notitia verbū dici poſſet, idcirco ꝙ de memoria gignat̄, imperfecta notitia ſeu confuſa de imperfecta memoria gignatur, perinde ac perfecta de perfecta: Etiam cōfirmatur per Auguſtinū, quod notū eſt (inquit) verbum dicitur animo impreſſum, quantū de memoria definiri, & proferri pōt. Proprie tamen ſola notitia diffinitiua, & perfecta verbum dicitur, eo mō quo de verbo poſt Auguſtinum in præſentia agimus, ꝙ videlicet repræſentet verbum diuinum, ait enim. Nā placet mihi quod noui, & definio quid ſit intemperantia, & hoc eſt verbum eius. Porrò notitia ꝑfecta nequit ſtatim ſemper haberi, ſed requiritur inquiſitio præuia, quia ſecundū Philoſophum, Innata eſt nobis via procedendi a confuſo ad diſtinctum: quod plane innuît Auguſtinus, hac atque illa (inquit) volubili quadam notione iactamur, cum à nobis nunc hoc, nunc illud inuētum fuerit, vel occurrerit cogitatur, & tunc fit verum verbum, quando ad illud quod ſcimus peruenit, atq; inde formatur verbum eius. Illa tñ iactatio, ſeu inquiſitio (vt ſatis indicat Auguſtinus) nō eſt gignitio verbi formaliter, ſed eū ꝑcedit. Eſt igitur talis ordo. Primo eſt notitia habitualis cōfuſa, ſiue ſpecies intelligibilis: Secundo eſt notitia actualis cōfuſa: Tertio īquiſitio & diſcurſus, circa multas ſpecies variarū repræſentatiuas, quę virtualiter in memoria continentur: Quarto eſt notitia actualis diſtincta, quæ īprimit in memoria

9. de trin. c. 10.
Lib. 9. de trin. c. 11.
Lib. 1. phy.
Lib. 15. de trin. c. 15.
Verbū noſtrum quomodo formatur.

ria

ria ſpeciem intelligibilem per fectã, & tũc memoria aſſimilat̃ memoriæ paternæ in diuinis. Deinde ex tali memoria ꝑfecta generatur verbũ ꝑfectũ abſque inqſitione media inter ipſam memoriã, & verbũ, & talis cognitio verbi ꝑfecti ex memoria ꝑfecta aſſimilatur ꝓprie gignitioni verbi diuini ex memoria paterna. Quæres vero cũ Au-

Lib.9.de tri.c.10.

Ad uerbũ perfectum non concurrat voluntas.

guſtino an ad verbi gñationẽ cõcurrat volũtas ſine amore. Reſpondetur, ꝙ gigni amore obiecti cogniti, aut amore ipſius notitiæ nõ eſt de rõne verbi, veruntamẽ ad verbũ perfectũ cõcurrit duplex voluntatis actus. Vnus primus imperãs actũ, & ĩquiſitionẽ primã, ſine qua nõ haberet̃ verbũ perfectũ, vt oſtẽdit Auguſtinus: Alter actus eſt

Lib.9. de tri. c. ult.

cõplacẽtię in notitia iã habita, ſine quo intellectus non ꝑmaneret in ea, & ex cõſequẽti huiuſmodi notitia nõ haberet rationẽ verbi permanentis: Illa tñ permanentia nõ eſt de rõne verbi ꝑfecti intenſiue, non .n. eſt minus ꝑfecta albedo vnius diei, q̃ vnius anni, non igitur a-

Eth.c.7.

ctus volũtatis eſt de eſſentia verbi, nec eius cã, ſed cõcomitatur in nobis eius generationẽ propter cauſas prædictas. Si tñ verbum ſtrictiſſime caperetur, vt puta ex modo quo Auguſtinus ex cauſa pręallegatã, pertractãs

Cor.12.

illud: Nemo põt dicere Dominus Ieſus, niſi in Spititu Sancto, &c. Quia huiuſmodi dicere denotat acceptationẽ, & amorem obiecti dicti, & concepti, & vltra verbi rationem abſolute aliquid includit, nempe ꝙ tale obiectum amore proſequatur: tunc proculdubio deſideraretu r actus volũtatis circa hoc obiectum. Aduerſus prædicta obijcies Auguſtinum dicentẽ: Fantaſia Cartaginis in memoria mea, eſt verbum eius: fantaſia autem ibi accipitur proprie ꝓ ſpecie intelligibili, erit igitur ſpecies intelligibilis verbum, & non notitia ipſa. Reſpondetur, hanc prædicationẽ non eſſe formalem, ſed cauſalem, reddens hunc ſenſum, ꝙ talis ſpecies intelligibilis vnã cum intellectu eſt cauſa productiua verbi, & Auguſtinum ita intellexiſſe conſtat ex ſuis ſcriptis, cum aſſerit verbum nõ eſſe formaliter in memoria, in qua tamen eſt ſpecies intelligibilis. Huic autem ſimile eſt illud Athanaſij. Sicut anima rationalis & caro vnus eſt homo, &c: Hæc enim duo conſtituunt ipſum hominem, & componunt phyſice, non autẽ ſunt homo, cũ homo denotet ens tertiũ ab ipſis diſtinctũ partibus.

De tri.c.6

Lib.15. de tri.c.8.

In Symbolo.

DISTINCTIO. XXVII.

Quæſtio. I I. Pag. 662.

An verbum in diuinis ſit proprium perſonæ genita.

RESOLVTIO.

CVM in diuinis exprimi per intellectum ſit proprietas ſecundæ perſonæ, & verbũ illud ipſum ſignificet, erit propterea mere ꝑſonale, & ꝓprietas filij. Porrò verbũ eſt terminus concretiuus ſicut & Filius, cui⁹ abſtractũ (verbatio) nõ eſt receptum. Idem igitur ſignificãt Fili⁹ & verbũ de formali & prim-

Verbum eſt proprietas filij.

Verbum eſt terminus concretiuus.

principali ſignificato, nempe reſpectũ ſecundæ perſonæ ad primam, differũtque duntaxat in connotato, verbũ enim connotat notitiã actualem, cuius eſt talis expreſſio, Filius autem cõnotat naturam viuentẽ, in qua eſt talis relatio. Filiatio enim in ſolis eſt viuentibus. Aut dicitur verbum inquantum procedit per modum intellectus, Filius, quatenus Filius procedit a Patre per modum naturę. Obijcies Auguſtinum dicentem, verbum eſt cũ amore notitię. Hæc autem omnia ſunt eſſentialia, hoc eſt, tribus competunt perſonis, igitur & verbum. Reſpondetur, Auguſtinum loqui de verbo noſtro, quod ſi ad diuinum etiam referatur, intelligit de notitia genita. Dices inſuper, Pater intelligit res ipſas perinde ac Filius, igitur eius notitia dicetur verbum, & cum talis notitia ſit ipſe Pater, dicetur ipſe verbum ſicuti & Filius. Repondetur, non quæuis notitia Dei dicitur verbum, ſed duntaxat illa quæ eſt genita, & a generante reipſa diſtincta, notitia autem Patris ingenita eſt, nec ab ipſa diſtincta. Dices tandem, filiatio eſt proprietas conſtitutiua ſecundæ perſonæ ſecũdum Auguſtinum, nõ ergo verbum, quia vnius conſtituti eſt vnum formale conſtitutiuum. Reſpondetur, non eſſe duo propria, ſed idẽ, quia eandẽ relationem ſignant verbum, & Filius, quamuis diuerſa connotent, vt diximus. Vnde Auguſtinus, Eo verbum quo Filius, & vtrunque relatiue dicitur.

9. de Tri. cap. 10.

Lib. de fide ad Petrum. c. 2.

Lib. 7. de Tri. c. 4.

DISTINCTIO. XXVII.
Quæſtio III. Pag. 662.

An diuinum verbum denotet reſpectum ad creaturas.

RESOLVTIO.

Aſſertore Diuo Auguſtino verbum & Filius in diuinis idem ſignificant, nã, Eo verbũ (inquit) quo filius, Filius autẽ nõ dicit reſpectũ ad creaturas, igitur nec verbum. Obſerua nihilominus, quod hoc vocabulũ, verbũ, in diuinis denotat duplicem reſpectum Primo & principaliter ſignificat relationẽ expreſſi ad exprimentẽ, & hic reſpectus, eſt realis, & ratione huius dr̃ proprietas filij: Secundo cõnotat reſpectum declaratiui ad declarata, id eſt, ſignificat reſpectum notitiæ ad illa, quę per eã cognoſcuntur, ſiue illa ſint diuina ſiue creata, quia cognoſcit verbũ diuinũ ipſas ꝑſonas trinitatis, eſſentiã diuinã, atq; creaturas. Auguſtinus .n. ait, quod verbum declarat ſe, & iſte eſt reſpectus rationis: Nam idẽ põt habere rationẽ declaratiui ratione ſuijpſius. Omnis aũt reſpectus, q̃ eſt ad ſeipſum, eſt rationis duntaxat. Porro hic reſpectus nomine proprietatis ꝑſonalis, nec in perſonali ꝓprietate filij incluſus, cũ ſit reſpectus rationis Inſuper omne intrinſecum in diuinis eſt priꝰ ſimpliciter quocunque reſpectu ad creaturas. Quinimo omnis reſpectus in diuinis ad creaturas eſt communis tribus perſonis ſimpliciter, ſed aliqua Filio appropriantur propter modum ſuæ

Lib. 7. de Tri. c. 4. Verbũ non denotat reſpectũ ad creaturas. Verbũ duplicẽ ſignificat reſpectum.

Lib. 7. de Trin. c. 3.

ilio qua ſuæ emanationis, vt hic reſpe-
ctus, quem dicit verbum Deinde & reſpectus, quem dicit ars ad artificiatū. Vnde Auguſtin⁹. Verbum eſt ars omnipotentis Dei plena omnium rationū viuentium. Reſpectus enim artis ad creaturas, vt artificiū, eſt communis tribus, cum ſit eadem ratio, & potentia creatura triū perſonarū. Appropriatur tñ Filio propter conuenientiā cum ſua productione, Operatio ſiquidē per modū artis ad intellectum pertinet. Conſimiliter Filius per appropriationē dr̃ potētia operatiua Patris. Ioānes, Omnia ꝑ ipſum facta ſunt. Propter eandē quoque cauſam ſapiētia, notitia, veritas, & cæt. Filio in diuinis attribuuntur. Hic poſſet q̃ri cur intellectus diuinus, vt eſt in Patre exprimens verbum diuinū, ſeu generās Filiū, habeat ſolā diuinā eſſentiā obiectū, vel ēt ipſas creaturas in eadē relucētes? Reſpōdetur, quòd diuina eſſentia eſt prius repræſentatiua eorū quæ ſunt ad intra, quā eorū quæ ſunt ad extra (ſic. n. loquit̃ Beatus Auguſtinus.) Quocirca in primo in ſtāti naturæ, in quo ꝑſonarum emanatio cōpletur, creaturę nō relucēt in eſſentia: Et ſic Filius nō eſt notitia creaturarum, ſiue nō producit̃ per earū notitiam.

[Margin: ilio qua / t ali qua / ppropriā / ir. Lib 6. / t Trini. / vlt.]

[Margin: oan. 1.]

[Margin: ilius non / oduci- / ur noti- / a creatu / rum.]

DISTINCTIO. XXVIII.
Quæſtio. I. Pag. 678.

Eſt ne ingenitum proprietas ipſius Patris?

RESOLVTIO.

[Margin: Ingenitū / pl iciter / cipitur.]

INgenitū bifariā ſumit̃: Primo quidē denotat negationē gñationis proprie dictę, qua videlicet terminus primus, & totalis generationis accipiat eſſe, & id intelligēdo de negatione extra genus, quæ ſane dr̃ tā de ente, quā nō ente, atqui hoc mō nō eſt proprietas Patris, cū & eſſentię diuinæ Spiritus ſancti, ac nō exiſtētibus cōueniat. Secūdo accipit̃, vt ſignificat negationem generationis cōiter ſumptæ, hoc eſt, acceptæ pro ꝓductione quacūque, ſiue ſit generatio, ſiue alia productio prę exigēs generationē, qualis ꝓductio Spiritus ſancti, & hoc loquēdo de negatione in genere, id eſt q̃ cōnotat genus, ſeu poſitiuū (q̃a in diuinis genus non ꝓprie reperit̃, nec ſpecies) in natura diuina, de qua dr̃ talis negatio, & hoc pacto ingenitū idē eſt quod ſubſiſtēs nō ꝓductū. Vnde patet qđ ingenitū hoc pacto acceptū, nō cōuenit eſſentiæ diuinæ, cū ſit per generationem Filio cōicata, nec Spiritui ſancto cū ſit productus ꝑ ſpirationē, quæ vtique generationē præexigit, ſed eſt proprietas ſolius Patris. Solus. n. Pater eſt a ſe, hoc eſt, nō ab alio ꝓductus, vnde Auugſtinus, Pater. n. ſolus nō eſt ab alio, ideo ſolus appellatur ingenitus. Et idē ꝓfitetur alibi dicēs, nō duos eſſe ingenitos certa fides declarat. Porro hæc proprietas nō eſt conſtitutiua Patris, quia ꝑſona poſitiua nō conſtituitur proprietate negatiua. Inſuper Pater & Filius non habēt vniformiter rationem perſonalitatis, cū Filius poſitiua cōſtituatur ꝓprietate. Obijcies, oīs ꝑſonalis proprietas relationē importat, nā ſcđm Auguſtinū, quicquid dr̃ ad ſe in diuinis, eſt cōe tribus per-

[Margin: Ingenitū eſt proprietas Patris. Lib. 15. de Trini. c. 26. & ad Oroſium.]

[Margin: Lib. 5. Tri.]

perſonis, ſed ingenitũ nõ ſignificat relationẽ, cũ dicat negationẽ, quę nihil ponit formaliter, Igitũ nõ eſt proprietas ꝑſonalis. Rñdetur. Non oportet quòd oĩs proprietas ꝑſonalis denotet relationẽ poſitiue, ſed ſufficit qđ poſitiue, vel negatiue. Ingenitũ aũt importat relationẽ negatiue. Si. n. relatio ſit alicui ꝑſonæ propria, & negatio ẽt talis relationis erit ẽt alij ꝑſonæ ꝓpria, & ita nõ cõis tribus. Dices, Ambroſius noluit vti hoc vocabulo, vt refert Magiſter ſententiarũ: Rñdetur, hoc fuiſſe ꝓpterea quod tẽpore ſuo nõ eſſet vſitatũ, & quia volebãt ꝑſuadere Ariani filiũ nõ eſſe Patri cõſubſtantialem, ſed alterius ſubſtantiæ eſſe Patrẽ, & alterius filiũ, quod ille ingenitus, & iſte genitus diceretur, cũ diuerſum ſit eſſe ingenitum, & eſſe genitum, vnde Ambroſius quæſtioni reſpondens dicit, ſe in diuinis ſcripturis hoc nomen ingenitus, non legiſſe. Vide Magiſtrum hac diſtinct. Nunc autẽ ab patribus eſt receptum.

Lib. 1. de Spiritu ſã cto.

DISTINCTIO. XXVIII. Quæſtio II. Pag. 678.

Conſtituitne innaſcibilitas diuinam primam perſonam?

RESOLVTIO.

Ingenitũ et innaſcibilitas quomodo differant.

Qvamuis veteres patres paruã, aut nullã poſuerint inter ingenitũ, & innaſcibilitatẽ (q̃ ſunt Patris diuini proprietates) differentiam, quemadmodum ſatis, ſuperque ex primo huius diſtinct. cap. apud Magiſt. colligi valet. Deinde ex tertio capite, vbi citat Hilarium, qui ait, Eſt vnus ab vno, ſed ab ingenito genitus, proprietate videlicet in vnoquoque & originis & innaſcibilitatis, vbi proprietatẽ illã ſecundũ quam pater dr̃ ingenitus, vocat innaſcibilitatẽ. Nihilominus ſi plane expendanẽ, diſtinctas habent rationes formales, quia genitum & natum in filio non ſunt idẽ formaliter, aliquid. n. repugnat natiuitati, vtpote eſſe in cauſa nõ viuẽte, quod nõ repugnat generationi in quantũ eſt generatio. Innaſcibile quoque ſecundum ſuam rõnẽ prius eſt quã ingenitũ, patet quia genitũ prius quã natum. Omne enim natum eſt genitum, ſed non ẽ cõtrario. Illud autẽ eſt prius altero, a quo non conuertiẽ ſubſiſtẽdi conſequẽtia ex poſt p̃dicamẽtis. Vbi autem poſitiuum præcedit poſitum, negatio poſterioris præcedit negationẽ prioris, ſicut non homo præcedit nõ animal. Veruntamẽ innaſcibilitas non cõſtituit Patrem. Nã (vt diximus de ingenito) ꝑſona nequit negatiue cõſtitui. Præterea, perſonæ nõ ſe habẽt vniformiter in rõne ꝑſonalitatis, nec eſſent ęque poſitiuæ, aut æque ꝑfectæ, inquãtũ ꝑſonæ, quia nõ eſt æque ꝑfecta ꝑſonalitas negatiua, ſicut poſitiua, qua filius, & Spiritus ſanctus cõſtituunẽ, filiatione videlicet, & ſpiratione paſſiua. Arguiẽ. Damaſcen⁹, omnia, ait, ſunt vnũ præter ingenerationẽ, & generationẽ, & proceſſionẽ, voluit igiẽ has eſſe ꝓprietates cõſtitutiuas. Rñdetur, hac dictione exceptiua (pręter) non remoueri aliquas proprietates ꝑſonales, ſed eſſentialia duntaxat.

Innaſcibilitas nõ conſtituit Patrem.

Lib. 1. c. 7.

xat. Quinimo illis ꝓprietatibus tribus intelligit omnes alias, vt in generatione comprehendit Paternitatem, ſpirationem actiuam (vt eſt in Patre) & omnes proprietates patris: Et generatio complectitur filiationē, verbum, imaginem, & alias filij proprietates, & conſimiliter de Spiritu ſancto ſentiendū. Quod hinc vel maxime conſtat, quia ibidem expreſſe ponit paternitatem, filiationem & proceſſionem, non igitur exiſtimabat tres priores ſolas eſſe ꝑſonarū proprietates, aut eas eſſe ipſarum conſtitutiuas, ſed earum nomine reliquas quoque comprehendebat.

DISTINCTIO. XXVIII. Quæſtio. III. Pag. 689.

Conſtituiturne prima in diuinis perſona poſitiua relatione ad ſecundam?

Resolvtio.

PRima in diuinis ꝑſona non cōſtituitur in eſſe perſonę deitate, cū deitas incommunicabilis non ſit, deinde nec actiua ſpiratione cū hæc filio quoque cōpetat, nec poſtremo innaſcibilitate, quemadmodū aſſertū eſt reſolut. præcedēti. cōſequit̄ igitur per locū a ſufficienti diuiſione, eā conſtitui poſitiua aliqua ad ſecundam perſonam relatione, quæ quomodocunque nominetur, ſiue paternitas, ſiue generatio actiua, aut alio quouis nomine, perinde eſt, cū ſit eadē ſecundm rem, & modo quo eſt in re, (licet ſecundum conſiderationē variatur) realē conſtituit perſonā. ſed hoc poſito, dubiū emergit nō vulgare, quo.n. prima ſecundā ꝑſonā ſimul ſecū requirit, cum & eā pręcedat, & producat? Rn̄detur, ꝓpterea qđ ſint correlatiua. Relatiua.n. aſſertore Ariſtotele in prædicamēto ad aliquid ſunt ſimul natura, hoc eſt nequeunt eſſe ſine ſeinuicē abſque cōtradictione, ſi fuerint relatiua mutua, id eſt primi aut ſecūdi modi relatiuorū, quia relatiuis tertij modi hæc proprietas non competit. non.n. ſequitur, ſcibile eſt, ergo ſciētia eſt: Sed in alijs relatiuis hoc eſt euidēs, quia relationes illorum eſſe nequeunt ſine ſuis terminis, ſecus eſſent ad ſe, & quædā abſolute. Omne aūt prius natura abſque cōtradictione poteſt eſſe ſine poſteriori, vt animal abſque homine, ſubiectum quantū eſt ex ſe ſine accidēte. Cum hoc autē modo exiſtendi ſimul natura ſtat prioritas & poſterioritas originis, quod etiam in ipſis creatis euadit manifeſtū. Si enim Socrates Platonē genuerit, Socrates vt pater ſimul eſt cū Platone filio, & nihilominus eſt prior origine ipſo Platone. Quęres autē quonam pacto diuina eſſentia determinatur ad primam perſonā, vt ſit in ea primo, ſiue priuſquā in alijs. Rn̄detur, quod ex ſe, & ſuapte natura, nō per aliam proprietatem. Obſerua tamen eſſentiam diuinam prius eſſe in patre paternitate immediationis, non paternitate adæquationis, quia iſto pacto eſt in tribus perſonis primo. Et vt hoc facilius perpēdas, exēplū deſume a ſole. is. n. cū aſcēdit ſupranoſtrū horizontē, illu-

...er con ...uīt r... ...one po ...ua.

5. Meta. c. de priori.

illuminat in eodem inſtanti, & primo, ideſt adæquate totum medium, Illuminatio enim totius medij eſt illius effectus tūc totalis & adæquatus, in primo autem, id eſt immediate, illuminat partē propinquiorē, & quæ eſt verſus orientem: conſimiliter & anima rationalis vnitur toti corpori plene organizato in eodem temporis inſtanti primo, ideſt, tanquam ſubiecto totali, & adæquato. Primo tamen primitate immediationis informat ipſum cor. (Nam primum quod in animali viuit eſt ipſum cor, deinde aliæ partes) & mediante ipſo alias partes, perinde ac ſol mediante priori parte medij illuminata, alias deinde illuminat. Sic enim diuina eſſentia in eodem inſtanti æternitatis eſt primo primitate adæquationis in tribus pſonis, primitate autem immediationis eſt primo in patre, & virtute illius in alijs ſuppoſitis, quibus ab illo primo communicatur. Aduerſus prædicta obiicies, prima pſona prius exiſtit, quàm generet, agere enim eſt ſuppoſiti, aſſertore Philoſopho, igitur ſi conſtituatur relatione ad ſecundam perſonam, ſecunda perſona coexiſtet & ſimul cum ea, & ex conſequenti non generabitur ab ea. Reſpondetur, has perſonas eſſe quidē ſimul, ſicut vis relatiuorū exponit, ſed nihilominus prima eſt prior origine altera, quod ſufficit, vt eam generare poſſit. Arguitur, prima perſona præcedit generationem, igitur & ſecūda, cum ſit terminus illius relationis. Nam extrema alicuius relationis neceſſario eam præcedunt. Diſtinguo antecedens de generatione actiua, vel paſſiua. De actiua falſum eſt, quia prima perſona non eam præcedit, ſed per illam in eſſe perſonę cōſtituitur. Conſtitutum enim (ſicut nec compoſitum partes cōponentes) non præcedit ipſum conſtituentia. De generatione paſſiua verum eſt. Nam quemadmodum pater filium origine præcedit, ſic & generationem paſſiuam. Arguitur. Filius etiā præcedit hanc generationē paſſiuam, cum ſit ſimul cum patre (quandocunque enim aliqua ſunt ſimul, ſi vnum illorū quidpiam præcedat, & alterū quoque illud pcedet.) Igitur filius non conſtituitur relatione paſſiua. Negatur antecedens, & ad eius probationem dicitur, ꝙ illa propoſitio. quandocunq; aliqua ſunt ſimul, intelligitur accipiendo aduerbium ſimul & prius & poſterius vniformiter hoc pacto, videlicet, ꝙ ſi aliqua duo ſint ſimul tempore, ſi vnū illorum ſit prius tempore aliquo, & alterum quoq; erit eodem prius tempore, ſed ſi vnū illorum, quæ ſunt ſimul tempore præcedat aliquid natura, non oportet alterum illud quoque natura præcedere. Sol.n. & eius ſplendor ſunt ſimul tēpore, & ſol natura præcedit ſuum ſplendorem, non autem ſplendor præcedit natura ſeipſum. Conformiter dicendum eſt de his quæ ſunt ſimul natura, vt pater & filius. Si enim vnum ſit prius aliquo natura, & alterū quoque illo prius erit natura: Sed ſi vnū ſit prius origine aliquo, non oportet alterum etiā origine eſſe priorem. Cū vero dictum eſt extrema debere præcedere relationem, illud procul dubio

Lib 16. de animalibus.

In Proem. Metaphy.

dubio verum eſt de relationibus,quæ in prædicamento repe riuntur,non autem de tranſcẽdentibus, quales ſunt iſtæ. Hæc enim extrema non ſupponunt, quinimo conſtituunt ſua fundamenta.

DISTINCTIO XXIX.
Quæſt. Vnica. Pag. 698.

An principium vniuoce dicatur de principio ſumpto perſonaliter, & eſſentialiter.

RESOLVTIO.

rincipiũ upliciter ccipitur.

PRincipiũ ſumitur perſonaliter ſeu (vt alii volũt)notionaliter, cũ dicitur d̄ vna perſona

ib. 4. de Tri. c. 20.

in diuinis reſpectu alterius,vt cũ Aug. ait,patrẽ eſſe prĩcipiũ totiꝰ diuinitatis,id eſt,oĩum ꝑſonarũ aliarũ a ſe patrẽ & filiũ eſſe principiũ Spiritus ſancti. Eſſentialiter vero accipit̃ cũ dicitur de tribus ꝑſonis reſpectu creaturarũ, ſicut cum idẽ Aug. ait Patrem, & Filiũ, & Spiritũ ſanctũ eſſe vnũ principiũ oĩum creaturarũ,idcirco ꝙ vnica virtute,& oĩpotentia in eis exiſtẽte eas cõproducant: Quomodocũque tñ dicit̃ ſemper ad aliqd

rincipiũ ſt nomen elatiuũ.

ſeu deſignat reſpectũ ad aliud, ſed differenter. Nam cum accipitur notionaliter, ſignat reſpectum realem,hoc eſt, relationem productionis realis. Sũptũ vero eſſentialiter ſignificat relationem rationis, cũ Dei ad creaturam (vt oſtendemus Reſol. ſequenti) nulla ſit relatio realis. Enti aũt reali, quod eſt ſimpliciter ens, & enti rationis quod eſt ens ſecundũ quid, nihil eſt commune vniuocum: Quocirca principium non dicitur vniuoce de principio notionali,& eſſentiali, Arguitur, Sequitur optime, generans vel ſpirans, ergo principiãs,& creans, igitur principians denotat idcirco principium quidpiam illis commune. Reſpondetur nõ accipitur vtrobiq; vniuoce, qa in prima propoſitione ſignificat relationem realem, in ſecũda, rationis, ideo non valet, eſt principians, ergo creans.

Principium non dicitur vniuoce reſpectu perſonarum, & reſpectu creaturarum.

DISTINCTIO. XXX.
Quæſtio. I. Pag. 700.

Dicitur ne aliqua relatio de Deo ex tempore?

RESOLVTIO.

CVm relatiua aſſerto re Ariſtotele in p̃dicamentis ſunt ſimul natura, & creaturę àDeo naturaliter depẽdeant, relationes ipſarũ creaturarũ ad Deũ nouę ex tẽpore erunt, & illæ quæ in Deo eis correſpondent, recentes quoque, & ex tempore in Deo erũt. His ſuffragatur Diuus Auguſtinus dicens. Si dominus nõ dicitur, niſi cum incipit habere ſeruum, etiam iſta appellatio relatiua ex tempore eſt in Deo, & cætera. Vide Magiſtrũ; Propter relationes tamen creaturarum inquãtũ ſunt ad Deũ, id eſt inquantum habent Deũ pro termino, non eſt neceſſe ponere alias relationes in Deo ex tempore terminãtes iſtas, cum etiam in creaturis relatiuũ nõ terminet dependentiã ſui correlatiui, ſecundũ relationẽ quã

Relationes aliquæ dicuntur de Deo ex tempore.

Lib. 5. de Tri. c. 16.

denotat, ſed ſub ratione abſoluti. vt termin⁹ paternitatis nõ eſt filius pro formali, ſed ꝓ materiali, vt loquũtur. Poteſt nihilominus in Deo poni aliqua relatio rationis, licet illa non terminet relationes creaturarũ ad Deum, noua quidem, & ex tpe ſicut illa quæ producitur per actum intellectus noſtri conſiderantis ipſam, & comparãtis ad creaturas, vt Dominum creatorem, ſed non noua aliqua per actum intellectus ſui, quia nunquam eſt tranſitus de contradictorio in contradictorium ſine mutatione, Sed ſi diuinus intellectus nũc cõſideraret voluntatem ſuam ſub aliqua relatione, aut comparatione, ſub qua prius nõ conſiderabat, eſſet trãſitus de contradictorio in contradictorium, eſſet igitur mutatio in intellectu diuino, quod eſt abſurdum. Quamuis ergo diuinus intellectus formet relationem rationis, comparans eſſentiam ſuam, ſeu voluntatem ad creaturas, nõ tamen nouam & ex tempore: Nam ab æterno confert voluntatem ſuam creaturæ, licet nõ pro æterno, & producit eam relationem rationis. Exempli gratia. Quemadmodum ab ęterno diuinus intellectus comparauit voluntatem ſuam, vt creatiuam, ad animam Antichriſti, vt creabilem in aliquo tempore, ſic æternaliter comparat voluntatẽ diuinam vt creantem ad animam Antichriſti, vt actu exiſtẽtem in illo inſtanti, in quo decreuit eam creare, hoc eſt ſicut Deus præuidet ab æterno creandum Antichriſtum, ſic præuidet ſe creantem illum in tali inſtãti in quo creabitur, & ſic vtraque illarum relationum rationis (quarum vna eſt potentialis, & altera actualis) eſt ęterna licet non pro æterno. Quamuis ergo aliquæ relationes rõnis ſint in Deo per actũ intellectus noſtri nouę & recentes, propterea tamen non ſequit̃ accidens aliquod eſſe in Deo, aut mutationem, quia ipſius naturę nihil accidit quo mutetur. Objicies autem, Quidquid de Deo dicitur eſt Deus, & ex conſequẽti æternum, non igitur nouum nec ex tempore. Reſpondetur, quod quidquid eſt in Deo per identitatem, eſt quidem æternũ, ſed non quidquid prædicat̃ de Deo per habitudinem alterius ad ipſum. Vnde Deus dicit̃ dilectus à nobis ex tẽpore, & cognitus. Sed quæres quonam pacto igitur ponitur Deus Dominus ex tempore ſecundum Auguſtinum, ſi nulla fuerit in Deo relatio terminãs per ſe nouam relationem creaturę? Reſpondetur, ꝙ ſola relatione noua, quæ eſt in creatura, & terminatur ad ipſam, ipſe denominatur, Dominus denominatione extrinſeca, quæ eſt cum denominans non eſt in denominato; veluti cum paries denominatur viſus viſione, quæ quidẽ non eſt in pariete, ſed in ſenſu viſus, cũ ſit operatio immanẽs: Eadem quoque denominatione denominatur ex tẽpore cognitus à nobis, & dilectus. Quẽadmodum & opus ab homine confectũ dicitur humanũ, non propter aliquid humanitatis, quod ſit in ipſo opere formaliter, ſed ꝓꝑ humanitatẽ, quę eſt in homine, ad quẽ ſane ipſum opus habet habitudinẽ & reſpectũ, ſicuti effectus ad ſuã cauſã. His

In Deo eſt relatio rõnis noua, & ex tempore.

Non quidquid in Deo eſt, Deus eſt.

Lib. 5. de tri. c. vlt.

Denominatio extrĩſeca quid.

His ſubſcribit Auguſt. dicens, quòd tēporaliter Deus incipit dici Dominus, quod antea non dicebatur, manifeſtū eſt relatiue dici, non tamē ſcd̄m accidēs Dei, quod ei aliquid acciderit, ſed plane ſecundum accidens eius (nēpe creaturę) ad quod incipit dici Dominus relatiue.

DISTINCTIO. XXX. Quæſt. II. Pag. 700.

Vtrum Dei ad creaturam posſit eſſe relatio realis.

RESOLVTIO.

Relatio realis ad creaturā nequit eſſe in Deo.

Triplici ratione aſtrui poteſt ī Deo non poſſe eſſe realem relationē ad creaturam. Primo ex ſumma ipſius ſimplicitate, quia. n. Deus perfectè ſimplex eſt, nihil eſt in eo quod non eſt ipſe, hoc eſt quod non ſit idem ſibi, ſecus eſſet ibi compoſitio, vnde Aug. Deus ſimplex eſt q͂a hoc eſt quod hēt, hoc eſt quidquid eſt in Deo, eſt ipſe Deus, *Lib. 11. de ciuitate Dei c. 10.* deinde ex perfecta eius neceſſitate. In eo n. quod ſumme eſt neceſſariū nihil eſſe valet, niſi fuerit quoq; neceſſariū. At relatio ad creaturā neq; eſſe ens neceſſariū, non. n. pōt eſſe magis neceſſariū q̄ termin⁹ à quo depēdet, videlicet creatura. quę eſt contingens. Tertio ex ratione infiniti, quandoquidem in eo quod eſt ſimpliciter infinitū nihil poteſt eſſe quod non ſit idem illi, alioquin nō eſſet perfectiſſimum ſimpliciter. Sed nulla relatio realis ad creaturam poteſt eſſe eadē Deo. quod patet, quia nihil idem Deo eſt incorruptibile, ſed omnis talis relatio ad creaturam eſt corruptibilis, cum eius terminus ſit corruptibilis, nempe creatura, non enim poteſt relatio remanere realiter, ſuo termino deſinente eſſe realiter, nulla igitur relatio realis poteſt eſſe in Deo ad creaturam.

DISTINCTIO. XXXI. Quæſt. vnica. Pag. 712.

Suntne identitas, ſimilitudo & æqualitas in Deo relationes reales?

RESOLVTIO

Relatio realis hēt tres conditiones.

Ad relationem realē tria requiruntur. Primum quod extrema (fundamentū videlicet & terminus) ſint realia. Deinde ꝙ extremorum ſit diſtinctio realis. Poſtremo ꝙ huiuſmodi relatio ex natura conſurgat, & ſequatur extremorum, abſque alicuius potentiæ opere, comparantis vnum extremum alteri. Hæc autem idētitati, ſimilitudini, & æqualitati, vt ſunt in diuinis, competunt, erūt igitur reales rationes. *Identitas, ſimilitudo & æqualitas ſunt relationes reales.* Quod autem eis cōpetant, patet de ſingulas, & primo quidem de æqualitate, cuius fundamentum propinquū eſt vnitas magnitudinis, hoc eſt perfectionis diuinæ, infinitas videlicet; remotum vero eſt ipſa eſſentia. Deinceps extrema ſunt reipſa diſtincta, nempe diuinæ perſonæ, quæ dicunt æquales. Vnde Hilarius, Similitudo ſibi ipſi non eſt. & Auguſtinus ait, quòd in filio eſt prima æqualitas (pater enim produxit filiū ſibi æqualem, & hac *Lib. 3. de trinit. cir. fin. Lib. 6 de Tri. c. 9.*

hac ratione æqualitas prius eſt in filio, quàm in patre tanquã in termino, & veluti in fundamento ſi loquaris de æqualitate, qua filius eſt patri æqualis) hoc autem non eſſet verũ, ſi aliqua perſona poſſet dici ſibijpſi æqualis, tunc enim pater prius eſſet æqualis. Ad hæc huiuſmodi relatio conſequitur perſonas ex natura rei ſine operatione alicuius potentiæ eas cõparãtis, qa.n. pater generans filiũ cõicat eidem perfecte ſuã eſſentiam, idcirco communicat ei ẽt eandem magnitudinem infinitam, quemadmodum aſſeuerat Auguſtinus. Si dicis (inquit) eo ipſo patrem eſſe maiorem filio, quia pater genuit, cito reſpondebo, Immo adeo pater nõ eſt maior filio, quia æqualem genuit. Conſtat itaque æqualitatem in diuinis perſonis eſſe relationem realem. Conſimiliter dicendum eſt de ſimilitudine, quæ eſt in diuinis perſonis ſecundum eſſentiam & deitatẽ, quatenus eſſentia & Deitas eſt veluti quædam forma dans illi eſſe, ſeu qua pſonæ ſunt Deus: Similitudo quoque eſt inter pſonas ſecundum attributa omnia (vt ſapientiam, iuſtitiã, bonitatem &c.) quæ ſunt tanquã proprietates huius naturæ. Nã vt ait Damaſcenus, Non natura, ſed quæ circa naturam ſunt dicuntur. Hæc autem ſimilitudo ex natura rei eſt in ipſis perſonis, ſicut & æqualitas. Conſimili modo, & identitas (ſeclusa intellectus comparatione) eſt in diuinis perſonis relatio realis, & perfecta identitas, & ſufficiens extremorum diſtinctio. Vnde non reperitur pfecta idẽtitas niſi in diuinis. Socratis.n. ad ſeipſum non eſt perfecta idẽtitas, quia rationis tantum ad Platonem, ob id quod fundamentum non ſit vnum numero, ſed ſpecie tantum. Contra aſſerta obijcies Auguſtinum dicentem cum quæritur ſecundũ quid æqualis ſit patri filius, Reſpondetur, non ſecundum hoc ꝙ ad patrem dicitur filius eſt æqualis patri: reſtat igitur, vt ſecundum illud quod ad ſe dicitur, ſit æqualis, id eſt ſecũdum ſubſtantiam, ergo æqualitas nõ dicitur ſecundum relationem. Reſpondetur, quod perſonæ diuinæ ſunt æquales ſecundũ eſſentiam fundamentaliter, non autem formaliter.

Cõtra Maximinum. lib. 3. ca. 18. 19. & 20.

Cap. 5.

Lib. 5. de tri. cap. 4.

DISTINCTIO. XXXII.

Quæſtio. I. Pag. 720.

An Pater, & Filius diligant ſe Spiritu ſancto.

RESOLVTIO.

Amor in diuinis eſt haud dubie eſſentialis perfectio tribus videlicet communis perſonis aſſertore Auguſtino, Ait.n. quidquid ſecundum qualitates in illa ſimplici natura dici videtur, ſecundum eſſentiam, eſt intelligendum, vt bonus, magnus, immortalis, ſapiens, diligens, eodem ſiquidem amore Pater, Filius, & Spiritus ſanctus ſe & creaturas diligunt, appropriatur tamen Spiritui ſancto, perinde ac omnia, quæ ad voluntatem pertinent, & id quidem propter modum ſuæ emanationis, quia Spiritus ſanctus procedit per modum amoris, vt puta per actum ſpirãdi. Quocirca in

Amor in diuinis eſt quid eſſentiale. lib. 15. de tri. cap. 5.

in hac locutione (Pater , & filius diligunt ſe Spiritu ſancto) diligere ſumit partim eſſentialiter,& partim notionaliter. ſignificat,n.amorem appropriatum Spiritui ſancto connotando eius productionē, quatenus enim actus ille amoris hēt pro obiecto mediū,Deū ipſum, ſed & creaturas oēs,eſt quid eſſentiale : inquantum vero connotat productionē ſpiritus ſancti, eſt notionale. Senſus proinde ꝑdictæ locutionis eſt iſte, Pater & Filius diligunt ſe Spiritu ſancto , Pater, & Filius producunt S. ſ. qui appropriate eſt amor oīs neceſſario amati , & in hoc ſenſu eū admittit beatus Auguſtinus. Manifeſtū eſt inquit , ꝙ non aliquis duorum eſt,quo vterq; coniungit̄ , quo genitus a gignente diligat̄,genitoremque ſuum diligat. *Lib. 6. de tri. c. 5.*

DISTINCT. XXXII.
Quæſtio II. Pag.720.

Vtrum pater ſit ſapiens ſapientia genita.

RESOLVTIO.

Lib. 6. de tri. c. 1. 1. Cor. 1. HÆc quæſtio vt ait Auguſtinus mouetur, ꝑpea ꝙ dixerit Apoſtolꝰ Chrīſtum Dei virtutē, & Dei Sapientiā,pro qua explicanda obſeruandum eſt in primis,quòd vna eſt ſapientia patris,filij & Spiritus ſancti,ſicut vna eſſentia , quia ſapientia in illius naturæ ſimplicitate eſt eſſentia, Quocirca Pater,Filius & Spiritus ſanctus ſapiunt eadem penitus ſapientia: Nam ſi eſſet alia , & alia , neutra eſſet perfectio ſimpliciter: Sic in tribus perſonis diuinis : Nihilominus , quamuis ſapientia ſignificet perfectionem eſſentialem,ſeu perfectionem ſimpliciter,(vt dicunt)aliquando tamē pro perſona capitur, potiſſimū cum hę determinationes(genitum,& ingenitum) illi adhibētur , vt cum dicitur in diuinis eſſe ſapientia ingenita , & ſapientia genita , genitum enim & ingenitum perſonas diſtinguunt , manente eadem prorſus ſapiētia eſſentialiter dicta, perinde ac diſtinguuntur Deus genitus,& ingenitus,manente oīno eadē deitate:Licet proinde hæc propoſitio, Pater eſt ſapiens ſapiētia genita, in ſenſu diuiſionis ſit vera, reddens hūc ſenſum , Pater eſt ſapiens ſapientia , & illa ſapientia eſt filius,qui eſt genitus: Nihilo ſecius in ſenſu compoſito,& ſimpliciter,eſt falſa. Nā aut ſapiētia accipit̄ pro ſuo proprio ſiguicato , vt puta pro perfectione eſſentiali,& hoc mō conſtat illam eſſe falſam,quia nulla ꝑfectio eſſentialis in Deo genita eſt ſimpliciter qa omnis talis præuenit gñationem actiuam. Aut ſumitur pro perſona filii , & hoc quoque pacto falſa eſt, quia filius non eſt patri forma, aut principium ſapiendi,quod tamē denotatur per illam propoſitionem. Adde etiam & rationem Auguſtini,quam ponit Magiſter, in diuinis hoc eſt eſſe,quod ſapere. Igitur ſi ſapientia, quam genuit Pater, cauſa eſt illi vt ſapiens ſit, etiam vt ſit ipſa illi cauſa eſt, hoc autem eſt abſurdum,alioquin ſapientia genita non eſſet a patre,ſed ab ipſa eſſet Pater. Quamobrē *Li. de tri. cap. 1.*

Lib. 1. retractat. c. 26. Lib. 83. q. 23. Tomo. 4.

Diuus Auguſtinus corrigit, q̄d dixerat, aſſeuerans patrem eſſe ſapientem, ea quam genuit ſapiētia. Obſerua præterea, vt exacte noueris vſum locutionum, quibus Patres hanc explicant materiam, quòd dicere varie accipit̄, primo eſſentialiter. i. vt cōpetit tribus perſonis, & hoc bifariam: Vno modo, vt ſignificat intelligere, & ſic Pater, Filius, & Spiritus ſanctus ſunt, vnum dicens. i. vnū intelligēs, & hoc modo accipit̄ ab Anſelmo, qui ſic ait, Nihil aliud eſt ſummo Spiritui dicere, quàm quaſi cogitando intueri. Altero modo accipit̄ pro declarare formaliter, conueniens ēt trib. perſonis, quib. n. perſona (cum ſit notitia infinita) eſt declaratiua oīs declarabilis, q̄nquidē notitia actualis eſt declaratiua obiecti, Appropriatur nihilominus filio, ob id ꝙ producat̄ ꝑ modum notitiæ: Vnde Auguſtinus. Si enim (inquit) hoc verbum, quod nos proferimus tēporale, & tranſitorium eſt, ſeipſum oſtendit, & illud de quo loquimur, quanto magis verbum Dei per quod facta ſunt omnia? Secundo capitur mere naturaliter, ſeu perſonaliter, & idem eſt ꝙ gignere: Et iuxta hanc acceptionem ait Richardus, ꝙ ſolus pater dicit, & Auguſtinus dicens, ꝙ pater dicit verbum, in quo omnia diſpoſuit. Tertio ſumitur partim eſſentialiter, & partim notionaliter, ſiue perſonaliter. & ſignificat declarare. Nō quidē quatenus declarare conuenit alicui formaliter, ſed principiatiue, & ſecundum hanc acceptionem ait Auguſtinus, quòd pater dicit verbo, hoc eſt producit verbum, qui appropriate eſt notitia declaratiua ſeu manifeſtatiua omnis declarabilis. Quamuis autem pater non ſit ſapiens ſapientia genita, filius tñ conceditur eſſe ſapiens ſapientia ingenita, non quidem formaliter, ſed principiatiue (ſic enim loquuntur) hæc. n. propoſitio hunc habet ſenſum, filius productus eſt a patre, qui eſt ſapiētia ingenita, a quo hēt, vt ſit ſapiens, nihil enim filius a ſe habet, ſed omnia a patre pæternam recipit generationem.

Dicere uarie capitur. Monoteſſ. c. 63. Lib. 7. de tri. c. 3. Lib. 6. de tri. c. 11. Lib. 7. de tri. c. 1. Filius eſ[t] ſapienti[a] ingenita

DISTINC. XXXIII. & 34. Quæſt. Vnica. Pag. 727.

Quanam eſt diſtinctio inter eſſentiam, perſonas, & perſonales proprietates in diuinis?

RESOLVTIO.

Eſſentia perſona et proprietates in diuinis diſtinguuntur. Diſ. 34. d.

QVemadmodū diffuſe traditum eſt diſtin. 2. & 26. hæc quidem ſunt eadem re ſeipſa, & ſimpliciter, nec aliter eſſe pōt, propter perfectam ſimplicitatem diuinam, quæ cōſequitur ex perfectione infinita illius naturæ quæ efficit, vt quæcunque in ea ſunt, ſint illi realiter eadem. Vnde Auguſtinus, quidquid eſt in Deo, eſt ipſe Deus. Diſtinguuntur autem formaliter adinuicem, propter varias realitates, ſeu conceptus, quos denotant. Vnde & Magiſter, Tres perſonæ ſunt eiuſdem naturæ, & eadem natura, non tamen diffitemur aliquam diſtinctionem habendam fore, ſecundum intelligentiæ rationem, cum dicitur hypoſtaſis, & cum dicitur

dicitur eſſentia,quia ibi ſignificatur, quod eſt commune tribus, hic vero non. Eſt tamen hypoſtaſis eſſentia,& e contra. Fatemur ergo,inquit,vnum atque idem eſſe tres perſonas ſecundum eſſentiam, differentes autem proprietatibus.

DISTINCTIO. XXXV.

Quæſt. Vnica. Pag.728.

Vtrum in Deo ſint ideæ, vel relationes aliquæ ad ſcibilia, vt quidditatiue cognita, quæ ſunt rationes cognoſcendi ipſa ſcibilia.

Resolvtio.

Intellect⁹ diuinus habet duplex obiectum.

Pleraque ſunt hic obſeruanda, In primis q͏ diuinus intellect⁹ duplex hēt obiectū,nempe primarium, quod eſt diuina eſſentia, quæ & dr̄ obiectū adæquatum ipſius, & eſt rō, ſeu cauſa cognoſcendi quodcunq; intelligibile, & ſecundarium, quod ſunt ipſæ creaturæ cognitæ, quæ in intellectu diuino ſunt obiectiuæ,quatenus ab eo apprehenduntur,& habent eſſe cognitum, quapropter ſunt obiecta terminatiua duntaxat intellectus diuini, non autem motiua. Namque ait Ariſtoteles, vileſceret diuinus intellectus,ſi ab alio a ſe cognitionem reciperet. Deinde eſt obſeruādum diſcrimen inter cognitionem noſtram, & diuinam,quia noſtra ab obiecto dependet, ad quod refertur, ſecundum tertium modum relatiuorum, ſicut menſurabile ad menſuram in quo non eſt mutua dependentia ſeu relatio,quia hæ relatiua non dicuntur ad conuertentia, ſed obiectum eſt terminus huius dependentiæ,ſub ratione abſoluta. Intellectio autem diuina, cum ſit menſura oīum aliorū a ſe cognitorū,nō refertur ad ipſa obiecta cognita,ſed e contrario ipſa obiecta vt cognita,ad diuinam referuntur intellectionem, & ipſa eſt terminus huiuſmodi relationis,inquantum intellectio ipſa eſt abſolutum quidpiā. Quā obrem & ſi cōcedantur in Deo eſſe aliquæ relationes ad obiecta cognita,illæ tamen nō ſunt priores obiectis cognitis, inquantum huiuſmodi,ita quod ſunt rationes, ſeu cauſæ cognoſcendarum creaturarum diſtincte. Quod ſic oñditur: Primo em̄ diuinus intellectus cognoſcit eſſentiam diuinam. Secundo intelligit creaturam, & ſic ipſam producit in eſſe intelligibili, & tunc eſt relatio rōnis creaturæ intellectę ad diuinam intellectionem, ſed nulla adhuc in intellectione diuina ad creaturam. Tertio intellectus diuinus poteſt comparare ſuā intellectionem ad ipſa obiecta cognita, & ſic producere relationem rationis in ipſa intellectione, in quarto inſtanti poteſt ſe reflectere ſuper illam relationem rationis, & tunc erit cognita. Hinc igitur patet relationem rationis non eſſe neceſſariam ad intelligendum creatorem tanquam priorem creatura,vt obiectum,immo eſt poſterior. Tertio eſt obſeruandū quòd Idea,ſecundum Auguſtinum,eſt forma, vel ratio æterna in mente diuina,ſecundum quam aliquid eſt formabile ſecundum propriam eius ratio-

7.Meta. Cognitio diuina differt à noſtra.

Idea quid ſit.

nem: Quæ quidem defini tio ſic explicatur: Deus enim cuncta producit, & producere valet, non quidē irrationabiliter, ſed rōnabiliter, habet igitur rōnē, ſecundum quam vnumquodque producit, non autem habet eandem omnium, quia, vt ait Augu. ibidem, Alia ratione cōdit⁹ eſt homo, & alia equus. Diſtinctis proinde rationib. ſingula format, & condit, & non rationibus ſumptis à reb, Nam Deus efficiendo nullo indiget alio à ſe, ergo rationibus quæ ſunt in mente diuina, ſicut cognitum in cognoſcente: Quidquid autem eſt in mente diuina, in quocunque eſſe, ſiue rei ſiue rationis per actum intellectus diuini, illud eſt æternum, & immutabile. Hinc colligit ꝙ creatura, vt lapis, & homo cognita à Deo in eſſe cognito, in mente diuina eſt idea, cum p̄dicta ideæ definitio illi cōpetat, ſicut domus in mente artificis per ſpēm intelligibilem repn̄tata, eſt idea domus, q̄ conſtruit ad extra. Hoc autem conſonū eſt opinioni Platonis, a quo ideæ nomen accepit Auguſt. Poſuit ſiquidem Plato Ideas eſſe rerum quidditates, quas, ſi in mente diuina poſuerit, quatenus videlicet hn̄t eſſe ibi cognitum, bene id quidem, Nam & hac in re ſubſcribit illi Auguſtinus, ſin autem eas poſuerit per ſe exiſtētes, & ſeparatas, ſicut illi Ariſtoteles imponit, male aſſeruit: Nihilominus vt liberemus Platonē Magiſtrum, & diuinum Philoſophum ab impoſtura Ariſtotelis ingrati diſcipuli, dicemus ꝙ ſi aliquando Plato docuerit has Ideas eſſe ſeparatas, non intelligit de ſeparatione ſecundum locū, aut reali, ſed formali, & pciſiua dūtaxat, Quia videlicet huiuſmodi quiditates in ſua formali rōne præſcindunt, ac abſtrahunt a ſingularibus, & a loco, & a tēpore: Sunt tamen in mente diuina, ſicut cognitum in cognoſcente, non quidem diſtincte, ſecundum rem (cum diuina eſſentia ex ſua infinita perfectione, ſit cuiuſcunq; rei producibilis repn̄tatiua) ſed diſtincte ſecundum rōnem, iuxta diſtinctionem obiectorum, q̄ a diuino cognoſcuntur intellectu, quibus aperte corrn̄det in Deo vnitas diuinæ eſſentiæ, q̄ eminenter omne continet producibile. i. identificantur ipſi diuinę eſſentiæ ſecundum rem, per ſe autem conſideratæ, ſunt relationes rationis creaturarum cognitarum, ad intellectum diuinum: Nec ponuntur in Deo, vt ſint intellectui diuino rōnes cognoſcendi creaturas, cū præexigant creaturarum cognitionem, vel formaliter ſint creaturæ in eſſe cognito, ſed ponunt in Deo tanquam rōnes formandi, & producēdi creaturas. Obiicies forte illud Auguſtini, Tanta eſt vis in Idæis, vt niſi ipſis intellectis ſapiens nemo eſſe poſſit. Inſuper ibidem aſſerit, quod iſtarum viſione fiet anima beatiſſima, vr igitur ꝙ ſint rationes cognoſcendi creaturas, & quòd non ſint relationes rationis, quia creatura non eſt fruendum. Reſpondetur, Diuū Auguſtinum loqui de ſapientia perfectiſſima, & beatitudine totali, quam quis habere poteſt, quæ ſane non habetur, niſi eſſentia diuina perfectiſſime cognita: Diuina autem eſſentia

Idea ſecūdum Platonem.

ſentia non cognoſcitur perfectiſſime, niſi creaturæ, quæ in ea relucent cognoſcantur, quæ (vt iam dictum eſt) inquantũ ſunt a diuino cognitæ intellectu, dicuntur Ideæ. Et in iſtis nõ conſiſtit beatitudo formaliter, inquantum relationes rõnis, ſed concomitanter, inquantum ſunt eædem eſſentiæ diuinæ. Vnde Auguſtinus, Beatus eſt qui te, & illa nouit, nec ĵp illa beatior, eſſentialiter, licet bene accidentaliter. Intelligendum eſt igitur quòd anima harum viſione ſit beatiſſima, totali beatitudine, beato poſſibili, eſſentiali videlicet, & accidentali. Licet enim beatitudo principalis conſiſtat in eſſentia diuina, obiectiue tamen eſt aliqua beatitudo ſecũdaria, & minus principalis in creaturarum notitia.

. confeſ-
.

DISTINCT. XXXVI.
Quæſt. Vnica. Pag. 738.

An creatura inquantum à Deo cognita habeat verum eſſe eſſentiæ.

RESOLVTIO.

Eſſe eſſentiæ et exiſtentiæ.

Eſſe eſſentiæ rei alicuius, nihil aliud eſt, q̃ ipſa rei quidditas, eſt. n. illud eſſe quo dr̃, quod definitio indicat eſſe rei. Eſſe autem exiſtentiæ eſt idem reipſa cũ eſſe eſſentiæ, connotans rem ipſam eſſe extra ſuam cãm, hoc eſt productã eſſe in rerũ natura. Eſſentia. n. & exiſtentia rei non diſtinguunt̃ realiter, nec ẽt formaliter proprie, quia exiſtẽtia nullã dicit formalitatẽ. Illa aũt diſtinguunt̃ proprie formaliter, quorũ eſt alia & alia formalitas, nec tñ ſunt idem formaliter, quia exiſtentia nõ pertinet ad rõnem formalẽ eius, aut definitionem cuiuſcunque naturæ: Sed diſtinguuntur modaliter, videlicet ſicut modus intrinſecus a ratione formali: Siquidem exiſtentia eſt modus intrinſecus eſſentiæ ipſius rei, quia neque variat ipſam, illi aduenıens. Quamuis igitur eſſentia ordine naturæ, & perfectionis exiſtentiã præcedat, nõ tamen ordine durationis. Quocirca eſſentia rei creabilis non eſt æterna, aut neceſſaria, nec realis ante exiſtentiam. Vñ conſequitur ꝙ creatura inquantũ a Deo cognita ab æterno, ſeu creatura vt eſt fundamentum relationis æternæ ad Deũ cognoſcentẽ, non habet verum, i. reale eſſe eſſentię, Patet, q̃a eſſe eſſentię nõ eſt magis fundamẽtũ talis relationis q̃ eſſe exiſtẽtiæ, vtrumque enim eſt æqualiter ab æterno a Deo cognitum. Cognouit ſiquidem Deus æternaliter & eſſentiam, & exiſtentiam ipſarum rerum, vnde Auguſtinus ſuper Geneſi, Non aliter nouit Deus facta, quàm facienda: Sed propterea nullus aſſeuerabit eſſe exiſtentię creaturarum ab æterno fuiſſe, quare non hoc eſt admittendũ de eſſentia. Nobiſcũ ſentit Auguſtinus dicens, hæc viſibilia antequam fierent, non erant, qũo ergo nota Deo erant, quæ non erant? Erant in Dei ſcientia, nõ erant in ſui natura. Habebunt igitur tm̃ eſſe diminutum, hoc eſt eſſe cognitum, ſiue eſſe ſecũdum qd. Quod ſi volueris hoc eſſe ſecundum quid reducere ad aliquod eſſe ſimpliciter, reducere-

Creatura, vt a Deo cognita non habet verũ eſſe eſſentiæ.

Tom. 3. lib. 5. de Gen. ad literã. c. 18.

reduceretur ad eſſe intellectionis diuinæ, ſed eſſe intellectionis non eſt formaliter eſſe illud diminutum creaturarum: Sed eſt eſſe earum terminatiue, pro quanto intellectus diuini eſt terminus relationis fundatæ in creaturis in ſecundo inſtanti, vt dictum eſt reſol. præcedenti, vel principiatiue, quatenus eſſe cognitum creaturarum eſt ab actu diuini intellectus.

DISTINCTIO. XXXVII.

Quæſt. Vnica. Pag. 748.

Vtrum Deum eſſe præſentem ubique ſecundum potentiam, inferat ipſum eſſe ubique ſecundũ eſſentiã.

RESOLVTIO.

Deus eſt ubique. Pſal. 138. 2. Iſa. 66. IN primis Deũ vbique eſſe ſatis ſuperq; ex ſacris cõſtat literis. Ait. n. Pſaltes regius, Si aſcẽdero in cęlũ, tu illic es, &c. Iſaias, Cęlum mihi ſedes eſt, *Hier. 23.* Cęlum & terram ego impleo. Accedunt & authoritates ſanctorũ patrũ, quas vide apud Magiſtrũ. *Cap. 1. illius diſt. propoſit. 7. de maxi. theologiæ.* Vñ & Mercurius in lib. diffinitionũ Dei. Deus eſt ſphæra intellectualis, cuius centrũ vbique eſt (id eſt omnis creatura) & circũferentia nuſquã. Eſt vero Deus vbique per eſſentiã, potentiã, & præſentiam: Per eſſentiã quidem eſt in qualibet creatura, propterea ꝙ ſit infinitus, & illimitatus. Deinde & q̃a omnis res vbicũque fuerit, per eum habet eſſe, Ipſe enim omnium eſt creator per virtutem ſuæ ſubſtãtiæ. Vnde Pſalmiſta, Ipſe fecit nos, & non ipſi nos. Per potentiã aũt, quia creaturã quam condidit cõſeruat in eſſe, & cum creatura vbique operatur. Per præſentiam quoque vbique eſſe dicitur, idcirco ꝙ oĩa illi nuda, & aperta sũt, omnia enim eius notitiæ præſentia ſunt. Vñ Pſalmiſta, In omni loco oculi Domini contemplantur bonos, & malos. Quia vero in Deo eſt cum infinitate ſumma ſimplicitas, ſic eſt in rebus omnibus ꝙ ĩ qualibet earum eſt totus, perinde ac anima eſt tota in toto corpore, & tota in qualibet corporis parte, vt ait Auguſtinus. In ſanctis tamen eſt modo quodam ſpeciali & excellentiori, videlicet per gratiam eos inhabitans, velutí ſua templa. Si quis diligit me &c. Ego ſto ad oſtium &c. Excellentius adhuc fuit cũ Virgine Maria, & ex ea carnẽ aſſumendo, Dominus tecum &c. Excellentiſſime autem cũ Chriſto homine, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. In eo enim Deus habitauit nõ per gratiã adoptionis, ſed hypoſtaticæ vnionis. Verũtamen Deũ eſſe vbique per potentiam, non arguit, nec infert ipſum eſſe vbique per eſſentiã. Nam & agentia naturalia agere poſſunt in ea, quæ ab eis diſtant, nec ſunt illis per ſuã eſſentiam præſentia, vt cõſtat de piſce, qui rete detentus tremorem in manus inducit piſcatoris. Deinde & ſol in terræ viſceribus mineralia, & metalla generat: Multo magis id poſſet Deus cum ſit omnipotẽs, ſi per impoſſibile in determinato quodã eſſet loco. Obiicies Ariſtotelem dicentem, Omne agẽs eſt præſens paſſo. Reſpondetur, Id ſane verum eſſe de agentibus

Tom. 2. in epiſt. ad Hieronymũ de origine animæ epiſt. 28.
1. Cor. 3. & 6.
Ioan. 14.
Apoc. 3.
Luc. 1.
Coloſ. 2.
3. Phyſi.

bus naturalibus, quæ per formas & naturales qualitates agunt, quibus quidem nequeūt agere in remotius, niſi prius egerint in propinquius. Sol.n. prius illuminat medium, & calefacit, quàm quidpiam in terræ viſceribus generet: Sed ita non eſt ſentiendum de omni potentia diuina. Obiicies & Auguſtinum qui ait, Deus non eſt alicubi, quia in eo ſunt omnia. Reſpondetur Deum nō eſſe alicubi circumſcriptiue, quēadmodum corpora habentia dimenſionem, aut definitiue, ſicut angelici Spiritus, & humani, ſed ſua īmēſitate eſt vbiq;.

1.q.q. 0.

DISTINCT. XXXVIII.
Quæſt. Vnica. Pag.750.

An ſcientia Dei reſpectu factibilium ſit practica.

RESOLVTIO.

Scientia practica id requirit.

Qvemadmodum ex quarta prologi q̄ſtione conſtat, vt ſcientia aliqua dicatur practica, duo requiruntur, Primum quòd huiuſmodi ſciētia nata ſit electionem prçcedere: Secundū, quod actus voluntatis, ſeu ipſa praxis conformis ſit tali ſcientiæ, ſeu dictamini intellectus recto. Deinde non ſolum notitia cōcluſionis practica, quæ eſt propinquior praxi dicitur ſcientia practica, ſed etiā notitia principiorum practicorum (in quibus virtute continetur ipſa concluſio) ac notitia q̄dditatiua terminorū (quæ virtualiter includit ipſa principia) eſt practica, licet nō ita ꝓprie, ſicut notitia cōcluſionis. Hæc aūt ſufficiēter arguūt cognitionē contingentiū, ſeu ſcientiā factibilium in intellectu diuino nō eſſe practicā, q̄a talis cognitio voluntatis actū ſubſequit. Quandoquidē omnis notitia diuina p̄cedens voluntatis actū, eſt ei mere naturalis & neceſſaria. Quapropter ſi diuinus intellectus habuerit aliquā notitiam de praxi elicienda ante voluntatis actū, neceſſario eā habet, & cū eā obiicit voluntati, nequit voluntas non id velle, ſecus poſſet eſſe non recta, ſi nō eſſet conformis dictamini recto, neceſſario igitur id vellet: Et ex conſequēti opera trinitatis ad extra non eſſent libera, nec contingētia. Fatendum propterea ꝙ ante volūtatis actū ab eſſentia diuina tm̄ offeruntur intellectui ſimplicia, & veritates neceſſariæ, quæ in ipſis includūtur terminis, Quocirca voluntas diuina prius vult contingentia, q̄ intellectus ea in intelligat. Aduerſus hanc aſſertionem obiicies illud Auguſtini, Verbū eſt ars quædam omnipotentis, atque ſapientis Dei, plena omnium rationum viuentium, & incommutabilium, atqui ars eſt habitus practicus, ergo in Deo erit ſcientia practica. Reſpondetur, quòd ars poteſt ſumi bifariam, primo pro habitu apprehenſiuo rectitudinis agendorum, licet non ſit directiuus potentiæ operantis, hoc modo ars cōceditur eſſe in Deo reſpectu factibilium. Nam poſt determinationē diuinæ voluntatis intellectus videt agendorum ordinē. Secundo accipitur pro habitu nedum cognitiuo rectitudinis agendorum,

Sciētia cōtingentiū in Deo nō eſt practica.

Ars bifariam ſumitur.

rum,ſed etiam directiuo poten tiæ operantis, & ſic eſt quidam habitus practicus, ſed ſic nõ eſt in Deo. Præterea obijcies quod Ideæ, ſecundum Auguſtinum, ſunt rationes ſecundum quas formatur eſſe factibile, vnde cõ ſequitur in Deo eſſe notitiã practicam. Reſpõdetur quod ideæ ſunt rationes factibilia repræſentantes, ſed non continẽt vir tualiter aliquã notionem practicam, ſeu dictantem de agendo, vel non agendo: Notitia autem operabilium non eſt practica, niſi principia, aut concluſionem practicam includat.

83. q. q. 46.

DISTINCTIO.XXXIX.
Quæſtio.Vnica.Pag.752.

Poteſt ne cum determinata, & infallibili, & incommutabili certitudine diuinæ ſcientiæ ſtare rerum contingentia?

Resolvtio.

Cõtingens eſſe ẽ propoſitio per ſe nota.

ALiquod ens eſſe cõtingens eſt propoſitio primo vera, ſeu immediata, & non demonſtrabilis propter quid, idcirco qđ ens non habeat definitionẽ, cũ ſit extra genus, ꝑ quã hæc paſſio de illo in ſyllogiſmo demõſtratiuo concludi poſſit, nec poteſt per aliam paſſionem priorem demonſtrari, quia ordinem eſſe in ipſis entis paſſionibus non ſatis conſtat. Quamobrem Ariſtoteles arguens aduerſus Stoicos, qui omnia neceſſario euenire contendebant, non deducit ad aliquid impoſſibilius hypotheſi, & poſitione eorum, ſed ad aliquid ĩpoſſibile nobis manifeſtius, vt puta quod nõ oportet, nec conſiliari, nec negotiari &c. Vnde concludit negantes huiuſmodi manifeſta, indigere pœna, vel ſenſu. Nam ſecundum Auicennam, negantes primum principium, ſunt verberandi, vel igni exponendi, quouſque concedant nõ eſſe idem comburi, & non comburi, aut vapulare, aut non vapulare. Prima autem radix contingentiæ eſt voluntas diuina. Nam cum ſit prima & perfectiſſima cauſa, ſi ipſa neceſſario ageret, nulla alia cauſa agere poſſet contingenter, quandoquidem ſecunda cauſa operatur eo modo, quo a prima mouetur. Inſuper omnes effectus comproducuntur a diuina voluntate, quare ſi ipſa neceſſario agat, nullum erit contingens. Vt autem noueris quemadmodum in diuina voluntate ſit ponenda cõtingentia, rationem deſume ex noſtra. Voluntas enim noſtra, cum ſit libera poteſt ſucceſſiue velle & nolle, id eſt diligere & odire, & hoc manifeſtiſſimum eſt. Deinde cum noſtra voluntas ſit prior prioritate naturæ ſuo actu, etiam cum eſt elicitus in illo inſtanti in quo actum elicit, eſt contingentia, quia voluntas, vt prior naturaliter ipſo actu, ſic illum contingendo elicit, quod vt prior oppoſitum illius elicere poſſet. Libertatem igitur voluntatis noſtræ concomitatur præſentia tam ad oppoſita ſucceſſiue, quam ad optata pro eodem inſtanti, hoc eſt quod alterutrum ſine altero ponere valeat. Quapropter propoſitio hæc, & ſimiles, Voluntas diligens Platonem poteſt eum non diligere, aut odire, diſtin-

Lib.1.peri hiermini. c.vlt.

Lib.1.Metaphy.

Contingentia.

ſtinguenda eſt, nam in ſenſu cō poſito eſt falſa, ſignificat enim quod retinens dilectionem Platonis poſſit ſimul & ſemel eũ odire, aut non diligere, tunc enim contraria eſſet in eodem ſubiecto: Et duo contraria de eodem reſpectu eiuſdem enunciarentur. In ſenſu autem diuiſo eſt vera, quia denotat voluntatē ſucceſſiue poſſe illis actus oppoſitos elicere. Conſimiliter de diuina dicendum eſt voluntate: Sicut enim noſtra voluntas diuerſis actibus in diuerſa ferri valet obiecta, ſic diuina voluntas vnico actu ſimplici, & illimitato in quæcunque fertur obiecta, & in nullum neceſſario fertur, præterquam in ſuã eſſentiam, nam in omnia creata contingenter fertur. Siquidem ipſa, vt prior naturaliter ſuo actu, etiam cum ipſum elicit oppoſitum elicere poſſet, nō quidem quòd poſſit in oppoſita obiecta ſimul cōiunctim ferri, nam hoc implicat contradictionem, nec quòd poſſit in ea ſucceſſiue, hoc.n mutabilitatē arguit, ſed poteſt in oppoſita diuiſim, id eſt in vnum, vel in alterum. In eo.n. inſtanti, in quo vult Antichriſtum eſſe, poteſt velle ipſum non eſſe. Reliquũ eſt noſſe, quemadmodum cum rerum contingentia ſtet certitudo diuinæ ſcientiæ, ad qđ dicendum, quod diuinus intellectus aut effert ſimplicia extrema, quorum vnio in re eſt contingēs ipſi volũtati, aut ſi obijcit complexionem extremorũ, obijcit eam veluti neutrã, hoc eſt nec veram, nec falſam, & voluntas vnam eligens partem, vt puta coniunctionem duorũ extremorum efficit, vt illud ſit

Sciētia diuina certitudo.

determinatiue verum. Præſumptam autem determinationē diuinæ voluntatis, per quam cō tingens eſt determinate verum, intellectus diuinus in diuina eſſentia illam cognoſcit veritatem, & hoc quidem naturaliter, quantum eſt ex parte ipſius eſſentiæ, quia diuina eſſentia naturaliter repræſentat omnia vera, neceſſaria quidem in priori inſtanti, ante actum voluntatis: Contingentia autem ſubinde poſt determinationem voluntatis, & ſic eſſentia eſt ratio intellectui diuino omnia cognoſcendi, quia eminentiſſime, & perfectiſſime omnia continet, & certitudo cognitionis diuinæ eſt ex determinatione diuinæ voluntatis, quam diuinus intellectus nouit immutabilem, & nullatenus impedibilem. Quocirca intellectus diuinus determinate, certo, infallibiliter, ac immutabiliter omnia cognoſcit etiam contingentia. Omnia nuda &c. gloſ. id eſt, ex omni parte plene viſa. Nam quidquid eſt perfectionis in ſcientia, eſt attribuendum diuinę ſcientiæ, ſed certitudo, indeceptibilitas & cætera, dicunt perfectionem ſcientiæ, Quamobrem diuinæ ſcientiæ ſunt adſcribendę, non tamen contingentia neceſſario, quia nec ſunt vera neceſſario, ſed contingenter, & eo modo, quæ vera ſunt, ab intellectu cognoſcuntur. Cum prædicta autem certitudine diuinæ ſcientiæ ſtat rerũ contingentia: Nã ſicut voluntas poteſt non velle aliquod contingens, ſic intellectus illo modo poteſt non ſcire. Quia licet illud contingens per diuinam voluntatem ſit determi-

Hebr. 4.

Scientia contingentium non eſt neceſſaria.

minatum ad eſſe, nihilominus, quia illa determinatio (vt dictum eſt) libera eſt, & contingens, poteſt non eſſe tale contingens. Arguitur, In futuris cõtingentibus, aſſertore Ariſtotele, non eſt determinata veritas, ergo nec certa, & infallibilis notitia: Antecedens autem aſtruit, propterea q̃d ſecus non oporteret negotiari, aut de aliquo cõſiliari, cũ neceſſario illud euenire t. Reſpondetur quòd in propoſitionibus de futuro non eſt ſimilis veritas, ſicut in illis de præſenti, & præterito, quandoquidẽ in iſtis ſic eſt determinata veritas, quod alterum extremũ iam poſitũ eſt in eſſe, & inquãtũ huiuſmodi, nullo modo ſubeſt facultati ipſius cauſę: In illis autem de contingenti non eſt talis determinatio. Nã tametſi intellectui diuino vna pars ſit determinate vera, & ẽt in ſe ſit vera, nõ tamẽ ita quin ſit in poteſtate cauſæ primæ, ꝑ illo inſtanti oppoſitum ponere, & iſta indeterminatio ſufficit ad negotiãdum & conſiliandũ.

Li. 1. peri hermi. c. vlt.

DISTINCTIO. XL.

Quæſt. Vnica. Pag. 772.

Vtrum prædeſtinatus damnari poſſit?

Resolvtio.

Prædeſtinatio quid ſit.

PRædeſtinatio bifariam accipĩ, Primo & proprie pro actu diuinæ volũtatis, quo rationalem creaturam ad æternam eligit vitam, ſeu decernit ac determinat ſe daturum in præſenti gratiam, & gloriã futuro. Secũdo accipitur fuſius pro actu ẽt intellectus diuini, pro præcognitione videlicet, quam habet Deus ſalutis electorũ, quæ quidem pręcognitio concomitatur, & conſequitur electionem. Quemadmodum autem dictũ eſt reſolut. præced. diuina volũtas circa ipſas creaturas libere & contingenter ſeſe habet, Quocirca contingenter ſaluãdos ꝓdeſtinat, & poſſet eoſdem non prędeſtinare, non quidem ambo oppoſita ſimul, nec ſucceſſiue, ſed vtrumque diuiſim in inſtanti æternitatis efficere poteſt: Ex quo conſequitur, quòd is qui prædeſtinatus eſt damnari poſſit, quandoquidem ob prędeſtinationem non eſt eius voluntas in bonum confirmata, vt peccare nequeat, & conformiter in peccato perſeuerare, & tandem damnari, ſed ſicut poteſt damnari, ita poteſt nõ præ deſtinari. Hæc igitur propoſitio, prædeſtinatus poteſt damnari, & ſimiles, diſtinguenda eſt, ſecundum ſenſum compoſitum, & diuiſum, In ſenſu enim compoſito falſa eſt, ſignificans eum qui prædeſtinatus eſt, manente tali prædeſtinatione dãnari, quod vtique accipere nequit, In ſenſu autẽ diuiſo vera, eſt, & dẽt explicari ꝑ has duas categoricas, Is ꝓdeſtinatus eſt, & is damnari valet, demonſtrãdo in vtraque electum ad vitã ęternam, vtraque inquã harum categoricarum vera eſt, nõ quidem, quòd duo oppoſita ſimul eſſe poſſint, aut ſibi inuicẽ ſuccedere, quia in æternitate eſt vtrumque: Sed dicuntur vera ſimul inquantum actus diuinę voluntatis cõſideratur, vt prior naturaliter, antequam tranſeat

Prædeſti-natus po-teſt dam-nari.

ſuper

ſuper tale obiectum (videlicet gloriam iſti) In illo ſiquidem priori naturaliter nõ repugnat ei eſſe oppoſiti obiecti, imò poſſet eſſe æqualiter obiecti oppoſiti. Sed obijcies, eſſe præteritũ eſt ſimpliciter neceſſariũ (Nam ſecundum Philoſophum, hoc ſolo priuatur Deus, ingenita facere quæ facta ſunt.) Atqui prædeſtinatio huius præterita eſt, cum ab æterno Deus eum prædeſtinarit, eſt igitur ſimpliciter neceſſarium hunc eſſe prædeſtinatum, & per conſequens nequit Deus eum non prædeſtinare, nec ipſe damnari. Reſpondetur, quòd hæc ratiocinatio falſum ſupponit, quia. n. imaginamur actum diuinæ voluntatis velut præteritum, non concipimus libertatẽ eius ad actũ huiuſmodi. Actus autem diuinæ voluntatis non pręterit, ſed ſemper ſtat, quia inſtans æternitatis, in quo eſt talis actus ſemper præſens eſt, vnde adeo poteſt nunc Deus in inſtanti æternitatis aliquid velle, aut aliquem prędeſtinare, perinde ac ſi voluntas eius ad nihil eſſet determinata. Authoritas ꝑinde Ariſtotelis accipienda eſt de his quę in præteritum tranſierunt, ſicut eſt actus voluntatis humanæ: Prædeſtinatio autem huius non tranſijt, quia in Deo idem prædeſtinaſſe, prædeſtinare, & prædeſtinaturum eſſe. Iſta namque verba non cõſignificant partes temporis mẽſurantis actum iſtum, ſed conſignificant nũc æternitatis mẽſurantis hũc actum, qđ nec eſt præteritum nec futurum, ſed coexiſtens omnibus iſtis. Iterum obijcies: Si prædeſtinatus damnari poſſet, hoc non eueniret, niſi per actum ſuum, poſſet igitur per actum voluntatis creatæ, diuinę voluntatis actus impediri. Reſpondetur, conſequentiam nullam eſſe, qa non poteſt ſtare determinatio diuinæ voluntatis, cum oppoſito eius, quod determinauit: Nã ſicut prædeſtinatus peccare poteſt, & damnari: Ita Deus poteſt eum non prædeſtinare, hęc enim ſeinuicem neceſſario concomitantur: Tunc autem voluntas aliqua impeditur, quando ſtat in propoſito, & non ſequitur effectus.

[Margin: ..6. E-c.]

DISTINTIONIS XLI. Quęſt. Vnica. Pag. 773.

Eſt ne aliquod prædeſtinationis, aut reprobationis meritum?

RESOLVTIO.

Diuus Auguſtin⁹ aſſerit, quod propter fidem, quam pręſciuit De⁹ ĩ Iacob, qua ſibi eſſet crediturus, & infidelitatem in Eſau, illum prælegit, & hunc non. & alibi ait, Cui, inq̃t, vult miſeretur, & quẽ vult indurat: Sed hæc voluntas Dei iniuſta eſſe non poteſt, venit enim de occultiſſimis meritis. Sed hoc retractat, & aperte oſtendit, qđ ſi propter futura merita electus eſſet, iam non ex gratia eſſet electio, & de fide ait, illud non dixiſſem, ſi fidem inter dona Spiritus ſancti connumerare ſciuiſſem. Vide Magiſtrũ 2. cap. huius diſtinc. Henricus autem aſſeuerat bonum vſum liberi arbitrij a Deo pręuiſum, eſſe prędeſtinationis cauſam, & malum

[Margin: *In epiſtolã ad Rom.* — *Lib. 8. q. 3. quæſt. 68.* — *Lib. 1. Retractat. c. 23.*]

malum vſum eiuſdem etiam à Deo præuiſum, eſſe reprobatio nis rationem. Sed præter rationem id aſſertum videtur, cum Deus non præuideat aliquem bene vſurum libero arbitrio, niſi quia vult,& præordinat eũ bene vſurum ipſo libero arbitrio. Quandoquidem certa futurorum contingentium præuiſio ex diuinæ determinatione voluntatis eſt, quapropter non prius illud intellectus præ uidet, quàm voluntas idipſum determinauerit. Adde quòd, & hæc Henrici ratio non ſit cõ munis, cum paruulis in pueritia diſcedentibus, quos non præuidet Deus bene aut male libero arbitrio vſuros, competat. Fatendum eſt igitur veluti ſacris literis magis conſonum, prædeſtinationis, & reprobationis(quatenus actus ipſe eſt à Deo) nullam eſſe cauſam. aut rationem. Hoc patet, quia nihil temporale eſt ratio æterni, omne quod in prædeſtinato aut reprobato reperitur, temporale eſt,& ipſa præ deſtinatio & reprobatio æterna, id igitur quod in homine futurum, non eſt prædeſtinationis, aut reprobationis cauſa. Huc accedit Apoſtolus, Elegit nos, inquit, ante mundi conſtitutionem. Et vocauit nos vocatione ſancta non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum propoſitum ſuum, & gratiam,& illud Ioannis, Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos &c. Item ad Romanos, vbi argumẽtum hoc repetit altius, & fuſius proſequitur ſub exem plo Iacob & Eſau, electorum ſimul & reproborum conditionem ſic tractat, cum nondũ nati eẽnt &c. Fratres ſunt Eſau & Iacob iiſdem geniti parentibus, eodem adhuc vtero conclusi: In illis omnia paria, diuerſum tamen de illis Dei iudicium. Alterum enim aſciuit, alterum vero reiecit: Sola erat primogenitura cuius iure alter alterum præcederet, atqui illa quoque præterita iuniori defertur quod negatur maiori. Immo in aliis quoque deſtinato conſilio primogenituram vi detur ſemper contẽpſiſſe Deus, vt omnem gloriandi materiam carni præſcinderet. Repudiato Iſmaele animum ad Iſaac adiicit, poſtpoſito Manaſſe Ephraim magis honorat: Cauſam ſi quæras hanc reddit Apo ſtolus, Quia Moyſi dictum eſt, Miſerebor, cui' miſerebor &c. Verum ergo manet illud Auguſtini, gratiam Dei non inuenire eligendos, ſed facere. Quamuis autem prædeſtinatio nis non ſit ratio aliqua, quatenus eſt à Deo, nec etiam ex parte prædeſtinati aliquo modo prior iſta prædeſtinatione, propter quam illa actio diuina magis terminetur ad hunc quàm ad illum, tamẽ hoc modo eſt in reprobato aliqua reprobationis ratio. Primum ſatis aſſertum eſt, ſed nihilominus hoc quoque medio ſatis aſtrui poteſt. Omnis enim ordinate volens finem, & media conducentia ad finem. prius finem vult quàm media, qa nec media inquantum huiuſmodi appetũtur, niſi propter finem. Beatitudo autem eſt vltimus finis rationalis creaturæ. prius igitur vult illi Deus beatitudinem, quàm media ad eam perducentia, ex quo conſequens, eſt

Prædeſtinationis, aut reprobationis nulla eſt cauſa.

ad Epheſ. 1.

1. Tim. 1.

Ioan. 16.

Hom. 1 Ioan. 31

Reprobationis eſt aliqua ratio.

eſt ꝙ nolit homini beatitudinẽ ꝑꝑ meritũ aliquod p̃uiſum. Scd̃m aũt, vt puta, qđ ſit aliqua cauſa reprobationis, ob q̃ videlicet ip̃a reprobatio ad reprobũ termineť, vel hinc cõſtat, q̃a dãnatio nõ eſt bona, niſi q̃a iuſta, Vnde Aug. Nõ prius eſt Deus vltor (actu intellige, vel p̃uiſione) q̃ aliq̃s ſit peccator (actu vel p̃uiſione.) Eſt.n. crudelitatis velle quẽpiam nõ p̃cedẽte culpa punire. Nõ vult igiť De⁹ aliquẽ dãnare, niſi ob peccatũ mortale p̃uiſum, ĩ quo vſq; ad finẽ incluſiue p̃uideať permanſurus. Quare nunq̃ Deus ſine rõne ex parte reprobati, aliquẽ reprobat. Et vt hoc aperti⁹ cõprehẽdas, obſerua quatuor inſtãtia hac ĩ re. In p̃rĩo ĩſtãti vult De⁹ beatitudinẽ electis cõferre, & tũc circa reprobos nullũ hẽt actũ. In ſcd̃o decernit ſe daturũ electis gratiã, & ne adhuc q̃dpiã ordinat de reprobis, ſed permanẽt illi ĩ puris naturalibus. In tertio aũt ĩſtãti vult ꝑmittere electos ſimul & reꝓbos eſſe de maſſa ꝑditionis. Et iſte ẽ primus act⁹ diuinę volũtatis circa reꝓbos, Ex quo ſeqť reꝓbos futuros eẽ finaliter peccatores p̃ſuppoſitis negationib⁹ p̃dictis, vt pote ꝙ in priorib⁹ ĩſtãtibus nõ decreuerit illis gratiã, & gloriam conferre. In quarto igitur inſtanti quãdo reprobi, vt finaliter peccatores diuinæ offerũtur voluntati, Deus vult eos dãnare, & ſic eos reprobat: nec mirũ ſi alius eſt ordo p̃deſtinationis, alius reprobationis, q̃a oĩa bona ſunt à Deo, & ei attribuẽda. Vñ illud, Omne datũ optimũ &c. mala aũt a nobis, Iuxta illud, Perditio tua ex te Iſrael, &c. Quamobrẽ p̃deſtinare aliquem ſine cauſa congruit diuinæ bonitati, non aũt aliquem reprobare ĩ puris naturalibus, ſed vt prȩuiſũ in mortali ex p̃ſenti vita diſceſſurũ. Obiicies ꝙ ſi non ſit alia p̃diſtinationis rõ, præterq̃ diuina volũtas, hĩc ſequi ipſam non eſſe liberaliſſimã optimã, propterea ꝙ non ſũme ſe cõicaret, ex quo ſi vellet oẽs ſaluarentur. Reſpondeť, Conſequentiã nullam eſſe. quãdoquidẽ decẽs eſt, vt aliquibus gratiam & gloriã cõicet, & non aliis, vt ſic oſtendat ſe libere, & non neceſſario bona ſua liberaliter cõicare. Deinde obiicies non eſſe in Deo perſonarũ acceptionem, quapropter non potius vnum, q̃ alterum prædeſtinat, niſi prȩſuppoſita in eis quadam inæqualitate. Reſpõdetur conſequentiam quoque nullã eſſe. ſiquidem perſonæ vocabulo ſcriptura ſacra non hominẽ ſignificat, ſed quæ ĩ homine oculis cõſpicua, vel fauorem, gratiam, dignitatem conciliare, vel odium cõtemptum dedecus cõflare ſolent. Qualia ſunt diuitię, opes, potẽtia, nobilitas, magiſtratus, patria, formæ elegãtia, & cętera hmõi. Itẽ, paupertas, inopia, ignobilitas, ſordes cõtẽptus, & ſimilia. Sic Petrus, & Paul⁹ p̃ſonarũ acceptorẽ nõ eſſe dominũ docẽt, q̃a nõ diſcernit inter Iudæũ & Græcũ, quo ſolius gẽtis rõne alterũ reſpuat, amplectať alterũ. Sic Diuus Iacob⁹ iiſdẽ verbis vtiť. Scd̃o cap. dum vult aſſerere Deum in ſuo iudicio diuitias nihil morari. non dicitur igitur perſonarũ acceptio, niſi cum vna perſona indebite alteri præfertur, quãdoquidem perſonarũ acceptio nõ eſt in gratuitis, ſed ĩ debitis. Vn

…11. ſu gene ſ. …24.

…deſti… …tionis repro… …tionis ĩ …tia qua…r.

Perſonarũ acceptio quid ſit.

…o. 1. …ge. 11.

Matth.20. de Mattheus ait, An non licet mihi facere quod volo?

DISTINCTIO. XLII
Quæſt. Vnica. Pag. 783.

An Deum eſſe omnipotentem naturali ratione poſſit probari.

RESOLVTIO.

OMni potens bifariã ſummi poteſt, Primo iuxta morem Philoſophorũ pro virtute, qua mediate, vel ĩmediate quęcunque poſſibilia produci poſſunt: Et hæc quidem omnipotentia naturali ratione aſtrui poteſt perinde ac probatur vnam eſſe cauſam primã ſimpliciter infinitã: Sic enĩ probatur ex Ariſtotele Deũ eſſe infinitæ potentiæ, De quo vide reſol. 2. diſt. Altero modo accipitur iuxta morem theologorũ, pro virtute videlicet, quę omnem effectum immediate. ſeu ſine concurſu ſecundæ cauſæ producere valet. Et hęc omnipotentia Dei eſt pure credita in Deo, Nam ad eius notitiam nõ peruenere philoſophi: Quocirca illa theologorum regula, Quidquid poteſt prima cauſa cum ſecunda, poteſt per ſe ĩmediate, non eſt nota ex terminis, neque ex naturali ratione, ſed tantum credita. Qđ ſi obiicias Ricardum dicentem ad omnia quæ fide tenemus, non ſolum habemus rationes naturales, ſed neceſſarias, Ergo Deum eſſe omnipotentem omnipotentia Theologa (cum ſit ex fide, & ſimbolo Apoſtolico, Credo in Deum patrem omnipotentem) naturaliter cognoſci poterit. Reſpondetur, Rationes illas eſſe quidem neceſſarias, ſed non ſunt nobis euidenter notæ. Hoc etiam his mediis aſtruitur: Nam cum Philoſophi Deum poſſe contingenter & libere agere naturali probare ratione nõ potuerint, multo minus quòd omnem effectum immediate producere poſſet. Deinde ipſi habuerunt veluti pro principio, vt patet ex Ariſtotele quòd ex nihilo nihil fieret, ſaltem in ipſis generabilibus, & corruptibilibus, quare non cognouerunt Deum ſic eſſe omnipotentem, vt abſque concurſu cuiuſcunque cauſæ aliquem effectum efficere poſſet, Ideo aſſeuerant cauſam ſecundam concurrere neceſſario cum prima cauſa ad omnẽ effectum, non quidem propter aliquam perfectionem effectui addendam, ſed potius propter effectus imperfectionẽ, quatenus videlicet imperfectio, quæ in effectis reperitur, ſecundæ aſcriberetur cauſæ, & non primæ, à qua (cum ſit perfecta) nihil imperfectum immediate, vt ipſi conſtanter aſſerebant, produci poteſt.

Lib. 8. Phyſicorũ & 12. Metaphy.

Oĩpotẽtia Dei theologa eſt credita.

Li. 1. de trinit. c. 3.

Li. 1. phy.

DISTNCTIO. XLIII.
Quæſt. vnica Pag. 786.

An prima ratio impoſſibilitatis rei fiendæ ſit ex patre Dei, vel ex parte rei factibilis.

RESOLVTIO.

ERRARET dubio procul, qui imaginaretur impoſſibile eſſe vnũ ens aliquod in rerum natura

Impoſſibile quid ſit. tura, perinde ac neceſſe eſſe, vnū eſt ens (Deus videlicet) Sed īpoſſibile dicitur, ꝙ repugnantes includit partes, ſeu cōtradictoria, vt Chimæræ, Hircocervus, & alia fictitia poetica. Impoſſibilitas autem earum partium, eſt ex propriis earum rationibus formalib⁹ formaliter. Ipſæ.n.quidditates diuerſarum naturarū ex ſe formaliter repugnāt, & ſic pp repugnantiā huiuſmodi quidditatis, ſequit̄ impoſſibilitas totius figmēti. Quapropter prima īpoſſibilitas rei fictæ eſt ab ipſis qdditatib⁹ formaliter, & ab ītellectu diuino *Impoſſibilitas rerum vnde ſit.* prīcipiatiue, à quo habēt ſuas rōnes formales, qñquidē cōtradictio reducenda eſt ad intellectū diuinū tanq̄ ad cauſam nō contradictionis, ſed partiū poſſibiliū. Intellectus enī diuinus ſua intelligendi eſſentia quidditates rerū intelligit, & ſic dat illis eſſe poſſibile. Eſſe enim cognitum, quod eſt in actu ſecūdum quid, concomitat̄ poſſibilitas ad eſſe ſimpliciter; Nulla eſt igit̄ potētia reſpectu cōtradictionis, nō pp defectū diuinę *Lib. de casu diaboli ca. 3.* potentię, ſed pp repugnantiam rei His cōſentit Anſelm⁹, Quia Deus īgi dedit perſeuerātiā bono angelo: Ideo bonus angelus habuit: Et non quia Deus non dedit malo angelo, ideo nō habuit, ſed qa malus non accepit.

DISTINCTIO. XL.
Quæſt. vnica. Pag. 790.

Poteſtne Deus aliter rē facere quā ab ipſo ordinatum eſt fieri?

RESOLVTIO.

PRimum omnium hoc obſeruandum eſt, quod in agente per intellectum & voluntatem, quod quidem conformiter legi, recte agere poteſt, non tamen neceſſario ſic agit, ſed poſſet aliter agere, oportet diſtinguere potētiā abſolutā ab ordinata. Et ordinata quidem *Potentia abſoluta, & ordinata.* dicitur quatenus agere poteſt iuxta ordinem à lege præfixū. Abſoluta vero inquantum pōt agere præter illam legem, vel contra eam. Hæc igitur duplex potentia nō ſolum eſt in Deo, ſed etiam in oī rationali creatura. Quamobrem aiunt Iuriſtæ quòd quis poteſt quidpiam agere de facto, hoc eſt de potentia ſua abſoluta, vel de iure, id eſt de potentia ordinata ſecundū iura. Agens autem in cuius poteſtate non eſt rectitudo legis, quotieſcunque agit potentia abſoluta contra legem præfixam inordinate agit (ſicut cum homo agit contra legem diuinam.) Quare potentia eius abſoluta non poteſt excedere ordinatam ꝙ ſi excedat, male agit. Sed non agens illud in cuius poteſtate eſt lex & rectitudo legis, cuiuſmodi eſt Deus: Eius enim potentia abſoluta non eſt inordinata. Nam ideo aliqua lex eſt recta, quia eſt à Deo ſtatuta, quia, ſi ſtatuerit alias leges, per voluntatem ſuam illę leges rectę erunt, & quod iuxta eas faceret leges, ordinate haud dubie fieret, licet non ſecundū ordinem prioris legis. Exemplū deſume de principe, & eius ſubditis, ac lege ab eo cōdita. Prīcipi. n. legē hanc tranſgredi īpune (ſaltē quantum ad homines) licet, potentia ſua abſoluta, non autem ſubditis hoc licet. Itē princeps legē quam ipſe ſtatuit, reuoca-

re põt, & aliam inſtituere, ſubditi vero id nõ poſſunt. Sic ſummus princeps Deus ipſe leges aliquas vniuerſales ſuoptæ libero arbitrio inſtituit, vt verbi gratia, Quòd omnis glorificandus prius haberet gratiam: Et cum agit ſecundum has leges, dicitur agere potentia ordinata. Cum autem non ſubſit legibus ſuis, poteſt aliter agere, quã ab eo fuerit ordinatum, & tunc agere dicetur potentia ſua abſoluta; vt ſi ſaluet Iudam, quamuis ſit ab eo decretũ, quòd q in mortali ex humanis diſcederet, damnabitur; nec ſic agẽdo, inordinate ipſe aget, ſed recte, propterea quòd lex & rectitudo legis eius ſubeſt facultati: nulla namque lex eſt recta, niſi quatenus a diuina acceptatur voluntate.

DISTINCTIO. XLV. Quæſt. Vnica. Pag. 792.

Vtrum Deus ab æterno voluerit creaturas.

RESOLVTIO.

OMnis potẽtia operatiua pfecta operari põt circa proprium ſibi obiectum qđcunque, ſicuti ſenſus viſus integer quemcunque colorẽ intueri valet, & intellectus illęſus omne intelligibile apprehendere põt. Cũ igitur in Deo ſit volũtas, & ea dẽ ſumme pfecta, quia infinita, ſubſequitur quod ipſa omnẽ creaturã velle poſſit, non aũt ex tẽpore id poteſt (ſic quod prius non voluerat) cum ſit immutabilis: Ab æterno idcirco oĩa voluit, nec ipſa mutatio põt aſcibi ipſi obiecto, quia obiectum, vt acceptatũ a voluntate diuina, non habet eſſe, niſi quia eſt acceptatũ ei, & quia habet eſſe in volũtate diuina, quocirca mutatio eſſet ipſius voluntatis diuinæ: Sed obijcies ex hoc conſequi in voluntate diuina fuiſſe relationes reales ad creaturas ab æterno, quod factum oſtẽdimus Reſolu. diſtinct. tertiæ. Rñdetur hoc non conſequi, quia voluntas diuina ſub ratione meræ abſoluta, eſt terminus relationis rationis quæ per ipſam diuinã voluntatẽ (cũ & ipſa comparatiua ſit potentia, perinde ac intellectus) producitur, ſeu, vt dicunt, fundatur in creatura acceptata: Sicut & intellectus diuinus eſt terminus reſpectus rationis cognitorum ab æterno, vt dictum eſt diſt. 35. de Ideis. Hæc itaque ſumme bona Dei voluntas cauſa eſt omniũ quæ fiunt, vel facta ſeu futura ſunt, quæ nulla præuenta eſt cauſa, quia æterna eſt: Ideoque cauſa ipſius quærenda nõ eſt. Qui.n. cauſam eius quærit aliquid minus ea quærit, cũ nihil ea mai⁹ ſit. *Volunta[s] Dei cau[ſa] oĩum.* Et hæc eſt ratio quã Diuus Auguſtinus adfert, illis q quærunt quare Deus voluerit mundum facere, & ſimilia dicens, quia voluit. Quod ſi pergant q̃rere quare voluerit, non alia ratio, quam ſola Dei voluntas adferri poteſt. *8 3. q. q. 28. ĩ tom. 4. et ĩ lib. cõtra Manichaos.* Itaque non niſi Dei voluntas cauſa prima eſt ſanitatis, ægritudinis, præmiorum, atque pœnarum, gratiarum, & retributionum. Hæc ergo ſola eſt vñ ortum eſt quidquid eſt, & ipſa non eſt orta, ſed ęterna. *C. 4 & 5. hui⁹ diſt.* Vide Magiſtrũ. Habeamus aũt continue ob oculos illud Apo- *Rom. 9. a.*

ſto

ſtoli, o homo tu quis es qui reſpondeas Deo? Nunquid dicit, figmentum &c.

DISTINCTIO. XLVI. Quæſtio.Vnica.Pag.794.

Vtrum voluntas beneplaciti Dei ſemper impleatur.

RESOLVTIO.

untas ina du i.

DIuina voluntas bifariã accipi valet. Primo proprie, ꝓ determinatione, ſeu diſpoſitione, ac beneplacito diuinæ voluntatis, qua Deus decreuit efficaciter quidpiam fore: Et hæc vocatur volũtas beneplaciti, de qua Pſalmiſta, oĩa quæcunque voluit &c. Et alibi, dixit.i.voluit, & facta ſunt, & illud Eſaiæ, Conſilium meum ſtabit.&cæt. Et illud Apoſtoli, Voluntati eius quis reſiſtit? Et illud, Vt probetis q̃ ſit voluntas Dei bona, tũ illud, Nũ Dei poſſumus reſiſtere volũtati? Hæc aũt ſemper implet̃, cũm ſit oĩpotens, & immutabilis. Quod & hac rõne aſtruit̃, Qñ diuina voluntas, vltima determinatione decreuit aliquid fore, illud haud dubie erit, cum diuina determinatio ſit infallibilis; ſed velle qdpiam volũtate beneplaciti, eſt poſtrema diuinæ voluntatis determinatio, quod igit̃ ſic à Deo eſt decretũ, eueniet: Præterea, ſi cã vltimate ad quidpiam producendum determinata non illud producit, hoc procedit aut ex impotẽtia, aut quia ab alio impedit̃, aut qa mutabilis eſt, & mutat̃, priuſquã effectus producat̃; at nullũ eorũ in Deũ cadere valet, adimpletur proinde perpetuo hoc Dei bñplacitum.

l.113. untas placi- ua ſit. 14.46. n. 9.

ntas placi- mper letur.

Voluntas ſigni quæ ſit.

Secundo accipit̃ Dei voluntas improprie, ſecundum quãdam dicendi figuram, pro ſignis voluntatis diuinæ, q̃ enumerãtur ſupra, videlicet præceptum, prohibitio, cõſilium, promiſſio, & ĩpletio, ſeu operatio; vnũquodque enim horum dr̃ Dei voluntas, quia iſta ſunt ſigna, & indicia diuinæ voluntatis, quemadmodum & ſigna iræ dñr ira, & dilectionis ſigna, dilectio appellant̃. Et dr̃ iratus Deus, & tñ non eſt in eo ira aliqua, ſed ſigna tm̃, quæ foris fiunt, quibus iratus oñditur, ira ipſius nominant̃; hæc idcirco vocatur volũtas ſigni, de qua Matthęus, Fiat voluntas tua &c. Et qui facit voluntatem patris mei qui in cęlis eſt, ipſe frater meus &c. Et Pſalmiſta, Magna opera Dñi exquiſita in oẽs volũtates eius: vbi volũtas Dei, licet ſit vnica, & ſimpliciſſima, pluraliter tñ dr̃, ꝑpea qđ varijs modis, ac ꝓ diuerſis accipiat̃, perinde ac ꝑ varios effectus diuinæ miſericordiæ, & iuſtitiæ idẽ Pſalmiſt. excellentiſſimus propheta ait, Miſericordias Dñi in æternum cantabo. & alibi, Iuſtitiæ Dñi rectæ &c. Porro hæc Dei voluntas non ſemper implet̃, multa enim contra Dei præcepta, conſilia &c. fiunt. Vñ Auguſtinus, Infideles (inquit) contra *Dei* voluntatem faciunt, cũ eius euangelio non credunt. & illud Deuteronomij, Quis det eis talem hr̃e mentem, &c. & illud Matthæi, Quoties volui congregare &c. Cum aũt ſignum ſignato cõforme eſſe debeat, obſerua vnumquodq; ꝑdictorũ ſignorũ volũtati beneplaciti ipſius Dei

Mtth. 6

Pſal.110. Voluntas Dei quare pluralĩter dicatur.

Pſal. 88. Pſal.13. Voluntas Dei ſignis non ſemper impletur.

In lib. de ſpiritu & litera ca. 33. in to. 3.

Deuter.5. Matt.23.

fore conforme, ſecundum ſen-
ſum, qui in eis ſignis à Deo p̄-
uidet̃, tametſi non ſemper ſit
conforme, iuxta iudiciū ipſius
hominis, cui illa ſigna p̄ñtant̃:
Gen. 22. Sicut exēpli gratia, Deus Abra
hę p̄cepit, vt immolaret filiū,
nec tñ voluit, nec iō præcepit,
vt id faceret, ſed vt Abrahę pro
baret̃ fides. Et p Iſaiam denū-
ciauit Ezechiæ mortē, innuens
ſecundū exigentiam ſecundarū
cāſum eū moriturū eſſe; quā-
uis non eſſet moriturus, iuxta
Matth. 8. et Mar. 1. decretum p̄ſcientiæ Dei. Salua
tor quoq; in Euangelio præce-
pit ſanato, ne cui diceret. Ille
aūt p̄dicauit vbique, intelligēs
Deum nō iō prohibuiſſe, quin
vellet opus ſuum p̄dicari, ſed
vt daret formam homini hu-
manam declinandi laudē. Ma-
giſter hæc pertractat Diſtin. 45.
Prædictis repugnare vr̃ quod
1. Timot. 2. ait Apoſtolus de Deo, ꝙ velit
oēs homines ſaluos fieri, & tñ
non oēs cōſequuntur ſalutem
æternam, quia multi ſunt voca
ti, pauci vero electi. Igitur Dei
voluntas non perpetuo implet̃.
Rñdetur, Deum quidem, quan
tum eſt ex ſe, velle oēs ſalutem
conſequi, & voluntate ſua an-
tecedente, (vt loquit̃ Damaſce
nus) pro quanto dat oībus ante
cedentia ad ſalutem conſequen
dam, vt pote naturam intelle-
ctualem, leges rectas, & adiuto
ria cōia ad ſalutem ſufficien-
tia: Offert. n oībus gratiam, ac
bonis oēs præuenit inſpiratio
nibus, ſecundum illud Apoſto-
Apoc. 3. li. Ego ſto ad oſtium, & pulſo,
non tñ vult oēs ſaluare volun-
tate conſequenti, quia eos qui
in mortali diſcedunt, non ſal-
uat. Exēplum deſume de prin-
cipe ſtatuēte optimas leges ſub
ditis, qui cupit oēs pacifice viue
re iuxta illas leges, & nullius
experit mortem, quantū eſt ex
ſe, tñ ſi quiſpiam leges tranſ-
grediat̃, vult illū puniri, & mo-
ri, ſi expediat. Deinde obijcies
& illud Matthæi, Quoties vo- *Matt.*
lui congregare filios &c. Rñdet̃
conſimiliter. Diuus. n. Dama-
ſcenus diuidit voluntatem Dei
beneplaciti, in antecedentem,
ſeu conditionalem, qua vult, *Volun*
(quātum in ſe eſt,) oīum ſalutē *bene pl.*
& abſolutam ſiue conſequen- *ti dup.*
tem, qua determinate vult ali-
quid, quod nouit certo euentu
rum. Alium ſenſum vtriuſque
loci vide apud Magiſtrum ini-
tio huius diſtin. 46.

DISTINCTIO. XLVII.
Quæſt. Vnica. Pag. 795.

Eſt ne diuinæ voluntatis actus diuina permiſsi?

RESOLVTIO.

PErmiſſio quidē bi-
fariam accipitur: *Perm.*
Primo. n. permit- *varie*
tere idē eſt, quod *cipitu*
non punire, vt a-
pud Matthæum, Ad duritiam
cordis veſtri permiſit vobis Mo *Matt.*
ſes libellū repudij, qa videlicet *19. c.*
non puniebat. Secundo idē eſt,
qđ non prohibere: Vñ gloſſa ſu *Pſal.*
per illo, Iraſcimini, & nolite
peccare, ait, p̄mittit qđ neceſſi-
tatis eſt. Tertio permittere idē
eſt, qđ non cohibere, ſiue nō im
pedire; & hoc mō permiſſio dr̃
ſignū diuinę voluntatis cohibē
di oīs effectus, qui ſit contra p̄-
ceptū Dei, vt Iudæ proditio; &
ſic accipit̃ nunc, & nihil aliud
eſt q̃ negatio actus diuini poſi-
tiui, hoc eſt non velle prohibe-
re illud fieri, & p conſequēs nō
eſt

miſsio eſt a-s poſi-us vo-atisi eſt actus poſitiuus Quod ſi obiicias Deũ volentẽ ſinere hoc fieri qđ permittit: Rñdet ꝙ nõ habet velle rectum circa illud, ſed actum reflexum, qui vult ſe negatiue hře, hoc eſt non impedire· Offertur.n. voluntati diuinę hunc peccaturum, vel peccare, & ipſa voluntas primo nõ vult hoc, nec velle põt. Secundo intellectus diuinus intelligit voluntatem nõ velle hunc peccare, & tunc voluntas reflectit ſupra ſe, ſeu ſupra actũ ſuum, & tunc vult ſe id nõ velle, & hoc eſt voluntarie ſinere hunc peccare. Permittere.n. hunc peccare eſt non velle hũc peccare, cũ tñ poſſet prohibere, & ſic prohibere cũ poſſit, eſt permittere. Ex hoc conſequit̃ Deũ voluntarie velle aliquẽ peccare, non tñ voluntarie primo, ſed tñ voluntate actu reflexo. *Ad permiſsionẽ ia requi ıntur.* Ad permiſſionem igit̃, quatenus eſt in Deo tria concurrunt, Primum qđ nouerit illud male fieri. Nullus.n. dr̃ permittere, qđ ignorat. Secũdum eſt, non velle malũ fieri, & iſtud nihil aliud eſt ꝙ̃ negatio actus poſitiui in voluntate. Tertium eſt velle reflexum, quo diuina voluntas vult ſe non velle malũ fieri, & rõne huius dr̃ Deus volens permittere formaliter, ſeu ipſa permiſſio ſignificat illud nõ velle, alia vero duo cõcomitanter ſe habent. Permittit aũt Deus, & quidẽ iuſte, mala fieri multiplici ratione.

Quare Deus mala permittit. Primò quidẽ pp exigentiam meritorũ. Iuſtitia n. exigit, vt qui ab vno peccato nõ vult abſtinere, in aliud ruere ꝑmittat̃.

Secundò, vt homo ex cõſideratione ſuæ ruinæ cautior & ſubmiſſior reſurgat, vt patet de Dauide, Petro &c. Vñ Pſalmiſta, Priuſquam humiliarer ego deliqui.

Tertiò, ad ſuæ iuſtitiæ manifeſtationẽ, q̃ in malorum punitione, proinde ac in bonorũ remuneratione relucet. Pſalmiſta, Vniuerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas.

Quartò, ad ſuæ ſapientiæ, & potentiæ manifeſtationẽ in eo ꝙ bona de malis eliciat. Vñ Auguſtinus, Deus oĩpotens cui rerum eſt ſumma ptãs, cum ſumme bonus ſit, nullo mõ ſineret aliqđ mali eſſe in operib. ſuis, niſi vſq; adeo eſſet oĩpotens, & bonus, vt bñfaceret ẽt de malo. Itẽ in eodẽ, Melius iudicauit Deus de nobis bona facere, ꝙ̃ mala nulla permittere. Sunt enim mali in exercitium bonorũ, & ex ipſorũ malitia, & impugnatione elicit Deus victoriam martyrum, aliorumque iuſtorum coronam. *In enchi-rid c. 11. Tom. 3.*

Quintò, qa docet Deũ gubernare creaturas ſecundũ cõditiones quas eis indidit. Vñ Augu. Deus creaturas quas cõdidit ſic adminiſtrat, vt eas ꝓprios motus agere ſinat. Sed homini liberũ dedit arbitriũ; Decet proinde vt eũ permittat delinquere, ipſe hõ ſi velit. De his vide latius Magiſtrũ diſt. 46. c. 4. & ſeq. vna cũ ſcholiis. Obijcies illud Apoſtoli, Digni ſunt morte &c. In quẽ locũ gloſſa, Cõſentire eſt ꝑmittere, qñ qs impedire põt: Sed Deus põt impedire malũ, Ergo ſi ꝑmittit, cõſentit & male agit. Rñdet ꝙ qñ qs ſic permittit malũ, ꝙ nõ cohibet, vel impedit, nec tráſgreſſorẽ arguit, nec punit, cum tñ poſſit, is cõſentit, & male agit: Deus aũt licet non cohibeat malũ fieri, peccatores tñ arguit, & punit. *Lib. 7. de ciũt. Dei. Rom. 1.*

DISTINCTIO. XLVIII.
Quæſt. Vnica. Pag. 797.

Vtrum voluntas creata diuina ſe conformans voluntati ſemper bene moraliter agat.

RESOLVTIO.

Voluntas creata diuina ſeſe cõformãs an bene ſemper agat.

VOlũtas creata quãuis diuinæ voluntati ſit conformis in volito (vt loquũtur) hoc eſt ĩ actu & obiecto duntaxat, non ppea bene agit, velut ſi malus filius velit mori patrem, velit ẽt hoc Deus, vt cũ Iudæi vellent Chriſti mortem ex inuidia: Q̃nquidẽ, vt ait Diuus Dionyſius, Bonum eſt ex integra cã, malum vero ex ſingularibus defectib. Et Ariſtoteles aſſerit actũ non eſſe bonum moraliter, niſi concurrentibus omnib. debitis circunſtantijs. Sed quæcunque voluntas creata diuinæ voluntati conformis eſt, nedum in volito (vt aiunt) ſeu in obiecto & actu, ſed ẽt in rõne volendi, ſic videlicet, ꝙ vult illud quod diuina voluntas vult eam velle, & eo modo quo vult eam velle, tunc eſt bona & recta. Veluti cum pij fideles Chriſtũ mori volebant, pp hominis liberationem, & martyrum paſſiones, vt fides Chriſti confirmaretur, & eis præmia accreſcerent:

Lib. de diuinis nomi. c. 4.

Lib. 2. Ethic. c. 5. et lib. 3. & hic. c. 3.

Nihilominus etſi volũtas creata abſoluta teneatur velle abſolute voluntate deliberatiua pęnas a Deo inflictas, & cuncta quæ ſcimus Deum velle, quia ſecus repugnaret diuinę voluntati, quod nunquam licet: voluntate tamẽ conditionali ſiue quantum in nobis eſt, poteſt oppoſitum velle, vt puta ſi Deo placeret, quia ẽt diuina quantum in ſe eſt, voluntate antecedenti vellet huiuſmodi pœnas non infligere. Obijcies autem ꝙ quotienſcunque intellectus creatus diuino eſt conformis intellectui in obiecto cognito, tunc eſt in eo veritas, Ergo etiã voluntate creata quandocunque diuinæ conformatur volũtati in obiecto, & actu, ſeu (vt loquuntur) in volito eſt bonitas. Reſpondetur, non eſſe ſimile, quia veritas intellectus creati ab obiecto duntaxat dependet, ſic ꝙ obiectum ita eſt, ſicut intelligibile ibi eſt veritas : Ab eo enim quod res eſt, vel non eſt, oratio dr̃ vera vel falſa, ſecundum Ariſtotelem. Bonitas aũt voluntatis non præciſe dependet ab obiecto præſentato acceptato, ſed ẽt a circunſtantijs, & præcipue a fine; Q̃nquidem omnis noſtra actio potiſſime ordinata eſt ad finem vltimum, qui eſt α & ω, principiũ & finis: Cui ſit honor, & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Lib. 1 peri. herm

Deo gratias.

INDEX EORVM, QVAE IN RESOLVTIONIB. PRIMI LIBRI Sententiarum FR. IOAN. DVNS SCOTI

Continentur, ſerie alphabetica diſpoſitus, in quo numerus paginam indicat, A, vero primam columnam, & B, ſecundam.

ACtvs voluntatis fruitio, vſus & actus neuter. Pag. 19. a.
Actus purus quid. 42.b.
Actus elicitus voluntatis. 15. b.
Attributa in diuinis formaliter diſtinguuntur. 44.b.
Actus meritorius. 59.b.
Actus meritorij cauſa præcipua. 60.a.
Actuum intellectus & voluntatis differentia. 19.a.
Agens primum eſt infinitum. 24. a.
Amor in diuinis eſt quid eſſentiale. 84. b.
Animæ vires ſeu potentiæ. 34. a.
Antichriſti miranda. 10.a.
Ars ſumitur dupliciter. 91.b.

B

BEati fruuntur. 21.a.
Beatitudo hominis naturaliter cognoſci nequit. 4.b.
Bonitas moralis quid ſit. 57.b.
Bruta non fruuntur. 21.b.

C

CAuſæ eſſentialiter ordinatæ. 23 a.
Charitatem infuſam homini ineſſe, cognoſci nequit. 58.b.
Charitas infuſa non eſt ſimpliciter neceſſaria. 62.b.
Charitas infuſa an ſit ponenda. 59 .b.
Charitas augetur. 63.a.
Charitas quomodo augetur. 63. b.
Circuminceſſio quid ſit. 66. b.
Circuminceſſionis ratio. 66.b.
Cognitio diuina differt à noſtra. 87.a.
Communicabile bifariam dicitur. 29.a.
Communicabile aliquid dicitur bifariam. 70.a.
Corporum grauium diuerſa quies. 20.b.
Contingens eſſe eſt propoſitio per ſe nota. 92. a.
Contingentiæ cauſa. 92.b.
Creatura nulla eſt ſimplex. 42. a.
Creatura oĩs mutabilis. 45.a.

D

DEus ſub propria ratione cognoſci nequit 29.b.
Deus naturaliter quantum ad multas perfectiones cognoſci poteſt. 29.b.
Deus non eſt à nobis primum pro hoc ſtatu cognitus. 31. a.
Deus non eſt obiectũ naturale adæqua-

adæquatum viatoris. 31.b
Deus genuit Deum. 36.a
Deus eſt Pater & Filius & Spiritus ſanctus. 36.a
Deus Pater volens genuit Filium. 39.a
Deus eſt ſumme ſimplex. 41.a
Deus, nec aliquid de Deo dictũ, eſt in prædicamento. 43.a
Deus ſolus immutabilis. 45.a
Deus à viatore noĩari põt. 68.b
D.⁹ ꝑ creaturas cognoſcit. 30.a
Deus nõ eſt Mathematicus nec Philoſophus &c. 13.b
Deus eſt vbique. 90.a
Deũ eſſe an ſit ꝑ ſe notũ. 24.b
Deum vnum eſſe ex ſacris literis. 26.a
Deum vnũ eſſe naturaliter cognoſcitur. 26.b
in Deo eſt relatio rationis noua & ex tempore. 82.a
Dicere varie capitur. 86.a
in Diuinis eſt vna eſſentia, tres perſonæ. 28.b
in Diuinis ſunt duæ productiones ſolum. 28.a
in Diuinis tres ſolũ pſonæ. 28.a
Doctrina diuina quomodo primum tradita. 5.a
Doctrinæ ſupernaturali reuelatæ poteſt quis ſubinde naturaliter aſſentiri. 5.a
Donum quid ſit. 64.a
Donum eſt proprietas Spiritus ſancti. 64.a
Donum & datũ differunt. 64.a

E

Eccleſiæ ſtabilitas. 8.b
Efficiens primum eſſe. 22.b
Efficiens primum eſt intelligẽs & volens. 23.b
Eminens primum eſſe. 23.a
Ens primum omnia diſtincte intelligit. 24.a
Errorum confutatio. 6.a
Eſſe eſſentiæ & exiſtentiæ 89.a
Eſſentia diuina non eſt generãs nec genita. 37.b
Eſſentia, perſonæ, & proprietates ĩ diuinis diſtinguunt. 86.b
Euangelium quomodo credenda continet. 50.b

F

Fidei noſtræ externa teſtimonia. 10.b
Filius non producitur notitia creaturarum. 77.a
Filius generatur de ſubſtantia Patris. 37.b
Filius eſt ſapientia ingenita ſapiens. 86.b
Filius licet non poſſit generare eſt tamen patri æqualis. 67.b
Filio quare aliqua approprian tur. 77.a
Forma in creaturis habet duplicem imperfectionẽ. 44.b
Frui eſſentia ſine pſonis. 18.a
Frui vna pſona ſine aliis. 18.a
Frui quid ſit. 19.b
Frui nõ omnibus cõpetit. 21.b
Fruitur voluntas libere ſine oſtenſo. 20.a
Fruitio de facto quorũ ſit. 18.b
Fruitio dupliciter accipit. 17.a
Fruitionis ordinatę obiectum. pag. 17.a
Fruitionis in communi obiectum. 17.b

G

Generatio in diuinis eſt ſine mutatione. 38.b
Generatio in diuinis non eſt mutatio. 46.a
Generatio Filij Dei eſt æterna. 46.a
Generatio in creaturis duo denotat. 38.a
Grauium corporum diuerſa quies. 20.b

H

Habitus an coefficiat actũ. pag. 56.b
Habitus actũ cõproducit. 56.b
Habitus nõ coefficit actũ. 57.a

Habitus conditiones. 57.a
Hæreſes aduerſus ſcripturam ſacram. 5.b
Hæreſum irrationabilitas. 8.a

I

IDea quid ſit. 87.b
Idea ſecundum Platonem. pag. 88.a
Idem ſimile, & æquale quomodo accipiuntur. 65.a
Identitas ſimilitudo & æqualitas ſūt relationes reales. 83.b
Imago Trinitatis in quibus cōſiſtit. 34.b
Imago Trinitatis ſecundū Auguſtiuum. 34.b
Imago expreſſiſſima. 35.a
Imago non perfecta. 35.a
Imago imperfectior. 35.b
Imago Trinitatis nequit naturaliter cognoſci. 35.b
Imaginis ratio. 34.a
Impoſſibile quid ſit. 99.a
Infinitum perfectione exiſtere non eſt demonſtrabile. 22.a
Ingenitum dupliciter accipitur. 77.a
Ingenitum eſt proprietas patris. 77.b
Ingenitū & innaſcibilitas quomodo differunt. 78.a
Innaſcibilitas non conſtituit patrem. 78.b
Intellect⁹ duplex aſſenſus. 19.a
Intellectus eſt abſtractiuus nō ſenſus. 30.b
Intellectus diuinus habet duplex obiectum. 87.a
Intellectio & volitio primo efficientis ſunt eadem eius eſſentia. 23.b
Intellectionis cauſæ. 33.a

L

LIbertatis ratio quæ 28.a
Loci ad bona opa ꝓbāda. 60.a

M

MAhumetis lex & eius permanentia. 9.a
Meriti ratio completa. 61.b
Meritum quid ſit. 62.a
Meritorius actus quid ſit. 60.a
Meritorij actus cauſa præcipua. 60.b
ad Merendum requiritur ſpecialis motus SS. 62.a
Miracula Antichriſti. 10.a
Miraculorum claritas. 9.a
Miraculorum verorum & falſorum differentia. 10.a
Miraculum quid. 10.a
Miſſio quid ſignificet. 54.b
Miſſio viſibilis quid. 55.b
Miſſio SS. viſibilis ī primitiua Eccleſia fuit neceſſaria. 55.b
Mittere tribus conuenit perſonis. 55.a
Mitti duabus ſolum perſonis competit. 55.a

N

NOmina Deo propria. 69.b
Notitia ab vtroque intellectu formatur. 33.b
Notitia præcipua cauſa. 33.b
Notum per ſe aliquid dicitur bifariam. 25.b
Numerus duplex. 71.a
Numerus proprie non eſt in diuinis. 71.a

O

OMnipotentia Dei Theologa eſt credita. 98.a
Obiectum fruitionis per ſe ſit finis vltimus. 17.a

P

PAter prius beatus quàm generet. 39.a
Pater & Filius ſunt duo ſpirantes non autem duo ſpiratores. 52.a
Pater conſtituitur relatione poſitiua. 79.a
Pater nō generat volūtate. 58.b
Pater & Filius diligunt ſe Spiritu ſancto. 84.b
Pater non eſt ſapiens ſapientia genita. 86.b

Pa-

Peccator fruitur ſeipſo. 21.b
Peccator fruitur. 21.a
Perfectiones diuinæ formaliter diſtinguuntur. 44.a
Permiſſio varie accipitur. 103.a
Permiſſio non actus poſitiuus voluntatis. 103.a
ad Permiſſionem tria requiruntur. 104.a
Permittit Deus mala quare. pag. 104.a
Perſonæ in diuinis ſunt æquales magnitudine. 64.b
Perſonæ diuinæ ſunt æquales in potentia. 67.a
Perſonæ diuinæ relationibus conſtituuntur. 72.a
Perſonę tres ſolũ ĩ diuinis. 28.b
Perſona q̃libet eſt in alijs. 65.b
Perſona quid ſit. 70.a
Perſona quid denotat. 70.b
Perſona cui ſimilis ſit. 70.b
Perſona in diuinis tripliciter accipitur. 71.b
Perſonarũ acceptio q̃d ſit. 76.a
Per ſe notum aliquid dicitur bifariam. 25.b
Philoſophorum diſcordia. 6.b
Poſſibilitas rerũ vnde ſit. 97.b
Poſſibile dupliciter accipit. 67.a
Potentia ordinata & abſoluta. 98.a
Potentia aliqua ad duo comparari poteſt. 4.a
Potentia logica. 40.b
Potentia duplex. 40.b
Potentia generandi in patre quid ſit. 40.b
Praxis quid ſit. 15.a
Practicum & ſpeculatiuum in quo differunt. 15.b
ad Practicam ſcientiam duo requiruntur. 15.a
Prædeſtinatio quid ſit. 94.a
Prædeſtinatus põt dãnari. 94.b
Prędeſtinationis & probationis non eſt aliqua cauſa. 96.a
Prædeſtinationis & reprobationis inſtantia. 95.b
Præpoſitio, de, in diuinis quid importat. 38.b
Prima cauſa plus agit quam ſecunda q̃uo intelligitur. 68.a
Primum eminens eſſe. 23.a
Primum efficiens eſt intelligẽs & volens. 23.b
Primum ens omnia diſtincte intelligit. 24.a
Primũ agens eſt infinitum. 24.a
Primum efficiens eſſe. 22.b
Principium dupliciter accipitur. 81.a
Principium eſt nomen relatiuum. 81.a
Principiũ nõ dicit vniuoce reſpectu diuinarum perſonarũ & reſpectu creaturarũ. 81.b
Proceſſus in infinitum. 22.b
Productio eſt in diuinis. 28.a
Productiones in diuinis ſunt duæ ſolum. 28.a
Prophetiarum veritas. 6.a
Propoſitio per ſe nota. 24.b

Q

QVicquid eſt ĩ deo eſt Deus quomodo intelligit. 82.b

R

RElatio quomodo perſonã conſtituit. 72.b
Relatio Rationis noua & ex tẽpore eſt in Deo. 82.a
Relatio realis ad creaturam nequit eſſe in Deo. 83.a
Relatio realis habet tres conditiones. 83.b
Relationes aliquæ dicuntur de Deo ex tempore. 81.b
Reprobationis eſt aliqua ratio. 96.b

S

SAcra hiſtoria veriſſima. 6.a
Sacræ hiſtoriæ veritatem arguit mors fidelium. 7.a
Sapientia Dei non eſt in genere. 43.b
Sapientia eſſentialiter & perſona-

ſonaliter capitur. 85.b
Scriptura ſacra ſufficiens viatori. 10.b
Scripturæ ſacræ veritas. 6.a
Scripturæ ſacræ rationabilitas. 7.b
Scripturam ſacram recipientium diligentia. 7.a
Scripturæ concordia. 6.a
Scribentium doctrinam & ſcripturã ſacram authoritas. 6.b
Sciẽtia practica qd reqrit. 91.a
Scientia cõtingentium in Deo non eſt practica. 91.b
Scientia contingentium nõ neceſſaria. 93.b
Scientiæ diuinæ certitudo. 93.a
Scientiæ diffinitio. 14.a
Solus pater eſt Deus, an vere dicatur. 68.a
Solus dupliciter capitur. 68.a
Species intelligibilis. 33.a
Species in quibus Spiritus ſanctus apparuit a creatura factę. 55.b
Species in quibus Spiritus ſanctus apparuit erant corporeæ. 56.a
Spiritus ſanctus procedit p modum voluntatis. 47.b
Spiritus ſanctus a patre & filio procedit. 49.b
Spiritus ſanctus procedit a patre & filio vt ſunt vnũ. 52.a
Spiritus ſanctus vniformiter a patre & filio ſpiratur 52.b
Spiritus ſanctus non eſt eſt genitus. 53.b
Spiritus ſanctus & nõ ſolũ eius dona hominibus datur. 54.a
Spiritus ſanctus quo pacto fidelibus datur. 54.a
Spiritus ſanctus viſibiliter miſſus. 55.b
Spiritus ſanctus cur in ſpecie columbæ miſſus fuerit Chriſto. 56.a
Spiritus ſanct⁹ cur in ſpẽ lingua rũ Apoſtolis fuit datus 56.a
Spiritus ſanctus cur in ſtatu datus. 56.a
Spiritus ſancti productio eſt neceſſaria. 48.a
Spiritus ſancti viſibilis miſſio ĩ primitiua eccleſia neceſſaria. 55.b
Subiectũ attributionis qd. 11.b
Subſtantia per propritates & accidentia cognoſcitur. 69.b
Subſtantiæ duplex proprietas pag. 43.a
Summum bonum eſſe an ſit p ſe bonum. 25.a
Supernaturalis cognitio aut doctrina vnde dicatur. 4.b
Supernaturali doctrinę reuelatæ poteſt quis ſubinde naturaliter aſſentire. 5.a
Suppoſitum quid ſit. 29.a

T

TEſtimonia externa fidei noſtræ. 10.b
Theologia ĩ ſe & in nobis. 11.a
Theologia duplex. 11.b
Theologia beatorum. 13.b
Theologia Dei dicitur omniũ obiectorum cognitio. 13.a
Theologia viatorum de quibus ſit. 13.b
Theologia in ſe an ſit ſcientia. pag. 14.a
Theologia non eſt ſubalternãs aut ſubalternata. 15.a
Theologia creaturarum eſt practica. 16.a
Theologia Dei an ſit practica. pag. 16.a
Theologia contingentium in ſe qualis ſit. 16.b
Theologiæ ſubiectum 11.b
Theologiæ ſubiectum eſt Deus ſub ratione deitatis. 11.b
Tranſcendens quid ſit. 43.b
Circa Trinitatem errauit abbas Ioachim. 36.b

Veri-

V

VEritatem eſſe paucorũ. 6.a
Verbum noſtrum quid ſit. pag. 74.a
Verbũ noſtrũ eſt duplex. 74.a
Verbum noſtrum quomodo firmatur. 74.b
Verbum eſt ꝓprietas filij. 75.b
Verbum eſt terminus concretiuus. 75.b
Verbum non denotat reſpectũ ad creaturas. 76.b
Verbum duplicem ſignificat reſpectum. 76.b
Ad Verbum perfectum an concurrat voluntas. 75.a
Verba cuiuſcunque temporis de Deo dicuntur. 47.a
Verba diuerſorum temporum cum de Deo dicuntur quid ſignant. 47.a
Veſtigium Trinitatis eſt in creaturis. 31.b
Viator iuſtus fruitur. 21.a
Vltimum finem eſſe. 23.a
Vnum eſſe Deum ex ſacris literis. 26.a
Vnum eſſe Deũ naturaliter cognoſcitur. 26.b
Volũtas Dei eſt cã oĩum. 101.a
Voluntas diuina duplex. 101.a
Voluntas diuina creaturas ab æterno voluit. 100.b
Voluntas diuina fruitur. 21.a
Voluntas Dei quare pluraliter dicatur. 102.a
Volũntas Dei ſigni non ſemꝑ impletur. 102.a
Voluntas beneplaciti duplex. pag. 103.a
Volũtas beneplaciti q̃ ſit. 101.a
Voluntas beneplaciti ſemper impletur. 101.b
Voluntas ſigni quid ſit. 101.b
Voluntas antecedens & conſequens. 103.a
Voluntas libere fruitur fruire oſtenſo. 20.a
Voluntas creata diuinæ ſeſe cõformatur an ſemper bene agat. 104.b
Voluntatis actus, fruitio vſus, & actus neuter. 19.a

Explicit Index Reſolutionũ fratris Ioãnis Duns Scoti, ordinis minorum ſuper primum librum ſententiarũ, quę fuerunt diligentiſſime Recognitæ, atque emẽdatæ a R. patre Saluatore Bartolucio Aſſiſiate, Scoticarum ſpeculationum dilucidatore, ac VENETIIS in ædibus magnæ domus Regente.

Sit Laus Deo omnipotenti, Virgini Glorioſę, ac Seraphico Patri Franciſco.

VENETIIS,
Apud Ioannem Baptiſtam Seſſam & Fratres,
MDLXXX.

RESOLVTIONES IN SECVNDVM LIB. SENTENTIARVM,

FR. IOAN. DVNS SCOTI,

Doct. Subtilis, Ordinis minorum:

In quibus, ea quæ prolixius, & obſcurius à Doctore pertractantur, breuius & clarius diſſeruntur: à R. P. Melchiore Flauio eiuſdem inſtituti varijs luminibus illuſtratæ,

Necnon a patre Saluatore Bartolucio Aſſiſienſi, Scoticarum ſpeculationum dilucidatore, accuratiſſime recognitæ & caſtigatę.

Cum Indice Alphabetico eorum, quæ in reſolutionibus continentur.



VENETIS,

Apud Hæredes Melchioris Seſſæ.

MDLXXX.

F. SALVATOR BART.
ASSISIAS CONVENTVALIS
Franciſcanus ad doctrinæ Scoticæ amatores & ſtudioſos.

CVM Ioannes Baptiſta Seſſa, bibliopola Venetus, Opera Ioannis Duns Scoti, Academiæ ſubtilium ſigniferi ac principis, cuius Doctrinam iam multos annos,& Patauij,& Venetijs profeſſus ſum, in gratiam, & vtilitatem veſtram, Alexandro Gryphio Typographo diligentiſſimo excudenda tradere decreuiſſet, obnixe à me contendit, vt ea corrigerem, & à mendis quibus vndique ſcatebant, expurgarem. Animo libentiſſimo id oneris ſuſcepi: cum vt amico ſatisfacerem, cuius cauſa plurimum cupio, tum vt vobis, quacunque liceret ratione, aliquod emolumentum afferrem; cum autem eſſent ſub prælo peruenit ad manus meas libellus reſolutionũ huius Doctoris à Reuerendo Patre Melchiore Flauio varijs luminibus illuſtratus: is mihi dignus viſus eſt, vt cũ operibus eius imprimeretur, eiſque annecteretur, vt faciliorem, expeditioremque aditum ad huius ſubtiliſſimi viri doctrinam capeſſendam haberetis. Inſuper in veſtrum commodum præfixi numerum paginularum, qui vobis diſtinctionem, & quæſtionem qnæſitam, tanquàm digito, demonſtrat: Id placuit dixiſſe, vt vos non lateat, me veſtri cauſa hæc ſtudioſiſſime, diligentiſſimeque curaſſe. Valete,& laborem Bartolucij veſtri, qualisqualis ſit, (rogo) ne paruipendatis. Venctijs Kal. Auguſt. M D LXXX. à die Natali Chriſti.

RESOLVTIONES SECVNDI LIBRI SENTENTIARVM.

F. IOAN. DVNS SCOTI Doctoris Subtilis, Ordinis Minorum.

DISTINCTIONIS. I. Quæſtio. I.

Eſt ne creaturarum productio à tribus neceſſario perſonis.

RESOLVTIO.

ctum lect⁹, olũta diui- uplex.

PRIMVM omnium hic obſeruandum eſt, diuini intellectus pariter & volũtatis duplex eſſe obiectum; primariũ videlicet ſeu principale, quod eſt ipſa diuina eſſentia, & ſecundarium, nempe creatura, quæ quidem ex ſeſe non eſt ipſius Dei obiectũ, ſed producitur in eſſe obiecti (quod aiunt) ſeu fit obiectum per diuinum intellectũ & voluntatẽ. Deinde iuxta illud duplex obiectũ aſſignanda quoq; ſunt duo naturæ inſtantia (q̃ nonnulli ſigna, alij ordines nuncupãt) ſed perinde eſt. Cum.n.conſtat de re, aſſertore Auguſtino, non eſt facienda vis in ſermone. Primũ inſtans eſt, cũ diuinus intellectus, & volũtas ferunt̃ circa primariũ obiectũ, nedũ actu operatiuo (qui refert actũ immanentẽ creaturæ, ob id vel maxime, ꝙ nihil eo producitur) ſed ẽt actu ꝓductiuo, quo diuinæ producunt̃ ꝑſonæ. Alterũ inſtans eſt, cum diuinæ illæ potentiæ, intellect⁹ & voluntas circa creaturas ferunt̃. Hinc conſequitur productionẽ diuinarũ ꝑſonarũ cõplectam eſſe prius natura, q̃ creaturæ ipſæ cognoſcant, & producãtur. Quo circa verbum diuinũ non producitur de notitia crea-

Inſtantiæ duo naturæ in diuinis.

turarum, nec Spiritus ſanctus de earũ amore, ſed ſolius eſſentiæ, & naturæ diuinæ. Diuinus igitur intellectus, ac voluntas cõicata ſunt a patre alijs perſonis, priuſquam producant creaturæ. Quamobrem earum productio à tribus eſt neceſſario pſonis, nedum quantum ad earum verũ eſſe & reale, ſed etiã quantum ad eſſe cognitum & amatum (ita .n. loquuntur.) Hoc aũt aſtruitur ex illo Ioannis, Pater meus vſque mõ operatur, & ego operor. & ſubſequitur, Quæcunque ille facit, & filius ſimiliter facit. & ex eodẽ Ioanne, Omnia per ipſum facta ſunt. & in Geneſi pater alloquitur filium & Spiritum ſanctũ, Faciamus hominẽ &c. Huc accedit Diuus Auguſtinus dicens, Sicut pater & filius ad Spiritum ſanctum ſunt vnum principium, ſic omnes tres ſunt vnum principium creaturæ ad ipſam producẽdam. Ratio adnecti poteſt, perſonæ enim diuinæ plus conueniunt, quàm ſubſtantia & virtus in creatura · Atqui hæc in operatione ſeparari nequeunt, ergo nec diuinæ perſonæ. Præterea principiũ duarum productionum, neceſſariæ videlicet & contingentis, neceſſario eſt prius principium neceſſariæ, quàm contingentis, In diuinis autem quodpiã eſt principiũ productionis intrinſecæ, quæ eſt contingens. Neceſſario igitur prius eſt in diuinis principiũ productionis adintra, & neceſſariæ, q̃ ad extra, & contingentis. Porro rõ, ob q̃ creaturæ a tribus neceſſario pducantur perſonis, non eſt propterea ꝙ Filius, & Spiritus ſanctus (vt nonnulli perperam

Creatura tribus a neceſſario producitur perſonis.

Ioan. 5.

Ioan. 1.

Gen. 1.

Lib. 5. de trin. c. 14.

Opinio Henrici.

aſſeuerant) ſint rationes formales proximæ creãdi, hoc eſt, inſtrumenta, ſeu media, quibus creaturæ producantur, aut ꝙ ſint auxilio ipſi Patri, quaſi ſolus id non poſſet: Sed idcirco ꝙ diuina natura prius naturaliter communicatur tribus ſuppoſitis diuinis, quàm creatura produci poſſit. Quapropter in ſecundo inſtanti naturę, in quo creatura eſt producibilis, vis, (id eſt, voluntas diuina) productiua illius eſt in tribus perſonis eadem, & vnica, ac ſimpliciſſima, perinde ac dictum eſt, 12. diſtinctione primi, Spiritum ſanctum neceſſario a Patre, & Filio procedere, non ob id ꝙ vis ſpiritiua ſit in vna perſona imperfectior, quàm in duabus, ſed quia fœcunditas illa prius filio cõceditur, quàm Spiritus ſanctus ſpiretur. Quare cũ Spiritus ſanctus ſpiratur (cũ vna & eadẽ in vtroque ſit virtus ſpiratiua) a duobus producitur. Quamuis aũt creaturæ a tribus neceſſario creentur perſonis, nihilominus ſi vnica eſſet in diuinis perſona, poſſet illa omnes producere creaturas, quia ipſa omnipotẽs eſſet, & infinitæ virtutis, ſi qdẽ pater nihil a filio, & Spiritu ſancto recipit, ſed a ſeipſo hẽt quidquid eſt. His cõſentit Richardus, Si tm̃ (inquit) eſſet vna perſona, adhuc eſſet in ea plenitudo potentiæ, & ſapiẽtiæ. Obijcies fortaſſe, Omne eſſentiale in diuinis prius eſt pſonali, atqui creaturarum pductio actiua eſt quid eſſentiale, cum ſit cõis tribus, præcedit igitur pſonarũ emanationẽ, cum earũ productio ſit act' alterius tantum, aut duarum perſonarum. Reſpondetur, licet

pag. 5.

Si vna perſona eſſet huc po... produ... creatu...

Lib. 3. trin. c...

cet quodcunque eſſentiale ad ſe, & abſolute ſumptum notio nale ꝑcedat, non tñ vt hẽt habitudinem ad creaturas producendas, ſeu quatenus producit creata: Sic. n. diuinarum productionem perſonarum p̃ſupponit. Qñ enim eſt aliquod efficiens actiuum ordinatoriũ (vt oſtẽſum eſt 12. diſt. q. 1. primi) non prius producit actũ remotum, q̃ prior actus productus fuerit, vt conſtat de aĩa, q̃ non prius aliquid amore proſequiẽ, q̃ illud ipſum ĩtellexerit, & nouerit. Nihil. n. eſt amatũ, niſi præcognitum. Conſtat. n. de ſole, qui prius illuminat partem orientalem, q̃ meridionalẽ, & occidentalem. Conſimiliter dicendum eſt de productione perſonarum, & creaturarum.

DISTINCTIONIS. I. Quæſt. II. Pag. 17.

Poteſtne Deus quidpiam creare?

RESOLVTIO.

...eatio re ...latuit ...loſo- ...s. NOn ab re profecto hæc mouetur quæſtio, cum eius veritas Philoſophos ſoli naturali innitentes rõni, olim latuerit. Nũc aũt cuilibet eſt manifeſtata fideli ex ſacris literis, maxime
...ne. 1. ex Geneſi, vbi hẽ, In principio Deum creaſſe cœlum, & terrã. & ex Ioanne, Oĩa ꝑ ipſum &c.
...oan. 1. Qđ quidem vt manifeſtius appareat, obſerua in primis quod
Creare ...d ſit. creare eſt aliquid de nihilo producere. i. nullo p̃ſuppoſito (vt
...monol. ...c. 8. interpretaẽ Anſelmus) creatio. ni. n. non p̃ſupponiẽ aliud efficiens ab ipſo Deo, nec aliqua materia. Quocirca ꝓpoſitio (de) in ꝑdicta definitione denotat habitudinẽ ordinis tm̃, nõ aũt habitudinẽ cãæ efficientis, aut materialis (ſic. n. loquiẽ Anſelmus) hoc eſt, ꝙ non eſſe creaturæ, ꝑcedat eſſe. Hoc aũt bifariã intelligi põt: Primo ꝙ nõ eſſe ꝑcedat eſſe ordine naturæ tm̃, & hoc mõ ẽt Philoſophi admittunt Deũ creare poſſe, & orbẽ vniuerſum creatũ fuiſſe, licet ipſum eſſe ęternũ aſſeuerẽt, vt patet ꝑ Auicẽnã. Altero mõ accipi põt, quatenus denotat *6. Met. c. 2.*
ordinẽ durationis, ſeu tp̃is, ſic videlicet ꝙ nõ eſſe ꝑceſſerit in aliquo tp̃e ipſum eſſe, & hoc pacto Theologi cõcedunt mundũ fuiſſe creatũ de nihilo, nec eſſe æternũ Philoſophi aũt diffitenẽ creationẽ hoc mõ acceptã, qñquidẽ aſſerunt Deũ neceſſario producere, quidqd immediate producit & nullo ꝑexacto. Qđ aũt mediate producit aliquo p̃ſuppoſito illud operatur, qa medio cãrũ ſecundarũ, quare ſecũdũ ipſos Deus nihil cõtingenter creat. Sed hac in re peſſime aberrarunt Philoſophi. Obſerua nihilominus ꝙ aliquid de nihilo produci dupliciter accipi põt: Primũ vt intelligatur de nihilo oĩmode, vt puta tã in eſſe ſimpliciter, q̃ in eſſe ſecundũ quid, & ſic nihil creaẽ de nihilo in rerũ natura, qa p̃fuit in eẽ cognito amato, & poſſibili in intellectu, & volũtate ipſius Dei. In illo tñ eſſe cognito & amato fuere quidẽ de nihilo ꝓducta, ſed hmõi ꝓductio nõ eſt creatio, cũ nõ ſit ꝓductio ipſius rei ſimpl'r; ſed ẽm q̃d. Scđo accipi p̃t, vt intelligaẽ q̃dpiã fieri đ nihilo ſimpl'r, qđ nihilominus eſt aliq̃d ſecũdum

dum quid, hoc eſt, ineſſe cogni to, & hoc modo accipitur ratio creationis, vt puta quòd ſit pro ductio de nihilo, & ſoli Deo cõ petit, vt patet ex Auguſtino di cente. Neque boni Angeli neque mali creatores eſſe poſſunt alicuius rei, & multo minus hoc poſſunt aliæ creaturæ Huc accedit quòd nullum agens po teſt quidpiam creare, niſi cuius voluntas eſt ſua potentia. Cum enim creatio ſit alicuius de nihilo productio, quòd creatur ſo lo voluntatis imperio ſit, nullius aũt agentis (præterq̃ ipſius Dei) voluntas eſt ſua potentia, quare nec creare poterit. Vide latius Reſo. diſt. 1. q. 1. quarti libri Sentẽ. &c. Arguĩt, Si quid piam recenter producitur, hoc iõ fit, quia aliquid aliter ſe ha bet nunc q̃ prius, hęc aũt mutatio nequit adſcribi ipſi paſſo, quia nihil illius ex difinitio ne creationis præfuit, nec ipſi Deo, cũ ſit immutabilis, Apud quem nõ eſt tranſmutatio, &c. Nihil igitur creari poteſt. Rñdetur, agens voluntariũ (cuiuſmodi eſt Deus) antiqua voluntate. i. qua ſemp habuit nouũ, abſque ſui mutatione affectũ producere valet, facta tamen immutatione ex parte creaturæ, quæ acquirit eſſe, poſt non eſſe. Deus itaque volũtate, qua ab æterno voluit creata definita definito conſiſtere tpe, ipſa iuxta conſilium voluntatis ſuæ æternum, tpaliter produxit. Iuxta illud Apoſtoli, Qui operat̃ oĩa, ſecundum conſilium volũ tatis ſuæ. Arguitur ſecundo de gñatione, idem manens idem, ſemper natum eſt facere idem, vt ignis naturaliter calefacit, non erit igitur in effectu varia tio, niſi prius fuerit in natura. Reſpondetur, Philoſophum lo qui de agente naturali, non autem de agente libero, cuiuſmo di eſt Deus ipſe.

Lib. 3. de Tri. — *Iacobi 1.* — *Epheſ. 1.*

DISTINCTIONIS. I. Quæſt. III. Pag. 23.

Potuitne mundus, aut creatura aliqua ab æterno à Deo produci?

RESOLVTIO.

Variant dubio procul hac in re Theologi, & Scotus pro blematice hãc per tractat qõnẽ, rõnes vtriuſq; diluens, & cũ parui, aut nullius ſint momenti, id latius perſcrutari dubij, certitu dini illius ſcĩæ relinquimus, cuius eſt imperſcrutabilis conſilij celſitudo, libere profitentes, non eſſe impoſſibile apud Deum omnem verbum.

Luc. 1.

DISTINCTIONIS. I. Quęſt. 4. & 5. Pag. 38.

Vtrum Angeli creatio eadem ſit ipſi Angelo.

RESOLVTIO.

Varie quoque de rela tionibus ſenſerunt doctores, nõ defue runt enim in primis, qui negarent relationem omnem eſſe quid in re, ſed tantum in actu intellectus, ſed hi maxime aberrarunt. Nam hinc conſequitur ip ſum vniuerſum non eſſe quid vnum, qñquidem eius vnitas (quæ eſt quædam relatio) ſecũ dum

Relat an ſit e dem fu dament

dum Philoſophum conſiſtit in ordine partium ad inuicem, & ad primum ens. Quocirca illis obijci pōt illud Phillosophi, ꝙ inconnexam faciunt orbis ſub ſtantiā. Ad hæc deſtruunt oēm compoſitionem realem, hæc enim partiū vnionē requirit, ꝗ ſi ſolum eſſet in intellectu, nul lum eſſet prorſus compoſitum reale. Deinde fuere qui admiſe rint quidē quaſdā eſſe relatio- nes reales, ſed negarunt aliquā eſſe, ꝗ a ſuo reipſa diſtingueret fundamento, & illi quoque in ſecundo errarunt membro: Quod quidē realiter ea diſtin- guunt, quę ſic ſe habent ꝙ vnū abſque alio eſſe pōt, atqui nul- læ ſunt relationes ſine quibus nullatenus repugnat fundamē to earum eſſe, cuiuſmodi ſunt paternitas, ſimilitudo, &c. Non omnis igitur relacio eſt eadem ſuo fundamento. Quapp me- dia hic via incedendum, vt con cedamus pleraſque eſſe relatio nes reales, & re ipſa a ſuis di- ſtinctis fundamentis, & nōnul las eſſe hmōi, quæ eadem ſunt realiter ſuis fundamentis, nec deeſſe, quæ ſint relationes rō- nis. Relatio tñ cōis oī creaturæ (cuius terminus eſt ipſe Deus) eadem eſt realiter ipſi creatu- ræ, quæ eius eſt fundamentū, diſtincta nihilominus forma- liter. Hoc aſtruitur, Nam quod ſic alicui competit, vt ſine eo ipſum eſſe nequeat, eſt vna, & eadem res cum illo; Atque hu- iuſmodi relatio ſic creaturæ in eſt, vt ſine ea creatura eſſe ne- queat, eſt proinde illi eadē re- ipſa. Prima tñ huius ratiocina- tionis propoſitio intelligit, dū modo inter ea non ſit eſſentia- lis dependentia, quæ manife- ſtam efflagitat diſtinctionem, vt patet in relatiuis. in quibus eſt mutua dependentia, ꝗ profe cto realiter diſtinguunt, quā- uis vnum abſq; altero eſſe nō poſſit. Quòd autem prædictæ relationes a creatura formali- ter diſtinguuntur, patet, quia re ſpectus, aſſertore Ariſtotele, nō eſt de rōne abſoluti, nec e con- trario. Cum aūt creatura per- manere nequeat, niſi a Deo ip ſo in eſſe cōſeruet, iuxta illud, Portans omnia verbo virtutis ſuæ, &c. Eadē erit relatio crea- turæ ad Deum creantem. Crea tio igit paſſiua Angeli ad Deū ipſum terminata, eadem eſt re- ipſa ipſi Angelo.

Meth. *Meth.* *4. Meth.* *Heb. 1.*

DISTINCTIONIS. I. Quæſt. VI. Pag. 55.

Differunt ne ſpecie Angelus, & anima?

RESOLVTIO.

Angelum quidē, & aīam ſpecie differ re oībus ſane eſt in confeſſo, quan- doquidem formę, quæ ſunt eiuſdem rōnis ſpe- cificæ. i. eiuſdem ſpeciei, eandē perficiendi materiam, & non perficiendi rōnem habent. Aīa aūt ſuapte natura corporis eſt perfectiua. i. vnibilis corpori per informationē, non ita An- gelus. Differunt proinde ſpē, non veluti duæ ſpēs, cum aīa non ſit ſpēs ſubijcibilis, licet ꝑ- dicabilis, ſed pars ſpēi, nempe hominis. Et ſic rō diſtinctionis ſpecificæ, inter Angelum & ho minē, cuius eſt pars. Rō aūt di- ſtinctionis ſpecificę inter Ange

non eſt vnibilitas ad materiã, & non vnibilitas, vt ſuſpicatus eſt ſanctus Bonauentura. Quã doquidem vnibilitas denotat aptitudinem, q̃ præſupponit naturaliter eſſentiam rei. Quocirca nequit eſſe præcipua rõ diſtinctionis ſpecificæ, licet nobis a poſteriori illam manifeſtet, proinde ac proprię paſſiones ignotas nobis dñias oſtendunt, & multoties eas circũloquimur, nec deinceps diuerſus intelligendi modus maior in Angelo, & minor in aĩa poteſt eſſe huius diſtinctionis cã, quẽadmodum aſſeruit Alexander de Hales dicens, ꝙ iſti gradus, ſeu modi intelligendi diuerſi ſunt, intelligere ſine diſcurſu in Angelo, & cum diſcurſu in aĩa. Hoc, inquam, non ponit diſcrimen inter Angelum, & animam. Nam tametſi anima per diſcurſum notitiam cõcluſionum adſequatur, præmiſſas tamen ſine diſcurſu apprehendit. Anima item beata Deum ſine diſcurſu (vt Angeli) intelligit, nec eſt certum Angelum ſine diſcurſu ſimul intelligere præmiſſas, & concluſionem, in principijs incluſam, quamuis citius operari poſſit, & intelligere, q̃ ipſa aĩa. Dicendum eſt igitur cum Scoto, ꝙ Angelus, & anima ſpecie differunt, propterea quod habeant eſſentias, & naturas alias, atque alias: Quarum quidẽ naturarum diuerſarum differentiæ formales & eſſentiales ſunt, vt innominatæ, ita, & incognitę. Obiicies fortaſſe Auguſtinum qui ait, Angelus, & aĩa ſunt natura pares, ſed officio impares. Rñdet, Auguſtinum loqui non de paritate naturæ ſecundũ rõnẽ ſpecificã, ſed de paritate quietationis in bono infinito. Quẽadmodum .n. Angelus talis eſt naturæ, vt niſi in bono infinito quietari non poſſit, ita & anima ipſa intellectualis. Vñ Auguſtinus: Ibquietnm eſt cor noſtrum donec requieſcat in te, ſatiabor cum apparuerit, &c.

Lib. 1. de lib. arbit.

Pſalm

DISTINCTIONIS. II.
Quæſt. 1. 2. 3. & 4 Pag.
59. vſque ad 86.

An Angeli exiſtentia æuo commenſuretur.

RESOLVTIO.

PAſſim a Theologis tres enumerantur menſuræ durationis rerum, videlicet æternitas, æuũ, & tps, q̃ ſic differunt. Æternitas eſt rei oĩno indefectibilis menſura, qualis eſt Deus. Æuũ eñ eſt menſura rei permanentis quidẽ, ſeu quãdiu durat nõ deficientis, defectibile tñ, cuiuſmodi eſt Angelus. Tps autẽ eſt menſura rei formaliter ſucceſſiue, continue deficientis, vt eſt motus, & exiſtentia rerũ corruptibiliũ, & gñabiliũ. Porro menſurare eſt ignotã q̃titatẽ ꝑ notiorẽ demonſtrare, Hoc aũt multifariã fieri põt, Primũ per quantitatẽ exiſtentem in imaginatione tm̃, qũo artifex perfectus domum, & qđcunq; quãtum ſibi obuium ſolet mẽſurare imaginatione, Deinceps menſurat quidpiam per quantitatem exiſtentẽ in re, & hoc trifariã. Prime per quantitatẽ excedentem: Et tũc intellectus certior redditur quantitatis minoris

Menſ... rerum ... ratioN... tres.

Menſ... re qu... ſit.

Menſu... re qa... piam ... tigit ... tiplici...

noris per acceſſum eius, vel receſſum a quãtitate maiori, qũo rerũ quidditates menſurantur, de qua quidem menſura dr̃ ab Ariſtotele, quod in vnoquoque gñe eſt vnum, hoc eſt menſura oĩum aliorum, & ſic albedo eſt menſura oĩum colorũ, ꝑpea ꝙ alios excedit colores in quantitate perfectionis. Et Deus eſt oĩum q̃ ſunt in quocunq; gñe menſura. Secundo per quantitatẽ exceſſam, qñ videlicet minor quantitas eſt notior, & per eius reduplicationẽ mẽſurat̃, quo pacto minor motus maioris motus põt eſſe menſura ex natura rei, vt motus q. fit in hora menſurare põt motũ vnius diei, & motus diei motum mẽſis, &c. Tertio menſurat̃ quañtitas aliqua per aliam quantitatem æqualem notiorem tñ ex natura rei, vel quantum ad nos, & hoc fit per applicationem, ſine ſuppoſitionẽ, & hoc modo tp̃s ſi ponatur alia quantitas a motu, & notior eo põt eſſe menſura motus ex natura rei. Et illud qđ ex natura rei nõ eſt menſura ſi fuerit alicui intellectui notius menſurato, poterit eſſe illis menſura, quo pacto vlna põt eſſe panni menſura. In Angelorum aũt exiſtẽte, cũ nõ ſit põnenda pluralitas ſine neceſſitate, nõ eſt neceſſe ponere aliud quidpiã ab actuali eius exiſtentia, quod ſit illius menſura, hoc eſt, non oportet aſſignare aliquam menſurã intrinſecam aliam a natura rei menſuratæ, quia nihil eſt in ipſo Angelo noti⁹ ſua natura nec abſolutum, nec reſpectiuũ. Nã non expedit in eo ponere aliã relationem ab illa, quæ eſt ad cauſam efficientem, & conſeruantem, veluti ad terminum. Illa autem non diſtinguitur a fundamento. Sed exiſtentia Angeli, & cuiuſlbet æuiterni menſuratur exiſtentia creata ſimpliciſſima, & perfectiſſima, quę ex ratione ſua formali, & in ſe eſt certiſſima, & primo nota naturæ, certiorem intellectũ efficere de alijs: Et hoc mõ eſt vnicum æuum omnium æuiternorum, nempe exiſtentia ſupremi Angeli. Porro ipſo æuo nedum Angeli, ſed & ſubſtantiæ generabiles, & corruptibiles ꝑ ſe menſurantur, licet per accidens (vt puta per quantitatem eas conſequentem) tẽpore mẽſurentur. Tempore ſiquidem non ſolum menſurat̃ motus & quies, verum etiam forma accidentalis, ſecundum quam poteſt eſſe fluxus, hoc eſt, partis poſt partem acquiſitio, vt pote quantitas, vel qualitas: qñquidem eius exiſtentia variabilis eſt, tametſi actu non varietur. Obſerua nihilominus ꝙ quemadmodum tempus ſępiſſime dicit̃ intrinſeca ſucceſſiuæ rei duratio, & ſic quolibet in motu ſuum eſt tempus, nonnunquam vero dicitur duratio mẽſuratiua rei ſucceſſione, & iuxta hanc acceptationem eſt vnum duntaxat tp̃s. quod eſt in primo motu, ſupremi videlicet mobilis. Ita.n. bifariã quoque dici põt, prius exiſtentia, ſeu duratio intrinſeca ęuiterni, & hoc pacto tot ſunt æua qđ æuiterna, cum qđlibet æuiternũ ſuã propriã durationem habeat & exiſtentiam. Deinde enim dr̃ duratio menſuratiua æuiternorũ, q̃ bifariã intelligi valet, vel duratio ſimpliciſſima, & notior ſimpliciter in genere

Met. — *Angelorum men... a. q. 1. 2.*

Pag. 77. — *Subſtãtia oĩs creata æuo menſuratur.* — *Tempus bifariam accipitur. Quæſt. 2.* — *Aeuum dupliciter capitur.*

nete æuiternorum, & hoc modo tantum eſt vnum æuum mẽſuratiuum æuiternorum, nempe exiſtentia, ſeu duratio ſupremi Angeli. Intellige autem vnum ſecundum ſpeciem, quãdoquidem & menſuræ ratio expendi debet ſecundum rationem ſpecificam, veluti albedo ſecundum rationem ſpecificã eſt cæterorum colorum menſura. Vel æuum ſecundo modo acceptum poteſt eſſe quæcunque duratio ſimplicior, & notior reſpectu inferioris, & minus notæ, & hoc modo plura ſunt æua menſuratiua. Nam quælibet exiſtentia æuiterni ſuperioris dici poteſt æuum menſuratiuum reſpectu inferioris. Operationes quoque Angelorum menſurantur æuo, quales ſunt eorum intellectiones, & actus voluntatis, Et in ſumma quæcunque exiſtentia actualis inuariabilis, id eſt, cui repugnat, vt ſecundum ipſam ſit variatio, ſiue fluxus, vel acquiſitio partis, poſt partem menſuratur æuo. quòd hinc conſtat, quia q̃ vniformem manendi modum habent, dum manent, eiuſdem rationis menſuram immorandi habent, licet vnum diutius, quàm aliud permaneat. Atqui Angeli operatio dum manet, vniformem manendi modum cum Angeli exiſtentia habet, licet tãtam durationem non habeat, Quapropter eadẽ menſura, nempe æuo, menſuratur.

Quæſt. 4.

Angelorũ operationes æuo menſurantur.

DISTINCTIONIS II.
Quæſt. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. Pag. 87.

Suntne Angeli in loco?

RESOLVTIO.

TRifariam quidpiã poteſt eſſe in loco, Primo præſentialiter duntaxat, & hoc mõ Deus dr̃ eſſe in loco Secundo præſentialiter, & definitiue, ſic videlicet quod vni ſit præſens loco, ꝙ non alteri, & hoc pacto eſſe in loco Angelis competit. Tertio pręſentialiter, definitiue, & circumſcriptiue, ſiue dimenſionatiue, & occupatiue, & hoc pacto res corporeæ ſunt in loco, non aũt Angeli, cum non ſint quanti. & extenſi. Non põt aũt Angelus eſſe in loco quantumuis magno, ẽt diffinitiue, q̃nquidem hoc infinitã arguit virtutem, & ſoli Deo conuenit, dabilis eſt enim locus quo maiorem propria hr̃e virtute Angelus nequit. An aũt poſſit eſſe in loco quantumuis paruo, ẽt in puncto, variant doctores. Licet autem Angelus diuina virtute in pluribus eſſe locis poſſit ſibi adæquatis, non tamen propria, & naturali virtute. Vñ & Damaſcenus aſſerit ꝙ cum ſunt in cęlo, non ſunt in terra, nec e contrario. Conſimiliter dicendum eſt duos aut plures Angelos diuina potentia poſſe eſſe ſimul in eodem loco proprio. An aũt propria virtute id poſſint dubiũ eſt. Scotus tñ magis fauere dignoſcitur parti affirmatiuæ, pro qua & adduci põt is locus Euangelij, vbi malignus

In loco eſſe contingit trifariam.

Angelus nequit eſſe in loco quantumuis magno, aut paruo.

Quæſt. 6. Pag. 87.

Pag. 66.

Angelus propriã virtute eſſe in pluribus locis nequit.

Quæſt. 7.

angeli plures ſuapte virtute

dē in lo eſſe va nt. ſar.ſ. ec.8. uaſt. 8. ingelus loco ad um mo tur. uaſt. 9. ngelus pria vir e ſeip- m mo- t. p. 10. ngelus mouen in in- nti. 8 Phy & 2. gener. p. 11. ngelus moue- ab ex mo in remū ediate. p. 12.

lignus ſpiritus obſidens corpus cuiuſdam, interrogatus a Chriſto quod illi nomen eſſet. Reſpōdit, Legio mihi nomen eſt, quia multi ſimus. Angelū prætere a de loco ad locū moueri ſatis ſuperque ex ſcripturis ſacris vtriuſque inſtrumenti conſtat, vbi refertur miſſos fuiſſe Angelos ad Patriarchas, Prophetas, virginem Mariam, Ioſephum, & Apoſtolos. Mouet autē ſeipſum Angelus propria virtute, non quidem in inſtanti, ſed in tempore, niſi cum acquirit vltimum, vbi & peruenit ad terminum motus. Nam ꝙ terminus motus non ſtatim inducatur, ex virtutis ipſius mouētis imperfectione prouenit, quæ ſane imperfectio Angelo nequaquam eſt ad ſcribenda, niſi aliqua appareret neceſſitas. Q̄nquidem aſſertore Ariſtotele dignificanda eſt natura, quantū apparentia permittunt. Nequit tñ continue moueri de extremo in extremū mediatum, niſi tranſeūdo per medium. Nā ordo p̄fixus à ſuperiori agente neceſſarius eſt cuicunque agenti inferiori, quando circa huiuſmodi ſic ordinata agit. Inſtantaneè tamē de extremo in extremum immediatum non tranſeundo per medium moueri poteſt. Quinimmo hoc neceſſariū eſt, quandoquidem ſi tranſiret per medium non inſtantaneè, ſed continue moueretur. Prædictis obijcies Philoſophum aſſerentem, indiuiſibile moueri non poſſe. Reſpondetur, Philoſophum loqui de indiuiſibili prędicamēti quantitatis, punctis, quod non mouetur motu locali proprie dicto, per quem videlicet acquirit vbi circumſcriptiue, non autem intelligit de indiuiſibili generis ſubſtantiæ. Obijcies deinde & illud Ariſtotelis, Quòd ſi vacuum eſſet, non fieret in eo motus localis, propterea quòd nulla eſſet reſiſtentia medij, atqui Angelo nullū corporeum reſiſtere poteſt, non igitur continue, & ſucceſſiue mouetur. Reſpondetur, quòd ſucceſſio, ſeu continuitas contingit in motu nedum ex medij reſiſtentia, ſed etiam ex parte ſubiecti, & mobilis, quod non eſt natum ſtatim habere terminum ad quem, & etiam ex parte ipſius termini ad quē, qui non eſt natus ſimul omnino acquiri. Ratiocinaberis pręterea indiuiſibile non poſſe eſſe ſubiectum accidentis diuiſibilis. Angelus antem eſt indiuiſibilis, & motus diuiſibilis, nequit igitur motus eſſe ſubiectum motus, ſeu moueri. Reſpondetur, maiorem illius ratiocinationis veram quidem eſſe de accidente diuiſibili permanente, ideſt habente omnes ſuas partes ſimul, cuiuſmodi eſt albedo & nigredo, non autem de ſucceſſiuo, quod habet eſſe in fieri, vt motus. Obijcies tandem & Auguſtinum aſſerentem de Deo, quòd moueat creaturam corpoream per locum & tempus, ſpiritualem per tempus tantum, ergo negat a ſpirituali motionē per locum, & ex conſequenti diffitetur eſſe in loco. Reſpondetur, hunc locum & omnes authoritates quæ negant angelum eſſe in loco debere accipi, quòd non ſit in loco circumſcriptiue, ſeu occupatiue, & quod non acquirant locum commenſuratiuum ipſis.

ſ w'ſibi m mo- . Phyſic.

4. Phyſic.

Motus a quo habet ſucceſſionem.

Augu. ſuper Gen.

DISTINCTIONIS.III.
Quæſtio.1.2.3.4.5.&6.
Pag. 141.

Quinam ſit indiuiduationis principium.

RESOLVTIO.

Indiuiduationis principiũ.

VArij admodum hac in re fuere doctores, Ocham enim, & cæteri nominales libere profitentur quod quælibet natura ex ſe eſt ſingularis, & indiuidua, ſic qđ non oporteat aliam indiuiduationis quærere cauſam, quã naturam cuiuslibet rei. Nicolaus Bonetus aſſerit quod per actualẽ exiſtentiã ipſius rei, res quælibet ſit indiuidua. Gotfredus per quantitatẽ, Diuus Thomas per materiã. Henricus aũt aſſerit vnamquamque rẽ eſſe indiuiduã. Scotus aũt quod per negationẽ duplicẽ res quęlibet indiuidua & ſingularis conſtituat̃ aſſeuerat, ſeu per ſingularẽ aliquam entitatem poſitiuam determinantẽ per ſe naturã ad ſingularitatẽ, quæ quidẽ entitas differẽtia indiuidualis, ſeu ecceitas (vt loquũtur) nũcupat̃. Hæc aſſertio ſic comprobatur. Nã omnis differentia, differentium reducitur ad aliqua primo diuerſa (alioqui nõ eſſet ſtatus in differentibus) ſed indiuidua eiuſdẽ alicuius ſpeciei differũt ꝓprie, in aliquo.n. conueniunt, in aliquo aũt diſtinguũt̃. habent igit̃ in ſe aliqua primo diuerſa quibus diſtinguunt̃. Illa aũt primo diuerſa nõ ſunt natura huius, & natura illius, nã in natura conueniunt. Ergo prę ter eorum naturas, ſunt in illis

Differentia indiuidualis efficit naturam ſingularem.

aliqua, quibus abinuicem diſtinguũtur, & illa nequeũt eſſe materia, & forma. Nã quę ſunt de quidditate ſpeciei cõſtituũt rem in eſſe indiuidui, alioqui ſpecies ipſa eſſe indiuiduum. Huc accedit quòd in accidentibus nulla ſit materia, inter quæ tñ eſt materia ĩdiuidualis. Quãtitas quoque, aut cætera accidẽtia nequeũt eſſe cauſa indiuiduationis, quandoquidẽ ſubſtãtia eſt prior omni accidente, ergo ſubſtãtia eſt prior hæc & indiuidua, quàm aliquo determinetur accidẽte. Objicies fortaſſe Boetium, qui in libro de Trinitate aſſerit quòd differentiam in numero accidentiũ varietas facit, maxime in loco. Reſpondetur, quod varietas accidentiũ indicat quidem diſtinctionem numeralem, propterea quod eã concomitetur, non tamen illius eſt cauſa. Obijcies deinde & Ariſtotelem dicentem, quod illa ſunt vnum numero, quorum materia eſt vna, vnde conſequitur materiam eſſe cauſam indiuiduationis Reſpõdetur, quòd quemadmodum forma bifariam accipitur: Primo pro forma patris, quomodo dicimus animam eſſe formam corporis. Altero modo pro forma totius quæ eſt ipſa quiditas, quomodo accipitur ab Ariſtotele quinto & ſeptimo Metaphyſic. ſæpiſſime, quo pacto humanitas eſt forma, non alterius partis compoſiti, ſed totius. Non ab informando, ſed a denominando dicitur forma totius. A ſimili & materia cum opponitur relatiue ipſi formæ ex Ariſtotele. Et quot modis dicitur vnum oppoſitorum, tot modis dicatur & reliquum. Bifariam quoque dicitur

Indiuidu[...] tionis cau[...] ſa nõ ſu[...] acccidẽn[...] tia.

Lib. Met[...]

5: Met[...]

Indiuidu[...] tionis ca[...] ſa non e[...] materia[...]

Forma b[...] fariam a[...] cipitur.

2. Phyſi[...]
1. Topic[...]

Materi[...] dupliciter[...] capitur.

citur, Primo enim accipitur pro materia, quæ opponitur formę partis, & hæc eſt materia prima conſtituēs cum forma vnū ens per ſe. Secundo accipitur pro materia, quæ opponitur formæ totius & ipſi quidditati, & hæc materia eſt differentia, ſeu proprietas indiuidualis, & hoc ſecundo modo accipitur illic materia ab Ariſtotele, pro ipſa videlicet differentia indiuiduali, quæ congrue vocatur materia, quatenus conſtituitur in vltimo eſſe ſubijcibili, & materiali. Et obſerua ꝙ quemadmodū genus eſt in potentia ad differentiā ſpecificam, per quā cōtrahitur ad certam ſpeciem, ſic & ſpecies ipſa eſt in potētia ad differentiam indiuidualē, qua ſingularis, & indiuidua efficiī. Quòd ſi inquiras, quænā res ſit indiuidualis, an videlicet ſit materia, vel forma, aut compoſitum. Reſpondetur, quòd nullum eſt iſtorum, ſed vltima (vt aiunt) realitas entis, quod ſane eſt materia, id eſt, ens vel forma, vel compoſitum.

Differentia indiuidualis eſt materia ipſi Ariſtoteli.

DISTINCTIO III. Quæſt. 7. Pag. 177.

Poſſunt ne plures Angeli eiuſdem eſſe ſpeciei.

Resolutio.

Angeli plures sūt in ea ſpē. Cap. 2.

Veritas huius quæſtionis ex Damaſceno in elemētario patet, aſſerente ſcđm vnamquamque ſpeciem Deum feciſſe Angelos: Deinde & ex Auguſtino in Enchiridio dicente: Placuit itaque vniuerſitatis creatori, atque moderatori Deo, vt quoniam non tota multitudo Angelorum Deum deſerendo perierat, illa quæ perierat in perditione perpetua remaneret, q̄ autem cum Deo perſtiterat de ſua certiſſime cognita ſemper futura fęlicitate gauderet. Alia vero creatura rationalis, quę in hominibus erat, qm̄ peccatis atque ſupplicijs & originalibus & proprijs tota perierat ex eius parte reparata, quod Angelicæ ſocietati diabolica illa ruina minuerat ſuppleretur. Ita aūt totalitas, & partialitas in Angelis, non vr̄ eſſe rationabilis, niſi ponaī ꝙ multa ſpecies Angelica quantum ad omnia indiuidua totaliter perierit: Et ita aliqui de quacūque ſpecie corruerunt, & aliqui perſtiterunt: Sunt igitur plures in eadem ſpecie Angeli. Quod & ratione non inconcinna aſtrui valet. Omnis ſi quidē quidditas quantū eſt de ſe, cōicabilis eſt, quia nec ex perfectione ſibi repugnat, (vt de diuina patet eſſentia) nec ex imperfectione. Nam & communicari generabilibus, & corruptibilibus conuenit. Nulla autem eſt natura in numerali identitate cōmunicabilis præter infinitam, & diuinam: Quælibet igitur alia communicabilis eſt cum diſtinctione numerali, ſeu pluribus indiuiduis, ergo quidditati Angelicæ id non repugnat. Præterea, animæ intellectiuæ, licent ſine puræ formæ, diſtinguūtur ñ numero in eadē ſpecie: non igitur repugnat formis ipſis pluribus communicari indiuiduis, nā ſi repugnaret Angelus, ob id ꝙ ſint puræ formæ, eadem rōne, & aīabus repu-

Cap. 28.

2.de Aīa. pugnaret. Obijcies fortaſſe Philoſophum aſſerentē quod multitudo indiuiduorum non eſt niſi propter ſaluandū ſpeciem, atqui in incorruptibilibus natura in vno ſufficiēter ſaluat in diuiduo, non igit ponendi ſunt plures Angeli in eadem ſpecie. Rñdetur, quod ea rō Philoſophi nō eſt præciſa ſeu totalis, ſed præcipua cauſa mutiplicationis indiuiduorū eiuſdē ſpeciei eſt, qa omnis natura qdditatiua (excepta natura infinita) eſt plurificabilis in plura indiuidua. Quod ſi ratiocineris à ſimili ex primo Cœli & mūdi, qđ in corporibus ſupercęleſtibus nō eſt niſi vnū indiuiduū vnius ſpeciei, ſicut vnus Sol, & vna Luna, igit nec in ipſis Angelis. Rñdetur, Philoſophū iō aſſeruiſſe in cęleſtibus corporibus eſſe vnū duntaxat indiuiduū in ſpecie, propterea qđ illud ex tota ſuæ ſpeciei materia actuali, id eſt, exiſtenti & potētiali (id eſt quæ poſſit eſſe) conſtaret. Verū Theologi in hac rō ne non ſubſcribunt Philoſopho, nec ex cōſequenti concluſione, ſi eā intelligat tā de facto, q̄ de poſſibili, vt puta quod natura ſolis de ſe in plura indi uidua nō ſit plurificabilis, q̄uis actu tm̄ ſit in vno indiuiduo.

DISTINCTIO. III.
Quæſtio. VIII. Pag. 183.

Poſt ne Angelus per ſuam eſſentiam ſeipſum cognoſcere.?

RESOLVTIO.

Qvemadmodum aſſerit Diuus Auguſtinus, A cognoſcente, & cognito paritur notitia, intellectus enim & obiectum ſibi debite præſens notitiam comproducūnt. Obiectum autem bifariam potentiæ poteſt eſſe præſens. Primum in ſe, ſeu ꝑ propriam exiſtentiam. Deinde in ſua ſpecie repæſentatiua, quæ in veritate obiecti intellectiui mouet. Quare obiectum in ſe præſens fortius eſt motiuum, quam ſua ſpecies, vnde conſequitur quòd Angelus ſeipſum per ſuam eſſentiam cognoſcat. Nam vbicunque ſunt duo agētia, vnum perfectum, & aliud diminutum reſpectu eiuſdem actus, ſi diminutum actum pro ducere poteſt, & ꝑfectum idē poterit Eſſentia autem Angeli eſt agens & mouens perfectius ipſa ſpecie, ergo cum ſpecies Angeli poſſit eſſe ratio Angelum cognoſcendi, a fortiori & eius eſſentia. Obijcies ex hoc ſubſequi, quod anima noſtra intelligeret ſeipſam, contra Ariſtotelem, dicentem quòd anima non eſt intelligibilis ante intelligere alterius. Reſpondetur, ꝙ anima eſſet ſibijpſi ratio cognoſcendi ſeipſam, ſi nō eſſet impedita pro ſtatu iſto ex connexione intellectus cū phātaſia. propter quod cognitio noſtra a ſenſibilibus incipit. Hæc autem connexio non eſt in ipſis Angelis. Quocirca ſeipſos immediate cognoſcere poſſunt.

Obiectum bifariam ſua ē præſens potentia.

Angelus per ſuam eſſentiam ſeipſū cognoſcit.

Lib. 3. de anima.

Anima immediate ſeipſam cognoſcere nequit.

DI-

DISTINCTIONIS. III.
Quæſt. IX. & X. Pag. 194.

Habet ne Angelus diſtinctam eſſentiæ diuinæ naturalem cognitionem?

RESOLVTIO.

Notitia duplex intuitiua, et abſtractiua.

PRimum omnium hoc obſeruandum eſt, notitiam (quantũ attinet impræſentia) eſſe duplicem, videlicet Intuitiuam, quæ eſt quidditatis rei, ſecundum eius exiſtentiam actualem, ſeu quæ eſt re præſens, quatenus actu exiſtit, Abſtractiuam, quę eſt de quidditate, vt abſtrahit ab actuali exiſtentia, & præſentia, & hæc fit per ſpeciem obiecti repræſentatiuam. Licet igitur Angelus ex puris naturalib⁹ non poſſit habere intuitiuam Dei cognitionem, vt patet Reſol.49.q.2. quarti Sententiarũ, nihilominus cognitionem abſtractiuam naturalem illius habere poteſt; quod hinc manifeſtiſſimum euadit. Poteſt enim habere ſpeciem diſtinctè diuinam eſſentiam ræpræſentantē, licet non repræſentet eam, vt in ſe præſentialiter exiſtentē: Et hanc ſpeciem habuit Angelus ſibi inditam a principio ſuę creationis. Siquidem nulla apparet in hoc repugnantia. Rationi enim eſt conſonũ intellectui Angelico omnem adſcribere perfectionem, quæ creato cõuenit intellectui, modo non ſit repugnantia. Hoc deinde aſtruitur. Nam videns diuinam eſſentiam in raptu, ceſſante viſione obiecti, viſi memoriam habere poteſt, vt patet de Paulo dicente, Scio hominē in Chriſto ante annos 14. &c. Hanc autē memoriam habere nequit, niſi per aliquam ſpeciem talis obiecti repræſentatiuam, & nedum ipſius diuinæ eſſentiæ, habet ſpeciem concretam, ſed etiam ſpecies omnium creatorum diſtinctas, quæ ab aliquibus dicuntur habitus, propterea quod tales habeant rationem formæ permanētis: quod probatur, quia Angelus cognoſcit res ipſas per aliquid, per quod eas cognoſceret, etiam ſi non exiſterent. Nā hoc eſt perfectionis intellectui noſtro, quod habeat naturalem cognitionem non exiſtentium in ſe. Ergo multo magis Angelico conuenit intellectui. Porro huiuſmodi cognitio haberi nequit, niſi per ſpeciem, rem ipſam repræſentantem: Sunt igitur illi tales ſpecies concreatæ.

Angelus [...]ualē notitiam Dei [...]x ſeſe habere poſ[...]it.

Angel⁹ habet cõcreatas ſibi ſpecies rerũ.

Cor. 12.

DISTINCTIO. III.
Quæſt. Vnica. Pag. 215.

Vtrum Angeli proficere poſſint in ſciētia accipiendo aliquam a rebus cognitionem.

RESOLVTIO.

ANgelorũ cognitio duplex paſſim aſſignatur. Veſpertina videlicet, quæ eſt rerum in proprio genere cognitarum: Quæ idcirco veſpertina nũcupatur, quod ſit obſcurior, ſicut veſpera: Et Matutina, quæ eſt cognitio rerum in verbo, quę ratione claritatis, & euidentiæ ſic nuncupatur. Hæc autem cognitio duplex ſecundum Auguſtinũ intelligitur per veſpere, & mane in

Angelorũ cognitio duplex, veſpertina, & matutina.

Cognitio veſpertina.

Cognitio matutina.

Super Geneſim.

Gen. 1. in Geneſi. Ait enim, Cur dies illi ſex, de quibus ibi loquitur ſcriptura non intelliguntur in ſucceſſione temporis, ſed in Angelica cognitione rerum naturalem ordinem habentium: Ita qđ Angelus primo nouit creaturas in verbo: Secundo in genere proprio, & non ibi ſiſtendo rediji ad verbum laudans ipſum ex opere ſuo, ita quod cũ Deus dixit: Fiat lux, nouit ſe Angelus in verbo æterno, cum facta eſt lux: Et cum factum eſt veſpere vidit ſe in genere proprio, & cum factum eſt veſpere & mane dies vnus, ex ſe exurrexit in laudem Dei, in quo vidit ſecundam creaturam, & iſta notitia ſequẽtis creaturæ fuit conſummatio diei præcedentis. Et ſic conſequenter diſtinguit Auguſtinus ſingulos dies vſque ad ſeptimum. Porro notitia matutina eſt duplex, videlicet naturalis, quam per ſpeciem ſibi a principio inditam in verbo habuerunt Angeli, & beatifica, quam habent in verbo intuitiue cognito. Poſterior tamen hæc notitia pp claritatis, & ardoris excellentiã meridiana ſæpius nuncupatur. His preiactis, manifeſtum euadit Angelũ nõ proficere in notitia matutina, quidpiam a rebus accipiendo, ſed a Deo, a quo ſolo eſt hæc notitia, de qua Dionyſius inquit, quod Angeli diuinas illuminationes non accipiunt a rebus, ſed a ſolo Deo. In notitia autẽ veſpertina proficiunt haud dubie Angeli, accipiendo a rebus ipſis notitias quaſdam, Nam tametſi Angelis ſint concretæ ſpecies omnium quidditatum, non tamen omnium ſingularium, cum ſint infinita. Quocirca poteſt Angelus ſpecies ſingularium, per intellectum agẽtem in ſe acquirere, & in intellectu potentiali recipere. Deinde poteſt acquirere cognitionem ipſorum ſingularium, & actualis eorundem exiſtentiæ, ac accidentium, quæ exiſtentiã conſequuntur. Per quidditates enim vniuerſales non poteſt cognoſci concluſio contingens, qualis eſt actualis creaturæ exiſtentia. Proficiunt quoque quantum ad cognitionem intuitiuam, quæ requirit obiectum in actuali exiſtentia præſens. Quandoquidem hæc notitia in verbo haberi nequit. Nã Angelus non habet naturaliter intuitiuam verbi notitiam, ſed abſtractiuam duntaxat. Aduerſus prædicta ratiocinaberis, quod oporteat receptum denudatum eſſe a toto genere receptibilis ex Philoſopho, atqui Angelus non denudatur a ſpeciebus, quinimo plenus eſt illis, vt habetur in lib. de cauſis, propoſitione decima, vbi dicitur, quod omnis intelligentia eſt plena formis. Reſpondetur, Angelum quidem plenum eſſe formis, ſeu ſpeciebus vniuerſalibus, non autem ſingularibus, ſed ſpeciebus repręſentantibus ipſa ſingularia diſtincte. Deinde ſi obijcies Auguſtinũ, qui inquit, agens eſſe præſtantius, patiente, ſed corpus ſpiritu nõ eſt præſtantius, vt aſſerit idem, igitur in ſpiritũ agere nequit: Et ex conſquenti a rebus Angelus accipere cognitionem nequit. Reſpondetur, aſſertionem quidem Auguſtini veriſſimã eſſe, de agente totali, & principali, cuiuſmodi non eſt corpus reſpectu ſpeciei intelligibilis in in-

Notitia matutina duplex.

Lib. de Angelic. Hierarchia.

Angelis notitia matutina non accreſcit ab ipſis rebus.

Ang[...] quorum notitiã [...] quirere [...] ſunt.

2. de [...]

12. ſu[...] Gen. a[...] teram.

intellectu Angelico producendæ, immo principalior cauſa eſt ipſius Angeli intellectus. Præterea, adferes Dionyſiū aſſerentē ꝙ Angeli non congregant diuinas illuminationes, vel notitiam diuinam ex rebus ſenſibilibus. Cōcedo quidem, ꝙ huiuſmodi illuminationes diuinam notitiam ex ſenſibilibus non acquirunt, quia illā à ſolo Deo habent. Aliam nihilo ſecius notitiam ex ſenſibilibus hr̄e pn̄t. Poſtremo argumentaberis, Angelus eſt medium inter Deū & hoīem, vel animā, atqui Deus non intelligit ꝑ aliquas ſpecies, anima aūt intelligit per ſpecies receptas a rebus ſenſibilibus, & intelligentibus, igitur Angelus medio modo intelligit, vt puta per ſpecies non acceptas ab aliis rebus, ſed ſibi concreatas. Is aūt modus arguēdi patet per Philoſophū, & Richardum Reſpondetur, ꝙ Angelus habet haud dubie cognitionem aliquā, nempe vniuerſalium, quàm a rebus non recipit, in qua & ab anima differt, & aliquam in qua cū anima conuenit, vt eam quam a rebus ipſis mendicat.

[margin:] ..Ang. ..erar. — ..ib. 1. de ..ner. & ..rrupt. ..ib. 1. de ..rs.

DISTINCTIO. IIII.

Quæſt. Vnica. Pag. 223.

Inter bonorum creationem Angelorum, & eorundem beatitudinem an aliqua interfuerit mora.

RESOLVTIO.

[margin:] Mora inter Angelorū creatione, & beatitudinem.

Variāt proculdubio Theologi hac in parte, atqui cū ſit veriſimile primū totā moram, ſeu ſpatium in quo fuerunt viatores, fuiſſe eis æqualem quemadmodum & ipſis hominibus. Deinde ꝙ in eodem inſtanti, & boni meruerint, & mali demeruerint. Poſtremo quòd omnes fuerint creati vniformes, nempe omnes in puris naturalibus, vel in gratia, conſequens eſt aſſignare ſaltem tres moras, in quarū prima omnes fuerūt in gratia, in ſecunda boni meruerunt, & mali peccauerūt, in tertia oēs in termino, vt puta boni beati, & mali miſeri. Aut ſi volueris dicere ꝙ fuerint conditi in puris naturalibus, operæ ꝑ tiū erit quatuor aſſignare moras, in quarū prima oēs extitere in puris naturalibus, in ſecūda oēs in gratia, & in eadē boni meruerunt, & mali peccauerūt, in tertia boni perſeuerauerunt in bono, & mali in malo, in quarta oēs fuere in termino; veruntamen mitte arcana Dei, ne decipiaris. Quales verò fuerint iſtæ moræ, vt puta inſtantaneæ, vel tēporariæ, veriſimilius eſt eas aſſerere fuiſſe temporarias. Nā mali peccauerunt pluribus peccatis diuerſæ ſpeciei, videlicet inuidia, odio, ſuperbia &c. vt ait Auguſtinus. Hos autem actus nequiuerunt omnes ſimul habere. In ſuper prælium illud bonorum aduerſus malos, cuius meminit Ioannes, factū eſt prælium magnū &c. (Quod quidem prælium nihil aliud fuit, quàm ꝙ malorum peccatum fuit incentiuum tentationis in bonis, qui tentationem vicerunt) non potuit, niſi in tempore fieri: Oportuit, ſiquidem prius malos peccare, quàm eorum peccatū bonos allexerit ad conſenſum.

[margin:] Tom. 3. de geneſ. ad literā c. 14. et 15. Apoc. 12

DISTINCTIONIS. V. Quæſt.I. Pag.223.

Vtrum boni Angeli prius beatitudinem meruerint quam eam acceperint.

RESOLVTIO.

Angeli beatitudinem meruerunt.

TAmetſi Magiſter ſententiarum aſſeueret Angelos pri' donatos beatitudine, quam eandem meruerint, & ꝙ poſtmodũ p obſequia hominibus impenſa eã mereantur, veluti cũ perferunt orationes noſtras corã domino: Item cum liberarunt Petrũ a vinculis. Dum prçliabãtur olim pro populo Dei &c. Nihilominus Theologi libere profitentur Angelos prius meruiſſe beatitudinẽ, quam eam habuerint: Ait.n. Auguſtinus, Angeli ſancti qui pſtiterunt, meruerunt illius vitæ mercedẽ recipere, atqui non meruerunt illud recipere, poſteaquam receperunt, igitur prius meruerunt. Adde ꝙ diſpoſitio debeat præcedere illud ad qđ diſponit (perinde ac via terminũ ipſum pcedit.) At meritũ eſt diſpõ, & via ad beatitudinẽ (vt patet de laborantibus in vinea, qui poſt laborẽ diurnum veſperi mercedẽ receperunt) idcirco meritũ pcedit præmium. Quod ſi dixeris, pleroſq; Angelorũ donatos fuiſſe maiori beatitudine, quã multi mortaliũ, ꝗ non potuerunt in tam breui tpe mereri, homo.n.eſt viator longo tpe, & exercet multa bona opera, & difficilia. Rñdetur, ꝙ maximũ meritum fuit Angelorum in actu interiori, qñ placuit eis diuinum conſiliũ ſuper incarnatione verbi diuini, & ſeſe ſubmiſerũt libere Chriſto homini illis pſtenſo, ſeſe oĩno conuertendo ad Deum ipſum, quando mali ab eo auerſi ſunt p ſuperbiam. In ſuper placuit eis decretum, & ordinatio diuina ſup eorũ conditione facta, nẽpe ꝙ miniſtrarent hominibus iuxta illud Apoſtoli: Nonne omnes ſunt &c. Ex exhibuerũt ſe naturæ humanæ, ſeu hominibus ipſis pro voluntate diuina obſecuturos. Vt autem quiſpiam plurimum mereri poſſit non requiritur multitudo meritorũ, ſed multo magis deſideratur vnũ meritũ intenſum, ꝗ decem millia remiſſa. Vnde illud: Dimiſſa ſunt &c. Et hoc patet ex Euangelio in vidua dante duo minuta. Porro Angeli conuerterunt ſe ad Deũ actu intenſiori, ꝗ homo naturaliter poſſit, ꝓpterea ꝙ naturalia intellectus, & voluntatis eorum, ſunt noſtris perfectiora: ſcđm illud Pſalmiſtæ: Minuiſti eum paulominus &c. Quantum vero attinet ad operis difficultatem, & hæc ſæpius accidit ex inclinatione voluntatis ad oppoſitũ, vt in nobis, iuxta illud Pauli: Inuenio aliã legẽ &c. & illud eiuſdẽ: Caro concupiſcit, &c. Itẽ corpus qđ corrumpitur &c. hoc modo non fuit in Angelis. Nonnunquã vero cõtingit difficultas hmõi in opere, propterea ꝙ obiectũ in quod fertur ipſa creatura rationalis excedit ipſius naturam. Et hoc modo beatitudinis conſecutio & difficilis & laudabilis fuit in Angelis, quia obiectum ipſius, nempe Deus eorum naturam haud dubie excedit.

Tob. 12. Actuũ. 12 de correc. & gratia. Matt. 20 Heb. 1. In mer... quid p... ſtet. Luc. 7 Ma. 12 Luca 21 Rom 7 Galat. 5

DISTINCTIONIS. V. Quæſt.II. Pag.230.

Vtrum Angeli boni fuerint in primo inſtanti creationis ſuæ beati, & Angeli mali miſeri.

RESOLVTIO.

Angeli quãdo fuerint beati, vel miſeri. BOni Angeli in primo inſtanti ſuæ creationis potuerũt beati eſſe. Nã cũ fœlicitas ipſa à Deo donetur, potuit illam eis, cũ voluit, conferre. *Lib. 3. de lib. arb.* Oĩa.n. quęcunque voluit fecit in cœlo, & *Rom. 6.* in terra. Mali quoq; ſimiliter miſeri eſſe potuerunt miſeria pœnæ, pp eandẽ rationẽ. Vnde Auguſtinus: Si Deus ab initio feciſſet hominẽ in pœna, non eſſet pp hoc vituperãdus Deus, nec iniuſtus, quia poteſt figulus ex eadem luti maſſa vnum vas in honorem facere, & aliud in contumeliam. Quantũ attinet ad miſeriam culpæ, negat Beatus Thomas, Angelos in primo ſuæ creationis inſtanti peccare potuiſſe, quia tale peccatũ, inquit, imputatũ fuiſſet creatori Deo, cuius ipſe nequit eſſe author. Nihilominus hęc rõ nõ id aſtruit, quia defectus ſecundæ cauſæ non aſcribitur primę cauſæ Deo. Doctor oppoſitũ tutatur, propterea ꝙ non ſit neceſſe cauſam pcedere effectũ tẽpore, ſufficit ſiquidem ꝙ pręcedat natura, vt patet de ſole, & *Li. 11. de ciu. c. 13.* eius claritate. Huc accedit Auguſtinus dicens, qui dicunt Angelos a principio fuiſſe malos, non ſentiũt cũ Manichæis, qui ponebant vnum Deũ malũ eſſe cauſam mali, & alterũ cauſam boni, vnde ſubſequitur, ꝙ licet fuiſſent a principio mali, eorum malitia non redundaſſet in Deum, idcirco potuerunt in primo inſtanti peccare, quia habebant voluntatem perfectam, & non determinabantur ad bene agendum, quare poterant tunc peccare. De facto autem dicitur primum, quòd mali nunquam fuerunt beati. Deinde ꝙ ipſi non fuerunt miſeri in primo inſtanti ſuæ creationis, nec boni beati, ſed fuit aliquod interſtitium.

DISTINCTIO. VI. Quæſt.I. Pag.239.

An potuerit malus Angelus Dei æqualitatem appetere.

RESOLVTIO.

TAnta facultate donata eſt creaturæ rõnalis libertas, vt potuerit Lucifer Dei ęqualitatẽ *Lucifer appetijt Dei æqualitatem.* (& ſi beatus Thomas aduerſetur) appetere, is enim aſſertore Iſidoro, poſtquã creatus eſt, eminentiã naturæ & profunditatẽ *Lib. 1. de ſummo bono. c. 25.* ſcientiæ ſuę perpendens, in ſuũ creatorẽ ſuperbiuit, in tm̃, ꝙ ẽt Deo ſe æquare voluit, vt ĩ Eſaia *Eſa. 14. c.* dr̃: Aſcendam in cęlũ &c. Similis quidẽ Deo eſſe voluit, nõ per imitationẽ, ſed per æqualitatẽ potentiæ: & licet hoc eſſet Angelo impoſſibile, nihilominus poterat id velle, cũ volũtas ſit impoſſibiliũ (intellige per actũ collatiuũ) Sicut & intellectus actu cõparatiuo poteſt impoſſibile intelligere, vt hoĩem eſſe aſinũ, & voluntas cõſimiliter id velle ſcd̃m Philoſophũ, *Lib. 3. Ethic.* & Damaſcenũ. Ad hęc volũtas po-

poteſt vti fruendis, & frui vtendis ſcd̃m Auguſtinum. Igitur poteſt frui ſe,& ex conſequenti ſibi appetere tm̃ bonũ, quantũ ſummo bono,hoc autem eſt ęqualitas diuina,ergo eã malus Angelus deſiderare ſibiipſi potuit. Et quãuis intellectus nequiuerit præoſtendere voluntate id eſſe appetẽdũ, quia erraſſet,& ita pęna, nempe talis error,fuiſſet ante peccatum, Potuit nihilominus voluntas præoſtenſis extremis ſimpliciter, eadem ad inuicem componere intellectu non componere.

DICTINCTIO. VI. Quæſt. II. Pag. 243.

Fuitne primum Angeli mali peccatum Superbia.

RESOLVTIO.

Angeli mali primum peccatum.

DVo hac in re veniũt obſeruanda. Primũ, quænã fuit in Angelo peccãte malitia. Deinde cuius generis peccatorum, ſeu ſpeciei eſſet hæc malitia. Et q. dem quantum ad primum. Primus actus inordinatus mali Angeli fuit actus amicitiæ quo ſeipſum dilexit, adeo vt neglexerit Dei conſilium, & præceptũ. Hoc aũt aſtruitur per beatum Auguſtinũ dicentẽ, ꝙ duo amores fecerũt duas ciuitates, ciuitatẽ Dei,amor De[i], vſq; ad cõtẽptũ ſui, & ciuitatẽ diaboli,amor ſui vſq; ad contẽptum Dei. Scd̃s act⁹ deordinatus fuit actus cõcupiſcentiæ,quo quidẽ cõcupiuit primo ipſam beatitudinẽ affectione cõmodi immoderate, tanꝙ ſummũ delectabile ſibi cõueniẽs,& hoc ipsũ trĩfariã contingere potuit, primo expetẽdo eã intẽſius, & maiori cũ conatu ꝙ par eſſet & ſibi cõueniret, vt puta magis appetendo ſibi beatitudinẽ, quatenus erat ſibi bona, & commoda, ꝙ amando illud bonũ in ſe,inquãtũ videlicet eſt tale bonũ in ſe perfectũ,aut plus deſiderãdo tale bonũ ſibiipſi ꝙ Deo, & in sũma hoc eſt ſumma voluntatis peruerſitas,quæ eſt vti ftuẽdis, & frui vtẽdis,ſecũdũ Aug.Deinde potuit peccare volens beatitudinẽ ſtatim,& citius,ꝙ ſibi cõueniret, quia non decreuerat Deus eam concedere ante moram viæ.Hoc modo deliquerũt beatus Petrus in trãsfiguratione, & filij Zebedei. Poſtremo fieri potuit,vt appetierit beatitudinẽ ex naturalibus nõ gratioſe & ex meritis,ſicut decretũ erat à Deo illã cõferre:Et ſic appetijt eã aliterꝙ ſibi cõgrueret. Aliquo igitur horũ triũ modorũ veriſimile eſt Luciferũ deliquiſſe,& cõplices illius, qa volũtas ſua libertate, vel iuſtitia infuſa quæ eſt gratia, ſi habent, vel iuſtitia acquiſita, debebat moderari affectionẽ commodi, quantũ ad iſtas circũſtantias, vt minus deſideraſſet ſibi beatitudinem, ꝙ Deo, & tẽpore à Deo ordinato,ac ex meritis, ob quæ Deus eã dare ſtatuerit. Quantũ attinet ad ſcd̃m,nẽpe cuius generis peccatorũ fuerit hæc angelorũ malitia,profecto primũ illorũ peccatũ,quo ſe dilexerũt immoderate amore amicitiæ, fuit luxuria. Nã quemadmodũ amor inordinatus, quo quiſpiã alium diligit, reducitur ad luxuriam: Sic & immoderatus ſuiipſius amor.Deinde & actus inor-

Lib. 4. de Tri. c. 28.

83. quæſt. quaſt. 30.

Matth. 17.

Matth. 20.

inordinatus, quo concupierunt ſibi beatitudinē, proprie quoque luxuria dr̄. Nam tametſi proprie luxuria ſit in actibus carnis, tamen omne delectabile, immoderate appetitum, inquantum delectabile, poteſt dici luxuria, niſi fuerit excellentia appetita, qualis nō erat iſta beatitudinis appetitio. Deinceps quoque peccauit ſuperbia volens alijs præeſſe. Primū quoque illius peccatum dici poteſt ſuperbia, laxato vocabulo (ſed non proprie) Iuxta illud Augustini, Malæ voluntatis initium quid potuit eſſe, niſi ſuperbia, & probat per illud Salomonis, Initium omnis peccati ſuperbia. Eodem quoque capite elationis vicium maxime in diabolo damnari ſacris literis edocetur. Poſtremo cū noluit beatitudinem ſibi minus, quā ipſi Deo, aut noluit expectare eam vſque ad terminum viæ, vel cū noluit eam ex meritis habere ſed ex ſe, hic contemptus ad irā uel inuidiam pertinet.

Lib. 14 de ciu. c. 14. Eccleſi. c. 10.

DISTINCTIO. VII. Quæſt. Vnica. Pag. 254.

Vtrum malus Angelus velit neceſſario male.

RESOLVTIO.

QVo plenius ſtatum Angeli mali explicemus, obſeruandum eſt, p̄ter bonitatem naturalē (quam aut entitatiuam actus ipſius voluntatis) q̄ competit ipſi actui, & cuilibet enti poſitiuo, quatenus eſt ens, & ſecundum gradum ſuæ entitatis, ſeu perfectionis naturalis magis, & minus, eſſe triplicem bonitatem in ipſis actibus humanis. Prima bonitas eſt ex genere, ſiue obiecto, cum videlicet obiectum eſt actui conueniens ſecundum dictamen rōnis, vt dare eleemoſynam. Secunda bonitas ex circunſtantia, (quam moralem vocant) cū videlicet voluntas elicit actū vna cū debitis circunſtantijs), de qua & Dionyſius, Bonum eſt ex integra cā, vt dare eleemoſynam indicenti ex proprio pp Deū &c. Tertia bonitas meritoria, cum videlicet actus veſtitus duplici p̄dicta bonitate elicitur ex gratia, quæ reddit hominē, & eius opera Deo grata, Iuxta illud, Reſpexit Dominus ad Abel &c. vt cum iuſtus dat eleemoſinā, ieiunat &c. Huic autem bonitati triplex e diametro reſpondet malitia eiſdem nominib. nuncupata, & per oppoſitum directa. Vt exemplo id commonſtremus, in odio Dei eſt malitia ex genere, cum quis dat eleemoſynam ob vanam gloriam; malitia ex circunſtantia, cum occidit, furatur &c. malitia demeritoria. Porro inter bonitatem, & malitiam primo modo acceptam non eſt actus neuter, ſeu indifferens, ſed bū in alijs, dare. n. eleemoſynā ſimpliciter, nec bonū, aut malū moraliter. Itē, exiſtens in mortali, & venerans parentes, nec merēt proprie aut demerēt. Cum igit dr̄, Angelū malū non poſſe bonum elicere actum, de hac triplici bonitate accipi valet dictum, bonum primo mō, nempe ex genere, habere nihil vetat, vt cum diligit ſe, aut pœnā odit. Mereri aūt, vbi eſt boni-

Bonitas actuū quotuplex.

Lib. 4. de di. nom.

Geneſ. 4.

Malitia actus quotuplex.

Angelus malus an bene velit.

tas tertio modo) nequit. Nam tametſi liberum habeat arbitriũ, qđ eſt vna cã actus meritorij, tñ priuat̃ altera cã, quę eſt p̄cipua, nempe gr̃a, quam ex ſe ipſo, cum gratiam, & gloriã donet Deus, adſequi nequit. Exẽplum deſume ab eo qui eſſet in tenebris, hic enim licet acutioris ſit viſus, defectu tñ luminis videre nequiret, nec impedimentum remouere. Eodem modo ſeſe habet malus Angelus, qui in potentia propinqua mereri nequit, licet in potẽtia remota poſſit. Hæc vero ĩpoſſibilitas, non eſt ex repugnantia intrinſeca extremorum, qualis eſt in hac complexione, Homo eſt irrõnalis, ſed eſt ab aliquo extrĩſeco, vt puta ab ipſo Deo, qui ordinata ſua potentia illi gr̃am conferre nequit, quamuis abſoluta poſſit. Sic eñ ipſe ſtatuit, vbicunq; ceciderit lignũ &c. & apud Iſaiã, Ignis eorũ non extinguet̃, & apud Matthæũ, Ibunt ij in ſuppliciũ &c. His conſentit Auguſtinus. Inſuper tametſi naturalia cacodæmonis perfectiora ſint naturalibus hominis, nihilominus ad gr̃am obtinendam ſeſe quadãtenus diſponere nequit, quod tamen homo dum eſt in via poteſt. In cauſa eſt, quia Deus, non concurrit cum illo, concurrit autem cum iſto: Ex quo facile eſt colligere cauſam malitiæ & obſtinationis eorũ eſſe malam ipſorum voluntatem, qua continue male volunt, Iuxta illud, Superbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper. Deinde & Dei derelictionem, qui diſpoſuit eis gratiam non conferre quantum ad actum bonũ moraliter, licet habita ratione naturalium ipſorum, videatur eos ſic poſſe bene agere, tamen veriſimilius eſt oppoſitum ob vehementem eorum malitiã, quam potius inſequitur quàm naturam ipſam: Actum tamen ex genere bonum, & nullis viciatum malis circunſtantijs habere eſt probabile.

Eccle. 11.
Iſaia vlt. c.
Mat. 25. lib. 21. de ciu. c. 23. & 24.
Dæmones nequeunt ad gratiã ſe diſponere.
Ioan. 15.

DISTINCTIO. VIII.
Quæſt. Vnica. Pag. 271.

Poteſtne Angelus corpus, in quo vitæ opera exerceat, aſſumere?

RESOLVTIO.

ANgelum quidẽ corpus aſſumere, nõ eſt eidem per informationem aut hypoſtatice vniri, ſed duntaxat eſſe intrinſecũ talis corporis motorem, & eodẽ veluti inſtrumẽto, aut organo ad explendas quaſdam operationes vti, vt pote ad ſeipſos manifeſtandos, & ipſos lætificãdos, ſiue confortandos. Aſſumit autem non cœleſte corpus, aut elementare (quia in illis non poſſet videri) cum non habeat quatuor primas qualitates; quę præexiguntur alijs accidentibus, ſed aſſumit corpus mixtũ prius a natura, quale eſt cadauer hominis, aut lapis. Quòd ſi formet recenter corpus aliqđ, ſicuti fecit Raphael, illud format ex aere vaporabili, & non eſt tunc huiuſmodi perfecte mixtum. Non enim poſſet Angelus ſtatim formam talem in materiam inducere, quinimo nec formã inducere valet, ſed ſolum elementa actiua & paſſiua debite approximare cœleſtibus

Angelus quo, & quale corpus aſſumat.

ſtibus corporibus, vt inducatur forma particularis, qualis nata eſt induci a talibus agentibus, idque virtute cęli ipſorũque inuiſibilium. Propterea quod tale corpus nõ ſit perfecte mixtum hinc apparet, quia cum diſparet, nihil eius (in quo reſolutum fuerit) remanet, Ideo aſſimilatur impreſſioni imperfecte mixtæ. Quid porro poſſit Angelus in tali corpore operari, perſcrutandum venit. Primum enim poteſt tale corpus mouere ſecundum locum, mẽbra queque, vt manus & palpebras &c. agitare, & omnia agere, quæ anima, vt nutrix in corpore ſuo operatur, non autem ea quæ operatur tanquam forma, ſeu perfectio corporis: quare nequit operationes proprias ipſorũ ſenſuum exercere, quales ſunt audire, & videre, &c. Licet enim ipſa obiecta intellectu apprehendat, non tamen ſenſibus: Ipſa tamen apprehenſa formando verba exprimere poteſt. Deinde quantum ad actus vegetatiuæ, profecto non competunt illi ſecundum propriam rationem, fieri ſiquidem nequit, vt ibi ſit nutritio, augmentatio, aut generatio proprie dicta, quia hæc animato corpori, & plene mixto ſolum competunt. Comedere quidem, ſeu cibum ſecare (quod præcedit nutritionẽ) valet, & in ventrem traijcere, qui cibus poſtea in humores, vel elementa exhalari poteſt, & reſolui. Inſuper poteſt incubus, & ſuccubus eſſe, quomodo fertur Merlinum fuiſſe propagatum.

Angelus aſſumpto corpore quid agere poteſt.

DISTINCTIONIS XI.
Quęſt. 1. Pag. 274.

An Angelum poſſit alloqui Angelus.

RESOLVTIO.

ANgelus Angelum alloquitur, cũ in eius intellectu producit immediate ſpeciem intelligibilem, aut conceptum obiecti, cuius eum certiorem reddere vult. Aut vtranque, ſpeciem videlicet & notitiam, ſeu actum intelligendi: Et tunc Angelus hæc in ſe reſpicens audire dicitur, quia in hoc actu ſe habet mere paſſiue, & nullo modo actiue. Cũ videt quidpiam in verbo, aut in genere proprio, aut per ſpeciem concretam, vel acquiſitam, non dicitur tunc audire. Sed qui fieri poteſt, vt vni loquatur, non autem alteri? hoc vtique pacto, Siquidem, quemadmodum ſubeſt voluntatis facultati ipſius Angeli, vt conuertat proprium intellectum ad conſiderandum vnam ſpeciẽ obiecti, quam habet in memoria, vel aliam, & ſi haberet plures intellectus poſſet vni imperare, vt ſe ad illam cõuerteret, & non alteri, ſic poteſt reſpectu aliorũ Angelorum intellectui videlicet vnius imprimere ſuum conceptum, nõ intellectui alterius. Sed quot poſſint ſimul loqui, Deus nouit.

Angelus quõ Angelum alloquitur.

DISTINCTIONIS. IX.
Quæſt. II. Pag. 274.

Poteſt ne inferiorem Angelum ſuperior illumenare?

RESOLVTIO.

Angelus qualiter Angelum illuminat

IN confeſſo eſt omnibus Theologis ſuperiores Angelos inferiores illuminare, Dionyſio & Damaſceno conteſtantib. Id aũt fit cũ ſuperior reuelati ſibi arcani diuini conceptũ in inferiore cãt. Regulariter n. Deus ſecreta ſua ſuperiorib· indicat Angelis,& ipſi inferiorib. Potẽtia tñ abſoluta reuelare poſſet inferioribus,& illi poſtea ſuperiores poſſent illuminare. Sed non eſt veriſimile ita fieri. Nã Deus ordinate ſuas diſtribuit illuminationes.ſicut diſtribuit Angelos in ſuis ordinibus,primo illuminando ſuperiores,deinde inferiores.

DISTINCTIONIS. X.
Queſt. Vnica. Pag. 299.

Mittuntur ne omnes cœleſtes Spiritus?

RESOLVTIO.

Dan. 7. Lib. de Hierar.

VAriant proculdubio ĩ hac re Theologi, quibuſdam colligentibus ex illo Danielis, Millia milliũ,&c Et Dionyſij, Superiora illa agmina ab intimis nunquã recedunt, qñ ea q̃ p̃eminent vſum exterioris officij nunq̃ hñt, ſpiritus ſuperiores nunquã mitti, Alijs contra oẽs mitti aſſeuerantibus, quod & vero ſimilius & ſacris lr̃is magis eſt conſonũ. Ait n. Iſaias, Et volauit ad me vnus de Seraphim: Et Apoſtolꝰ, oẽs ſunt amminiſtratorij ſpiritus,&c Inſuper Chriſti incarnationẽ ignorarunt multi Angelorũ, priuſq̃ Chriſtus reparationẽ humani gñis abſoluiſſet, vñ dicebant apud Iſaiam, Quis eſt,&cæt. Et apud Pſalmiſtam, Quis eſt iſte Rex gloriæ? Quinimo Apoſtolus libere profitet̃ hanc Dei diſpoſitionẽ illis ꝑ Apoſtolorum p̃dicationẽ plenius innotuiſſe, ac pleroſq; eiuſdem effectus: Cuiuſmodi fuit gentium vocatio. Ait. n. vt innoteſcat principib. &c. In quẽ locũ Hieronymus Angelicas p̃tãtes, vel dignitates p̃fatum dicit myſterium incarnationis ad plenũ neſciſſe, donec completa eſſet paſſio Chriſti,& Apoſtolorũ p̃dicatio fuiſſet gentibus diuulgata. Qđ tñ vſq; tunc non latuit maiores, ſecundũ Auguſtinum ibidẽ dicentem, Conſtat autẽ quòd Angelum miſſum ad beatam virginem ad hoc nuntiandum non latuit. Quare ille cui hoc patuit erat de ſuperioribus, & non de infimis, quot latuit illud ſacrũ myſterium. Ad illud igit̃ Danielis & Dionyſii, dicendum ſuperiores ſpiritus in ſcriptura diuina Deo aſſiſtere, & ab intimis nunquam diſcedere, non quin aliqñ mittantur, ſed quia rariſſime ad exteriora prodeunt, & niſi cã extra cõmunem diſpenſationem oborta, ob videlicet myſterij explẽdi dignitatem, cuiuſmodi fuit verbi incarnatio. Neque tunc ab intimis recedunt, ſed Dei potentiæ,& contẽplationi ſemper

Iſa. 6. Heb. 1. Iſa. 63. Pſal. 23. Dani. 7. In Hierarchia.

per aſſiſtunt, quod ēt faciunt qui frequenter mittuntur, Vnde apud Tobiã, Ego enim ſum Raphael vnus de ſeptem, qui aſtamus ante Dominum. Et apud Matthæum, Angeli eorum ſemper vident &c Inferiores vero dñr mitti, ppea ꝙ ſæpius & quaſi ex officio iniuncto mittant: Vñ & nomenclaturam Angeli, hoc eſt miſſi ab Angelo, merito ſortiti ſunt. Ad de ꝙ & bifariam cœleſtes illi ſpiritus mitti dñr, nēpe intra, & extra (ſic enim loquunt) Prima miſſio abſque motu fit, cũ Angelus Angelum illuminat, Altera vero cum motu, vt puta cum ad nos mittuntur. Deus, n. vt in pluribus arcana ſua ſuperioribus reuelat, illi vero inferioribus, qui deinde ad ea hominib. explicanda demittunt. Quocirca licet miſſione exteriori paſſim non oẽs mittantur, mittunt tñ interiori, & nobis oẽs miniſtrant ex conſilio diuino, & maxima Dei erga hominem charitate. Hoc igit pacto facile ſcripturæ conciliabis locos pugnantia ptendentes.

Tob. 12.

Matt. 18.

DISTINCTIONIS XI, Quæſt. Vnica. Pag 300.

Angelus hominem cuſtodiens poteſt ne aliquid in eiuſdem intellectu producere.

RESOLVTIO.

ANgelos bonos deputari ad hominum cuſtodiam, ſatis ſuperq; innuit Chriſtus dicens, Angeli eorum &cætc. In quem locum Hieronymus, Magna dignitas animarum eſt, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiam ſui Angelum delegatum. Eiuſdem quoque ſententiæ eſt Diuus Gregorius. Ait quoque Pſalmiſta, Angelis ſuis &c. Quid autem poſſit in intellectu hominis efficere, diligentius eſt perſcrutandum. Nequit plane ſpeciem intelligibilem, aut rei notitiam imprimere, propterea quòd homo pro ſtatu hoc naturæ lapſæ hæc ab Angelo immediate recipere nequeat, propter ordinem potentiarum ob quē neceſſarium eſt intelligentem phantaſmata ſpeculari. Sicut enim ſenſus moueri nequit niſi a ſenſibili, ſic nec intellectus, niſi a phantaſmate primo mouetur nunc. Quocirca ad conſiderationem obiecti pure intellectualis, quale eſt Deus, rapi nequit homo ipſe, niſi a Deo, quo modo Paulus fuit raptus. Vnde diabolus nequit hominem rapere, niſi ad fortem imaginationem obiecti materialis. Et homo per aſſuetudinem rapi poteſt ad viſionem imaginariam, & intellectionē concomitantem illam imaginariam, poteſt tamen diſponere orationibus, & contemplationibus, ſicut Diuus Petrus & B. Franciſcus, & B Bernardus &cæt. ac illo raptu imaginario quo quietatur homo ab omnibus extrinſecis, & actibus ſenſitiuis, vt Deus animum ſic tranquillum ad intellectualem rapiat viſionem. Quid igit Angelus in hominis intellectu poteſt efficere? Cum aſtruat Diuus Dionyſius reuelationes fieri hominibus per Angelos,

Angelus quid in intellectu hominis efficiat.

Matt. 18.

Pſal. 90.

2. Cor. 12.

Act. 10.

Lib. 4. cœleſtis Hierar.

los, idque proprium ſit, cum ex veteri, tum ex nouo inſtrumēto manifeſtū euadit, Angelum hominem inſtruere poſſe, ſicut alius homo id faceret, & adhuc perfectius. Quonam pacto? primum in corpore humano aſſumpto, exprimēdo conceptus per voces, & terminos, ſicut Gabriel virginē īſtruxit, Raphael Tobiā: Aut ſeruando vocē in aere, aut in alio corpore, nō humano, vt Angelus qui dabat legē Moyſi, & qui apparuit Balaam. Deinceps pōt res naturales ſenſibus obijcere, ex quib. cognoſcet homo quidnā ſit futurum, & hoc modo ſæpius inſtruebantur Prophetæ olim, vt Hieremias videns virgam vigilantem, ollā ſuccenſam, & Daniel videns quatuor beſtias &c. Ezechiel videns rotas. Sed q̄d pōt in phantaſia? Profecto phātaſma nouum abſque naturali cauſa, hoc eſt obiecto, producere nequit, nec ipſe phantaſmata ex ſenſu cōi vnius hominis in alterius ſenſum transferre poteſt. Circa vero phantaſiam eiuſdem hominis id pōt, videlicet amouere impedimētum, vt puta ſi perturbatio humorū aut ſpirituum vitalium impediat apprehenſionem phantaſmatum, illam ſedare pōt, qua ſedata occurrerent ordinate. Præter hæc prædicta Angelus, vt cauſa partialis, poteſt notitiam in hominis intellectu cō producere, coagendo videlicet hominis intellectui. Et ſic illi duo intellectus efficacius operari poterunt circa phantaſmata, q̄ ſolus ipſius hominis, & ſpēm intelligibilem perfectiorem producere, q̄ exactius obiectum repūtet. Adde ꝙ & Angeli a Dæmonum impugnationibus nos protegant, vt habet Hieronymus. *In 18. Matth.*

Cap. 1. (margin, beside "Hieremias videns virgam vigilantem")

DISTINCTIO. XII.

Quæſtio. 1. & 2. Pag. 305. & 315.

An in rebus naturalibus ſit materia a forma diſtincta, & illa ſine iſta eſſe valeat?

RESOLVTIO.

CVm materia a Deo creeť, & ſit alterū principiū rerū naturaliū, ſeu pars cōpoſiti, cōſequēs eſt, ipſam verū eſſe ens, actu exiſtens, extra ſuā cām, ēt ſi conſideretur ab oī forma denudata. Quocirca cū Ariſtoteles aſſerit eā verius eſſe potentia q̄ actu, intelligit de potentia ſubiectiua, & negat eam eſſe actu, inquantum actus dr̄ de forma, ſed non inquantū actus, & potentia diuidunt ens Siquidem hoc modo eſt verum ens actu exiſtens Quæ inſuper cū ſit alterius rōnis q̄ forma, ab ipſa vtique reipſa ſecernitur; quocirca per potentiam diuinā abſq; forma eſſe valet, & tunc eſſet in loco definitiue, veluti Angelus; & partes ſubſtantiales haberet, non autem quantas. *Hic e… de nat… elemen… ri.*

DISTINCTIO. XIII.

Quæſt. Vnica. Pag. 321.

Gignit ne lumen lux ipſa, veluti ſuam ſpeciem ſenſibilem?

RESOLVTIO.

LVx cum ſit ſuapte natura ſenſibilis, aſſertore Ariſtotele, non eſt ſubſtan- *Lib. 2. … anima…*

tia

tia, ſed qualitas quædam conſe quens ſubſtantialem formam cęleſtis corporis, cuius ſpecies ſenſibilis eſt lumen, niſi enim lumen eſſet ſpecies ſenſibilis, cum ſupra ſenſum poneretur, ſenſationem impediret. Siquidem authore Philoſopho ſenſibile poſitum ſupra ſenſum nō ſentitur. Ipſum idcirco lumen a luce ipſa gignitur, & per medium diffunditur.

ib. 2. de ..

DISTINCTIO. XIIII. Quæſt. I. Pag. 326.

Eſt ne cœlum ipſum ſimplex eſſentia.

RESOLVTIO.

.b. 9. ..et. Cœ- .. neque ..teriā ..bet nec ..ma m.

ARiſtoteles quidem exiſtimauit in cœlo nullam eſſe materiam, quia ipſa (vt ait) eſt potentia contradictionis, ideſt cauſa quare res poſſit corrumpi, cœlum autem ſecundum ipſum eſt ſempiternum, & neceſſariū, ac incorruptibile per naturam. Quocirca neque animam eidē attribuit, quæ ſit ipſius ſubſtantialis forma, ſed duntaxat intelligentiam motricem: Et hac in re diſſentit ab Auicenna aſſerente orbes eſſe animatos, & eoſdem habere duplicē motorem, vnum extrinſecum, ipſam ſcilicet intelligentiam, alterum intrinſecum, videlicet animam ipſius orbis. Sed Theologi aſſerunt in cœlo eſſe materiam eiuſdem rationis cum materia horū inferiorum. Nam illud chaos (ex quo producta fuere omnia) pertingebat ad cœlum empyreum: Qua de re cō cedunt cęlū ſuapte natura eſſe corruptibile, nō tñ corrumpendū, propterea ꝙ nullū ſit naturale agens maioris virtutis, q̃ ſit forma ipſius cęli, quæ tamē nequit elementa, aut mixta in ſe conuertere, quia nequit ea alterare & diſponere, vt recipiant qualitates cęleſtes, quas vocant influentias. Quantum ad animationē, non diſcednnt ab Ariſtotele potiſſimū Hieronymus, dicens quòd loquitur ad inanimata, & Damaſcenus. Cum igitur reperitur aliquãdo apud Auguſtinū hoc eſſe dubium, dicendum Auguſtinū loqui iuxta ſenſa Manichęorum, qui id in dubium vertebant, non autem ipſe Auguſtinus.

Cœlū corruptile ē.

In 1. cap. Iſaiæ. & 32. Deut. in illud Audite cœli. &c. & in illud. Benedicite aqua.

Li. 2. c. 6.

DISTINCTIO. XIIII. Quæſt. II. Pag. 329.

Eſt ne aliud mobile a cœlo ſtellato.

RESOLVTIO.

CVm nullum ſydus ꝓpriū habeat motum localem, ſed motu ſui moueatur orbis, cōſequēs eſt ſydera, q̃ non ſemꝑ ex ęquo diſtant, in diuerſis eſſe orbibus, cum hæc varia eſſe diſtantia nequeat, niſi à diuerſis cœlorum motibus: Atqui ſeptem planetæ difformiter mouentur, & non ſemper æquè diſtant a ſe inuicem, vt patet in ſole, & luna, & a ſtellis fixis, id eſt q̃ ſemper æqualiter inuicem diſtant, & eundē ſitum, & figuram ſeruant. Colligimus inde præter cœlum ſtellatum ſeptem orbes eſſe planetarū, vnde & Ariſtoteles hac motus ratione poſuit octo

Cœli quot ſunt.

octo cœlos. Deinde aſtrologi ex vario motuo actaui cœli, cōcluſerūt nonum mobile ſuperius. Nā vnius corporis cœleſtis eſt tantum vnus motus proprius. Motus aūt d urnus non eſt octaui cœli proprius, cum illud cœlū alio mō moueat̄ motu quēadmodū ipſi aduerterūt ſuis cōſiderationibus. Igit̄ motus diurbus eſt noni cœli, & in hoc fere conueniunt aſtrologi. Sed hæſitant, an cuilibet planetæ vnus ſufficiat orbis, propterea qđ ipſi planetæ aliqñ diſtent in latitune (quæ conſiderat̄ a polo in polum (ſæpius in longitudine(q̄ eſt ab orente in occidens, nonnunquā eleuantur, id eſt magis a nobis diſtant, aliàs deprimūtur, id eſt nobis ſunt ꝓpinquiores, ſicut probat Ptolomæus in Almageſto. Quo circa operę pretiū eſt admittere cōcētricos, & excentricos, ad epicyclus, vt omniū prædictorū, quæ cōtingunt planetis, rō dari poſſit: Ex quo colligitur cœlos mobiles, circundantes terram, pręter epicyclos, eſſe 25. vl puta 23. planetarum, cęlum oactum, & nonū.

DISTINCTIO. XIIII. Quæſtio III. pag. 333.

Vtrum corpora caleſtia agant in hac inferiora.

Resolvtio.

Gen. ca. 1. 2. phyſi. IN Geneſi dicitur ſtellas poſitas eſſe in firmamēto, vt ſint in ſigna, tempora &c. Ariſtoteles dicit, quod homo, & ſol *Lib. 2. de generat.* hominem generat, Atque idem dicit quod motus ſolis in circulo obliquo, id eſt Zodiaco eſt cauſa in iſtis inferioribus perpetuæ generationis, & corruptionis, ex quibus conſtat ſidera agere in hęc inferiora. Agunt igit̄ primo in elementa, ea alterando pariter & mouendo ſecundum locum, quandoquidem luna eſt cauſa fluxus, & refluxus maris. *Stella a[...] gunt ī h[...] inferior[...]* Deinde eleuant exhalationes, & vapores. Tertio generant mineralia metallorum in concauitatibus terræ. Poſtremo agunt & in corpora aīata ea altērādo, vt puta ꝓducēdo in eis aliquas qualitates cōuenientes aut diſcōueniētes aīæ īformari tale corpus. In ſenſitiuis quoque? nam organa pñt ſenſum alterare, & īmutare: Et ita poſſet organū corrumpi, & lædi. Ex conſequenti quoque agunt in intellectu, quia de ordinato ſenſu in actibus ſuis deordinatur & intellectus, vt patet in phreneticis, & lunaticis, in quibus eſt confuſa imaginatio. Ex quo etiam conſequitur deordinatio in voluntate. Nam poſſunt ſidera ſenſitiuum alterare appetitum, vt potius propenſus ſit ad vnum perſequendum, quàm aliud. Et quia in viatore voluntas elicitur ab appetitu ſenſitiuo, fit plerumque quòd voluntas inſequatur illud quod appetitus ſenſitiuus, quia ſenſus, & cogitatio &c. Et puerſi difficile corriguntur. Et ita planetæ, & corpora celeſtia dicuntur inclinare voluntatem, non autem neceſſariò impellere aut cogere, quia per liberum arbitrium poteſt homo adiutus Dei fauore illis obſiſtere. Hæc idcirco pronitas voluntatis ad inſequēter appetitum ſenſitiuum contra dictamen rationis in cauſa eſt, quare Aſtrologi prognoſticant

cant de moribus hominum, q̄d ſint alicui dediti ſceleri aut vir tuti, quia conſiderãtur conſtellationes natiuitatis ipſorum. Sapiens autem dominabitur aſtris: Vnde Hieremias, A ſignis cęli nolite timere: Et apud Apoſtolum, Nulla creatura põt nos ſeparare. Item in Geneſi, Sub te erit appetitus tu⁹ &c. Et ſic nullus planeta dominabitur voluntati, licet poſſit eam allicere ad illicita. Quocirca (ait Sapiens) poſt tuas cõcupiſcẽtias nõ eas. & Iacobus, Vnuſquiſque tentatur a propria concupiſcentia.

DISTINCTIONIS. XV. Quæſt. Vnica. Pag. 338.

Vtrum in mixto maneant elementa.

RESOLVTIO.

Avicenna exiſtimat vna cum Auerroe elementa in mixto manere ſecundum eorum ſubſtantiam, & qualitates: Sed ille putat qualitates elementorum in mixtis eſſe remiſſas, non autem ipſorum ſubſtantiam, hic autẽ vtrũq; remitti aſſerit. Neutris tamen aſſertio doctori arridet, qui aſſeuerat elemẽta non eſſe in mixto formaliter, id eſt ſecundum ipſorum ſubſtantiã, aut qualitates, ſed ſolum virtualiter, vt Anima ſenſitiua, & vegetatiua in intellectiua. Nã hæc corpori vnita ſenſitiuæ & vegetatiuæ exercet, Ita mixtę operationes elementorum operationibus ſimiles ſaltem in genere exercent: Manent igitur elementa in mixto, quemadmodum extremi colores (vt albedo & nigredo) dicuntur in medijs (vt rubeo & viridi) manere propter maiorem conuenientiam mediorum cum extremis, quàm extremorum inter ſeſe. Ita maior eſt conuenientia naturalis formæ elementorum cum mixtis, quàm ſit ipſorum elementorum adinuicem, propter quam conuenientiam elementa in mixtis dicuntur ab Ariſtotele remanere.

DISTINCTIO. XVI. Quæſtio Vnica. Pag. 343.

Trinitatis imago an conſiſtat in tribus animæ potentijs, & eadem reipſa diſtinguantur.

RESOLVTIO.

Cvm diuerſi actus ab vna & ſimplici animæ eſſentia, ſine reali potentiarum diſtinctione eſſe poſſint, admittendum eſt ipſas potentias non diſtingui reipſa, ſed ſolum formaliter ab ipſa animæ eſſentia, & inter ſe, Siquidem illud eſt ponẽdum in natura creata, quod melius eſt modo eſſe poſſe ex Ariſtotele, natura enim ſemper deſiderat quod melius eſt, Atqui paucitas ſine multitudine eſt melior, igitur ponenda. Porro trinitatis imago perfecta, & completa non conſiſtit in tribus animæ potentijs ſimpliciter, & abſolute conſideratis, ſed quatenus ſunt ſub actibus ſuis ipſæ potentiæ cum

Potentiæ aĩæ q̃uo diſtinguntur.

Ex lib. 2. de generat.

Hic agit de hominis cõſideratione.

Imago trinitatis. cum vnitate eſſentiæ. Anima enim inquantum eſt vna eſſentia habens intellectum, & voluntatem repræſentat diuinam eſſentiam, non ſic autem repræſentat tres perſonas, quia eſſentia (intellectus & volũtas) ſunt in qualibet perſona, ſed repræſentat eas, quando potentię eliciunt ſuos actus, nempe memorandi, intelligendi, & volendi. Siquidẽ vnus actus eſt ab alio per modum originis, ſeu p̄ſuppoſitiuè, ſicut perſonæ inter ſe originantur. Quemadmodum enim verbum a patre producitur, & ab vtroque Spiritus ſanctus: Sic quodammodo a memoria actus intellectus, ſeu notitia, & velle ab vtroque originatur.

DISTINCTIO. XVII. Quæſtio I. pag. 355.

Ada anima an fuerit in corpore creata.

RESOLVTIO.

IN eo errore fuit Manichæus, vt probauerit animam rationalem fuiſſe de ſubſtantia Dei ꝓductam: Qua de re vide Auguſtinum: Et innitebatur ei quod ſcribitur in Geneſi, Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ. Flatus enim (inquit) eſt de ſubſtantia flantis, Quocirca cũ anima ſit Dei flatus, ſequitur quod ſit de eius ſubſtantia. Sed ignorabat expers ipſe troporũ ſacræ ſcripturæ, tropica locatione dictum fuiſſe, ſufflauit, vel flauit, id eſt flatum hominis, nẽpe animam fecit: quomodo & accipitur apud Iſaiam, cum dicitur ex perſona Dei, omnẽ flatum ego feci. Adde ꝙ & dictio Hebręa ęquiuoca eſt ad flatum, & ſpiritum hominis, ſeu animam. Is autem error multifariam refelli poteſt. Si enim hoc eſſet, nullo modo homo decipi poſſet, nec ad malum allici, aut quidpiam ignorare, ſeu quouis modo mutari ab ignorantia ad ſcientiam, a vitijs ad virtutes, & ècontrario: Immo conſequens eſſet, hominem eſſe Deum. Quia ſi anima eius eſſet de ſubſtantia Dei, eſſet tota Dei ſubſtantia, quia Deus eſt indiuiſibilis, ergo eſſet Deus. Huic errori accedunt Libertini aſſerentes vnicum eſſet ſpiritũ per omnia diffuſum. Omiſſo igitur hoc erro e, fatendum eſt animam a Deo creatam creari, & in ipſo corpore, in quo etiã condita fuit anima ipſius. Adde ꝙ prius natura creatur anima, & per ſe, exiſtit q̃ vniatur corpori: Et in ſecundo inſtanti naturæ vnitur ipſi corpori, & in tertio ſequitur compoſitum: hoc tamen Ariſtoteles non conceſſiſſet, is enim putabat prædicta fieri in eodem inſtanti naturæ. poſſet præterea Deus ſua omnipotentia animam extra corpus & creare, & cõſeruare: Sed hoc ſola fide apprehendimus. Non enim poteſt naturali apprehendi ratione, & a priori, ſicuti nec eius immortalitas, vt dictum eſt 43. diſtinct. 4. quæſt. x. Poſtremo colligitur cum Auguſtino, animas hominum nõ eſſe ab initio inter cęteras intellectuales naturas, nec ſimul creatas, ſicut fingit Origenes. Hieronymus quoque confutat opiniones omnium phiſolopho-

Anima non eſt de ſubſtantia Dei. Tomo 6. lib. de duabus animabus. Gene. 2.

Iſaia.

Anima a Deo creatur, & ipſo co... re.

Lib. de ecle. dog... c. vſq; 20. in ... bro de ... ca Noe...

phorū hac authoritate, Anima mea in manibus meis ſemper.

DISTINCTIO. XVII. Quæſtio I. Pag. 356.

An Paradiſus ſit conueniens hominum habitationi locus.

RESOLVTIO.

STatui naturæ rectæ cōueniens erat locus, ipſe Paradiſus, vt videre eſt ī primis parētibus: Deinde & lapſæ naturæ, quod conſtat per Enoch, ac ꝑ Heliā. Huc accedunt Hieronymus, Auguſtinus, & Ambroſius. Quantum autem ad ſitum, exiſtimauit Alexander Alenſis, & Albertus Magnus, quod attingeret ad globum lunarem. Deinceps quid eſſet ad orientalem plagam, quantum ad longitudinem, quantum ad latitudinem ſub ęquinoctiali: ſed eorum rationes diluit doctor, oſtēdens non eſſe neceſſe ipſum tātum a terra eleuati, & quod ſit ad orientem concedit, quod tamen ſit in regione temperata vbicunque fuerit.

[margin:] ...en. 5. & ... & Eccleſiaſtici 44. ... b. 4 Re. ... c. To. 2. ... Pan... achiū. ... aduer... s erro... s. Ioan. Hieroſoly mitani. ... per Ge... ſ. lib. 8. Libro paradi.

DISTINCTIO. XVIII. Quæſtio Vnica pag. 358.

Eſt ne in materia ratio ſeminalis ad formam naturaliter de ipſa educendam?

RESOLVTIO.

IN ꝑductione ęquiuoca, qualis eſt cum ſol ranam, vel vermem producit; aut vniuoca immediata, quæ contingit cum ignis ignē generat, nō requiritur rō ſeminalis: Sed in generatione ſolum, quæ fit mediante propagatione. Eſt autē ratio ſeminalis, forma ſubſtantialis ſeminis, vel qualitas neceſſario conſequens ipſam formam, ſicut forma tritici, & qualitas conſequens formam eius. Semen vero corpus eſt, cuius forma ſubſtantialis non eſt intenta propter ſe, ſed propter aliud ex ipſo producendū. Porro neque ſemen neque ratio ſeminalis ſunt coæua materiæ, quia ſemen fit ex ſuperfluo nutrimenti ad ſubſtantiam aliti, quare neque ſemper eſt in ſeminăte. Inſuper neque ſemen neque ratio ſeminalis ſunt cauſæ effectrices generationis, ſeu vltimæ formæ, quæ eſt anima viuens, ſed virtus diuina, concorrente influentia cœleſtium corporum, veluti inſtrumento diuinæ voluntatis: Vnde & Galenus virtutes ſeminum vocat diuinas. In alijs quoque ab animalibus ſunt rationes ſeminales, hoc eſt qualitates quæ ſunt viæ ad vlteriores formas, ſiue illa fuerint mixta, ſiue elementa. Poſſunt enim, vt ait Auguſt. ſic miſceri & contemperari adinuicem, ꝙ ex eis cōditur qualitas, quæ erit via ad vlteriorem formam. Et hoc pacto aſſerit Auguſt. Magnos Pharaonis feciſſe ranas. Nam malus Angelus nouit illam qualitatem, & proportionem elementorum, & huiuſmodi res naturales obediūt ei abſque reſiſtentia quantum ad motum localem. Quare potuit ea contingere, & ſic contēperata apponere directe cœleſtibus corporibus habentibus influere ſecundum huiuſmodi.

[margin:] Semen eſt ratio ſeminalis. — Li. 13. de Tri. c. 8. — d. c. 8. li. 3. de tri. & c. 5.

con-

contemperamentum, & ſic ranas generare. Vnde & in exodo dicitur de Magis, Et fecerunt & ipſi per incantationes Aegyptiacas & arcana quædam ſimiliter. Quantum vero attinet ad coſtā Adæ, ex qua formata fuit Eua, proculdubio nō erat in ea ratio ſeminalis, qua poſſet ex ea corpus Euæ, quod fuit perfecta quantitate formatum, formari per quancunque transmutationem, ſed omnipotentia, & voluntate diuina ita factū fuit, præter naturalem creaturæ curſum. Omnis enim creatura curſus habet naturales. Super hūc naturalem curſum creator habet apud ſe poſſe de omnibus facere aliud quam eorum naturalis ratio habet, vt ſcilicet virga arida repente floreat, & ſterelis pariat &c. Vide Magiſtrū ſententiarum.

DISTINCTIO. XIX.
Quæſtio Vnica pag. 366.

Vtrum in ſtatu innocentiæ habuiſſemus imortalia corpora.

RESOLVTIO.

HOmo in ſtatu innocentiæ potuiſſet quidem mori, quia cū per peccatum non fuerit facta in natura mutatio, ſed duntaxat quātum ad gratuita, ſicut modo homo naturaliter eſt mortalia, & & tunc. Inſuper ea quæ poſt lapſum ſunt cauſa mortis, fuiſsēt & in ſtatu innocentiæ, ſaltem illud quod ab intrinſeco mortē infert homini, vt mutua actio caloris naturalis, & humidum radicale. ille enim hoc corrumpit, & reparatur ab eo. Siquidē Philoſopho agens in agendo repatitur, nec id quod corruptum fuiſſet ipſius, huiuſmodi potuiſſet, vt quidem volunt, per fructum ligni vitæ in integrum reſtaurare, qa & is fructus paulatim naturalem imminuiſſet calorem, & caro recens genita non fuiſſet aliter perfecta ſicut præcedens. Quare tandem debilitata fuiſſet, perinde ac vini virtus (quę primum modicū aquæ in ſe conuertit) ſæpius poſita aqua prorſus extinguitur. Veruntamen ſi perſeueraſſent primi parentes in innocentia vna cum cæteris, non accidiſſet hominibus mors. Siquidem prius fuiſſent in cœlum empyreum translati, quam eorum natura fuiſſet improportionabiliter, alterata, & corruptioni propinqua. Fuiſſent autem translati non oēs ſimul, ſed ſucceſſiue, perinde ac modo vnus poſt alium ad aliam euolat vitam. Porro alijs modis non extitiſſent morti obnoxij ſi perſtitiſſent in innocentia, vt puta per ſubtractionem alimenti neceſſarij, ac actionem ignis, aquæ, aut aliorum elementorum, quia non ſe periculis expoſuiſſent, nec vnus alteri nocuiſſet, ſecus fuiſſent nocentes. Præterea nullū animal eis nocuiſſet, quinimo omnia animalia extitiſſent homini mitia & amicabilia, ſaltem non inimicu. Nec etiā mali angeli hominibus nocuiſſent, quia Deus eos conſeruaſſet. Potuiſſent quidem homines, quātum ex ſeipſis a malis lædi, & pati angelis. Siquidem Iob aſſertore, non eſt poteſtas quæ ei valeat cōparari: atqui Deus innocentem conſeruaſſet. Cum igi-

igitur Apoſtolus dicit, Per vnū hominem intrauit mors in orbem &c. In omnes, & corpus propter peccatum mortuū eſt, ſic accipiendum eſt, vt intelligamus peccatum fuiſſe cauſam, quare hæc potentia fuerit ad actum reducta, ſed nihilominus mortalis fuiſſet.

om. 8.

DISTINCTIO. XX.
Quæſt. I. Pag. 370.

An filij in ſtatu innocentia procreati, mox in iuſtitia confirmati fuiſſent?

RESOLVTIO.

cōfirmatio in bono duplex.

Bifariam poteſt dici quiſpiam in gratia confirmatus. Primo quia nō poteſt peccare, non quidem ex natura ſua, ſed per aſſiſtentiam Dei, Et hoc modo beati in bono confirmati ſunt. Secundò quia non peccat, vel non peccabit, quomodo fuerūt aliqui confirmati, in vtero matrū ſanctificati, vt Hieremias, Ioannes Baptiſta, qui tamen forte venialiter peccauerunt, Nam ſi dixerimus &c. excepta virgine, de qua Auguſt. Cum de peccato agitur, nullam mentionem facere volo de virgine Maria. Et quidem primo modo viator nequit eſſe confirmatus, hoc enim implicat contradictionem, cum ſit in ſtatu merendi, & demerendi, ſed ſolis competit comprehenſoribus. Inſuper voluntatis viatoris capacitas nō eſt ad plenum ſatiata, Igitur nec perfecte cōfirmata, vnde. Satiabor cum apparuerit &c. Auguſtinus, Inquietum eſt cor noſtrū donec requieſcat in te. Secundo vero mō poteſt viator eſſe confirmatus, & ſic in ſtatu innocentię fuiſſent filij in iuſtitia cōfirmati, poſteaquam primam tentationē viciſſent, ſimiliter & primi parētes, ſi primæ tentationi reſtitiſſent. Quę quidem tentatio in oībus fuiſſet a dæmone, quia prima tētatio ex carne nequibat eſſe. Hāc aūt iuſtitiā non transfudiſſet Adā in filios, quia cū eſſet ſupernaturale donū ex mera Dei liberalitate, proli donata fuiſſet, ſicut parentibus, nec eā parentes filijs meruiſſent. Sed fuiſſent ne filij prognati in ea cōfirmati procul dubio? nequaquā, non.n. perfectiori mō eam filius recepiſſet, quā pater, quare eā ſicut pater amittere potuiſſet. Inſuper ipſa iuſtitia originalis non cogebat eos ad bene operandū, ſed erant liberi arbitrij. Quocirca cū Anſelmus dicit, Si primi parētes ſic vixiſſent, vt primo tentati non peccaſſent, confirmati ita fuiſſent cū oī progenie ſua, vt vltra peccare non poſſent, ſic accipiēdū eſt: Quòd ſi parentes perſtitiſſent, filij mirum in modū adiuti fuiſſent, nec peccaſſent, tum propter iuſtitiam originalem, tum propter diligentem curā, & doctrinam parentum.

Ier. 1. Luc. 1. Ioā. 1. Lib. de na. & gra.

Lib. confeſſ.

Li. 1. cur Deus hō. cap 18.

DISTINCTIO. XX.
Quæſt. II. Pag. 372.

An in ſtatu innocentiæ ſoli electi fuiſſent geniti.

RESOLVTIO.

Haud dubie ſi perſtitiſſet humanum genus in eo ſtatu, in quo a Deo primum

fuerat editum, illi dũtaxat qui nũc electi ſunt, geniti fuiſſent. Quocirca electi, qui generati fuerunt, aut generabuntur à reprobis parẽtibus (vt Barbara à Dioſcoro) fuiſſent ab alijs generati parentibus, vt puta ab electis: Et nihilominus fuiſſent numero ijdem, nedum quantum ad animam, ſed & quantum ad corpus organicum. Hoc autem ſic oſtendo. Homo enim generatur vel ex ſolo mẽſtruo matris. vt ait Philoſophus, vel ex ſemine viri ſimul, & ſemine mulieris. Semen aũt ex ſupefluo alimenti eſt tertiæ digeſtionis, id eſt ex eo cibi quod ſupereſt nutrito, & augmẽtato indiuiduo. Atqui materia ex qua aliquis electus generatur nunc, quę eſt ſub forma panis, aut alterius cibi, potuit eadem numero in ſtatu innocẽtiæ eſſe ſub pomi forma, aut alterius fructus, Ergo & eadem materia potuit tunc conuerti ab electo, qui nũc editur a reprobo, & idem ſemen numero conſequenter generari in ambobus, & ex conſequenti idem potuit eſſe filius reprobi, & electi, & idem potuit eſſe filius Adæ, & Abrahæ. Nam Vnitas numeralis in effectu pẽdet a cauſis intrinſecis (nempe materia & forma) non à cã efficiente, & eadem forma numero poteſt induci a diuerſis agentibus, vt ex aliquo ligno idem ignis numero a diuerſis ignibus generari poteſt. Altera ratione ſic aſtruo, Omnis ordinare volens (poſt amorẽ finis) immediate vult id quod eſt immediatius ſeu propinquius (nõ quidem ex ſua natura, ſed ex diuino beneplacito) ipſi fini. De⁹ eſt ordinate volens, igitur primo vult ſeipſum tãquam finẽ. Deinde vult ſuam bonitatem creaturæ rationali cõmunicare, id eſt conferre illi beatitudinẽ. Tertio vult illi gratiam, quæ ordinatur ad felicitatem conſequendam. Et quarto vult iſtũ ſic electum naſci ab his parentibus. Idcirco cum prius boni prędeſtinentur, ſeu deputentur ad vitam æternam, q̃ quod eorum parentes determinentur. ꝑ quoſcunque parentes naſcantur, ijdem erunt numero, & diuerſitas parentum non variabit Dei electionẽ, ſiue illos, qui determinati ſunt ad perennem gloriam, quia parentes habent rationem poſterioris, conſtat autem poſterius non variare id quod prius eſt. Mutatio. n. ſeu corruptio accidẽtium ſubſtantiam non variat.

Li. 2. de gener. ani. Originali iuſtitia ſtãte ſoli electi nati.

DISTINCTIO. XX.

Quæſt. III. Pag. 374.

Creuiſſent ne corpore & ſcientia filij ſtante originali iuſtitia?

Resolvtio.

VAriant quidem doctores hac in re: Veruntamen veriſimilior eſt eorum aſſertio, qui putãt primorum parentum liberos naſcituros paruos, propter materni vteri neceſſitatem, ac deinde per temporum interualla eadem lege qua & nunc ſtaturæ incrementũ ac membrorũ vſum recepturos, vt in illis expectaretur ætas ad ambulãdũ, & loquendum, ſicut mõ in nobis. Quod vtique non eſſet vitio imputandum, ſed conditioni

Origi[nali iuſtitia] ſtãte [na]ti creui[ſſent] corpor[e &] ſcient[ia]

ni naturæ, ſicut a cibo abſtinere penitus non valebant, nec tamen illud erat ex vitio, ſed ex naturæ conditione. Quòd ſi dixeris Deum prꝧſtitiſſe multis animalium pullis, vt mox nati currant, matrem ſequantur &c. Ergo & homini idem præſtitiſſet, non ſequitur. Siquidem proles humana hēt membrorum teneritudinem, propter complexionis bonitatem & congruentiam naturæ, quæ a debiliorum complexione ad fortiora procedit, ēt quēadmodum in ſtatura corporis, & membrorū vſu per temporis acceſſum profeciſſent, ſic in exordio natiuitatis ſenſu imperfecti extitiſſent, & per temporis interuallum in ſenſu, & cognitione profeciſſent. Vnde primo fuiſſent inſcij, & rerum ignari: Tamen hæc ignorãtia (ſi ignorantia dici debeat) non fuiſſet in eis culpabilis, aut peccati pęna, Imo nec ignorãtia proprie dicenda fuiſſet. Siquidem ignorantia non dr̄, niſi cū id quod ſciri, & non ignorari debet, neſcitur. Dicit.n. priuationē ſcientiæ, quæ eſt apta ineſſe pro illo tempore: Et hæc ſola eſt peccati pęna, & culpabilis.

DISTINCTIO. XXI. Quæſt. I. Pag. 374.

Potuit ne homo primum venialiter delinquere?

RESOLVTIO.

Adā potuit primum venialiter delinquere.

Cum originalis iuſtitia vltimo fini, qui eſt Deus ipſe, hominem non perfectius coniungeret, quàm gratia gratum faciens nunc viatorē coniungat, & cōtingit eū qui eſt in gratia quantumuis perfectus fuerit, venialiter delinquere, præter amiſſionē grĩæ, vt patet ex illo, Si qs ſuperędificauerit &c. & ex illo, Si dixerimus &c. & illo, In multis offendimus omnes &c. *1. Cor. 3. 1. Ioā. 1. Iacobi. 3.* Conſequens eſt etiam habentem iuſtitiam originalem offendere poſſe venialiter, licet eam non amittat. Secus veniale nō minus iuſtitiæ repugnaret, q̃ mortale, ſi vtrunq; eā corrumperet. Adde ꝙ aliquis actus ex gñe eſſe pōt veniale, quale verbū otioſum, hoc aūt potuit Adā proferre, Igĩt, & venialiter peccare. Nā actus ex ſe venialis nō fit mortalis, niſi intercedat p̄ceptū illud prohibens ex neceſſite ſalutis. Quod ſane nō interueniſſet, quia Deus ipſe cuius p̄cepta grauia nō ſunt, & iugū ſuaue, ac onus leue non obligaſſet ipſum hominē ſemꝑ ad faciendū ꝙ fuiſſet melius, vel ad vitandū quodcunque retardatiuū a meliori bono. *1. Ioan. 5. Matt. 11.* Hoc quippe admodū difficile hoī fuiſſet. In beatis aūt nequit eſſe veniale peccatū, niſi dimitterent ſibi ipſis, & tunc ēt talis actus in ipſis eſſet mortalis, ꝑpea ꝙ præceptū ſit eis intermiſſe Deo frui, & ſemꝑ optima operari. Illi ſi q̄dem habent perfecte adimplere præceptū illud, Diliges dñm Deum tuum ex toto corde &c. *Beati nō poſſunt venialiter offendere.*

DISTINTCIO. XXI. Quæſt. II. pag 376.

Fuit ne grauiſsimū Adæ peccatum?

RESOLVTIO.

SVò exactius peccati Adę grauitas expendatur, operæpretium

tium fuerit inprimis talis pec cati qualitatem rimari, quam vt adſequamur obſeruandum eſt in genere eſſe duos voluntatis actus, videlicet velle & nolle, ſeu amare & odire: Et peccatum nequit eſſe primum in nolle, ſed in velle. Eſt autem velle, ſeu amor duplex, nempe amicitiæ & concupiſcentię, ſeu commodi, ille eſt proper amatum, hic propter aliud.

Primum autem Adę peccatum non fuit ex immoderato amore ſui, ſicut primum angeli peccatum, ſed immoderato amore amicitiæ vxoris. Siquidē, vt ait Auguſtinus, noluit eā contriſtari, quā credebat ſine ſuo ſolatio contabeſcere, & a ſe alienatam oīno interire, non quidē carnali victus concupiſcētia, quā nōdū ſenſerat, ſed amicabili quadam beneuolētia, qua plerūq; fit, vt offendatur Deus, ne offendat amicus. Non igit fuit amor concupiſcētiæ, vel libidinis, qa is nondū erat. Ex illo aūt inordinato amore grauius ſequebatur peccatū, nempe velle explere quod non licuit, id eſt violare præceptū Dei eſu pomi. Ex hoc poſſumus elicere grauitatē huius peccati. Grauitas enim alicuius peccati deprehenditur vel ex eo ꝙ opponitur maiori bonitati, ſicuti odium Dei eius dilectioni, vel ex eo ꝙ pluribus præceptis prohibitum eſt, vt occidere hominē grauius eſt quā non obſeruare ieiuniū ab eccleſia indictum Quia illud iure naturæ & diuino prohibitū eſt, iſtud vero iure poſitiuo. Neutro autem modo fuit peccatum Adæ maximū, quia non fuit directe contra maximum & primū præceptū, Diliges dñm Deū tuum &c. Nec contra huic proximum, quod eſt de dilectione proximi. Excedere enim in primi dilectione ſicut exceſſit Adā, minus aduerſatur tali præcepto, & præcepto de dilectione Dei, quàm proximū odire. Nec fuit prohibitio illa eſus illius fructus de lege naturæ, ſeu prohibitus quia malus, ſicut decē præcepta decalogi. Eſus. n. illius fructus in ſe non fuit malus, ſed fuit ſolum malū, quia prohibitum ad experiendum eorum obedientiam. Si enim non fuiſſet prohibitum, ita licuiſſet eo veſci, ſicut alio. Ex quo concluditur peccatū primi hominis ſimpliciter, & ſecundum ſuam naturam minime fuiſſe grauiſſimum. Quinimò plerique nunc grauius delinquunt, vt Atheiſtæ, Libertini, hæretici, blaſphemi &c. qui (niſi reſipiſcant) grauius puniētur, quàm puniretur Adā damnatus pro tali ſcelere. Si aūt cōferamus Adæ peccatum peccato Euæ, iſtud dubio procul peccatum grauius multo fuit, quippe quæ vſurpare voluit diuinitatis æqualitatem, & nimia prę ſumptione elata credidit ita eſſe futurum. Hæc autem non irrepſerunt in animum Adæ, pro quo vide Magiſtrum. Adde qđ ait Apoſtolus, Adam non fuit ſeductus. Inde etiam colligitur, quòd mulier plus peccauit, quia grauius punita eſt, cui dictum fuit, In dolore paries filios: Item fuit peccati viri cauſa, ergo grauius. Obſerua nihilominus (vt plane interpreteris dicta patrum, qui videntur nonnunquam aggrauare magis Adæ peccatum, quam Euæ) peccatum poſſe aggrauari

Li. 11. ſuper gen. c. vlt.

Diſt. 1. c. ea ... manifeſ. 1. ad ... mo. 2.

Gen. 3.

ſuari ex circunſtantia accidenta li propter excellentiam, & dignitatem perſonæ, quæ propte rea cauere peccatum magis debet, Inſuper propter fortitudinem, & facilitatem reſiſtendi. Quapropter quia Adam exteriori pulſatus tentatione cecidit, tanto grauius plectendus erat, quanto leuiore impulſu erat proſtratus. Tentatio enim carnis difficilius vincitur, quia de noſtro contra nos roboratur. Quia igitur Adam fuit circunſpectior & nobilior, & fortior ad reſiſtendum, ideo per accidens, licet non per ſe, ſuum peccatum fuit maius. Tradita enim fuit Adæ iuſtitia originalis, tanquam digniori, & circunſpectiori, ac fortiori, vt ait Auguſtinus, Ita quòd ſi eam perderet, pro ſe, & tota poſteritate perderet. Non ſic autem tradita fuit mulieri, Ideo peccatum Adæ accidentaliter fuit grauius peccato Euæ, formaliter tamen per ſe mere, & præciſe in ſe peccatum Euæ fuit grauius. Prædictis tamen videtur aduerſari Auguſtinus, dicens ꝙ Adã & Eua voluerunt rapere diuinitatem, & perdiderunt felicitatem. Sed dicendum eſt ꝙ Adã non appetebat Dei æqualitatẽ directe & formaliter, ſeu efficaciter, ſed tantum interpretatiue, quia diuinum contempſit imperium, & volũtatem ſuam diuinæ prætulit voluntati, & iuſſioni, & ſe ſibi tanquã Deo ſubiecit, & ex hoc Deo æquari, voluit, & ſic omnis peccans, vt ait Anſelmus, vult rapere Dei ęqualitatem, imo vult eſſe Deo maior, cum propriam voluntatem diuinæ præfert, non obediendo ipſi Deo. Eua autẽ formaliter, & efficaciter eam appetijt. Inſuper ſi dixeris ob peccatum Adæ maiorem fuiſſe inflictam pœnam, quia mors ipſius, & totius humani generis, modo pęna infligitur iuxta grauitatem culpæ, Quantum ſe glorificauit, &c. & ſecundum qualitatem delicti, Ergo peccatum illius fuit grauius. Reſpondetur, quòd licet mors ſit generalior, quàm quæcunque alia pœna pro peccato homini inflicta, non tamen maior eſt pœna, quam illa quæ debetur, & correſpondet formaliter peccato mortali in inferno. Peccato autem Adæ non debebatur pœna talis maxima, quinimo ſi pro hoc peccato ſolo fuiſſet dãnatus, leuiorem ſuſtinuiſſet pęnam, quàm multi alij.

[margin: ...omo. 7. ...e meri- ...s, & pec ...t. redẽ. ...16. ...n eum lo ...m. ...ſai. 68. ...uæ non ...epui tũc ...columbã. ...ib. de ca ...diabo- ...]

[margin: Apo. 18. Deut. 25.]

DISTINCTIO. XXII.

Quæſt. Vnica. Pag. 380.

Peccauitne primus parens ex ignorantia?

RESOLVTIO.

OMiſſis varijs ignorantiæ acceptionibus, primus parens non deliquit ignorantia erronea, quia error non præceſſit peccatum ipſius, ſic quòd crederet factum illud eſſe bonum, aut bonum ex eo ſequi. Nam vt ait Auguſtinus, approbare vera pro falſi, eſt naturæ lapſæ, non inſtitutæ. Deinde non erat in eo ignorantia facti, ſciebat enim veſci fructu illo eſſe contra Dei præceptum. Sed fuit in eo ignorantia circunſtantiarum conſequẽtium, quantum ad grauitatem culpæ,

[margin: Adã non deliquit ignorãtia]

[margin: Lib. 3. de lib. arbit. c. 18.]

culpæ, & pœnæ, putabat enim veniale, quod erat mortiferū. Exiſtimabat ſiquidē ſe cōſequi facile ſui peccati remiſſionem, nec exiſtimabat Deum adeo grauiter vlturum tale delictū in ſeipſo, & in poſteris.

DISTINCTIO. XXIII.

Quæſt. Vnica. Pag. 381.

Poteſtne Deus voluntatem creare, qua per naturam impeccabilis exiſtat?

RESOLVTIO.

Homo, & Angelus nequit eſſe impeccabilis per naturam.

DOno ſane ſupernaturali fieri poteſt, vt ſit creatura quę libet rōnalis impeccabilis, quale donum virgini fuit conceſſum, & bonis Angelis, ac beatis nūc collatum eſt: At per naturam id nulli competere creaturæ poteſt. Quod ſane magis ſacrorum doctorum authoritatibus, quàm rationibus fulcitur. Ait enim Anſelmus reſpondens diſcipulo quærenti ab eo, cur nō potuit Deus facere creaturam rationalem impeccabilem per naturam, quia non potuit (inquit) ipſam facere Deum, quare nulla creatura poteſt eſſe impeccabilis, niſi ſit aſſumpta a ſuppoſito diuino. Item Auguſtinus ait, Angeli peccauerunt, & dæmones facti ſunt, & cuicū que creaturæ rōnali præſtatur, vt peccare non poſſit, non eſt hoc naturæ propriæ, ſed Dei gratiæ. Inſuper Hieronymus: Solus Deus eſt (inquit) in quem non poteſt cadere peccatum. Hæc quoque ratio adferri poteſt, Omnis voluntas, quæ non eſt ſua regula, nec neceſſario eſt conformis regulæ ſuæ, poteſt deficere in rectitudine, ſed omnis voluntas creata derelicta naturæ ſuæ eſt huiuſmodi, ergo poteſt deficere, & per conſequens non eſſe impeccabilis ſuapte natura.

Cur Deus homo. Lib 1. c. 10. in fin.

Contra Maximinum. Lib. 3. c. 12.

In tractatu de filio prodigo.

DISTINCTIO. XXIIII.

Quæſt. Vnica. Pag. 386.

Diſtinguiturne ſuperior portio ab inferiore?

RESOLVTIO.

IStæ vtique animæ portiones nō ſunt ſic accipiēdę, quaſi ſint duæ animę potentiæ abinuicem diſtinctæ, ſuperior vna, inferior altera, Quinimo vtraque triplex eſt iuxta potentiarum animæ numerum, videlicet intellectus, voluntatis, & memoriæ, quælibet etenim harum trium ſuperior portio dicitur pariter, & inferior. Cum enim ad Deum ipſum, & æterna apprehendenda ſeſe conuertunt (quod contingit, cum homo Dei memoratur, eiuſdem perfectiones cōtemplatur, ac ipſum diligit) portio ſuperior quælibet nuncupatur. At cum ad terrena ſeſe deijciunt, etiam referendo eadem ad cœleſtia, inferiores vocantur portiones. Vnde & Auguſtinus, Rationis autem pars ſuperior æternis rationibus conſpiciendis, vel conſulendis adhæreſcit. Portio inferior ad temporalia gubernanda deflectitur. Ex his igitur manife-

Portio [ſu]perior. Inferi[or].

Lib. 12 [de] tri. c. [...]

nifeſtum euadit, ſuperiorē portionem ab inferiori, non reipſa, ſed conſideratione duntaxat ſeparari, ſeu ratione actuum, quod & Auguſtinus aſſeuerat dicens, Cum vero diſſerimus de natura mentis humanæ, de vna quadam re diſſerimus, nec eam in hæc duo, quæ commemorauimus, niſi per officia geminamus. Vide amplius Magiſtrum. Quod ſi dixeris Auguſtinum ibidem conſtituere trinitatis imaginem in ſuperiori portione, & eā negare in inferiori, hoc vtique ait Auguſtinus, propterea quòd in ſuperiori portione ſit expreſſius, quàm in inferiori. Quandoquidem cum animæ potentiæ feruntur circa æterna, habent quandam ſpecialem ſimilitudinem cum perſonis diuinis æternis, quam non habent vt conuertuntur ad temporalia. Veruntamen in eis etiam cum afficiantur temporalibus imago conſiſtit, ſed non adeo plene.

Eodem. lib. 12. de Tri. c. 4.

Hæc diſt. c. 6. de ſenſualitate.

Imago trinitatis in portione ſuperiori.

DISTINCTIO. XXV. Quæſt. Vnica. Pag. 390.

An ſola voluntas ſit effectiua ſui actus.

RESOLVTIO.

IN ea fuerūt hæreſi Gotfredus, & Henricus, vt putauerint quidpiā aliud a voluntate, eſſe effectiuā cauſam volitionis & nolitionis, ille phantaſma, iſte obiectum cognitum. Sed proculdubio ſola voluntas ipſa eſt totalis cauſa ſuorum actuum, vt oſtendit Auguſtinus hoc pacto, Quòd ſi duo (inquit) ſint æqualiter affecti animo, & corpore, & poſtea tententur eadem pulchritudine vel obiecto, vnde eſt quòd vnus cadit (culpabiliter) & alius non cadit? Et dicit quòd hoc ſolum eſt a voluntate. Idem dicit Anſelmus. Item Auguſtinus, quòd niſi ea quæ ſunt voluntaria, nobis eſſent poſita in poteſtate, noſtra voluntas neque eſſet laudanda, neque vituperanda, neque mouenda. Et qui dicit, vel ſentit voluntatem non eſſe mouendam, talis eſt exterminandus ab hominum numero. Præterea Anſelmus, voluntas inſtrumentum ſeipſum mouens, & alibi, voluntas mouet nos tanquam ſua inſtrumenta. Auguſtinus: Nihil tam eſt in poteſtate noſtra, quam ipſa voluntas. Inſuper Ariſtoteles libere profitetur, quòd poteſtas rationalis eſt ad oppoſita, & ſubdit: Hoc autem dico appetitum, & prohæreſin, id eſt, electionem. Igitur appetitus eſt effectiuus ſuæ volitionis. Adde quòd aliqua eueniunt cōtingenter, & euitabiliter, ſecus non oporteret conſiliari, atque negotiari, vt dicit Ariſtoteles. Sed quæ cōtingenter eueniunt nō fiunt a cauſa determinata, ſeu naturali, quia tūc neceſſario euenirent, quare oportet illa eſſe a cā indeterminata.

Voluntas ſola ſuum efficit actum.

Lib. 12. de ciui. c. 6.

De concepta virgi. c. 8.

Lib. 2. de lib. arbi.

Lib. de cōceptu vir. c. 4.

Lib. 1. retra. c. 13.

Lib. 9 Meta. c. 8.

Lib. 1. Peri hermin. c. vlt.

DISTINCTIO. XXVI.
Quæſt. Vnica. Pag. 406.

Vtrum gratia ſit in anima eſſentia vel in potentia.

RESOLVTIO.

Lib. de cō co. vir. c. 3

ANſelm⁹ liberius ꝓfitetur gratiam eſſe in ipſa voluntate, dicens: Omnis iuſtitia, & iniuſtitia (actualis ſcilicet, & habitualis) eſt formaliter in voluntate, Siquidem gratia eſt quædam iuſtitia, & rectitudo. Inſuper oppoſita ſunt circa idem, atqui gratia & peccatum opponuntur, & peccatum aſſertore Anſelmo ibidem, in voluntate exiſtit, ergo & gratia. præterea gratia eſt forma aliqua in anima, vt patet ex illo, Charitas Dei diffuſa eſt, atqui non eſt paſſio aut potentia, ergo habitus, per locum a ſufficienti diuiſione data ab Ariſtotele. omnis autem habitus eſt in potentia, quia opus bonum habentis talem habitum reddit, igitur & gratia in voluntate eſt. Poſtremo gratia cooperans eſt in voluntate, ergo & operans, cū ſint idem.

Gratia eſt in potētia

DISTINCTIO. XXVII.
Quęſt. Vnica. Pag. 409.

An gratia ſit virtus.

RESOLVTIO.

Gratia eſt virtus.

EX præcedenti diſtinctione liquet gratiam eſſe habitum, atqui non vitiū, igitur virtus, & eadem reipſa cum charitate, quandoquidem quæcunque excellentiæ gratiæ attribuuntur, & charitati, & cō tra, vtraque enim diuidit inter filios regni & perditionis, vtraque inſuper coniungit vltimo fini perfecta coniunctione, qualis poteſt eſſe in via. Diſtinguūtur nihilominus ab inuicē formaliter, ſeu conſideratione, ſiquidem charitas dicitur virtus, quia eam habens dicitur Deum habere charum, & inquantum concurrit cum voluntate ad diligendum Deum, & bene operandum. Gratia vero eſt qua Deus aliquem habet gratum, & reputat eum beatitudine dignum. Hanc vero diſtinctionem innuit Apoſtolus, Gratia domini noſtri IeſuChrī ſti & cætera.

Auguſt. Lib. 15. c ciui. c. 18

Gratia, charitas diſtingu tur.

1 Cor. 1

DISTINCT. XXVIII.
QuæſtVnica. Pag. 411.

Liberum hominis arbitrium an ſine gratia omne cauere mortale valeat.

RESOLVTIO.

PEccatum bifariam accipitur (ſaltem commiſſionis) Primo quidem pro actu ipſo deformi, deinde pro macula ſeu reatu permanente, quoaduſque pœnitentia ſcelus ipſum deletum fuerit. Et quidem peccatum (iuxta ſecundam hanc acceptionem) omne mortale liberum arbitrium ex ſe pro hoc ſtatu cauere nequit. Siquidem anima carens gratia aliquo infecta eſt peccato originali vel actuali, a quo niſi per gratiam eripi

eripi nequit, vnde illud : Si filius vos liberauerit & cætera, . ſ. Hoc autem non prouenit propter immediatam culpæ & gratiæ oppoſitionem : Nam hæc in ſtatu innocentiæ non fuiſſent oppoſita, cum tunc potuiſſet eſſe aliquis in puris naturalibus. Nec prouenit ex impotentia ipſius Dei, quaſi Deus non poſſet offenſam abſque gratia dimittere. Nam qualem potuit Deus voluntatem condere, talem & reparare valet, poſtea quam deliquit. Sed huius cauſa eſt lex illa vniuerſalis, qua a Deo ſtatutum, non remittitur peccatum, niſi infundat & gratiam. Cauſa igitur ob quam ſine gratia liberum arbitrium non poſſit mortale omne vitare, non eſt impotentia ſeu infirmitas liberi arbitrij abſolute, ſed quatenus cooperatur ad Deum gratiam libere offerentem, libero tamen arbitrio quadantenus diſpoſito. Iſtud quoque aſtrui poteſt ex eo quod homo tenetur aliquādo elicere actum illius præcepti, Diliges Deum tuum ex toto corde tuo, Non enim citra mortalem offenſam poſſet illud ſemper omittere. Cum igitur voluntas (licet careat gratia) adimplebit iſtud pręceptū, & ita de congruo ſeſe ad gratiam diſponet, offeretur ei à Deo gratia, cui vel reſiſtet & mortaliter offendet, vel conſentiet & iuſtificabitur ex pacto diuino.

DISTINCTIO. XXIX.
Quæſt. Vnica. Pag. 415.

Eratne originalis iuſtitia ſupernaturale donum?

RESOLVTIO.

ORiginalis iuſtitia duo in homine ꝓ ſtatu innocentiæ efficiebat, Primum perfectam in animo tranquillitatem & harmoniam, quantum ad omnes potētias, ſic vt aut appetitus ſenſitiuus contra iudicium rationis in nihil ferretur, aut ſi ex ſe ipſo inordinate moueretur, moderabaẗ profecto, & ordinabaẗ citra difficultatē a rōne, & abſque retinentia, & dolore partis ſenſitiuæ. Id aūt non habebat potentiā facta in puris naturalibus. Quamobrem operæpretium fuerit aſſerere iuſtitiam originalem, quæ id præſtabat, donum fuiſſe ſupernaturale. Deinde quemadmodum intellectus ſenſui coniunctus natus eſt ſenſibilia intelligere, ſic voluntas ſenſitiuo appetitui connexa, nata eſt eidē condelectari. Quocirca nequit ſenſitiuum appetitū a ſuo delectabili, aut ēt ſeipſam a condelectando eidem retrahere abſque difficultate. Quapp, vt delectabiliter id operaretur, oportet ipſam in aliud ferri ſibi delectabile, vt puta in Deum ipſum, cū ſit illud delectabile potentiæ inferioris, hoc aūt ſeipſa non pōt. Neceſſe eſt igiẗ eam hre donū ſupernaturale, nempe originalē iuſtitiā, quæ Deū illi reddat delectabiliorem delectabilibus ſenſitiui appetitus. Siquidem, (vt

Originalis iuſtitia quid præſtabat homini.

Lib. 1. aduerſos Iouinianum

vt ait Hieronymus, Nudi & expediti domini conſortio fruebantur. Si igitur vires inferiores delectabiliter obſequantur rationi, opus eſt in ipſis ponere ſupernaturale aliquod donum, quo feruntur magis in delectabile voluntatis, quàm in proprium delectabile; vel oportet ponere ſpecialem voluntatis diuinæ aſſiſtentiam, aut aliquid æquiualens. Inter illa tamen dona potiſſimum fuit iuſtitiæ originalis, quæ erat in voluntate, per quam ipſa voluntas cauiſſet, ne illicitæ delectationes inſurrexiſſent in appetitu ſenſitiuo, qualis eſt fornicatio, & cætera. Licitas autem imperaſſet, vt cognoſcere ſuam, & bene eis vſa fuiſſet, eas in debitum & vltimum referendo finem, & eis vtendo pro loco, & tempore. Secundum quod homini præſtare aſſeritur iuſtitia originalis eſt immortalitas, hoc eſt, potentia nō moriendi, ſed hanc non conſeruabat ſola originalis iuſtitia, ſed pleraque alia, vt eſus fructus arboris vitæ, diuina protectio, Angelorum cuſtodia, parentum doctrina, bonum regimen intrinſecum. Quod ſi dixeris hominem ex puris naturalibus habuiſſe immortalitatē, & tranquillitatem potentiarum, cum horum oppoſita ſint pœnæ pro peccato illatæ, & proinde iuſtitiam originalem hæc non contuliſſe. Reſpondetur, aſſumptum falſum eſſe: Quinimo homo in puris naturalibus ſenſiſſet carnis rebellionē, & fuiſſet morti obnoxius, nec iſtæ fuiſſent illi pœnæ, ſed conditiones naturæ; pœnæ, inquam, proprie dictæ, id eſt, pro peccato inflictæ, ſicut non eſt boni pœna mori, ſed naturalis conditio. Deinde ſi exquiras an iuſtitia originalis præſtet gratiam, an contra. Reſpondetur, quòd ſe habet ad gratiam, ſicut excedens, & exceſſum. Excedens quidem, quia fini vltimo coniunxit firmius voluntatem quàm gratia. Ita enim coniunxit ſecundum aliquos, nempe Alexandrum, Bonauenturam, Thomam, quòd non patiebatur ſecum aliquod peccatum veniale. Charitas autem compatitur, vel ſecundum prædicta ſaltem ita coniunxit, quod facilius, & delectabilius erat pati aliqua triſtitia in feriori, quam alicui delectatio ni inferiori acquieſcere, recedendo a delectatione finis. Iſtā facilitatem non facit gratia, cum qua ſtat iſtas pronitas ad malum, & difficultas ad bonū: Sed excedit gratia in hoc, quod ipſa coniungit de condigno fini, videlicet Deo, vt bono ſupernaturali & ſupernaturaliter ꝑ meritū attingēdo tale bonū, Non ſic aūt originalis iuſtitia, ſed tm̄ coniungebat illi bono vt conuenienti, & delectabili. Si dicas, quod in aliquibus ſanctis, vt in B Franciſco, Bonauentura, & alijs, gratia faciebat hanc facilitatē vt delectabiliter reſiſterent paſſionib⁹. Reſpondet, hoc nō eſſe ſecundum legem communem, nec ex gratia inhærente, ſed ex ſpeciali dono.

DI-

DISTINCTIO. XXX. Quęſtio I. & II. pag. 420.

An peccatū originis ſit priuatio originalis iuſtitiæ, & omnes ſecundum legem propagati ab Adam illud contrahant.

RESOLVTIO.

om. 2. q. b. 1. de ncep. vir n. c. 27 riginale ccatum ud.

ANſelmus per peccatum, quod originale dico, aliud intelligere (inquit) nequeo in ipſis infantibus, niſi factam per inobedientiam Adæ debitæ iuſtitiæ nuditatem, per quam omnes ſunt filij irę, & in iniquitatibus

phef. 2. ſal. 50.

cōcepti. Hoc aſtruit, nam peccatū formaliter, ſeu ꝓprie eſt iniuſtitia, ergo peccatū originale eſt iniuſtitia originalis: Iniuſtitia aūt ſecundū eūdem, eſt priuatio iuſtitiæ debitæ. Ex his colligitur plena huius peccati definitio, quod ſit carentia iuſtitiæ originalis debitę, quia accceptę in primo parente, & in ipſo amiſſæ. Quod ſi obijcias Apoſtolū & pleroſq; ſanctorū aſſerentes concupiſcentiā eſſe peccatū originale: Obſeruandū eſt concupiſcentiā bifariam accipi poſſe: Primum vt eſt actus, aut habitus, vel pronitas in appetitu ſenſitiuo, & nullū horū formaliter eſt peccatum, quia eſt communis nobis, & brutis. Præterea in parte ſenſitiua, ſecūdū Anſelmum, non eſt peccatum. Secundo accipitur, vt eſt pronitas in appetitu rōnali, id eſt, in ipſa voluntate, ad concupiſcendū delectabilia īmoderatè, quę nata eſt condelectari appetitui ſenſitiuo, cui coniungit: Et hoc modo concupiſcentia eſt materiale peccati originalis, quia ꝑ priuationem iuſtitiæ originalis (quæ erat veluti frænum ipſam cohibens ab immoderata delectatione) ipſa nō poſitiue, ſed per priuationē, fit prona ad cōcupiſcendū delectabilia, quē admodū dat analogiā Anſelm⁹ de naui, fracto gubernaculo, quæ impellitur quocunq; vēntus flauerit; & de equo fracto fręno & ſibi dimiſſo, quocūq; fert appetitus ſenſitiuus mouetur. Moderaretur autē, & cohiberetur illa per gubernaculum, hic vero per frænū. Eodē modo ſe habet voluntas ad iuſtitiā originalē, & illi exemplo alludit Anſelmus. Si autē equus, &c. Quilibet autem ſecundum cōem legem (præter Chriſtum) aut non ſpecialiter præſeruatus (præter virginē) ab Adā propagatione hoc contrahit peccatum, vt patet ex illis, per vnum hominē, &c. Sicut per inobedientiā, &c. In Adam omnes moriuntur, & eramus nati filij iræ: In iniquitatibus conceptus ſum, &c. & ex illo Auguſtini: Firmiſſime tene, &c Ratione vero ſic aſtruitur, quilibet ſic propagatus caret originali iuſtitia, vt patet ex eius effectis, quia rebellionē in ſe ſentit, nec pōt nō mori. Et debet eā habere, propterea quod in primo parēte eā accepit, & ꝑ eius peccatū ipſam amiſit, igit̄ habet peccatum originale. Ratiocinatio conſtat per locum a definitione, antecedens eſt ipſius Anſelmi. Ex his colligitur propterea paruulos conſtringi, & contaminari debito iuſtitiæ originalis, ſeu peccato originali, quia Adam pro ſe, & pro tota natura, q̄ in ipſo cauſaliter, ſeu virtualiter erat, iuſtitiā accepit:

ib. de ca diaboli 5. et 16.

ōcupiſcē a dupliter capi tur.

. lib. de aſu dia- oli. c. 3. 4.

Lib. de ca ſu diaboli. c. 23.

Iac. 3. c. Pro prima q. Originale peccatum in hoīs tranſit.

Rom. 5. D. c. 5. Ro. 1. Cor. 15 Ephef. 2. Pſal. 50. Tom. 3. de fide ad Petrū c. 5

Reſol. 29.

Originale peccatum quare ſit i paruulis.

cepit: Ideo iuſte Deus eã a tota exigit natura, vnde Anſelmus. Adã peccato perſonali nudauit naturã iuſtitia debita, & nudata natura a tali iuſtitia ĩn quocũque facit, naturã nudã facit, & talem debitricẽ. Aſtruĩt præterea, nã omne donũ, quod datur ab ipſo Deo antecedenter, ſeu volũtate antecedẽte, id eſt, quantum eſt ex parte Dei, ſine ſpeciali gratia & debito, eſt debitum, licet non detur conſequẽter ſeu de facto. Atqui Deus dans originalem iuſtitiã de facto ipſi Adæ, eã dedit filijs antecedenter, id eſt, quantum erat ex parte Dei, quia ſine ſpeciali merito, aut dono eã illis dediſſet vniuerſaliter, & quaſi naturaliter, non ꝙ eã pater trãnsfudiſſet, cum eſſet donũ ſupernaturale, ſed quia Deus cooperatus fuiſſet regulariter, dando iuſtitiam propãgato, ſicut nunc corpore pfe ƈte organizato animam intellectiuam creat, & infundit. Quocirca ex tali collatione facta patri filius eſt debitor iuſtitiæ ſic datæ. Quod autẽ donũ antecedenter datũ ſit debitũ patet. Nã is cui voluntatẽ, & gratiã Deꝰ cõfert, debitor eſt bonorum operum, quæ antecedenter illi in his donis dantur, & virtualiter in gratia continentur, ita quod amittens gratiã, & frequenter peccans nedũ pro amiſſione gratiæ penĩt.

Luc. 22. (Nam hoc pacto tantum puni-
Matt. 25. retur, qui ſemel mortaliter deliquit, quantũ qui pluries) ſed quia non bene vſus eſt gratia. Vnde apud Lucam, Negotiamini donec venio. Itẽ, apud Matthæum, arguitur ille qui talentũ domini ſui in terrã abſconderat. Bifariã igitur iuſtitia dicitur debita, Primo, quia in ſe accepta, & a ſeipſo amiſſa. Secũdo, quia ab alio accepta, & opere, ſeu delicto alterius perdita: Primo modo incurritur actuale peccatũ. Secũdo mõ originale. Si quis igitur cũ Iuliano Apoſtata, & cæteris hæreticis quærat dicens: nõ peccat qui naſcitur, non peccat ille qui genuit, nõ peccat ille qui condidit, per quas igitur rimas inter tot pſidia innocentiæ peccatũ fingis ingreſſum? Rñdetur, ingreditur peccatum per has duas cauſas poſitiuas, voluntatẽ Dei dantis iuſtitiam originalem, quantũ eſt ex ſeipſo, & patrem propagantem, per cuius actionẽ iſte eſt filius malus Adæ. Hoc aſtruitur per Apoſtolũ, per vnũ hominem, &c. Carentia autem iuſtitiæ originalis nulla eſt cauſa poſitiua, ſicut & cuiuſcuuque peccati, aſſertore Auguſtino de ciuitate Dei, Mali cauſa ſi requiratur non inuenitur, non enim habet cauſam, ſed deficientiã. Deficiens igitur cauſa huius iuſtitiæ eſt Deus non dans iuſtitãi originalem. Cauſa deinde quare non det, eſt ipſe Adã, qui ſuo peccato pſonali demeruit ne iuſtitia darẽt originalis poſteris ſuis.

DISTINCTIO. XXXI.

Quæſt. Vnica Pag. 421.

Contrahit ne anima a carne infecta originale peccatum?

Resolutio.

Non defuerunt, qui putarint primorũ parentum corpora ſuo peccato, aut ſerpentis veneno in-

intoxicata, & maculata fuiſſe. Et proinde generaſſe filios con ſimiliter maculatos. Deinceps animam ipſam in inſtanti ſuæ creationis, & infuſionis a carne infecta infici exiſtimauerũt, perinde ac pulchrum primum deturpatur, ſi lutoſis contingatur manibus. Et vnguentum, & liquor optimus ſi infundatur in corruptum vas. Veruntamen longe proprius ſentit Scotus, cum Anſelmo, aſſerens animã a carne infici, non propter morbidam, aut vitioſam quandam qualitatem corpori inhærentem: Sed quia caro ipſa concupiſcibiliter, & cum libidinis feruore ſeminatur: Et ex ipſa organicũ formatur corpus, cui infunditur anima conſtituens perſonam, quæ eſt filia naturalis Adę Hæc autem perſona, cũ naturalis filia Adæ, originalis eſt debitrix iuſtitiæ, propterea quod antecedenter illi data fuerit a Deo reſolutione præcedenti, & caret ea, ex quo fit, vt ſit obnoxia peccato originali, ꝙ nihil aliud eſt proprie quam carentia iuſtitiæ originalis, cũ debito habendi eam. Et ſic accipiendæ ſunt authoritates ſcriptorum, & ſanctorum, quæ ſonãt animã a carne infici, vt pura inquantum anima eſt forma ſubſtantialis carnis. Et ex his duobus conſtituitur naturalis filius Adæ debitor iuſtitiæ originalis, cuius ſane filiationis caro eſt in cauſa, quia ſecundum illam ab Adamo deſcendimus, non ſecundum animam, quæ non eſt ex traduce, id eſt, de parentibus, ſed a ſolo Deo creatur, & infunditur.

DISTINCTIO. XXXII.

Quæſt. Vnica. Pag. 422.

Dimittitur ne originale peccatum in baptiſmate.

RESOLVTIO.

ORiginale peccatum in baptiſmate dimittitur, non propterea quod iuſtitia originalis debita, & in primo parente amiſſa reſtituatur (quia nullus vnquam præter primos parentes eam habuit) ſed quia in eo gratia confertur virtualiter continens iuſtitiam originalem: Gratia enim licet non ita perfecte, & delectabiliter hominem vltimo coniungat fini, quantum ad aliquam accidentalem conditionem (nempe delectabilitatem) ſicut originalis iuſtitia, perfectius tamen ſimpliciter coniungit, & eminentius gratia fini ſub ratione finis, hoc eſt, quantum ad rationem gratitudinis & meriti, quia reddit hominem Deo ad beatitudinem æternam acceptum, & opera eius meritoria Reſolut. 29. Et quantum ad illud ſecundum quod originale peccatum ab ipſo fine vltimo diſiungit, & ſeparat. Originale enim peccatum reddit hominem incapacem æternæ vitæ, gratia vero dignum, vnde illud, Gratia Dei vita æterna. Licet igitur baptizatus careat originali iuſtitia, tñ non imputatur illi ad peccatũ, quia non eſt eius debitor amplius: Siquidẽ hoc debitũ cõmutatur Rom.

tatur in debitum habendi gratiam. Baptizatus enim poſtmodum tenetur collatam ſibi conſeruare gratiam, & ꝑ bona opera in ea creſcere.

DISTINCTIO. XXXIII. Quæſtio Vnica. Pag. 431.

Peccato originali debetur ne ſola carentia viſionis diuinæ in pœnam?

RESOLVTIO.

QVi originali peccato damnantur nullam primum ſenſus exterioris pœnam ſuſtinebunt ignis, aut alterius afflictiui, nã hæc pœna infligitur pro abuſu, & ĩmoderata delectatione creaturarum, iuxta illud de Babylone, quantum ſe glorificauit, &c. Et illud ſecundum qualitatem delicti, &c. Hi autem in hac vita nullam inordinatam experti ſunt delectationem in appetitu ſenſitiuo, nec quatenꝰ creaturis ſunt abuſi. Ideo nec talem ſentient ſenſus pęnam poſt hãc vitam. Deinceps nullam habebunt interiorem pœnam, hoc eſt triſtitiam, quia ſi triſtarentur de ſuo ſtatu, cum triſtitia ſecundum Auguſtinum ſit de his quæ nobis inuitis accidunt, ipſi inuoluntarie talem ſuſtinerent ſtatum, & ita aduerſus diuinã murmurarent diſpoſitionem, & ex cõſequenti in eis eſſet inordinatus volũtatis actus, quod eſt abſurdum. Nam diuina ſententia ſancitum eſt, quod vbicunque ceciderit lignũ, &c. Cũ igitur in præſenti vita nullum habuerint inordinatũ voluntatis actum, ſubſequitur qđ nec in futuro habebunt triſtitiam. Inſuper ſi triſtarentur ob carentiam viſionis diuinæ, & beatitudinis, cum deſperent de ea conſequenda, haberent grauiſſimam quæ ſit in damnatis pęnam, nempe triſtitiam prouenientem ex deſperatione. Quod autem huiuſmodi triſtitia ſit grauiſſima pœnarum homini, patet, quia ſicut voluntas eſt perfectiſſima potentiarum, & eſt magis hominis appetitus inquantum homo, quam ſenſitiuus: Ita quidquid agit, vel patitur ſecundum voluntatẽ ſimpliciter, magis agit, & patitur inquantum homo, quam ſecundum alium aliquem appetitũ: Et ita magis patitur ſi triſtetur, quàm ſi doleat. Præterea paſſiones expenduntur iuxta nobilitatem, & perfectionem potentiarũ in quibus ſunt, atqui voluntas ſubiectum triſtitiæ excellentius eſt, ergo & eius paſſio magis hominẽ affligit: Non debet igitur admitti triſtitia in ſolo originali decedentibus. Cũ igitur Auguſtinus ait: Firmiſſime tene, & nullatenus dubites, qui ſine ſacramento baptiſmatis de hoc ſæculo tranſeunt, æterni ignis ſupplicio puniendos, ſic interpretandum eſt, in ſenſu diuiſionis, quod videlicet puniantur pœna priuationis viſionis diuinæ, quæ pęna eſt in æterno igne, ſed non cruciabuntur igne. Adde quòd Auguſtinus hyperbolice loquebatur, quia plus verbis ſignificabat, quam eſſet in re, quæ ſane hyperbole familiaris eſt ſacrę ſcripturæ, & ipſis doctoribus ſanctis, vt apud Ioannem. Sunt autem & alia multa ſigna, quæ fecit Ieſus &c. Ibi libros, & docto-

Apocali. 18.
Deut. 25.
Lib 14 de Ciuit. c. 15.
Lib. d[e] ... de ad... trum ... 24.

ctores ſacri, cum vellent hæreſes ſui temporis refellere adferebant media adeo vrgentia, vt viderentur ad alteram hæreſim illi oppoſitam declinare: vt Auguſtinus ſcribens aduerſus Arium videtur ad hæreſim Sabellij declinare, & contra. Con ſimiliter ſcribens aduerſus Pelagium, putatur fauere Manichæo. Quia ſicut, aſſertore Philoſopho, in moribus via deueniendi ad medium, eſt aliqualiter procedere vltra medium, verſus extremum, quemadmo dum facit & is, qui obliquam lineam, vel virgam ad rectitudinem reducere volens, in oppoſitam partem eam inflectit: Ita frequenter fecerunt ſancti confutantes emergentes varios errores, vt putarentur a recto declinare. Ad hæc quemadmodum corpora igne illo cruciabuntur, nec tamen diſſoluẽtur, aut corrumpentur, ita iſti perpetua carebunt viſione diuina, nec propterea augentur interius triſtitia, nec quicquam patientur interius, vt famem, aut ſitim, quo cõſumi poſſent, nec exterius, quod eorum corpora ex diuina diſpoſitione im paſſibilia erunt, licet non eſt do te impaſſibilitatis. Inſuper nõ habebunt aliquam carnis concupiſcentiam, ſiquidem quemadmodum fomes, ſeu appetitus ſenſitiuus nullum hac in via in eis inordinatum ſuſcitauit motum, ita nec illic aliquẽ excitabit. Poſtremo quamuis appetitu, ſeu naturali deſiderio beatitudinem appetunt, ni hilominus propter carentiam beatitudinis ſic concupitæ nullatenus angnſtiabuntur. Idcirco quod tale deſiderium niſi

1. E. c. ult.

fuerit electorum, triſtitiæ nullo modo eſt cauſa. Quantũ autem ſpectat ad cognitionem, quam habere potuerunt ipſarum rerum, cum eorum intellectus(ſicut noſter, iuxta illud corpus quod corrumpitur, &c.) non grauetur nec tormentis, vt damnati, impedietur rerum na turalem cognitionem nouam acquirere, & habere poterunt, & excellentius, quam aliqui Philoſophorum pro ſtatu ex na turalibus habuerint. Hoc enim immobilitàte, aut firmitati ſtatus eorum minime repugnat, ſicuti nec beatorum ſtatui. Et ex hoc naturalem quandã beatitudinem conſequi valebunt de Deo in vniuerſali cognito, hoc eſt, ſub ratione entis infini ti, primi motoris, primę cauſæ, quomodo & Philoſophi ex naturalibus Deum cognouerunt: Inuiſibilia, &c. Et fœlicitatem aliqui in contemplatione ſubſtantiarũ ſeparatarum id eſt, ip ſius Dei, & intelligentiarum po ſuerunt, talem hunc decedentes in origine nanciſci poterũt. In particulari vero Dei cognitionem nequibunt habere, vt puta quod ſit trinus & vnus, qđ miſerit vnigenitum humanan dum, quod ſit inquirentium ſe ſe remunerator, &c. Quia hæc cognitio duntaxat ex fide, & re uelatione obtinetur, hoc etiam non eſt obiectum volũtarium. Hęc porro Deicognitio, ſeu bea titudinis in particulari aut nõ eis dabitur, ne inde contriſtentur ob eius carentiam (quando quidem triſtitiam non demeruerũt, vt pagani adulti) aut ſi eis reueletur, & manfeſteretur, non propterea triſtarentur. Nã erunt ſua ſorte, & ſtatu contẽti, ſcien

Rom. 1.

ſcientes Deũ de ipſis ita diſpoſuiſſe, nec ſeipſos proprio hoc demeruiſſe actu.

DISTINCTIO. XXXIIII. Quæſtio Vnica. Pag. 356.

Vtrum peccatum ſit à bono, ſicut à cauſa eius.

Resolvtio.

Peccatum non eſt ab aliquo malo principio.

ERrauit maxime Manichæus, ponens vnum principium malum, a quo eſſent veluti a primo principio mala oĩa & peccata, quoniam nullum tale eſſe poteſt: Si enim eſſet, foret neceſſario independens, & impartitum, quæ tantum ſummo bonõ conueniunt. Deinde careret ſumma ꝑfectione ſibi nata conuenire, quæ ſoli Deo nata eſt tã tum competere. Malum itaque ſeu peccatum, nequit eſſe niſi a bono, hoc eſt, a bona ipſius creaturæ voluntate, quæ ſane, veluti cætera Dei opera, quatenus ſummi creatura opificis, bona eſt, ſecundum illud: Vidit Deus cuncta quæ fecit, &c. At quonam pacto ipſa volũtas ſit peccati cauſa controuertit, ſed facile rei veritatem adſequemur, ſi ea quæ ſunt in peccato obſeruauerimus: Sunt autem duo, videlicet actus poſitiuus, qualis eſt occidere hominem, alienum anferre, vt materiale, & priuatio debitæ iuſtitiæ, ſeu rectitudinis, vt formale, & præcipuum. Huius autem priuationis, ſeu diformitatis nulla eſt efficiens cauſa, ſed tantum deficiens, quod patet per Auguſtinum, Nemo quærat (inquit) efficientem cauſam malæ voluntatis, non enim eſt efficiens ſed deficiẽs, quia nec illa effectio, id eſt, operatio, ſed defectio. Deficere nempe ab illo quod ſumme eſt, hoc eſt, a Deo ad id qđ minus eſt, nempe ad creaturã, hoc eſt incipere habere malam voluntatem. Cauſas porro iſtarum defectionum, cum efficientes non ſint, ſed defficiẽtes, velle inuenire tale eſt, ac ſi vellet quiſquam tenebras videre, vel ſilentium audire. Hoc eſt ergo formaliter peccare, ſcilicet voluntatem non dare ſuo actui rectitudinem, quam tunc poſſet dare, & tenetur. Volũtas enim, quæ eſt debitrix eandem rectitudinem ſuo actui, & non dat deficiẽdo peccat. Poteſt nihilo ſecius voluntas dici cauſa efficiens per accidens peccati, accidentalitate ſe tenente ex parte effectus, quia licet voluntas nõ producat formale peccati efficiendo, ſed deficiendo, producit tamen actum poſitiuum effectiue, & quem per ſe intendit, cui per accidens eſt connexus hic defectus, ſed deformitas, quam per ſe non intendit voluntas, ſicut is, qui vt inueniat venas aquæ terram fodit, interea tamen theſaurum reperit, Reſpectu inuentionis theſauri dicitur cauſa per accidẽs, eo quod id non intenderet. Et illud aſtruitur per Dionyſium: Nemo male agit ad malum reſpiciens, id eſt, nullus intendit malum, vt malum. Hinc Auguſtinus, Si diligenter inſpiciatur, forte ipſe peccare nemo velit, ſed propter aliud, emolumentum, vel lucrum, qđ vult, peccat. Omnes quippe, qui ſciẽtes faciunt quod non licet, vellent

Peccatũ a voluntate.

Peccati cãſa.

Lib. de C... 7. & ...

De ... nomi... 4.

Lib. ... num ... recita... 15. q. ... merit... decre...

ſent licere facere, vſque adeo ipſum peccare nemo appetit propter hoc ipſum, ſed propter illud quod ex eo ſequitur. Simile habet Philoſophus : Vnuſquiſque talia agit, qualia ſibi videntur. & Salomon: Via ſtulti recta in oculis eius. & alibi : Omnis via viri recta ſibi videtur. Poteſt etiam voluntas dici cauſa per accidens peccati, accidentalitate ſe tenente ex parte cauſæ, eo modo quo Philoſophus dicit, ꝙ Policletus eſt cauſa per accidens ſtatuæ, accipiendo accidens nō proprie, ſed extenſo vocabulo pro omni eo qđ eſt extra eſſentiam, & rationem quidditatiuam alicuius, quem propria paſſio conſequitur. & ratio diuiſiua generis. Voluntas enim in vniuerſali (hoc eſt, cō munis Deo & creaturæ) nō eſt cā peccati, nam tunc Deus peccare poſſet. Sed voluntas contracta, & reſtricta ad voluntatē creatam per id quod eſt limitatum eſſe: Eſſe autem limitatū non eſt de ratione voluntatis in communi, cum ſit quid inferius, ſed accidit ipſi voluntati, quomodo animali accidit cō trahi per rationalitatem, propterea voluntas poteſt dici cauſa peccati per accidens. Quòd ſi obijcias illud Matthæi· Non poteſt arbor bona malos fructus facere, & gloſam, quę dicit: Nihil dubium quin cauſa boni ſit bona, & mali mala. Reſpondetur Saluator intelligit per arborem actum interiorem, & ꝑ fructum exteriorem actū, & increpat hypochritas Phariſæos monens eos, vt actus exteriores interioribus conforment, & cō tra, vt ſcilicet appareat, quales ſunt.

. 1.c.1. .3.Eth. — *ou. 12.* — *ou. 21.* — *b.5.Me ph.et 2, yſic.* — *att. 7.*

DISTINCT. XXXV. Quæſt. Vnica. Pag. 435.

Vtrum peccatum ſit per ſe corruptio boni.

RESOLVTIO.

Auguſtinus, in illud Ioannis : Sine ipſo factum eſt nihil, ſatis ſuperque oſtēdit peccatum per ſe, ſeu propriè eſſe boni corruptiuum, ſeu priuationem. Ait enim, peccatum nihil eſt. Anſelmus quoque ex profeſſo hoc probat. Cum autem boni peccatum ſit formaliter corruptio, variant doctores Bonauentura aſſerente, quòd ſit corruptio eius in quo eſt, nempe animæ, ſeu voluntatis, Thoma verò quòd ſit corruptio boni ſupernaturalis, vt puta gratiæ, Henrico quòd ſit corruptio habituum acquiſitorum. Veruntamen hæ opiniones conſtare nequeunt. Nam ex prima ſequeretur animam, cum ſit ens finitum, per ablationem alicuius finiti boni ab ea tandem cōſumi, quod eſt abſurdum. Cum enim a ſolo Deo creetur, ab ipſo quoque ſolo deſtrui poteſt, & corrumpi valet, ſeu annihilari dūtaxat. Ex ſecunda quoque aſſertione conſequens foret ſecundum actum vitioſum non eſſe peccatum, quia cum primum peccatum mortale totius gratiæ perditionis ſit cauſa, ſecundum nihil gratiæ corrūpit. Deinde gratia, perinde ac anima a ſolo Deo creatur, & aufertur. Ex ambabus quoq; opinionibus inferretur peccata omnia

Ioan. 1. Peccatũ propriè quid ſit. — *Li. de concep. virg. & caſu diabo. c.5 & 6.*

eiuſdem eſſe ſpeciei, propterea quòd forent eiuſdem boni priuationes. Tertia etiam opinio non eſt veritati conſona, quia cum acquiſitis habitibus ſtat mortale in aliquo, vt patet. Eſt igitur cum Scoto dicendum, quòd peccatum proprie eſt corruptio rectitudinis in actu ſecundo, non quidem recti tudinis, quæ ſit in actu, ſed eius quæ debet eſſe. Vnde nec corruptio proprie accipitur, vt diſtinguitur a generatione, ſed laxato vocabulo pro priuatione. Voluntas enim libera debitrix eſt, vt eliciat omnes actus ſuos conformiter ſuperiori regulæ, hoc eſt, iuxta domini voluntatem, & eius præceptum. Quocirca cum agit deformiter ab illa regula, caret iuſtitia, quæ deberet ineſſe actui, & non ineſt: Et hæc carentia (inquantum voluntas deficiens eſt illius cauſa) eſt formaliter peccatum. Huic aſſertioni conſentit Diuus Auguſtinus, Peccatū eſt voluntas, ſeu velle, conſequendi vel retinendi quod iuſtitia vetat, & a quo liberum eſt abſtinere. Ambroſius: Peccatum eſt cœleſtium tranſgreſſio mandatorum. Ex his infertur actum ipſum voluntatis poſitiuum non eſſe formaliter peccatum, ſed carentiam debiti ordinis in illo actu, & actum ipſum eſſe duntaxat materiale peccati. His accedit ratio huiuſmodi. Omne peccatum ſecundum Anſelmum eſt iniuſtitia formaliter, iniuſtitia autem priuatio iuſtitiæ: Igitur peccatum actuale eſt priuatio iuſtitiæ actualis, id eſt, quæ deberet eſſe in actu. Subſcribit Hieremias dicens: Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ (ecce formale peccati) & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas) ecce materiale.) Proinde ſi quæras vtrum magis per ſe ſit de ratione peccati, auerſio a Deo, an cōuerſio ad creaturas. Reſpondetur ꝙ auerſio a Deo, ſiue volūtas ſeſe formaliter contrarie a Deo auertat, vt puta nolendo Deum ſibi fore propitium, contemnendo beatitudinē, & tale nolle eſt odire Deum, aut formaliter negatiue, vt cum tempore debito omittit adimplere præceptum illud: Diliges dominum Deum tuum &c. Siue virtualiter, quod contingit, cum voluntas negligit id quod eſt ad ſalutem neceſſarium, nēpe præcepta ſecundæ tabulę, & alia quæ non directe, & immediate Deum concernunt. Hoc .n. modo voluntas formaliter ſe a tali auertit præcepto virtualiter, aut a Deo, qui .n. alicuius contemnit præceptum, ipſum quoque ſpernit præcipientem, vnde illud Matthæi: Qui vos ſpernit, &c. Sicut qui concluſionem inficiatur, negat quoque principia, ex quibus infertur, & valetudinarius, qui amaram reſpuit potionem vnde curari poſſet, ſopitatem etiam negligit. Obſerua autem primam auerſionem, nempe formalem eſſe ſpeciale peccatum, quia eſt odium Dei, aut omiſſio illius præcepti: Diliges dominū &c. nec inuoluitur in quolibet peccato. Secunda vero, videlicet auerſio virtualis eſt omni mortali peccato communis, quia in omni tali peccato voluntas omittit quidpiam ad ſalutem neceſſarium. Neceſſarium, inquam, non iuxta Philoſophorū

do-

Tom. 6. li. De duabus animab. cōt. Manichæum. li. de Parad.

Hier. 2.

peccati... tio in ... potiſſim... conſiſta...

Matt.

doctrinam,ſed Dei voluntatem
tt. 19 iubentem. Si vis ad vitam ingredi, &c. Et huiuſmodi auerſio, ſeu inordinatio voluntatis eſt eſſentialis cuiuſcunque peccati ratio, perinde ac rectitudo ſeu cōformitas voluntatis creatæ,ad voluntatem diuinā (quæ
. 10. vocatur actualis iuſtitia) eſt eſſentialis ratio, & cauſa præcipua actus ſtudioſi, & boni.
Quòd ſi aduerſus prædicta obijcias naturam ipſo peccato corrumpi, propterea ꝙ gloſa in illud Lucæ (Et plagis impoſitis) dicat peccatum vulnerat in naturalibus, & ſpoliat in gratuitis: Quod non eſſet verum, ſi tantum auferret perfectionem ab actu ſecundo,& nihil a perfectione naturæ. Reſpondetur
.de di cum Diuo Dionyſio,quòd ipſa
nomin. natura manens integra vulneratur, quando fit inhabilis ad vſum rectum, & bona opera exercenda, quod fit per crebrā actualis iuſtitię priuationem. His enim inordinatis actibus, aggenerat in ſe vitioſos habitus, & redditur ad malum propenſa. Deinceps ſi contendas peccatum mortale eſſe gratiæ corruptiuum,& non rectitudinis, cū eam deſtruat, aliàs poſſet cum gratia conſiſtere.
Reſpondetur, peccatum non corrumpere effectiue gratiam, ſed tantum demeritorie. Gratia enim proprie non corrumpitur, ſed annihilatur, & hoc a ſolo,qui etiam ſolus eam creat & dat, iuxta illnd Pſalmiſtæ: Gratiam, & gloriam dabit dominus. Homo autem per peccatum demeretur, vt Deus ſuam gratiam ab eo auferat: Non.n. Deus ab homine gratiam aufert, quin prius natura homo id demeruerit: Et ad hunc ſenſum peccatum dicitur gratiam deſtruere, quam non ex iacom Tom. 6.
poſſibilitate, ſed vt demeritum Lib. 2.
deſtruit. Quocirca cum Auguſti cōtra Fau
nus ait,peccatum eſt factū, vel ſtum.
concupitum contra legem Dei, intelligendum eſt hæc dici peccata materialiter, non formaliter.

DISTINCT. XXXVI.

Quæſt. Vnica. Pag. 435.

Vtrum peccatum ſit peccati pœna.

RESOLVTIO.

PEccatū omne vtiq; Peccatū
pœna eſt ſeu innexam inſeparabiliter habet pœnā, eſt pœna.
quandoquidem pœna formaliter eſt priuatio boni conuenientis ipſi voluntati,ſeu volenti. Atqui peccatum priuat hominem maximo bono,nempe iuſtitia,& rectitudine debita, quæ ſane eſt perfectio nobilior, & magis conueniens ipſi voluntati, vt eſt libera, quàm quodcunque commodū. Priuari igitur hac æquitate maius eſt homini detrimētum & pœna, quàm quiuis dolor, aut triſtitia, ſeu cuiuſcunque commodi (alius a iuſtitia)
priuatio. Vnde Auguſtinus: 1. Cōfeſſ.
Iuſſiſti Domine, & ita eſt, vt cap. 12.
omnis inordinatus animus pœ Lib. 3. de
na ſibi ſit, & idem, Neque.n. lib. arbit.
ad momentum eſt dedecus culpæ, ſine dedecore iuſtitiæ. Inde prouenit, ꝙ pœna dr̄ culpā ordinare, quia aīa peccatrix neq̄t ordinatius, aut melius eſſe, q̄ in pęna, aliàs relinqueret inordinatum quidpiā in vniuer-

ſo. Ad hęc peccatū priuat hominem ſummo bono, nēpe Deo. Voluntas .n. corporalē quærens delectationē, ſpiritualē amittit conſolationē, deſiderans oblectari in creatura, ſuauitatē & delitias deſerit, q̄ ſunt in ſummo bono: Cumque paruum & momentaneū proſequitur bonū, maximo, & perenni priuat bono. Deinde peccatum vnum eſt alterius pęna. Nam in Geneſi dr̄: Nondum completæ ſunt iniquitates Amorræorum, & apud Pſalmiſtā: Apponit iniq̄tatē ſup iniquitatē eorum. & Ozeā: Sāguis ſanguinē tetigit, id eſt, peccatum peccato aditū eſt. & Apoſtolū: Propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ, & vt impleant peccata ſua ſemp. &c. Ioanni ēt dr̄ per Angelū, Qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc. Rō adduci poteſt, quia voluntatē ſeſe a Deo auertentē per peccatū, iuſte Deus, ſuam ſubtrahendo gratiam, deſerit, quæ, proh dolor, a Deo ſic derelicta in alterū incidit peccatū. Præterea iuſto iudicio Deus cor peccantis obnubilat; vt p̄cedentis peccati demerito, & in alia cadat. Proinde vt Auguſtinus ait, præcedentis eſt hęc pœna peccati, & tn̄ ēt ipſa peccatū eſt. Iuſtiſſimi .n. Dei iudicio traditi ſunt, vt ait Apoſtolus, ſiue deſiderādo, ſiue alio mō explicabili, ſiue inexplicabili ī paſſiones ignominiæ, vt crimina criminibus vindicarent: Et ſupplicia peccantiū non tantū ſunt tormenta, ſed & vitiorum incrementa. Adde quòd & voluntas peccans deſtruit in ſeipſa habitum ſeu inclinationem ad bonum, & fit ad malū propenſa, quæ eſt ipſi maximum incommodum. Inſuper incurrit remorſum, & afflictionem internam, licet diſtracta eam continuo non præſentiat. Et quemadmodum ſubſequens peccatum præcedentis eſt pœna, ita præcedens ſubſequentis eſſe cauſam oportet. Vnde Gregorius, Peccatū quod per pœnitentiam non diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit, & idē alibi ait: Contēnenti qui non vult pęnitere, ponit Deus offendiculū, vt ſcilicet grauius impingat. D. & Iſidorus, Deus occultā ſuperbiā clericorū vindicat p manifeſtā luxuriam. Prædictis aūt aduerſari vr̄, quod habet Auguſtinus: Omnis pœna iuſta eſt, & iuſtū oē a Deo eſt, ergo & omnis pęna a Deo erit: Sed peccati Deus non eſt author, igitur peccatū non eſt pęna. Hoc dubio procul ex Auguſtino non colligit: Quod vt apertius noueris, obſerua duplicē eſſe pœnā, videlicet cōtractā (q̄ dicunt) quæ eſt alicuius boni priuatio, vt rectitudinis actualis, gratiæ, viſionis, & fruitionis ipſius Dei; & inflictā, q̄ ſane eſt quidpiā poſitiuū homini diſconueniens, vt triſtitia in aīa, dolor in corpore. Et hmōi pœna, quæcunq;, eſt a Deo, vt dictū eſt Reſol. præcedenti, Et de hac intelligit Auguſtin⁹, ait .n. In bonis operibus Dei, bona opera ſunt iſta punitiua, licet ſint mala iſtis punitis. Pęna vero cōtracta nō eſt a Deo effectiue, cū nullā efficientē habeat cauſam, nec deficiente primo, ſed deſerente, & relinquente, ratione primi demeriti ipſam creatam voluntatem (quæ deficit) in ſuo defectu, & in omnibus defectibus ad illā conſequen-

Peccatū eſt pœna peccati.

Gen. 15. *Pſal. 68.* *Ozea. 4.* *Rom. 1.* *2. Theſ. 2* *7. Apo. 22*

Tom. 7. contra Iulianum. Li. 5. c. 3.

In m... libus. Sap. Ezec. Hō.

Tom. Lib. 1 tract. c. 25. 26.

quentibus A Deo .n. ſic deſerta in ſecundum cadit demeritũ, quia Deus non coagit ad illud bonum, videlicet ad rectitudinem habendam, ad quam quãtũ eſt ex ſe cooperatus fuiſſet: Id eſt, Deus non iuuat hominem auxilio illo ſpeciali, quo illi aſſiſtebat, cum eſſet in gratia, licet generale auxilium illi non auferat, ideo prolabitur in varia ſcelera.

DISTINCTIO. XXXVII.

Quæſt. Vnica. Pag. 436.

Poteſtne a Deo peccatum eſſe?

RESOLVTIO.

Tom. 4. lib. 83 qõ. qõ. 3. Augustinus libere profitetur Deum peccati non eſſe cauſam, Ait eñ, Nullo homine ſapiente authore fit homo deterior, tanta eñ eſt iſta in homine culpa, vt in hominem ſapientem non cadat: Eſt aũt Deus omni homine ſapiente perfectior, quocirce eo authore nullus deterior fit, Adde illud Ioannis: Sine ipſo factũ eſt nihil. gloſa, id eſt, peccatum, ergo peccatum non Ioan. 1. eſt a Deo. Preterea Auguſtinus, qui cã eſt omni enti vt ſit, non eſt cã non eſſendi, quare cum peccatum formaliter ſit nõ eſſe, ſeu negatio alicuius boni, il-Lib. 83 q. qõ. 21. lius Deus non erit cã, aut alicu ius mali. Idem ibidem: Vitiũ eſt voluntas, quo eſt homo deterior, quod vitium longe abeſt a Dei voluntate, vt ratio docet, Caue nihilominus cum au-Qõ. 3. dis oẽs Doctores Catholicos in hoc conſentire, ꝙ Deus non ſit malorum author, ne malorum pœnas, ſicut peccata, aut actiones ipſas peccato ſubſtratas. i. actus poſitiuos, qui ſunt peccata materialiter, aſſertore Auguſtino, cum definit peccatum, includas. pęnarum enim Deus author eſt, ſicut ipſe per prophetã Amos ait: Non eſſe malum in ciuitates qđ Deus non fecerit, *Amos. 3.* Item apud Iſaiam ex perſona ſua ait. Ego ſum Deus creãs malum & faciens bonũ. Ecce hic *Iſa. 45.* dr̃ creaſſe. & feciſſe malum, ſed mali noĩe pęna intelligit̃, non culpa, ſicut e conuerſo, cum dr̃ Deus non eſſe author malorũ, noĩe mali peccata intelligent̃. Ideoque Auguſtinus qui dixerat, Qđ Deus author mali non ſit, qũo id intelligendũ ſit aperit dicens, videndũ eſt ne male intelligat̃ quod dixi, Deus author mali non eſt, qui & oĩum q̃ ſunt author eſt, quia inquantum ſunt in tm̃ bona ſunt: Et ne hinc putetur non ab illo eſſe pęnas malorũ, q̃ vtiquę malũ eſt his qui puniunt̃, Sed hoc ita dixi, ſicut dictum eſt, Deus mortem non fecit, cũ alibi ſcriptũ ſit, Mors & vita à dño eſt. malorum ergo pœna, q̃ a Deo eſt, malum eſt quidem malis, ſed in bonis operib. Dei eſt qm̃ iuſtum eſt vt mali puniant̃, & vtique bonum eſt oẽ qđ iuſtũ eſt. Sic ergo dr̃ Deus non feciſſe mortem, quia non fecit illud pro quo mors infligit̃, id eſt peccatum. Deinde mala voluntas, & actus mali, qui dñr peccata materialiter, inquantũ ſunt, vel inquantũ actus ſunt, bona ſunt & Dei natura bona & ex Deo authore, licet inquãtum inordinate, & contra legẽ Dei fiunt, & debito carent, peccata ſunt, & nihil ſunt, Et ex cõ

Tom. 4. in Li. 83. qõ. q. 12.

Lib. 1. retra. c. 26.

Sapien. 1. Eccle. 11

ſequenti Deum non habeãt au
thorem, ſed ſolam voluntatem
11. Q̄ō. creatam deficientem. Hoc vero
qō. 21. in ita deſtruitur primũ ex Augu-
tom. 4. ſtino, Deus boni tantummodo
cã, quocirca mali author non
eſt, quia oĩum quę ſunt author
eſt, q̃ inquantum ſunt, intm̃ bo
Q̄ō. 14. na ſunt. Idem ibidem, Omne
qđ eſt inquantũ eſt, bonũ eſt, &
Enchirid. in Echiridio, Oĩs natura bonũ
c. 13. eſt, nec res aliqua mala eſſet, ſi
res ipſa q̃ mala eſt natura non
eſſet: deinde aſtruitur per illud
Ioan. 15. Ioannis, Sine me nihil &c. At-
qui oĩs actio ſiue bona, ſiue
mala eſt ens, igĩ abſque Dei
concurſu non fit. Quod ſi dixe-
ris illud de bona ĩtelligi actio-
ne, oñdo oppoſitum. Siquidem
Iſa. 10. apud Iſaiam dr̃, væ Aſſur virga
furoris mei &c. Item, Nunqđ
gloriabitur ſecuris? in quem lo
cum gloſa, ſicut inſtrumẽta ni-
hil p ſe agunt, ita Sennacherib
nihil p ſe operatus eſt, vt patet
Iſa. 14. ex Iſaia. Si ergo actio Sennache
rib mala erat, & crudelis ipſe
erat, & ipſe erat illius actionis
inſtr̃m Dei, igitur talis actio a
Deo erat tanquã a primo prin-
cipio, & principali agente. In-
ſuper operatio miraculorũ eſt
a ſolo Deo, ſed aliquis faciens
miracula peccat (vt patet apud
Matth. 7. Matthæum dicentem, None in
noĩe tuo prophetauimus, &c.)
Cum facit illa pp vanam glo-
riam, aut alium malum finem,
igitur hæc actio ſubſtrata de-
formitati. & peccato eſt a Deo,
& pari rõne quæuis alia. Adde
Ioan. 11. ꝙ & verba Caiphæ apud Ioan-
nem, q̃ ipſe pp malum finẽ lo-
quebatur, in quo & peccabat,
concurrente Spiritu ſancto pro
D. c. 11. nunciabatur, vt patet ex con-
Ioan. textu Ioannis. Præterea omnis
ſcientia a domino Deo eſt, ta-
men multi propter auaritiam
diſcunt, igĩ illud addiſcere ma
lum erit, & Deo concurrẽte fit.
Ad hæc cum proles ex adulte-
rio gñatur, quærĩ an Deus con
currat, vel non; ſi primum, hĩ
propoſitum; ſi non concurrat,
ergo proles gẽita nõ eſt a Deo,
quod eſt blaſphemum. Rõne
vero ſic comprobaĩ, Quæ ſunt
eiuſdem generis habent eadẽ
principia prima, ſed dare elee-
moſynam propter Deum, & da
re ob vanam gloriã ſunt eiuſdẽ
generis in genere naturę, idcir-
co ſi primum ſit a Deo, & ſecũ-
dum erit. Huc accedunt duo in
conuenientia, q̃ adfert Scotus,
videlicet Deus non eſſet p̄ſcius
futurorum, nec omnipotens, vt
ipſe optime deducit in hac di-
ſtinctione. Non.n.eſt p̄ſcius fu-
turorum contingentium, niſi
quia certe nouit determinatio
nem voluntatis ſuę incommu-
tabilis, & inimpedibilis ad illa
producenda. Sed ſi humana vo
luntas eſſet aliquorũ totalis cã,
poſſet aliqua velle aliter q̃ eſ-
ſent a Deo præuiſa. Deinceps
quomodo eſſet Deus omnipo-
tens, ſi nos poſſemus quidpiam
agere, aut velle contra ſuũ be-
neplacitum? Quomodo, inquã,
omnium rerum eſſentiarũ, ac-
cidentium, omnium viſibiliũ,
& inuiſibilium creator, & con
ſeruator, ſi aliquod ens eſſet cu
ius ipſe cã non eſſet? Sed tũc du
bium eſt, quomodo creata vo-
luntas ſit peccati cã, & non di-
uina, cũ vitioſus actus ab vtra-
que producatur. Reſpondetur; Peccati
quando duæ partiales cauſæ Deus n
concurrunt ad effectum natura eſt, lic
lem ambarum, defectus eſſe po primi
teſt in effectus productione ex ßus.
vnius

vnius illarum defectu, & non ex alterius. In propoſito diuina voluntas, & creata concurrunt quidem ad eundem effectum malum, ſed defectus, qui eſt in tali defectu, prouenit ex defectu createę voluntatis, ꝑpea ꝙ non det rectitudinē ipſi actui, quā poſſet, & teneť dare aūt diuina voluntas, licet non teneať eam dare (cum nulli legi ſit Deus aſtrictus) tň quantum ex ſe eſt, eam vtique daret, ſi hō cooperaretur. Vniuerſaliter.n. quidquid Deus antecedēter daret ēt conſequenter, ſeu efficaciter, quantum eſt exſe, ſi nō adeſſet impedimentum, Dans aūt homini liberā volūtatē, dat & opera recta, q̄ dubio procul ſub ſunt facultati ipſius voluntatis. Quocirca quātū eſt ex ſe ipſe oī voluntatis actui dēt rectitudinē, & daret ex cōſequenti, ſeu reipſa, ſi ipſa voluntas hominis ex parte ſua quemcunq; actum recte eliceret. Quamuis igit primi actus Deus ſit cā, nō oportet tň, ꝙ ipſe peccet, ſicuti non recte colligimus, Deus eſt cā mortis, aut triſtitiæ noſtræ, aut comeſtionis, ergo Deus moritur, triſtatur, comedit, aut bibit: Et quemadmodum bonus ſcriptor operans, vel per atramentum fluidū, vel in pagina fluida vel per calamum ineptū eſt cā bonitatis, ſi quæ relucet ex arte in ſcriptura illa, ſed nō eſt cā maculæ in illud ſcriptū prodeuntis: Hæc nempe oritur nō quia ſcriptor male ſcripſit, ſed quid papirus in qua ſcripſit, vel vitiata erat, vel calamus ineptus fuit: Sic Deus cum operatur per liberum arbitriū fluidum, vel fugitiuum, a Deo quidem eſt cā actionis, & entitatis ex libero arbitrio prodeuntis, ſed non eſt cā deformitatis, ſecundum quā liberū arbitriū deuiat, ac deficit a regula diuinæ voluntatis. Quod ſi inde colligas Deum agere contra ſuam prohibitionem, ſi videlicet ad actū concurrat vitioſum Et poteſt gr̄a exempli adduci prohibitio facta Adę eſus ligni ſcientię boni, & mali. Rn̄deť, Deus cum aliquam prohibet actionē, eam non ſibi, ſed alij vetat, nec prohibet ſuam cooperationē, quā non ſubtrahit creaturę. Quāobrem actio ipſa quatenus actio eſt a Deo, ſed nō inquantum prohibita. Sed inde (dices) conſequitur hominem nō peccare, ꝑpea ꝙ in tali actu ſeſe diuinę conformet voluntati, vult enim actum, quē Deus coefficit. Rn̄detur, volūtas Dei ſigni, eſt regula noſtrorum actuū, non voluntas beneplaciti: Ideo quāuis huic voluntati bn̄placiti ſe hō conformet, nō idcirco ſemper bene agit. Hac de re vide latius & Gabrielem. *Diſt. vlt. primi tit. Lect. 61.*

DISTINCTIO XXXVIII.

Queſt. Vnica. Pag. 450.

Vtrum intentio ſit actus ſolius voluntatis.

RESOLVTIO.

INtendere in pręſentia eſt in aliud tēdere, Hoc aūt bifariam, accipi pōt: Primo generaliter pro actu cuiuſcunque potentię, quę in quidpiam fertur, vel vt in obiectum, vel vt in finē, ſiue huiuſmodi potentia ſeipſam in ſuis actib. determinet, *Intētio eſt actus ſolius voluntatis.*

ſiue non, & ſic cuilibet competit potentiæ, & intellectiuæ, & ſenſitiuæ. Secundo accipit̃ proprie, veluti pro actu potentiæ ſeipſam determinantis, quippe quæ nõ ducitur ab obiecto, ſed ſeipſam in illius conſecutionem, vel fugam ducit, vt in finem: Et hoc modo nequit eſſe naturalis potentiæ, ſed tantum libere, id eſt ipſius voluntatis, quatenus libere ſeipſam in finem mouet, & non reſpectu cuiuſcunque obiecti, & q͂a voluntas actum intellectus vt directiuum præſupponit, non ſecus ac pedis incedentis operatio actionem oculi viam præoſtendentis expoſcit. Idcirco intendere proprijſſime ſumptũ, erit totius liberi arbitrij intellectum, & voluntatem includẽtis: Et id quidem rõne voluntatis, perinde ac intelligere competit ipſi homini, ſed rõne intellectus. Quod ſi idẽ ſit actus medij & finis, vt cũ quis vult Dei præcepta pp̃ Dei amorem obſeruare, actus ille in finẽ fertur, erit pater intentio proprie, quatenus in mediũ ad illũ finẽ mater duntaxat. Quod ſi nitaris intellectui intentionem tribuere, cũ dicat Chriſtus apud Matthęum, ſi oculus &c. Item, vide ergo ne lumen quod in te eſt &c. Et gloſa, oculum, & lumen, quæ ad intellectum pertinent, de intentione exponant. *Matt. 6.* Reſpondetur, quòd ibi intentio dicitur actus intellectus, propterea, quòd operatio volũtatis actum intellectus præexigat. Hæc autem latius a magiſtro pertractantur hac diſtinctione, qui & intentionem eſſe ipſius voluntatis aſſerit, propterea quòd ex ſuo fine cognoſcatur, vtrum recta ſit, an praua. Deinde finem, quem intendere debet explicat, videlicet Dei amorem, iuxta Auguſtinum in enchiridio, Omnia præcepta diuina referuntur ad charitatem, de qua Apoſtolus: Finis præcepti, &c. *1. Tim.* Præterea quomodo voluntas duos fines ſuis actibus præſtituere abſque offenſa poſſit (quamuis alter ſit quid temporale) modo fines ſubordinati ſint, & ſecundo intentius in vltimũ referri poſſit. Vide Magiſtrum.

DISTINCTIO. XXXIX.

Quæſt. 1. & 2. Pag. 460.

Suntne in voluntate Syndereſis & conſcientia?

RESOLVTIO.

Syndereſis proprie eſt habitus principiorum practicorum, id eſt, quatenus ex contemplatione, & frequentatione propoſitionum dictantium de praxi, ſeu operatione aliqua, quibus cognitis terminis mox intellectus virtute luminis naturalis, de quo Pſalmiſta: Signatũ eſt ſuper nos lumen & cæte. *Pſal. 4.* Et Apoſtolus: Cum enim gentes &c. *Rom. 2.* aſſentit. Qualia principia ſunt hæc, & ſimilia, omnia quę vultis vt faciant vobis homines. &cæ. *Matt.* *Luc. 6.* Et quod ab alio oderis &c. Is autem habitus inclinat intellectum ad aſſentiendum actu talibus principijs: Et huiuſmodi notitia actualis prĩcipiorum dictat voluntati, vt exequatur opus conferre tali principio: *Tob. 4.* Propter quod hic habitus

Syndereſis quid & in quo ſit.

bitus(qui proprie eſt ſyndereſis)dicitur ſemper, & neceſſario ad bonum ſtimulare, & a malo retrahere, & ſemper eſſe rectus. Et quantum attinet ad intellectū liberum arbitrij natum eſt velle conformiter iſtis principijs,licet ex parte voluntatis liberæ non velit ob id q̄d voluntas non cogatur. Propterea ſyndereſis nequit eſſe in voluntate. Obſerua præterea ſyndereſin etiam capi pro intellectus naturali inſtinctu, atque inclinationi aſſentienti huiuſmodi principijs. Notitia.n. talium principiorum ſyndereſis actualis nuncupatur,ſicut & ille habitus ſyndereſis habitualis. Vide moralia Hieronymi ab Angeſto, vbi quoque reperies adhibito ſcolio, quod in eū locum dedimus, an ſyndereſis extingui poſſit,& quam ſit hoc homini periculoſum. Conſimiliter conſcientia eſt habitus concluſionis practicæ.i. illatæ ex principijs practicis,vt habitus huius cōcluſionis, Deus eſt diligendus,cui competunt quę cunque de ſyndereſi præterea dicta ſunt. Nā & conſciētia ſæpius pro ſyndereſi accipit̄. eſt quoque in intellectu: Cætera vero q̄ de cōſciā dici debent vide Hieronymū Angeſtū in moralibus quo videlicet ſe debeat quis illi cōformare, & erroneā deponere &c. Si ex p̄dictis elicias doctores meliorē hr̄e conſciām, cū conſciā ponat habitus intellectus, hoc ſane nō cōſequit̄,Siquidem ſola legis notitia ſpeculatiua ēt exacta non reddit hoīem conſcientioſum (vt dn̄t)ſed oportet ꝙ ſciat practice applicando notitiam ad particulare agibile.

x. vlt. c. 1. & du o.

onſcien- a quid r in quo t.

.7. tex. no. 4.

DISTINCTIO. XL.
Quæſt. Vnica. Pag. 463.

Eſtne omnis actus ex fine dicendus bonus?

RESOLVTIO.

Obſerua triplicē eſſe actuum bonitatē, præter eam, quæ cum ente conuertitur. Naturalem videlicet, Moralem, & Meritoriam. Naturalis eſt perfectio ſecunda alicuius rei integrata ex oībus conuenientib. naturaliter ei rei, & ſibi inuicem, iuxta illud Dionyſii. Bonū eſt ex integra, & perfecta cā, quemadmodū in corpore pulchritudo eſt, & conſurgit ex aggregatione oīum conuenientiū tali corpori, & inter ſe, vt puta q̄titatis, coloris, & figuræ, vt hēt Auguſtinus. Malitia vero naturalis eſt, qn̄ illa deſunt, aut aliqua illorū. Propterea actus dr̄ bonus naturaliter, qn̄ hēt ea q̄ ſibi naturaliter conueniunt, & ad eſſe eius naturale cōcurrūt, nempe cām efficiētē, obiectū, finem, & modum, vt cum infidelis motus pietate egeno ſubuenit iuxta eius indigentiam. Qn̄ aliqua horum quatuor deſunt, actus eſt naturaliter malus, vt ſi priuatus hō occidat. Bonitas actus moralis cōſurgit ex aggregatione oīum circunſtantiarū actui conuenientiū: non quidē abſolute ex natura actus, ſed qa ei ſecundū rectam conueniunt rōnem. Quæ circūſtātiæ ſunt cā efficiens libera, obiectū ſeu materia, finis(quæ eſt præcipua circūſtantiarum) modus, tp̄s, & locus. Malitia vero

De diui. no. c. 4.

Lib. 8. de tri. c. 5.

Bonitas moralis.

Malitia moralis. vero moralis eſt, quãdo iſtę circunſtãtiæ, aut aliqua deeſt, vñ conſequens eſt ſolam circunſtantiam boni finis (etiam ſi a recta præſtituatur rõne) non ſufficere ad actus bonitatẽ, ſed aliæ quæque requiruntur circũſtantiæ. Adferes fortaſſe Ambroſium dicentem. Affectus tuus operi tuo nomen imponit, *Lib. 1. of-fic. c. 3. in com. 1.* & Auguſtinum, Nemo computet bona opera ſua ante fidẽ, ita enim mihi videtur eſſe, vt *Super Pſal. 31.* magnæ vires, & curſus celerrimus præter viam, quia vbi ipſa fides non erat, bonum opus nõ erat. Bonum enim opus intentio facit, intentionem fides dirigit: Non valde attendas quid homo faciat, ſed quid cum facit attendat. Hæc proculdubio in bonis operibus generaliter ſunt vera, non in malis: Oĩa ergo hominis opera ſecundum intentionem, & cãm iudicanť bona & mala, exceptis his, quæ per ſe mala ſunt, id eſt, quæ ſine p̄uaricatione fieri nequeũt, non enim facienda ſunt mala, vt inde veniant bona. Vnde licet finis ſit p̄cipua conditio bonitatis actus, non eſt tñ ſimpliciter ſufficiens. Pñt præterea dictæ authoritates intelligi de bonitate meritoria, q̃ adijcit bonitati morali, ꝙ actus fiat, & eliciať ex gr̃a: Hæc. n. bonitas principaliter ex fine conſurgit. Poſito. n. ꝙ actus ſit bonus moraliter, fit deinde meritorius, ex debita actus ĩ finẽ (Deũ videlicet) relatione, q̃ relatio tunc eſt debita, cum actus ex inexi- *Geneſ. 4.* ſtente elicitur charitate. Reſpexit Deus ad Abel &c. Iniquitatẽ ſi aſpexi in corde meo, &c. Deus peccatores non audit &c. Quaꝑꝑ licet Hæretici, Iudæi, Turcæ multa operenť ꝑꝑ Dei amorem, nihilominus non merentur, *Ioan. 5.* quia ex charitate inexiſtente non prodeunt hæc illorum opera, & fide in Chriſtum *Heb. 11.* ſincera, ſine qua Deo nemo placere poteſt. Item, nemo venit ad patrem.

DISTINCTIO. XLI.

Quæſt. Vnica. Pag. 465.

An aliquis actus indifferens eſſe poſſit?

RESOLVTIO.

Haud dubie inter bonitatẽ, & malitiam moralẽ, medius eſt actus naturaliter dũtaxat bonus (de quo Reſo. p̄cedenti) qui profecto indifferens eſt inter bonitatem moralẽ, & malitiã. Deinde inter actum meritorium, & mortale peccatũ mediat actus moraliter ſolum bonus, i. qui hẽt oẽs debitas circũſtantias, ſed non referť in vltimum finẽ ex charitate, qui ẽt in hoc actuum gñe indifferens eſt. Qđ & hac rõne aſtrui põt. Primo cum videlicet quis Deũ cogitat, aut eius perfectiones, ſeu opera, & ipſum diligit, ac ꝑꝑ eius amorem quidpiã vult agere iuxta illud. Si quis diligit me, ſermonẽ meũ ſeruabit: *Ioan. 14.* Secundo virtualiter, ſicut cũ qs ex cogitatione Dei, & eius dilectione, q̃ prius habuit, ꝓuenit ad electionẽ alicuius medij ad ipſum Deũ ꝓducẽtis, vt eſt reſipiſcẽtia, aut ꝑſolutio diuini officij. datio eleemoſynæ. Quãuis eñ tũc cum hæc exequiť opera actu, nõ meminerit Dei, virtualiter

liter tñ,id eſt virtute prioris cõ ſiderationis, & amoris in Deũ referuntur, & pp ipſum fieri di cuntur,modo non interuenerit contraria voluntas.Tertio habi tualiter, vt puta ſi omnis actus ad Deũ referibilis manens cũ charitate,q̃ eſt princiqium referendi, dicatur habitualiter referri. Ecõtrario bifariã actus dr̃ in Deum non referri: Primo negatiue,quia nec actu, nec vir tualiter in ipſum refertur' vt ſi quis non cogitans Deum,eleemoſinam det, de qua ẽt antea non cogitaret: Secundo priuati ue,quia non eſt natus referri,vt veniale peccatũ: Tertio, quia corrumpit principium referendi ipſam videlicet charitatem, vt peccatum mortale: duo autẽ vltimi modi priuatiue, & qui corrumpit principiũ referendi peccata ſunt: Et duo ũirtualiter,& habitualiter primi meritorij. Intermedij vero moraliter & negatiue ſub quibus con tinetur actus naturaliter tantũ bonus,qui nullum eſt peccatũ, nec in Deum a ctualiter,nec vir tualiter refertur, ſed tantum habitualiter,videlicet quia natus eſt referri, Indifferẽter ſunt, quia fieri poteſt, vt nulla ſit in eis deordinatio, quæ ad rationem peccati ſufficiat, vel venia lis. Non enim tenetur homo ne ceſſario, & ſub mortalis peccati, aut venialis pœna ſemper omnes actus ſuos actualiter,aut virtualiter referre. Quia Deus nõ obligauit nos ad rem arduã. nec in illis actibus eſt ſufficiẽs bonitas, vt ſint meritorij, quia minor relatio q̃ virtualis non

Cor.10. ſufficit ad meritum. Cũ igitur
ad Col. 3 Apoſt olus ait: Siue manduca
Cor.7. tis,&c,Et conſulo,nõ id p̃cipit, ſed cõſuluit veluti homini optimum, & perfectius, quomodo ẽt & virginitatem conſuluit.

DISTINCTIO. XLII.

Quæſt.I. II. III. Pag.467.

Conſiſtitne peccatum in cogitatione, ſermone,& opere.

Resolvtio.

Hic primum omnium eſt obſeruandum malitiam aut peccatum primo principaliter,& (vt aiunt) formaliter in voluntatis eſſe actu.Siquidem habitus, & priuatio habẽt fieri circa idẽ ſubiectũ. Cũ igitur habitualis iuſtitia, q̃ originali opponitur delicto,& actualis, quę mortali demeritorie aduerſatur peccato, in voluntate cõſiſtant, cõſiſtent & ibi peccata ipſa. Hæc patent ex Anſelmo: Cui Diuus *De pecc.* ſubſcribit Auguſtinus: Cã pri⁹ *orig.c.4.* peccandi eſt voluntas. Huc ac- *Lib.1. de* cedit, ꝙ omnis actiua cã p̃ter *lib. arbit.* voluntatẽ eſt naturalis, & natu *c.1.* raliter, & neceſſario quantum eſt ex ſe agit. Ex quo fit vt nul la ob ſuã operationẽ vituperabilis ſit pp ipſam voluntatem. Cã ſiquidẽ naturalis (vt ait Au *Lib.3. de* guſtinus) non agit niſi ſcd̃m qd̃ *lib. arbit.* accipit ab alio vt agat. Igit̃ in ſua actione non eſt primo peccatũ. Vnde cõſequitur ẽt in cogitatione,ſermone,& opere nõ eẽ primo & formaliter peccatũ, ſed in volũtate ſola. Materialiter tñ, & ſecundario in illis eſt peccatũ,quatenus videlicet ſub ſunt imperio ipſius volũtatis. Volũtas.n. vt hẽt Anſelm⁹ vbi ſupra regina eſt,& dña in hoĩe,

&

& cæteræ potentiæ ei obediũt, quamobrẽ tenet ipſa nedũ ſuos actus recte, & debite elicere, ſed ẽt efficere, vt actus aliarũ potẽtiarũ æqui ſint, & iuſti. Quẽadmodum igit, cũ voluntas recte alias mouet potentias, earum actus recti ſunt & boni, bonitate tñ participata, id eſt, quã habent a bono volũtatis interiore actu: Sic dũ eis ad malũ vtit in ipſis malitia eſt, & peccatum participatiue, id eſt, actus illarũ mali ſunt, ob malitiã interioris actus ipſius voluntatis. His ſuppoſitis expediendũ eſt an cogitatio ſit in poteſtate voluntatis, & qũo, deinde quẽadmodũ mala ſit. Cogitationẽ profecto ſubeſſe volũtati libere profitet Auguſt. dicens: Quod volũtas vult, & copulat intelligentiã ꝓli, id eſt, facit vt intellectus obiecti notitiã habeat, quæ ſane notitia proles eſt intellectus, quia ab eo ꝓducta. Itẽ Philoſophus, intelligimus cũ volumus. Prima tñ alicuius obiecti notitia nõ ſubiacet voluntatis imperio, cũ talis volũtatis actũ præcedat neceſſario: Vnde Auguſtinus: Nõ eſt in poteſtate noſtra, quin viſis tãgamur. Sed ſecũda cogitatio ſubeſt voluntati, qđ ſic oſtẽditur. Vna intellectione diſtincta & pfecta exiſtente in intellectu poſsũt eſſe mille aliæ confuſæ, & ĩperfectæ, niſi illa adeo perfecta eſſet vt contingit in raptu aut extaſi, qđ ſecum aliã nõ pateret, patet, quia in ſenſu hoc accidit. Senſus. n plura obiecta ſimul percipit, multo magis intellectus. illis autem plurimorũ obiectorũ notitijs in intellectu exiſtentibus volũtas poteſt in qualibet ſibi complacere, & delectari, & diſplicere, ſecus parentem cũ prole non copularet contra Auguſtinum. Quando vero voluntas cõplacet ſibi, & delectatur in cogitatione aliqua, confirmat, & intẽdit, quare licet prius foret remiſſa ipſa cogitatio, intenditur tamen tunc, & perficitur per cõplacentiam, & hoc modo volũtas cogitationem imperare, & ad illam intellectum conuertere poteſt. Voluntate autem nolente aliquã cogitationẽ, illa vtique remittitur & tandẽ eſſe deſinit, & ſic intellectus dicitur auerti a tali cogitatione per voluntatem. Vt autem noueris quonam pacto peccatũ ſit obſerua voluntatem duos habere actus, videlicet cõplacentiæ, & & cõcupiſcentiæ, & ille ſemper ipſum præcedit. Et enim volũtas prius cõplacet ſibi in aliquo obiecto, & diligit ipſum, q̃ velit aut cõcupiſcat ei aliqđ bonũ. Volũtas igit ſibijpſi & intellectui ac alijs potẽtijs inordinate qdpiã cõcupiſcere põt, & in tali concupito cõplacere, & delectari. Quando igit voluntas alicuius illiciti cogitationẽ ĩperat, qua vult obiectũ per recordationẽ intellectui eſſe p̃ſens, vt in eo delectetur incomplacẽtia hac plena poſt deliberationem, id eſt, poſtquã intellectus dictauit talẽ cogitationem eſſe amouendã, propterea qđ volũtas ſit cauſa quare continuetur eſt mortale peccatũ, vt cogitare luxuriam, hoc mõ inimici mortem, &c. Quemadmodũ n. voluntas mortaliter peccat cõcupiſcens ſibi, aut alteri potentiæ ĩferiori delectationẽ illiciti obiecti, ſic peccatũ eſt velle cogitationẽ talis obiecti, vt delectetur. Hoc autem colligitur ex Au-

Cogitatio eſt in poteſtate voluntatis, et quomodo. *Lib. 1. de Tri. ca. 3. & 15. li. 6. 27.*

Lib. 2. de Anima.

Lib. 3. de lib. arbitrio.

Li. 11. Tri. c.

...iſt. 24. *Itaque breui... ſum... am per... ringam.*

Auguſtino, vide Magiſtrũ, vbi colligit B. Auguſtinus delectationem ſine conſenſu opus eſſe mortale, dicens, ſi ſola mulier, .i. portio inferior, de re illicita cogitat totus homo damnabitͬ, niſi mediatoris interueniente gratia liberetur. Sin autẽ alio fine, non vt delectetur quiſpiã, rẽ illicitã cogitat, quatenus videlicet eã abhorreat, & deteſtetur, tũc aut in ſimilibus, aut in confeſſionibus nõ eſt peccatũ, quantumuis cogitatio ipſa ſit deteſtabilis, mõ obiectũ nõ dederetur ſub ratione delectabilis iſtius. Patet ex Auguſtino, definire intemperantiã, verbũque eius dicere (hoc eſt, formare eius cogitationem, ſeu notitiam) pertinet ad moralẽ Philoſophiam. Eſſe aũt intemperatũ pertinet ad illud quod in illa arte culpatur, ſicut noſcere, & definire ſoleciſmũ pertinet ad loquendi artẽ, facere autem illũ, vitium eſt, quod in illa arte reprehenditur. Cũ igitͬ Auguſtinus ait, peccatum nuſquam eſſe niſi in voluntate, & alibi peccatũ eſt adeo voluntariũ, vt ſi non ſit voluntarium, non ſit peccatum, & alibi: Non eſt in ptãte noſtra quin viſis tãgamur, ex quibus apparet cogitationẽ non eſſe peccatũ. Verum eſt formaliter, ſed materialiter peccatũ eſt in cogitatione, & in alijs actibus non tamen niſi quatenus formaliter, vel virtualiter, ſeu interpretatiue imperantur a voluntate. Conſimiliter dicendũ eſt de ſermone: Primo quod ſubſit voluntati: virtus .n. motiua hominis eſt in obedientia ſeruili, q̃ vocatur diſpotica .i. plena & ꝑfecta, ipſius voluntatis. Omne enim membrum hominis (modo non fuerit indiſpoſitum) ad imperiũ voluntatis mouetur. Formare aũt voces articulatas, & intelligibiles eſt actus potentiæ motiuę, igitur ſermo eſt in voluntatis poteſtate, modo inſtrã vocis formatiua non ſint impedita. Quamobrẽ & in ſermone quoque peccatũ eſt materialiter, iuxta illud: Qui dixerit fratri ſuo, &c & illud: Si qs in verbo, &c. Propterea ꝙ voluntas non det rectitudinem ipſis verbis, hoc eſt, non efficiat, vtpote vt verba proferantur cũ debitis circunſtantiis, nempe ad Dei honorẽ, & proximi ędificationẽ, formaliter tamen tale peccatum, & pręcipue eſt in voluntate, iuxta illud Matthæi: Ex corde exeũt cogitationes malæ, &c. Opera quoq; ſenſitiuarũ potentiarũ ratione virtutis motiuæ voluntati ſubſunt, vide Aug. Quia apertio palpebrarum requiritur ad viſionem, & motus localis palpebrarum obedit animæ, eatenus viſio eſt in poteſtate voluntatis. Alio quoque modo harũ potentiarum actus ſunt in poteſtate voluntatis, inquantum videlicet perfectiorẽ actũ hr̃e poſſunt cum voluntas fert circa obiectum illarũ. Si .n. voluntas imperet viuificæ potentiæ, vt abſque vagatione intueatur obiectum aliquod, perfectiorẽ multo talis obiecti viſionem producet, quàm ſecluſo voluntatis imperio. Virtus .n. vnita fortior eſt ſeipſa diſperſa. Idcirco ẽt in ipſis operibus eſt peccatum materialiter, qñ non fiunt cum debitis circunſtãtijs, & carent rectitudine participata .i. q̃ hr̃e deberent a bono interiori voluntatis actu. vñ Pſalmiſta:

Margin notes: *...ib. 6. de ...ri. c. 9.* — *...de dua... ani... abus.* — *...ib. de ve... relig.* — *...b. 1. de ... arbi. ...15.* — *...ermo eſt ...pe pecca... ...m.* — *...i. 1. Polit.* — *Matt. 5.* — *Iacobi 3.* — *Matt. 15.* — *Lib. 11. de Tri. c. 8.* — *Opera et externa ſunt peccata.*

miſta: Reddet vnicuique ſecundum opera ſua, & Ioannes in Apocal. Opera enim illorũ, &c. Quod ſi proferas Apoſtolum dicentem, Non enim quod volo, &c. Reſpondetur illud intelligi de primis moribus, in quibus nullum eſt peccatum, cum omnem præcedãt voluntatis actũ. Deinde ſi dixeris peccatum nõ eſſe in operibus, ꝓpterea quod in multis illorũ conueniamus cum brutis: Et peccatum nõ poteſt eſſe in eo quod eſt commune brutis, & hominibus. Reſpõdet quod appetitus noſter ſenſitiuus, in quo conuenimus cũ brutis, eſt liber, & rationalis ꝑ participationem, non quidem per actum ſuum, ſed per actum voluntatis, cui ſubeſt, & propterea poteſt conuerti ad bonum, & auerti a malo. Nõ ſic in brutis, quorum ſenſitiuus appetitus non eſt rationis particeps.

Apoc. 14. *Rom. 7.*

DISTINCTIO XXXXIII. Quæſt. I. & II. Pag. 477.

Vtrum voluntas in Spiritum ſanctum peccare poſsit.

Resolutio.

Matt. 12. *Marc. 3.* *Luca. 2.*

Volũtatem poſſe in Spiritum ſanctũ peccare ſatis ſupque ex Matthæo, Marco, & Luna manifeſtũ euadit. Sed quomodo peccatũ aliquod præciſe in Spiritum ſanctum cõmitti poſſit, ſic quod non in alias perſonas, hoc ſane ambiguũ eſt, cũ in tribus perſonis ſit vna, & ſimplex maieſtas, potentia, bonitas, &c. Pro quo obſeruandum venit, duo eſſe in peccato auerſionis a Deo, & conuerſionis ad creaturam. Quatenus autẽ peccatum hominem a Deo formaliter (vt in tranſgreſſione præceptorum primæ tabulæ) vel virtualiter (vt in trãgreſſione ſecũdæ tabulæ) auertit, & cedit in irreuerentiã alicuius perſonę, nõ poteſt ſic ab vna auertere, quin & auertat ab alijs perſonis virtualiter, id eſt, nequit cõtra vnã perſonam committi, quin committatur contra alias virtualiter, actualiter autem poteſt. Poteſt, inquam, eſſe actualis auerſio, ſeu offenſio vnius perſonæ, & non aliarum. Patet, nam cũ ſint tres articuli diſtincti triũ perſonarum, poteſt quis vni illrum diſcredere, non diſſentiendo alijs, quemadmodum Philoſophi, Iudæi, & Turcæ credunt in Patrem, & non in Filium, & Spiritum ſanctum. Inſuper oratio dirigi poteſt ad Patrem ſolum, aut Filium, aut Spiritum ſanctum, vt fit in illo Hymno: Veni creator, &c. Ergo a ſimiliter offendi poteſt, ſine aliarum actuali offenſione, virtualiter tñ tres ſemper offenduntur. Sed in præſentia peccatum in Spiritum ſanctum nõ accipitur hoc modo, ſeu ꝓprie, ſed appropriate, vt puta quæ eſt contra appropriatum Spiritui ſancto: Licet vna, & eadem potentia, ſapientia, & bonitas ſit in tribus perſonis, ſcriptura tñ paſſim patri attribuit potentiã, filio ſapientiam, Spiritui ſancto bonitatẽ, Proinde qui ex infirmitate, ſeu impotentia (id eſt ex paſſione, & inclinatione appetitus ſenſitiui) peccant, in patrem peccare dicuntur; qui ex ignorantia, in filium; qui ex certa malitia, in Spiritum ſanctum. Veruntamẽ

non

non quodcunque peccatum ſic ex certa malitia commiſſum, nempe aut ex paſſione, aut infirmitate, vel ignorantia eſt in Spiritum ſanctum, quia peccatum in Spiritum ſanctm aſſeritur grauiſſimum. Illud autem peccatum poteſt fieri cõtra præcepta ſecundæ tabulæ, quorum tranſgreſſiones leuiores ſunt, quam in prima tabula, propterea quod auertant a Deo virtualiter tantum. Oportet igitũ peccatum in Spiritum ſanctũ proprie acceptum committi contra præcepta primæ tabulæ, qa tunc actualiter, & formaliter ab vltimo fine auertit. Nec omnia peccata, quæ fiunt contra præcepta primę tabulæ, ſunt in Spiritum ſanctum, quia cum hoc peccatum ſit grauiſſimum, neceſſarium eſt quod appetatur actui perfectiſſimo in Deũ conuerſiuo, cuiuſmodi eſt dilectio Dei: Quapropter odiũ Dei (ſi concedatur) proprie erit in Spiritum ſanctum, ſed quia doctor non admittit odium Dei in ſe, Cum igitur poſt Dei dilectionem actus perfectiſſimus quo voluntas in Deum fertur, ſit actus ſpei, oppoſitum eius erit peccatum grauiſſimum, videlicet deſperatio, & obſtinatio in malum, cum deſperatione, & propoſito non pœnitẽdi. Et hoc eſt peccatum in ſpiritum ſanctum. Ex quibus elicitur tria requiri ad peccatum in ſpiritum ſanctum. Primum quod ſit ex certa malitia, Alterum quod ſit contra præcepta primæ tabulæ, Poſtremum ꝙ ſit actus oppoſitus actui perfectiſſimo in Deum conuerſiuo. Huiuſmodi peccatum dicitur etiam finalis impœnitentia:

[Pec]catum [fin]alis im[pœ]niten[tia].

Non quia homo diſcedit ex vita præſenti abſque pęnitentia, ſed propterea quod peccator talis decreuerit non pęnitere. Et tale ꝓpoſitum oritur ex deſperatione bonitatis diuinæ, & quemadmodũ ait Auguſtinus, peſſimi homines incidunt in hoc peccatũ, vt patet de Cayn dicẽte, Maior eſt iniquitas mea &c. de Iuda, Achitophel. Ad hęc tale peccatum irremiſſibile dicitur, non ſimpliciter quin remitti poſſit, quamdiu homo eſt viator, ſed præ cæteris peccatis dicitur irremiſſibile, ob duo. Primum quia iſtud peccatum directe opponitur principio remiſſionis in Deo, videlicet bonitati, & miſericordiæ, quã attribuit Deo, ſed ſolam iuſtitiã, & hæc habet rationem deſperationis. Talis enim Dei miſericordiæ diffidit. Secundum qa corrumpit, & aufert diſpoſitionem in peccatore ad habendã remiſſionem, nempe diſplicentiam peccati, & contritionem cum conuerſione ad Deum, & hoc inquantum proponit non pęnitere. Si aduerſus prædicta obijcias illud Ioannis, Qui me odit, &c. & gloſſam, Qui peccat in vnam perſonam peccat & in aliam, Hoc ſane verũ eſt virtualiter, non autem ſemper actualiter aut appropriate. Prædictis quoque adijci poteſt voluntatem ſic ex certa malitia peccare poſſe, vt velit malum, etiam ſub ratione mali, Id eſt in quo non ſit verum bonum, vtile, aut apparens: Et ad authoritatem Dionyſij, Nemo operatur malum, ad malum reſpiciens &c. & ſimiles authoritates: Reſpondetur, has authoritates eſſe intelligendas regulariter,

De fide ad Petrum.
Gene. 4.
Mat. 27.
Li. 2. Reg. cap. 17.
Peccatum irremiſſibile.
Ioann. 15.
Eiuſdem diſt. qõ. 2.
Voluntas põt malũ velle ſub rõne mali.
Lib. 4. de diui. nomin.

riter, & de potentia voluntatis ordinata, ſecus de potentia eius abſoluta, qua vult vti ſuę libertatis plenitudine.

DISTIN. XXXXIIII. Quæſtio Vnica. Pag. 481.

An peccandi poteſtas a Deo ſit.

RESOLVTIO.

Peccandi potētia an ſit a Deo.

POtentia peccādi bifariam accipitur, primo ꝓ potentia illa, qua quis offendere poteſt, quę eſt voluntas ipſa, & hæc a Deo eſt. Secūdo accipit pro reſpectu ipſius voluntatis ad actum peccandi, & adhuc bifariam, quia vel reſpectus talis terminatur ad materiale peccati, & ſic talis reſpectus eſt a Deo, ſicut, extrema illius (voluntas videlicet, & actus ipſe ad quem ipſe concurrit) vt dictum eſt: Aut talis reſpectus terminatur ad difformitatem, quæ eſt in actu: & cum talis difformitas nihil ſit poſitiuum, ſed mera priuatio illius, Deus non eſt cauſa, quia nullam habet efficientem cauſam, ſed ſolum deficientem voluntatē creatā vt oſtenſum eſt ſuperius ibidem. Quod igitur ait Anſelmus, Poſſe peccare nō eſt libertas, nec pars libertatis, ſic accipiendum eſt, quod poſſe peccare non eſt libertas &c. vt libertas eſt perfectio ſimpliciter, id eſt vt libertas accipitur in communi, & dicitur de Deo, & creaturis, quia tunc poſſe peccare competeret Deo, Sed poſſe peccare eſt aliquid libertatis creatæ, & limitatæ ſeu reſtrictæ ad creaturā, & talis ē a Deo quoniam ex ipſo, & in ipſo, & per ipſum ſunt omnia, Cui honor, & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Reſol. *Libr. lib. a. c. 2. et*

FINIS.

INDEX EORVM, QVAE IN RESOLVTIONIB. SECVNDI LIBRI Sententiarum FR. IOAN. DVNS SCOTI

Continentur, ſerie alphabetica diſpoſitus, in quo numerus paginam indicat, a, vero primam columnam, & b, ſecundam.

A

ACTVVM malorũ Deus nõ author. 54.a
Actuum relatio. 58.b
Actus indifferens. 58.a
Adam potuit primum venialiter delinquere. 35.a
Adam non deliquit ignorantia. 37.b
Adæ peccatũ quale. 36.a
Adæ peccatum non fuit grauiſsimum. 36.a
Angeli beatitudinem meruerunt. 18.a
Angeli quando fuerunt beati vel miſeri. 19.a
Angeli mali primum peccatum. 20.a
Angelus malus an bene velit. 21.b
Angelus quõ & quale corpus aſſumat. 22.b
Angelus aſſumpto corpore quid agere poteſt. 23.a
Angelus quomodo angelum alloquitur. 33.b
Angelus qualiter angelũ illuminat. 34.a
Angeli qui mittũtur. 25.a
Angelus quid in intellectu hominis efficit. 25.a
Angelus & anima ſpecie differunt. 7.b
Angelorum menſura. 9.a
Angelorum operationes æuo menſurantur. 10.a
Angelus nequit eſſe in loco quantumuis magno aut paruo. 10.b
Angelus propria virtute nequit eſſe in pluribus locis. ibidem
Angeli plures ſuapte virtute eodem in loco eſſe valent.

E

ualent. 10.b.
Angelus de loco ad locũ mouetur. 11.a
Angelus propria virtute ſeipſum mouet. ibid.
Angelus non mouetur in inſtanti. ibid.
Angelus non mouetur ab extremo in extremum immediate. ibid.
Angeli plures ſunt in eadem ſpecie. 13.a
Angelus per ſuam eſſentiam ſeipſum cognoſcit. 14.b
Angelus qualem Dei notitiã ex ſeſe habere poſſit. 15.a
Angelus habet concreatas ſibi rerum ſpecies. 15.a
Angelorũ notitia duplex, matutina & veſpertina. 15.b
Angelus malus an velit neceſſario male. 21.a
Angeli notitia matutina non accreſcit ab ipſis rebus. 16.a
Angelorũ notitia veſpertina a rebus intenditur. ibidem.
Angeli quorundam notitiam acquirere poſſunt. 16. b
Anima non eſt de ſubſtantia Dei. 30.a
Anima à Deo creatur & in ipſo corpore. 30.b
Anima immediate ſeipſam cognoſcere nequit. 14. b

B

Beati nõ poſſunt venialiter offendere. 35.b
Bonitas actuum quotuplex. 21.b
Bonitas triplex. 57.b
Bonitas naturalis. 57.b
Bonitas moralis. ibid.
Bonitas meritoria. ibid.

C

Coelum neque materiam habet aut animam. 27.a
Cœlum eſt corruptibile. 27.b
Cœli quot ſunt. 27.b
Cogitatio eſt in poteſtate voluntatis & quomodo. 60.a
Cogitatio eſt peccatum. 60.b
Cognitio matutina quid ſit. 15.b
Cognitio veſpertina quid ſit. 15. ibid.
Concupiſcentia dupliciter

ter capitur. 43.a
Confirmatio in bono duplex. 33.a
Creatura neceſſario a tribus producitur 4.a
Creare poſſet vnica perſona. 4.b
Creatio rerũ latuit Philoſophos. 5.a
Creare quid ſit. 5.a
Creare ſoli Deo competit. 6.a

D

Daemones nequeunt ſe ad gratiam diſponere. 22.a
Differentia indiuidualis efficit naturam ſupernaturalem. 12.a
Differẽtia indiuidualis eſt materia ipſi Ariſtoteli. 13.a
Dies formationis vniuerſi. 16.a

E

Elementa in mixto. 29.a
Euæ formatio. 32.a
Euæ peccatũ grauius peccato Adæ. 37.a
Aeuum dupliciter capitur. 9.b

F

Filij nati non fuiſſent in iuſtitia confirmati. 33.a
Forma bifariam accipitur. 12.b

G

Gratia eſt in potentia. 40.a
Gratia eſt virtus. ibid.
Gratia & charitas diſtinguuntur. 40.b

H

Homo ſtante innocẽtia mortalis fuiſſet. 32.a
Homo aut angelus nequit eſſe impeccabilis per naturam. 38.a

I

Imago Trinitatis. 30.a
Imago Trinitatis in portione ſuperiori. 39.a
Indiuiſibilium motus. 11.a
Indiuiduationis principium. 12.a
Indiuiduationis cauſa nõ ſunt accidentia. ibid.
Indiuiduationis cauſa nõ

eſt materia. 12.b

Intentio eſt actus ſolius voluntatis. 55.b

Inſtātia duo naturæ in diuinis. 3.b

Iuſtitia otiginalis dupliciciter debita. 44.b

L

Liberum arbitriū abſque gratia oē mortale non vitat. 40.b

In loco eſſe contingit trifariam. 10.b

Lucifer appetijt Dei ęqualitatem. 19.b

Lumen & lux quid. 26.b

M

Malitia actuum quotuplex. 21.b

Materia dupliciter capitur. 12.b

Materia a forma diſtincta per ſe eſſe poteſt. 26.b

Menſuræ rerum durationis tres. 8.b

Mēſurare quid ſit. ibid.

Menſurare quippiam contingit multipliciter. ibidem.

In merito quid præſtet. 18.b

Mora inter angelorum creationem & beatitudinem. 17.a

Mors an ſit a Deo. 53.b

Motus a quo habet ſucſionem. 11.b

N

Notitia duplex, intuitiua & abſtractiua. 15.a

Notitia matutina eſt duplex. 15.b

N

Obiectum bifariā ſuę eſt præſens potentiæ. 14.b

Obiectum intellectus & voluntatis diuinæ eſt duplex. 3.a

Opera etiā externa ſunt peccata. 61.b

Originali iuſtitia ſtāte ſoli electi nati. 34.a

Originali iuſtitia ſtante filij creuiſſent corpore & ſcientia. 34.b

Originalis iuſtitia qd præſtabat homini. 41.a

Originale pecatum quid. 43.a

Originale peccatum in omnes tranſit. 43.b

Originale peccatum quare ſit

re ſit in paruulis. 43.b
Originalis iuſtitia an ſit gratiæ præſtantior. 42.b
Originale peccatum à carne in animam tranſijt. 45.a
Originale peccatum in baptiſmate dimittitur. 45.a
Originalis peccati pœna. 46.a
Originali duntaxat irretiti cognitio. 46.b

P

PAradiſus terreſtris. 31.a
Peccatum proprie quid ſit. 49.b
Peccati ratio in quo potiſſimum conſiſtit. 50.b
Peccatum non eſt ab aliquo malo principio. 48.a
Peccatum eſt a voluntate. 48.a
Peccatum eſt in alijs potentijs a voluntate. 59.b
Peccatū principaliter eſt in voluntate. 59.b
Peccati cauſa quæ ſit. 48.a
Peccati Deus non eſt cauſa. 53.a
Peccati author Deus non eſt, licet praui actus cauſa ſit. 54.a
Peccatum eſt pœna. 51.b
Peccatum eſt pœna peccati. 52.a
Peccatū in ſpiritum ſanctum. 62.b
Peccatum finalis impœnitentiæ. 63.a
Peccatum intermiſſibile. 63.b
Peccandi potentia an ſit à Deo. 64.a
Peccati grauitas vnde expenditur. 35.b
Pœnarum Deus author. 53.b
Potentiæ animæ quomodo diſtinguuntur. 29.b
Portio ſuperior & inferior. 38.b

R

REłatio an ſit eadem fundameuto. 6.b

S

SEmen eſt ratio ſeminalis. 31.b
Sermo eſt ſepius peccatum. 61.a
Stellæ agunt in hæc inferiora. 28.b
Subſtantia omnis creata æuo menſuratur. 9.b

Syndereſis quid eſt, & in quo. 56.b

T

TEmpus bifatiam capitur. 9.b

V

VOluntas ſola ſuum efficit actum. 39.a

Voluntas poteſt velle malum ſub ratione mali. 63.b.

Explicit Index Reſolutionum fratris Ioannis Duns Scoti, ordinis minorum ſuper Secundũ lib. Sententiarum, quæ fuerunt diligentiſſime recognitæ, atque emendatæ a R. P. Saluatore Bartolucio Aſſiſiate, Scoticarũ ſpeculationũ dilucidatore, ac VENETIIS *in ædibus magnæ domus Regente.*

Sit Laus Deo omnipotenti, Virgini Glorioſæ, ac Seraphico Patri Franciſco.

VENETIIS,
Apud Hæredes Melchioris Seſſæ.
MDLXXX.

RESOLVTIONES IN TERTIVM LIB. SENTENTIARVM,

FR. IOAN. DVNS SCOTI,

Doct. Subtilis, Ordinis minorum:

In quibus, ea quæ prolixius, & obſcurius à Doctore pertractantur, breuius & clarius diſſeruntur: à R. P. Melchiore Flauio eiuſdem inſtituti varijs luminibus illuſtratæ,

Necnon a patre Saluatore Bartolucio Aſſiſienſi, Scoticarum ſpeculationum dilucidatore, accuratiſſime recognitæ & caſtigatę.

Cum Indice Alphabetico eorum, quæ in reſolutionibus continentur.



VENETIIS,

Apud Hæredes Melchioris Seſſæ.

MDLXXX.

F. SALVATOR BART. ASSISIAS CONVENTVALIS Franciſcanus ad doctrinæ Scoticæ amatores & ſtudioſos.

CVM Ioannes Baptiſta Seſſa, bibliopola Venetus, Opera Ioannis Duns Scoti, Academiæ ſubtilium ſigniferi ac principis, cuius Doctrinam iam multos annos, & Patauij, & Venetijs profeſſus ſum, in gratiam, & vtilitatem veſtram, Alexandro Gryphio Typographo diligentiſſimo excudenda tradere decreuiſſet, obnixe à me contendit, vt ea corrigerem, & à mendis quibus vndique ſcatebant, expurgarem. Animo libentiſſimo id oneris ſuſcepi: cum vt amico ſatisfacerem, cuius cauſa plurimum cupio, tum vt vobis, quacunque liceret ratione, aliquod emolumentum afferrem; cum autem eſſent ſub prælo, peruenit ad manus meas libellus reſolutionũ huius Doctoris à Reuerendo Patre Melchiore Flauio varijs luminibus illuſtratus: is mihi dignus viſus eſt, vt cũ operibus eius imprimeretur, eiſque annecteretur, vt faciliorem, expeditioremque áditum ad huius ſubtiliſſimi viri doctrinam capeſſendam haberetis. Inſuper in veſtrum commodum præfixi numerum paginularum, qui vobis diſtinctionem, & quæſtionem qnæſitam, tanquàm digito, demonſtrat: Id placuit dixiſſe, vt vos non lateat, me veſtri cauſa hæc ſtudioſiſſime, diligentiſſimeque curaſſe. Valete, & laborem Bartolucij veſtri, qualisqualis ſit, (rogo) ne paruipendatis. Venctijs Kal. Auguſt. M D LXXX. à die Natali Chriſti.

RESOLVTIONES TERTII LIBRI SENTENTIARVM.

F. IOAN. DVNS SCOTI Doctoris Subtilis, Ordinis Minorum.

A DISTINCTIONIS. I. Quæſt. I. II. III. IIII. & V. Pag. 3.

Fuitne poſsibile humanam naturam verbo vniri?

RESOLVTIO.

erbũ aſ- umpſit hu anã na uram.

NATVRAM humanã verbo in vnitate ſuppoſiti vnitã fuiſſe ſatis ſuperq; conſtat ex ſacris literis, proclamante Ioanne, Verbum caro,&c. & Apoſtolo, Qui factus eſt,&c. Vbi venit plenitudo &c. Huc accedit ꝙ hoc ſit fidei articulus, quare nec ambigere id fas eſt. Modus tñ huius ineffabilis,& a ſeculis (vt ait Apoſtolus) abſcõditi myſterij ſobria

ap. 1. om. 1. alat. 4.

mẽte,& ſimplici Inquiri poteſt, B pinde ac virgo ipſa credula verbis Angeli ſciſcitabatur, Quomodo fiet iſtud &c. Et Chriſtus ipſe, quid de Chriſto in lege promiſſo Phariſæi ſentirent expiſcabatur, vt veritas ipſa latius pateret, quæ tamen ſole clarius ex veteri inſtrumento ſeſe pandebat. Tria proinde expendenda impræſentia veniunt. Primum quid vnio hæc perſonalis importet, Alterum quomodo verbo diuino conueniat, Poſtremum quomodo ipſi naturæ humanæ. Quantum ad primum, hæc vnio nõ eſt quid abſolutũ, ſed reſpectus quidam ſeu relatio, non communis ſed æquiparantiæ, quę videlicet ſit eiuſdem rationis in vtroque extremo. Qualis eſt ſimilitudo, æqualitas, vicinitas &c. Sed diſquiparãtiæ, quia

Luc. 1. Matt. 22

A quia non eſt eadem habitudo in perſona aſſumente, & natura aſſumpta. Perſona enim aſſumens nullam habet realem habitudinem, ſeu relationẽ ad naturam creatam,ſed tantum relationem rationis. Natura vero creata realiter refertur ad verbũ (ſecus nõ eſſet realis hæc vnio) nõ quomodo cauſatum ad cauſam, (nam ſic ad totam refertur trinitatem. Iuxta illud, Pater meus vſque modo operatur, & ego operor. *Ioan. 5.* Auguſtinus, ad creaturam Pater, Filius,& Spiritus ſanctus ſunt vnum principium. *Lib. 5. de trin.* Et, quod omnibus eſt in ore,opera trinitatis ad extra sũt indiuiſa. Vide Magiſtrum.) *vlt. c. huius diſt.* Sed alio ſpecialiori modo,& ſingulari, & admirabili, qualis non eſt reperibilis in vllis creaturis. Vide Driedonem. *De eccleſiaſt. dogmat. li. 2. ca. primi in fi. fol. 479.* Deinde non repugnat verbo hæc vnio, quia nullam in eo compoſitionem, paſſiuam potentiam, limitationem, aut aliam imperfectionem ponit. B Natura enim humana nec eſt de eſſentia filij Dei, nec accidens eius, ſed exiſtit in illo ſecundum ſingularem quendam eſſendi modum, quem humanus intellectus capere nequit, ſicut nec perſonarum proceſſionem, & alia fidei myſteria, & ſecreta. Propterea ſuadet Apoſtolus vt intellectum noſtrum captiuemus in obſequium Chriſti. Poſtremo non repugnat ipſi humanæ naturæ verbo vniri diuino,cum ipſa (perinde ac omnis creatura) ſit in perfecta obediẽtia ipſius creatoris. Quod vt melius comprehendas, obſerua diſcrimen inter naturam creatam,ſingularem, & perſonam creatam. Natura enim ſpecifica, & quantum eſt ex ſe communis C conſtituitur ſingularis per differentiam indiuidualem. Perſona vero non per aliquod abſolutum, ſed per negationem duplicem, nempe dependentiæ actualis, & aptitudinalis. Siquidem cum natura creata non dependeat, ſeu non eſt vnita actu, aut aptitudine ſuppoſito alterius naturæ, tunc eſt perſona, & perſonalitate propria. Vnde natura ipſa prius eſt ſingularis, & indiuidua prioritate naturæ, quàm ſit perſona, & cum poſſit dependere a ſuppoſito alterius naturæ, ſeu illi vniri, in illo priori inſtanti naturæ aſſumpta eſt a filio in diuinis, & vnita perſonæ diuinæ, priuſquam eſſet perſonata (vt aiunt) perſonalitate propria. Vnde colligitur nullam eſſe perfectam perſonam niſi diuinam, illi enim ſimpliciter repugnat alteri communicari per aliquid D poſitiuum abſolutum, vel reſpectiuum, non autem perſonæ creatæ. Hæc enim licet non dependeat a ſuppoſito alterius ſpeciei actu, aut aptitudine, dependet tamen potentia. Tres autem perſonæ *Pro 1. c. Pag. 16.* eandem numero naturam aſſumere nequeunt, ſic vt perſona ſit primus, & immediatus terminus talis vnionis. Nam fieri nequit vt idem dependeat a pluribus cauſis totalibus in eodem genere cauſæ. His ſubſcribit Anſelmus. *Lib. de incarn. verb. c.* Plures perſonæ, inquit, eundem hominem omnino aſſumere nequeũt. Si vero terminus primus talis vnionis ſit ipſa natura in tribus per ſe exiſtens, non eſt inconueniens vnam naturam a tribus aſſumi, quaſi mediãte vna eſſentia exi-

ſtente

A ſtente in tribus, perinde ac vna albedo poteſt eſſe in tribus corporibus, ſi vna ſuperficies, in qua eſt, eſſet in eis. Tunc autẽ non aſſumeretur ad vnitatem naturæ, ſicut modo aſſumpta eſt ad vnitatem perſonæ, id eſt natura humana, ſi aſſumeretur immediate ab eſſentia diuina, non fieret eadem illi realiter, nec cum ea conſtitueret aliqđ compoſitum, ſed quemadmodum & nunc ſpecialiori modo, a nobis inexplicabili, eidem vniretur. Quamuis autẽ plures per-
Pro 3. q. ſonæ eandem numero naturam
Pag. 22. (vt explicatum eſt) aſſumere nequeant, nihilominus vna perſona plures aſſumere naturas valet, hoc enim nec naturis, nec ipſi verbo diuino repugnat, cũ propterea nihil in eo poneretur, niſi plures relationes ratio-
B nis, aut quod eſſet terminus plurium relationum realium. Idem autem poteſt eſſe fundamentum, & terminus plurium relationum etiam realium, vt ſimilitudine prioritatis &c. Plures item effectus ab eadem cauſa eſſe poſſunt. Adde ꝙ & tota trinitas ſit terminus omnium relationem realium ipſarum creaturarum. Tunc quoque eſſent plures homines, tot videlicet quot humanas aſſumerent naturas, licet eſſet vnicum ſuppoſitum, & perſona vna. Sicut dicimus patrem & filium eſſe vnum ſpiratorem, & duos ſpirantes, propterea ꝙ adiectiuum importet ſuum ſignificatũ formale per modum actus egre-
Pro 4. q. dientis a potentia, Nomen vero
Pag. 23. formale per modum habitus, & quietis. Porro ſi inquiras in ſuppoſitũ creatum aliam creatam naturam ſuſtentare poſſit hypoſtatice, cum bifariam intelligi poſſit, nempe effectiue, & C terminatiue. Primo modo nequit, Hoc eſt enim Dei ſolius, in cuius manu & obedientia ſunt omnes creaturæ. An vero poſſit ſecundo modo, hoc problematicum eſt etiã apud Scotum, licet videatur declinare ad partem affirmatiuam, quia abſque ſufficienti (inquit) ratione non eſt negandum ſuppoſitum creatum extraneam naturam ſuſtentare poſſe, Deo id efficiente. Poſtremo quoniam Pro 5. q.
præciſa cauſa huius vnionis naturę humanæ ad verbum, non Pag. 25.
eſt propterea ꝙ ſuppoſitum diuinum aſſumens contineat virtualiter perfectionem ſuppoſiti creati, & natura aſſumpta ſit in potentia obedientiali eiuſdem, ſed verbum terminat hãc dependentiam, ꝓpter ſubſiſtẽ D tiam independentem. Idcirco eſſentia diuina non eſt formalis rõ terminandi hanc vnionem, ſed proprietas perſonalis, quod ſic aſtruitur, In quocunq; ſuppoſito eſt ratio formalis terminandi hanc vnionem, ipſum terminat eam, Pater autem in quo eſt eſſentia diuina non terminat eam. Igitur eſſentia non eſt ratio formalis terminandi eam. Inſuper perſona vna aſſumit naturam humanam, & non alia, Igitur per illud quo eſt hęc perſona diſtincta, & determinata, Sed hoc eſt proprietas rela- Li. de pro
tiua ſolum, ſecundum Anſel-ceſ. S. S.
mum. Igitur ipſa eſt for- c. 17.
malis ratio terminan
di hãc dependen
tiam huma
næ na-
turæ
ad verbum.

A DISTINCTIONIS II.
Quęſtio.I.Pag.29.

An fieri poſſit vt humana natura Deo hypoſtatice vniatur, & tamen non fruatur.

RESOLVTIO.

HAud dubie naturā natam frui, hypoſtatice verbo vniri, & nihilominus non frui, haud implicat contradictionem, & hoc vel maxime, quia aſſumi poteſt prorſus abſque gloriæ, aut alio creato habitu. Huc accedit ꝙ in triduo caro immediate vniebať verbo, & tñ non fruebatur. Quidquid aũt verbũ potuit cõſeruare ſibi vnitum, immediate potuit aſſumere. Quòd ſi inde

Natura aſſumpta põt frui.

B inferres, Deũ poſſe peccare, rñdetur ꝙ ſicut Beati potẽtia Dei ordinata peccare non pñt, ita quoque Deus potentia ordinata non poſſet non dare naturæ aſſumptæ ſummam charitatẽ, & vlterius ſummam fruitionẽ. Potuit quoque verbum diuinũ naturam non intellectualem, vt lapidis, aut agni &c. aſſumere. Id enim neque verbo repugnat, cum ſit independens ſuppoſitum, neque tali naturæ, quia ipſa non habet perfectiorem ſuppoſiti rationem, quàm natura intellectualis, quæ ab ipſo aſſumpta eſt. Et quamuis non aſſumeretur talis natura ad vnitatem perſonæ (cum hoc illi repugnet) ſed ad vnitatẽ ſuppoſiti duntaxat. Nihilominus quia ſuppoſitum recipit prædicationem illius naturæ in qua ſubſiſtit, eſſet ibi communicatio idiomatum, & lapis de Deo enunciaretur, ſicut nunc C homo.

DISTINCTIONIS II.
Quæſtio.II.Pag.37.

Vtrum verbum primo, & immediate totam aſſumpſerit humanam naturam.

RESOLVTIO.

DVplex hac in re expẽditur medium, Intrinſecum videlicet, quod nihil aliud eſt ꝙ̃ pars aliqua, vel plures ipſius naturæ aſſumptæ: Et extrinſecum, qđ eſt gratia, aut aliud ſupernaturale donũ naturã diſpõnẽs ad hanc aſſumptionẽ. Deinde medium intrinſecũ tradiť duplex, nempe qđ, & quo, Sic.n. loquuntur. Nõ D interceſſit profecto in hac vnione mediũ intrinſecum, quod.i. quidpiam quod prius fuerit a verbo aſſumptum, ſed ipſa natura humana tota fuit primo, & ĩmediate a verbo aſſumpta, & non vna pars eius prius altera, ſed ipſum totum reſultãs ex partibus. Quantum aũt ad medium intrinſecum, quo, cõcedi põt aĩam in hoc modo fuiſſe mediũ huius aſſumptionis, non ꝙ ipſa fuerit in aliquo priori inſtanti aſſumpta, & in ſecundo inſtanti corpus, & ex conſequenti totum ipſum compoſitum, Sed propterea dr̃ medium, ꝙ et ſit forma ſubſtantialis conſtituens ipſam naturam, & ſit cã operationum conuenientium huic naturæ, & ratio formalis, ſeu cã, quare hæc natura ſit viſibilis, ſicut vniuerſaliter forma ſubſtantialis eſt cauſa, quare ens

Verbũ to- tã aſſum- pſit natu- ram.

A ens naturale agat,& patiatur. Ex hoc facile colligitur totum per ſe eſſe aliud ens a ſuis partibus, ſiue ſeorſum, ſiue coniunctim accipiatur, Secus non eſſet diſcrimen inter vnum per ſe, & vnum aggregatione, vt cumulus lapidum, quia hoc eſt ſuæ partes ſicut illud. Deinde non eſſet aliquis proprius terminus totalis ipſius generationis, nec quippiam in morte hominis corrumperetur, cum partes maneant. Materia quoque, & forma nihil cauſarent, nec eſſet aliquod primum ſubiectũ primæ paſſionis. Tale quoque ens tertium eſt quid abſolutum, & nõ reſpectus, quia terminus generationis non eſt reſpectus, nec propria paſſio conſequitur reſpectum, ſed abſolutum. Præterea in ipſo toto eſt forma (quã

[…]otũ eſt […]s tertiũ […]ſtinctũ […] partib. […]is.

B dicunt) totius diſtincta a forma partis, Id eſt, quæ informat alteram partem, quæ quidẽ forma totius nihil aliud eſt quàm quidditas naturæ, hoc eſt natura in abſtracto accepta, humanitas, equiuitas &c. quæ dr̃ forma, non propterea quod p̃ informationem vniatur in compoſito, aut alicui parti eius, & ex conſequenti compleat, & perficiat vltimate ipſum compoſitum, Sed quia dat eſſe quidditatiuum, & eſſentiale compoſito, ac denominationẽ. Siquidẽ ab humanitate Socrates hõ dr̃ formaliter, ſicut ab albedine album dr̃ album. Quod ſi quæras quare potius materia & forma conſtituant vnum ens tertium, quàm ſubiectum, & accidens, non eſt alia ratio, quàm natura, & proprietas ipſorum, quod ſic explicuit Scotus, quia hoc eſt hoc, & hoc

[…]rma to[…] […]as.

C eſt illud. Id eſt materia eſt per ſe potẽtia, & forma per ſe actus, Illud igitur quod immediate vnitum fuit ſi io in diuinis, fuit ipſa natura tota quæ eſt vnum ens tertium diſtinctum a ſuis partibus. De medio vero intrinſeco, quale ponitur gratia, dicendum eſt non fuiſſe aliquod tale. Non enim prius illi humanitati collata eſt gratia, quam fuerit aſſumpta. quod ſatis innuit Ioannes dicens, Vidimus gloriam eius &c. Plenum gratiæ, & veritatis. Propterea autẽ fuit plenus gratia, quod eſſet vnigenitus Dei patris. Inſuper gratia datur ad operandũ, Operationes autem ſunt ſuppoſitorum, quare oportuit naturam prius eſſe in ſuppoſito, quàm recipere habitum ad operandũ. Poſtremo quod competit alicui per ſe, prius ineſt illi, quam

Ioan. 1.

D illud quod conuenit illi per accidens, ſed competit per ſe naturæ eſſe in perſona (quia ſi nõ fuiſſet aſſumpta, fuiſſet in ſe perſonata) & per accidens haberet gratiam, Igit͛ prius fuit in perſona, quàm gratiam habuerit, prius videlicet natura.

DISTINCTIONIS II. Quæſtio. III. Pag. 44.

Vtrum incarnationem præceſſerit corporis organizatio.

RESOLVTIO.

Corpus ſacrũ ipſius Chriſti non prius ſane tempore fuit animatum, ſeu informatum, ſeu informatum anima rationali, quã fuerit a verbo aſſumptum, quia

Corp' Chriſti nõ pri' animatũ quã verbo vnitum.

A 4 tunc

A tunc hæc natura fuiſſet in ſe prius perſonata, q̃ in verbo. Corpus enim animatũ ſi in aliquo tempore eſt in ſe ſubſiſtens, eſt perſona. Quòd ſi ita accidiſſet, Virgo Maria non fuiſſet mater Dei vera contra Damaſcenum, quia non genuiſſet Deum, ſed talem hominem purum, cuius natura ſubinde Deo vnita fuiſſet, & rō maternitatis virginis terminata fuiſſet iam in productione hominis puri. Deinde corpus Chriſti non prius tp̃e fuit organizatum, & complete effigiatum per vltimam formã corporeitatis immediate diſponentem ad animam intellectiuam, q̃ fuerit animatum, quia nec aliter in nobis contingit.

Lib. 3. c. 12. cõtra Neſtoriũ.

Corpus nõ prius organizatum quam animatum.

Quantum autẽ attinet ad trãſmutationes p̃cedentes inductionem formæ corporalitatis B vltimæ, q̃ ſunt primo motus localis, quo materia defertur ad locum conuenientem generationi, nempe ad matricem. Deinde alteratio, quã materia diſponitur ad formam corporis organici. Dubium eſt an præceſſerit tempore incarnationẽ verbi, vel fuerint in eodẽ inſtanti factæ, in quo verbum ſibi talem vniuit naturam, hoc autem ſolus nouit Spiritus Sanctus, & tota Trinitas, quæ hoc myſterium operata eſt. Quod ſi ponamus illa in tempore fuiſſe facta, facilius erit deprehendere diuam virginem ad illos motus fuiſſe cooperatam, Sin in inſtanti facta fuiſſe teneamus, & nullum fuiſſe ibi localem motum, aut mutationem ſucceſſiuam, fatendum erit in vltimo inſtanti conſenſus virginis expreſſi his verbis, Ecce ancilla Domini &c. quo fidem adhibuit verbis ipſius Angeli, C verbum diuinum in vtero eius factum fuiſſe verum hominẽ, & tamen illud inſtans nihil ad hãc pertinens incarnationem fuerat factum. Quòd ſi prædicta expendantur iuxta prioritatem naturæ, cum fundamentum relationis præcedat natura relationem ipſam (quia ſecundum Philoſophum, & Auguſtinum, quod nihil eſt in ſe, nihil eſt ad aliud) & tota natura ſit fundamentum illius vnionis ex præcedenti reſolutione, operæpretium eſt illam naturam prius natura fuiſſe formatam, quàm fuerit verbo vnita, Et eadem ratione corpus prius natura fuiſſe complete organizatum, quã animatum. Vide Magiſtrum vlti. c. huius diſtin.

DISTINCTIONIS III. D
Quæſtio I. Pag. 47.

Fuit ne beata Virgo cum originali concepta peccato?

RESOLVTIO.

DVo in peccato originis, iuxta Theologorum doctrinã, ſunt, formale videlicet, & materiale, (ita enim loquuntur) Formale eſt carentia iuſtitiæ originalis, cum debito habendi eam, Hoc non fuit in Virgine Maria, etſi originalem iuſtitiam non habuerit, quandoquidem Adam eandem pro ſe & omnibus amiſit poſteris, habuit nihilominus quippiam ei æquiualens. Immo in acceptatione diuina excellentius, videlicet gratiam Spiritus Sancti, quæ eſt gratia gratum

A gratum faciens, & in hoc præ-
ſtat iuſtitię originali, quæ eſt
gratia gratis data. Cum tali au-
tem gratia non ſtat in homine
peccatum originale, aut morta
le. Quemadmodum igit̃ olim
Deus in circunciſione, & nunc
in baptiſmate gratiam con-
fert, per quam liberatur quis in
eo inſtanti ab originali, Sic con
ceſſit virgini in inſtanti ſuæ con
ceptionis gratiã hanc, per quã
præſeruata fuit ab hoc pecca-
to. Et quamuis tunc in eius cor
pore naturaliter generato car-
nis infectio extitiſſet, ſicut in
alijs, nihilominus non infeciſ-
ſet neceſſario ipſam animam. ſi
cut in renatis per baptiſmum.
In quibus licet (iuxta multorũ
ſententiam) hæc carnis rema-
neat infectio, tamen animam
non inficit, nec eam originali
B peccato reddit obnoxiam. Ad-
de (vt ſatisfiat his, qui putant
originale peccatum ex hac cor
poris labe contrahi) quòd &
Deus ipſe, antequam animam
ſacratiſſimæ virginis corpori in-
funderet, potuit ipſius carnem
ab hac prorſus mundare labe, &
infectione. Omnia enim apud
Deum poſſibilia ſunt. Vnde &
Luc.1. B. ipſa Virgo, Fecit mihi magna
qui potens, & cæte. Poſitiuum
autem, ſeu materiale peccati
originalis eſt fomes, ſeu concu-
piſcentia carnis, quæ nullo mo-
Cant.4. do fuit in virgine: Vnde Sapiẽs,
Tota pulchra es amica mea &c.
Ita enim tenet Eccleſia, & in
concilio Baſilienſi definitum
Rom.8. fuit. Ex Apoſtolo quoque col-
ligimus, quod quando Deus in-
gentia alicui confert beneficia,
confert minora. Ait enim, Qui
proprio filio non pepercit, ibi,
Cum eo nobis omnia donauit.
Contulit virgini vt eſſet eius C
mater, quod vtique ingens eſt
donum, quare non ẽt eã ab ori-
ginali præſeruaſſet peccato. Prę
terea Ieremiæ dictum eſt a *Iere. c.1.*
Deo, Priuſquam te formarem
ibi, dedi te. De Ioanne Baptiſta *Luca 1.*
prædixit Angelus, Et Spiritu ſan
cto replebitur adhuc ex vtero
matris ſuæ. Si hi duo ſancti mũ
dati fuere priuſquam naſceren
tur, qui erant duntaxat futuri
miniſtri verbi Dei, & veritatis
diuinæ teſtes, quid exiſtiman-
dum eſt de illa quam Deus ele
gerat, vt mater foret vnigeniti
Dei? credendum eſt vtique ip-
ſam priuilegio ſingulari præſul
ſiſſe, ac excelluiſſe cæteros ſan-
ctos, & ſanctas, quanto matris
nomen nomini miniſtri p̄ſtat.
Proferes forſitan Apoſtolum
dicentem, Omnes in Adam pec *Rom.5.*
cauerunt, & conſimiles ſcriptu- D
ræ locos. Et non ob aliam cau-
ſam dicuntur omnes in Adam
peccaſſe, niſi quia fuerint in eo
ſecundum rõnem ſeminalem,
ſecundum quam B. Virgo con-
ſimiliter fuit in eo, Ergo & ipſa
in eo peccauit. Reſpondetur ꝙ
omnes naturaliter ab Adã pro-
pagati ſunt peccatores, id eſt ex
ſe, & modo ſuæ propagationis
carent iuſtitia originali. Sed ſi
alicui in inſtanti primo crea-
tionis ſuæ animæ detur gratia,
(quemadmodum factum fuiſ-
ſe virgini ſacræ pie credimus)
is licet originali careat iuſtitia,
nunquam tamen eius eſt debi-
tor, quia merito alterius præue
nientis peccatũ, gratia ei dat̃, q̃
æquiualet, & præſtat iuſtitiæ
originali quantum ad aliqua.
Sic accipiendum eſt & illud *De fide*
Auguſtini, Firmiſſime tene, & *ad Petrũ.*
nullatenus dubites omnem ho
minem.

A minem, qui per concubitũ viri & mulieris concipitur, cum peccato originali naſci intelligẽ quantum eſt de ſe. Et quod idẽ *S. e. Ioã.* Auguſtinus ait de Chriſto, Solus innocens (videlicet per naturam) quia non ſic venit, ſcilicet per noſtram propagationem. Et *In ſermo natiui. domini.* illud Leonis Papæ, Sicut a reatu nullum liberum reperit (ſcilicet ex ſe) ita liberandis omnibus venit. Cũ itaque Damaſcenus ait *Lib 3. ca. 3.* de virgine, Spiritus ſanctus purgauit eam (purgatio autem nõ eſt niſi a peccato) accipiendum eſt non de culpa inexiſtente, ſed quæ infuiſſet in primo inſtanti ſuæ concepttonis, niſi illius animæ gratia tunc infuſa fuiſſet. *Epiſt. 174. ad Epiſcopus Lugdunẽſes.* Quod ſi obſiſtas cum Bernardo, tunc non potuiſſe purgari, aut ſanctificari, propterea quod illic libido fuerit: Reſpõdetur, B in conceptione naturam (quæ fit, cum anima infunditur quadrageſimo die in maſculis, & octuageſimo in fœminis a deciſione ſeminis) non fuiſſe libidinẽ, licet concederetur fuiſſe in conceptione, & commixtione ſeminum. Et quamuis anima fuiſſet infuſa in commixtione ſeminum, non propterea obſtabat gratiam illi animæ tunc infundi. Ad rationes quoque D. Thomæ quas deſumit ex duobus medijs, quorum primum eſt excellẽtia ipſius Chriſti, qui fuit vniuerſalis omnium redẽptor, & omnibus electis cœleſtis regni ianuam aperuit, quod non videtur verũ, ſi virgo prorſus ab originali fuiſſet immunis, nam nõ eguiſſet redemptore: Reſpondetur virginem ſacrã maxime eguiſſe Chriſto redẽptore, cuius merito præſeruaretur a peccato, quod ex ratione ſuæ propagationis incurriſſet, C ſicut & cæteri, niſi per eius gratiam præſeruata fuiſſet. Quemadmodum enim cęteri per Chriſtum a peccato ſunt liberati, ita virgo præſeruata ne peccatum contraheret. per cuius quoque meritum factum eſt, vt ianua cœlorum ſemper illi fuerit aperta, quæ vtique eidem, ſicut & cęteris extitiſſet clauſa. [Bart. Et ſi inſtes ſic. fuit redempta, ergo ab aliquo peccato: Reſpondeo quod hoc habet veritatem de redemptione ſubleuatiua non autem præſeruatiua. Næc valet argumentum, non fuit redempta ſubleuatiue, ergo nec præſeruatiue. nec etiam valet, nõ fuit redempta ſubleuatiue, ergo nõ fuit redempta, ſed eſt fallacia cõ D ſequentis. Quare &c.] Quod ſi *Mariæ conſcẽ[diſ]ſet cœ[lum] ſi def[un]cta fuiſ[ſet] ante C[hri]ſtum.* curioſius perſcruteris an conſcendiſſet cœlum, ſi ante filium defuncta fuiſſet: Non ſane, nam & nullus patrum (etſi illis remiſſum originale fuiſſet, & qđcunque actuale) illuc ante Chriſtum conſcendit. Nam ita conſilio diuino definitum erat, vt quamuis, per meritum paſſionis Chriſti præuiſæ, originale, & cætera remitterentur peccata, non tamen omnem pœnam originalis debiti (cuiuſmodi eſt priuatio viſionis diuinæ) per præuiſam paſſionem remittere diſpoſuerat, ſed per exhibitã re ipſa duntaxat. Alterum mediũ D. Thomæ eſt ex his quæ apparent in virgine, primum quia ipſa fuit communi lege propagata, & ex conſequenti eius corpus de infecto formatum ſemine, & ita habebat vnde originale contraheret peccatum, quia anima ex corpore inficitur. Reſpondetur originale peccatum

non

A non contrahi ex labe carnis animam inficientis, vt dictũ eſt reſolutione tertia ſecundi libri, ſed ex Dei ſtatuto. Alterum eorum quæ in virgine apparent, ſunt pœnæ communes naturæ humanæ, conſecutæ ex originali peccato, vt fames, &c. quæ nõ fuerunt ab ea voluntarie aſſumptæ, vt a Chriſto, Ideo iuſte a Deo illi inflictæ, & non ob aliã cauſam quam propter peccatũ originale. Reſpondetur, quòd a virgine ablatæ ſunt pœnæ omnes inutiles, cuiuſmodi erat originalis culpa, ad malum propenſio, ac pœnæ conſequentes particularia indiuidua, vt cholera, phlegma &c. Vtiles autẽ, & quæ totam conſequuntur ſpeciem eidem relictæ fuerunt, quibus ad virtutes exerceretur, & mereretur. Dices tandem, ipB ſa natura prius fuit perſona, & filia naturalis Adæ, quàm gratiam habuerit, Ergo in illo priori carebat iuſtitia originali. Reſpondetur ipſam prius quidem natura iuſtitia caruiſſe, quàm habuerit gratiam. Sed inde non ſequitur, ſeu hæc prioritas naturæ non ſignificat, quòd in illo inſtanti naturæ fuerit verum dicere, B. virgo eſt priuata iuſtitia originali, ſed quòd fuiſſet priuata, niſi fuiſſet ab alio præſeruata. Porrò eius puritati fauet Auguſtinus dicens. cum de peccatis agitur, de Maria nullam prorſus volo habere quæſtionem. Et Anſelmus. decuit, inquit, vt ea puritate virgo niteret, qua maior ſub cœlo nequit intelligi. Atqui in Angelis reperitur pura innocentia ab omni culpa, multo igitur magis in virgine. Si enim in originali concepta fuiſſet, maior

.de na | , & | ia. | cõcep. | .c.18

vtique puritas quàm in ea intelligi, & inueniri poſſet. C Sacratiſſimę autem humanitatis Chriſti ſanctificatio ſeu ab originali peccato exemptio, ſecundum Magiſtrum lib. 2. diſtinc. 30. & priſcos Talmudiſtas ſic contingit. Peccante enim Adamo Dominus Deus (vt aiunt ipſi) quippiam illius portionis, de qua omnes eius filij generati ſunt, incorruptum, & non infectum conſeruauit, & hoc idem tranſfuſum eſſe a generatione in generationem ſine aliqua infectione vſque ad B. virginem, & inde formatũ eſſe corpus Chriſti, quo etiam modo Galatinus aſtruit immunitatem virginis a peccato. Verumtamen hæc aſſertio, cum non ſolidis conſtet argumentis, eadem facilitate contemnitur, qua probatur, D nam cum finita eſſet ea portio per ablationem finiti, in ſucceſſione tot generationum conſumptum fuiſſet, nec abſque ſpeciali miraculo (quod citra neceſſitatem non eſt ponendum) conſeruatum fuiſſet, aut multiplicatum. Præterea alij, qui tenent originale ex carnis infectione contrahi, aſtruunt corporis Chriſti puritatem, ex eo quòd tota virginis caro ſanctificata fuerit, ex qua deinde Chriſti corpus formatum fuit. Sed conuenientius eſt vt dicamus cum Anſelmo, Chriſtum idcirco originale nunquam contraxiſſe peccatum, quòd non fuerit naturalis Adę filius, & ideo nec originalis debitor iuſtitiæ. Acceperũt enim ſoli illam originalem in Adamo iuſtitiam, qui ab eo per rationem ſeminalem, hoc eſt communem propagationem deſcen-

Pro 2. q.

Chriſtus ab originali immunis quo.

A ſcenderũt, quorum Adam natu ralis extitit pater: Et quemadmodum illi ſoli in eo iuſtitiam acceperunt, ita in eo amiſerũt. Quocirca licet Chriſtus prius fuiſſet homo, & non Deus, propagatus tamen miraculoſe (vt fuit) ex virgine, non contraxiſſet peccatum illud, iuxta Anſelmi ſententiam, & idem alibi ex pro feſſo aſſignat duplicem innocẽtiæ Chriſti rationem. Primã ſan ctificationem virginis matris, deinde miraculoſam ipſius cor poris formationem, non ſecundum legem communem. quarum vtraque per ſe ſufficeret, vt Chriſtus innocens naſceretur.

De con-cep. virg. ſa. 10 & cq. c. 19.

DISTINCTIONIS. IIII.

Quæſtio Vnica pag. 55.

B

Vtrum B. Virgo vere fuerit mater Dei, & hominis.

Resolutio.

Luc. 1. Maria vere Dei, & hoĩs mater. Matt. 1. Lib. 3. c. 12.

Veritas affimatiuæ partis huiuſce quęſtionis ſatis ſuperque ex Luca, & alijs ſcripturæ locis conſtat. Ait ſiquidem Angelus ad ipſam, Ecce concipies in vtero &c. Cum eſſet deſponſata, &c. Et Damaſcenus Dei genitricem vere ſanctam Mariam prædicamus: Sicut enim vere Deus eſt, qui ex ipſa genitus eſt, Ita ipſa vere Dei genitrix dicitur, non quod verbi deitas ex ipſa eſſendi principium aſſumpſerit, ſed quia non purum genuit hominem, ſed ſuppoſitum quod vere Deus erat, & homo, & nihilominus in æuum virgo permanſit. Non enim formali aliqua oppoſitione maternitas & C virginitas opponutur; ſed duntaxat reſpectu naturalis propagationis, ſecundum legem communem. virginitas enim fœcunditatem non tollit, ſed ſolum viri commixtionem. Maternitas vero maſculi copulationem non neceſſario ponit, licet communiter eam requirat. quare ſi alius actionem patris naturalis (virtus diuina poteſt) ſuppleat, maternitas erit vna cum virginitate in eadem, ſicut in Beatiſſima virgine fuiſſe haud hęſitamus. Si hæſites deinde quonam pacto clauſa parere po tuerit, & efficere, vt duo corpora (videlicet Chriſti, & Mariæ) ſimul eſſent, non vtique propria id peregit virtute, ſed diuina freta virtute, & ope Spiritus ſancti. Quamobrem Damaſcenus di- D cens, Chriſtiparam autem nequaquam dicimus ſanctam virginem, non abſolute negauit eam eſſe Chriſti matrem, Sed iuxta ſeſum Neſtorij (qui ſub vocabulo Chriſtotocon venenum ſuæ hęreſis occultabat, dicens Chriſtum pro pura ſupponere creatura) non Chriſtotocõ ſed theotocon nuncupandam cenſuit, ne in vocabulo ipſo cum hæretico conueniret, & proinde illius hæreſi fauere videretur. Durum adhuc fortaſſe videbitur Mariam vere Chriſti matrẽ dici, cum mater in prolis generatione actiue ſeſe habeat, & Chriſti corpus ĩ inſtãti vel adeo breui formatum fuerit tempore, vt virtus creata in eo agere non potuerit Reſpondetur. matrem quidem in prolis generatione actiue ſe habere, ſicuti pater, licet minus principaliter quam-

M Chri quom enix

Lib. 12.

A (quāuis oppoſitū ſanctus Thomas putauit) & nihilominus agere poſſe in inſtanti, aut breuiori quantumuis tēpore, quando vicem naturalis patris virtus ſupplet diuina, veluti ī Chriſti conceptione accidit. Virgo enim fœcunda erat natutaliter, & eius actionem non impediuit Spiritus ſanctus, Idcirco & actiue ſe in Chriſti conceptione habuit. Vnde & Damaſcenus, Spiritus ſanctus dedit ei potentiam ſuſceptiuam, ſimul autem & generatiuam, Non quod miraculoſe eam reddiderit fœcundam, cum naturaliter talis eſſet (non enim erat ſterilis) ſed potentiam remotam quam habebat in actu primo fecit propinquam, ſupplendo actionem patris naturalis. Quamuis enim fœmina vim generandi obti-

B neat, non tamen generare poteſt ſine viro, qui potentiam eius reducit ad actum ſecundum, id eſt operationem, quod virgini prҫſtitit Spiritus ſanctus: Suſceptiuam autem potentiam dedit ei, quatenus erat generatiua verbi diuini. Sicut enim Chriſti humanitas tantummodo erat in potentia obedientiali, vt vniretur verbo, non habens ad hoc inclinationem naturalem, aut diſpoſitionem aliquā, Ita B. Virgo habuit dūtaxat obedientialem potentiam vt fieret verbi mater, Idcirco enim erat verbi mater, quia verbum ſubſiſtebat in illa natura ſibi vnita. Sed poteſt ne concedi virginem fuiſſe naturalem Chriſti matrem, an dicendum quod miraculoſe Chriſtum genuerit? Haud dubie diuerſa hic ſunt expendenda. Si enim ipſum ſpectes modum, quo virginis fœ-

…taria …ne na …is …ſtima

C cunditas ad actum reducta eſt, quia à ſpiritu ſancto, nō a Patre naturali, deinde & modum procedendi in hac generatione, quia vel fuit hęc generatio Chriſti ſubita, aut tam breui peracta tempore, vt non poſſet hoc pacto fieri naturaliter, Dubio procul, quantum ad iſta, fatendum eſt quod miraculoſe Chriſtum genuerit, Sin attendas virtutem generatiuam virginis, quæ illi cōnaturalis erat, quæ ex viro, vt ceteræ mulieres fœcunda concipere poterat, libere profitendum venit ipſam eſſe vere naturalem Chriſti matrem.

DISTINCTIONIS. V.
Quæſtio I. pag. 64.

An humanam aſſumpſerit naturam diuina. D

RESOLVTIO.

Diuina eſſentia humanā aſſumpſit.

Quamuis Incarnationem diuinam effecerit eſſentia vnionis, tamen harum naturarum formalis, aut proximus terminus nequaquam extitit. potuiſſet quidem eſſe terminus, ſeu immediate ſibi humanam vnire naturam, ſi ad terminandam hanc vnionem ſufficere dixerimus, ipſum terminum eſſe quid ſingulare per ſe exiſtens, licet non ſit incommunicabile. Natura ſiquidem diuina ſingularis eſt, ac per ſe exiſtit. At vero ſi teneamus oportere ipſum terminum eſſe quippiā incōmunicabile, nō poterit diuina eſſentia is eſſe terminus, cum

A cum communicabilis ſit,& reipſa tribus communicetur diuinis perſonis, ſed ſola tunc id poterit perſona. Adde, quod ſi diuina natura primo & immediate humanam ſibi vniuiſſet, veluti terminus, cum eadem in tribus ſit perſonis, conſequens eſſet tres quoque perſonas fuiſſe incarnatas.

DISTINCTIO. V.
Quæſt. II. Pag.64.

Fuit ne creata perſona aſſumpta?

RESOLVTIO.

Cum ratio pſonæ præter naturam ſingularem, duplicem dependentiæ inclu cludat negationē, videlicet dependentiæ actualis,
B & aptitudinalis ad ſuppoſitū alterius naturæ: Hoc eſt cum perſona ſit natura intellectualis ſingularis, quæ actu non eſt communicabilis ſuppoſito alterius naturæ, nec inclinatur ad illud. Naturam autem aſſumi, ſic ipſam actu a ſuppoſito extrinſeco' dependere contradictio eſt ipſam aſſumi, & eſſe perſonatā perſona propria. Patet, quia contradictio eſt naturam actu dependere ab alio, & non dependere. Adde, quod ſi pſona creata fuiſſe aſſumpta, duæ perſonæ vna eſſent perſona, quod eſt abſurdum. Auguſtinus, Deus naturam hominis aſſumpſit, non perſonam.

Perſona creata nō fuit aſſumpta.

De fide ad Petrum.

DISTINCTIONIS. VI. C
Quæſt. I. II. & III. .pag.66.

Vtrum in Chriſto ſit aliud eſſe verbi ab eſſe creato, & ſit ipſe aliqua duo

RESOLVTIO.

Duplex aſſignant eſſe, nempe ſubſiſtētiæ, & eſſentiæ. Eſſe ſubſiſtentiæ eſt eſſe eius quod actu exiſtit in ſeipſo independenter & incommutabiliter. Et hoc ſolis competit ſuppoſitis aut perſonis, id eſt indiuiduis p̄dicamēti ſubſtantiæ. Quare cum in Chriſto vnicum ſit ſuppoſitum, erit & vnicum in eo tale eſſe. Eſſe autem eſſentiæ non diſtinguitur ad eſſentia reipſa, ſed ſolum in modo concipiendi, nempe ſicut abſtractum, & concretum. Quocirca cum in Chriſto duæ ſint eſſentiæ, & naturæ, erūt D quoque in ipſo & duo huiuſmodi eſſe eſsētiæ, ac duo eſſe actualis exiſtentiæ: Nam vtraque natura propriam habet exiſtentiam, quæ ab altera inconfuſa, impermixta, & diſtincta permanet. Natura igitur humana aliam habet exiſtentiam ab exiſtentia verbi, licet non aliam ſubſiſtentiam, quia ſubſiſtit in eadem perſona, Vnde & colligitur Chriſtum nō eſſe aliqua duo, quia nō eſt duæ perſonæ, vt patet, nec eſt duæ naturæ. Quia iſtæ ſunt falſæ, Chriſtus eſt natura humana, Chriſtus eſt natura diuina: Habet tamen in ſe duas naturas. His conſentit Athanaſius in Symbolo dicens, Non duo tñ ſed vnus eſt Chriſtus. Si,n. ſecundum naturam humanā diceret vnus, & ſecundum diuinam vnus alius, tunc

Chri habet plex eſſent

Pro r. ſtio. p 71. C ſtus n aliqua duo.

A tunc eſſent ibi duæ pſonę ſubſiſtentes in duabus naturis. Quantum vero attinet ad tres opiniones, quas Magiſter hac diſtinctione refert concernentes humanitatis aſſumptionem a verbo, Secunda eſt tenenda, quæ aſſerit corpus Chriſti & animam, prius quidem natura fuiſſe inuicem vnita ad conſtituendam humanam naturam, & ſic a verbo fuiſſe ſimul aſſumpta: Sed non tenetur in eo quòd annectit perſonam verbi, quę prius erat ſimplex poſt incarnationē fuiſſe compoſitā, quia non fuit ibi compoſitio proprie, quę eſt inter actum & potentiam, id eſt inter materiam, & formam, aut inter ſubiectum & accidēs: Sed mirabili modo, cui ſimilis in creatis nuſquam reperitur, vnitæ adinuicem hæ duæ naturæ fuerunt. Authoritas proinde Da-
B maſceni, & cęterorum, quæ inſinuant perſonam eſſe compoſitam, ſic accipi debent, ꝙ adeo vere eſt in Chriſto diuina natura & humana, acſi perſonam cōponerent. veruntamen non componunt, nec aliquod tertium fit ex eis, ſed diſtinctę incōfuſę manent. Et hoc idem aſſerit Dama-
3.c.3. ſcenus. Aliæ autem duæ opiniones reijciuntur, quarum prima aſſeuerat animā & corpus Chriſti ordine naturę priꝰ fuiſſe vnita ad inuicem ad conſtituendū hominem, & deinde hic homo fuit a verbo aſſumptus. Et quia homo eſt nomē ſuppoſiti, Ideo in Chriſto dicit eſſe duo ſuppoſita, vnum creatum, & aliud increatū: Et nihilominus in Chriſto ait eſſe vnam perſonam, & illam eſſe ſuppoſitum diuinum, quia ratio perſonæ ſumenda eſt a digniori ſuppoſito. Altera vero opinio (quæ eſt tertia) aſſerit C Chriſti animam & corpus diuiſa abinuicem ſine vlla compoſitione verbo fuiſſe vnita, vnde cū dicitur, quòd verbum aſſumpſit naturam humanam, intelligitur âſſumpſiſſe partes naturæ humanæ. Deinde dicit corpus & animam fuiſſe vnita verbo tantum accidentaliter per modum extranei habitus, perinde ac veſtis corpori vnitur.

DISTINCTIONIS VII. Quæſt. I. & II. pag. 75. & 79.

Eſtne vera hæc propoſitio, Deus eſt homo, & Deus factus eſt homo?

RESOLVTIO.

VEritas huius, Deus eſt homo, ex hac pendet, verbum eſt homo, Cuius ſane veritas naturali lumine demonſtrari nequit, aut ex terminis cognoſci, cū ſit cōtingens, ſed fide duntaxat cognoſcitur vera, dicente Ioanne, Verbum caro factum eſt &c. Et Apoſtolo, Vbi venit plenitudo temporis &c. aut ex aliquo credito eius veritas eſt oſtendenda. Suppoſitum enim exiſtens in aliqua natura recipit prædicationem illius naturæ in cōcreto, vt habet Damaſcenus. Atqui ratione huius vnionis verbum ſubſiſtit in natura humana, aſſertore Auguſtino, & fide id tenemus, Igitur per illam verbum formaliter eſt homo: Quod ſi inquiras, qualis ſit hęc prędicatio, Verbum eſt homo: Proculdubio cum Ariſtoteles, & cęteri Philoſophi, qui humaniores nobis tradidere diſciplinas hanc igno-

Deus eſt homo. D

Cap. 1. *Galat. 4.* *Lib. 3. c. 8.* *Lib. 1. de tri. ca. 13.*

A ignorarint naturam vnionẽ, nec ſpeciem, aut modum prçſcripſerunt prædicationum, ad quem hoc axioma redigi poſſit, Verbum eſt homo. Non enim eſt p̄dicatio per ſe, cum non ſit neceſſaria inter eius extrema habitudo. nec per accidens, cũ humanitas aſſumpta vera ſit ſubſtantia. Sed poterit dici prædicatio contingens, ſeu denominatiua, accipiendo accidẽs fuſius, quam metaphyſici accipiãt, nẽpe pro omni eo quod aduenit iam completo, & in ſe perfecto. Sic enim natura humana vnita fuit verbo iam habenti eſſe cõpletum. Veritas aũt huius, Deus factus eſt homo, patet ex Ioanne, Verbum caro factum eſt &c. vbi caro pro homine ponit: Vnde & Auguſtinus, Talis fuit illa vniò, quæ Deum faceret hominem, & hominem Deum. Et in Symbolo Nicçno, Homo factus B eſt. Hæc enim propoſitio nõ denotat Deũ factum ſimpliciter, ſed factum ſecundum id quod per prædicatum homo exprimitur, nec adſcribit Deo aliquam mutationem. Nam mutatio nõ eſt in actione aliqua, niſi terminus actionis, ſeu id quod per talem actionem acquiritur, ſit forma ſubſtantialis, vel accidentalis ipſius ſuppoſiti, quod in incarnatione verbi non contingit, quia natura humana nõ eſt forma ipſius verbi. Quod ſi omnino contendas cuilibet actioni correſpondere paſſionem, Ergo huic incarnationis actiuo reſpondet aliqua paſſio, & ita erit ibi mutatio eius in quo eſt talis paſſio. Verum eſt id ſane, & talis paſſio realis, & mutatio eſt in natura humana: In verbo autem non eſt niſi mutatio rõnis, ſeu ſi mauis, verbum eſt duntaxat terminus illius paſſionis, & mutationis, quæ eſt in natura humana. Præterea veritas huius propoſitionis ſic declaratur, quia homo per actionẽ alicuius agẽtis, ſeu patientis eſt Deus, & antea non erat Deus: Ergo homo factus eſt Deus, & per conuerſionem ſimplicem Deus factus eſt hõ, & neutra eſt prior altera. C

Pro 2.q. Ioan.1.

Deus factus eſt homo.

Lib.1.de Tri. ca. 13.

DISTINCTIONIS. VII. Quæſtio III. pag. 82.

An Chriſtus fuerit prædeſtinatus eſſe filius Dei.

RESOLVTIO.

CHriſtum fuiſſe prædeſtinatum, vt foret filius Dei, liquet ex Apoſtolo, dicẽte. Qui prædeſtinatus eſt &c. Id autem ſic cõmonſtratur. Prædeſtinatio enim eſt prçordinatio alicuius ad gloriam principaliter, & ad media deinceps, per quæ illam conſequatur: Humana autem Chriſti natura præordinata fuit ad gloriã (ſicut cçterorum electorum) & ad vnionem hanc hypoſtaticam in verbo, quæ fuit medium ad gloriam. quia ſi non fuiſſet verbo vnita, non fuiſſet tanta donata gloria. Non fuit tamen talis vnio meritum condigni ipſius prædeſtinationis, ſed congrui duntaxat, ſicut & merita omnium electorum. Cum enim Deus præordinat aliquem ad munus aliquod excellens in eccleſia militante (ſicut ordinauit viginem, vt foret mater verbi diuini, &c.) prædeſtinat & illum ad maiorem gloriã, quàm alios D

Chriſtus fuit prædeſtinatus Rom.1.

A alios nonnullos, & id quidem congruum eſt, licet ea vocatio, aut munus illud prædeſtinationem non mereatur. Quemadmodum igitur decretum fuit ab æterno Deo hanc naturam humanam vniri verbo, ita prædeſtinatum eſt verbum eſſe hominem, & hunc hominem eſſe verbum. Sed dubium eſt an

iſt⁹ in nat⁹ li hō nō caſſet. iſta prædeſtinatio neceſſario præexiſtat humanæ naturæ lapſum, ſiue (vt alij dicunt) an Deus incarnatus fuiſſet, tametſi homo non peccaſſet. Dubio procul huius quæſtionis veritatem ſolus ille ſcire poteſt, qui natus, & oblatus eſt, quia voluit, vnde variant doctores. Nihilominus pars affirmatiua apparet verisimilior. Vnde Bernardus

ona 1. ſuper illud Ionæ, Propter me orta eſt tempeſtas, exponens illud de filio Dei, ait, Lucifer pręuidit rationalem creaturam aſſumendam in vnitatem perſonæ filij Dei, vidit, & inuidit, vnde inuidia fuit cauſa caſus diaboli, & mouens ipſum ad tentandum hominem, cuius felicitati inuidebat, vt per peccatum denudaretur natura humana vniri verbo. Ex quo patet Luciferum, intellexiſſe vnionem naturæ humanæ ad verbũ, nondum exiſtente lapſu huma-

B

lib. de ima, et ritu. næ naturæ, & putauit per peccatum primorum parentum incarnationem impediri. Huic ſubſcribit Auguſtinus dicens, Propterea Deus factus eſt homo, vt totum hominem in ſe beatificaret, vt ſiue homo ingrederetur intus per intellectũ, ſiue egrederetur extra per ſenſum, in creatore ſuo paſcua inueniret, paſcua intus in cognitione diuinitatis, paſcua foris in

C carne Saluatoris, hæc autem ratio ſtat circunſcripto etiam hominis lapſu. Huc accedit Doctoris noſtri rō, cum.n prædeſtinatio omnium electorum pręcedat natura (ſaltem ex parte obiecti, cum ex parte Dei non ſit prius, aut poſterius) præſcientiã dãnationis reproborum, ex diſtin.41. primi, multo magis p̃deſtinatio animæ Chriſti præcedit eandem, quãdoquidem omnis voluntas ordinate volens, ſicut prius vult finem, quàm velit media ad finem, ita prius vult id quod eſt fini propinquius, q̃ remotius. Igitur & Deus ipſe ſicut vult prius alicui gloriam, quàm gratiam, ita inter prædeſtinatos (quibus ſtatuit gloriam conferre) prius vult gloriã illi, quem vult eſſe fini proximum, & cum anima Chriſti fini ſit ꝓximior, conſequens eſt vt eidem

D

prius velit gloriam q̃ alteri animæ & cum prius velit omnibus electis gratiam & gloriam, quàm præuideat reproborum peccata, & damnationem, igitur de primo ad vltimum prius vult animæ Chriſti gloriam, quàm præuideat Adam caſurũ, ergo licet Adam non peccaſſet, nihilominus anima Chriſti ſuam gloriam fuiſſet conſecuta, & ita verbum incarnatũ, quia Chriſtus, ſecundum hominem, prius fuit prædeſtinatus ad gloriã, quàm hominis lapſus præuideretur. [B. pro eximia prædeſtinatione Chriſti. Vide Annotationem ſpecialem R. P. F. Ambroſij Catharini ord. præd. archiepiſcopi Compſani, in commentaria domini Caietani, & enarrationes dem in 2. caput Geneſeos ſub finem.] Quæ vt facilius ne-

Diſt. 19. & 52. huius 1. ueris obſerua ordinem (iuxta

Reſolut.iij. B Sco-

A Scoti mentem) in diuina præuiſione. Primo enim Deus intellexit ſe ſub ratione ſummi boni. Secundo omnes creaturas. Tertio pdeſtinauit aliquos ad gratiam, & gloriam, & circa alios tunc nullum habuit actū. Quarto præuidit illos & iſtos caſuros in Adam. Quinto præordinauit, & præuidit remedium, quo redimerentur per paſſionē Filij ſui. Et ſic Chriſtus vt homo, ſicut & omnes electi, prius prædeſtinatus eſt, quàm præuiſus fuerit hominum lapſus, & prius q̃ paſſio eius præuideretur, vt medicina contra hunc lapſum, ſicut & medicus prius cupit hominis ſanitatem, quàm ordinet medicinā ad eius curationem. Proferes fortaſſe aduerſus hanc aſſertionem ſacræ ſcripturæ locos, qui plane incarnationis Chriſti rationē aſſignāt, hominis lapſum, B ſeu primi hominis peccatū, iuxta illud Matthæi. Venit Filius hominis ſaluum facere quod perierat. In quem locum Auguſtinus. Si homo non peccaſſet, Filius hominis nō veniſſet. Adde & illud Apoſtoli, Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, vbi Auguſtinus. Tolle vulnera, tolle morbos, & nulla eſt cauſa medicinę. Nullam aliam ob cauſam venit, niſi peccatores ſaluos facere. Similiter & Ioannes ita in eū ſenſum dicit. Sic Deus dilexit mūdū, &c. Et Paulus. Vbi venit plenitudo temporis, &c. Reſpōdetur ꝙ intelliguntur de aduentu in carnem paſſibilem. Sic enim non veniſſet, niſi ad redimendū hominem lapſum. aut loquuntur de facto, aut præſuppoſito hominis lapſu. Vel tertio dicitur quod magna & præcipua cauſa aduentus Filij Dei in carnem fuit redemptio hominis, C ſed non ſola, ſed multæ aliæ fuerunt cauſæ, quas ſcriptura non negat. Non eſt veriſimile tantū bonum (qualis eſt incarnatio Chriſti) eſſe datum tātum occaſionaliter, videlicet minus bonum, vt puta ad reparandum humanum genus. Nec eſt vero conſonum, Adam fuiſſe prius Chriſto prædeſtinatum, aut Chriſtum propter Adæ peccatum fuiſſe prædeſtinatum, quod tamen inde ſubſequitur. Sed an fuerit prius præuiſum illam naturā vniri verbo, vel donari ſumma gloria. Dico ꝙ iſtud poſtremum fuit prius præuiſum. Nā ea quæ ſunt priora in executione, ſunt in intentione poſteriora, modo prius natura vnita fuit verbo, quam glorificata, ideſt prius quàm haberet gratiam, & gloriam. D

Matt 18. In tracta. de verb. Apoſto i. 1. ad Timo. 1. Ioan. 3. Ad Gal. 4

DISTINCTIO. VIII.
Quæſt. Vnica. Pag. 85.

Vtrū in Chriſto ſint duæ filiationes?

RESOLVTIO.

VNā eſſe filiationem Chriſti ad Patrem, de qua Pſalmiſta, Ego hodie genui te, alteramque ad matrē, de qua Apoſtolus, qui factus eſt ex ſemine Dauid ſm carnē, natū ex muliere, ſatis ex ſacris conijci pōt, eaſdemque eſſe reales, & diſtinctas ex ratione filiationis compertū eſt. Eſt aūt filiatio habitudo producti naturaliter ſimilis producenti in natura intellectuali. quæ ſane definitio naturę ſingulari competit, per- inde

Pſal. 2 Rom. Galat. Chriſti ... nēt d... filiatio... Quat... conditi... n's re... ſita a... ram fi... tionem...

A inde ac ſuppoſito. Quocirca licet in Chriſto vnicum ſit ſuppoſitum, nihilominus cum in eo duę ſint naturę, nihil obſtat quominus ſint & duæ filiationes. Nec illa filiatio, quam habet ad matrem eſt eadem ſuo fundamento, hoc eſt, ipſi humanitati Chriſti, quia potuiſſet hæc natura eſſe ſine hac relatione. Poterat enim immediate a Deo ſolo creari, aut ex alterius matris ſubſtantia pro generari.

DISTINCTIO. IX. Quæſt. Vnica. Pag. 94.

An Chriſto latria debeatur ſolum ſecundum diuinam naturam.

Resolvtio.

TRia hac in parte mihi videntur expendenda. B Primũ quid ſit latria, alterum qualiter, & quando Deo debeatur, poſtremo an Chriſto ſolum ſecundum diuinam naturam debeatur. Et quidem latria eſt reuerentia ſumma ſoli Deo, ratione ſummi boni, ſeu ſupremi dominij actu interiori exhibita: quod quidem Deo exhibetur, cum quis in corde Dei bonitatem, veluti ſummam effert, & propriam bonitatem præ Dei bonitate paruam ducit, quinimmo ſi quid in ſe boni conſpexerit hoc acceptum fert ipſi Deo, & ab illo certo ſibi perſuadet omnia habere, iuxta illud Apoſtoli, Quid habes, &c. Hæc eſt latriæ ratio, perinde ac reuereri quempiam actu interiori, reuerentia quæ eſt communis ad latriam Hyperduliã, & duliam, eſt bona propria par ua reputare reſpectu bonorum illius, quem reueremur, cuius C bona reputamus magna. Huic autem interiori actui correſpõdent aliqui exteriores actus, qui ſunt ſigna & argumenta illius interioris, & hoc pro quacunque lege, ſeu quouis hominum ſtatu: vt ſunt ſacrificia, genuflexiones, vel aliqui ritus alij, quibus fideles proteſtantur ſummam hanc reuerẽtiam Deo eſſe exhibendam, & ſummam in eo eſſe dominationem, & ipſos omnem illi obedientiam ac ſubiectionem debere. Ex iſtis autem actibus & interioribus & exterioribus frequentatis aggeneratur actus facilitans ad conſimiles actus, & cum tales actus ſint rationi rectæ conformes, is habitus virtus erit, non theologa (cum non habeat pro obiecto propinquo & immediato bonum increatum, ſed honorem tali bono, ideſt, Deo exhibendum) ſed eſt moralis virtus, & continetur ſub iuſtitia, qua ſuperiori, quod ſuum eſt, reddatur. D Ex quibus manifeſtũ euadit latriam æquiuoce accipi. Primo & præcipue pro cultu, qui Deo actu interiori ratione ſummi dominij, vel ſummi boni exhibetur. Secundo pro reuerentia, exteriori actu Deo exhibita. Tertio ꝑ habitu ad hos actus inclinãte. Deinde quantum ad ſecundum, nempe qualiter, & quando latria Deo debeatur dubio procul, cum ſit præceptum affirmatiuum, obligat quidem ſemper, ſed nõ pro ſemper, & reducitur ad primum decalogi pręceptum, videlicet, Nõ habebis Deos alienos corã me, quod ſane non eſt tantum negatiuum (ſicut nec cætera ꝑcepta negatiua) prohibens videlicet

Latria quid ſit. *Cor. 1. Reuerẽtia quid.* *Latria acceptiones.* *Latria qualiter, & quã deexhiberi debet.*

A licet latriam, ſeu adorationem hanc alteri fieri, quàm Deo. Sed & affirmatiuum præcipiens honorem ſupremũ ipſi Deo, vere exhibendum, veluti ſummo domino, quod Moſes expreſſit, explicans illud primum preceptũ, quod & Saluator citat, Dominũ Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Rationabile ſane eſt intellectualem creaturam obligari ad aliquando recognoſcendum, & reuerendum ſummum dominum. Porrò nullus poteſt perpetuo rationabiliter ab huius præcepti executione impediri, ſicut contingere poteſt, vt aliquis nunquam teneatur ad executionem illius, Honora patrem & matrem, quando parentes illius mortui eſſent, priuſquam ipſe foret adultus, & conſtaret illi quòd eſſent beati. Sed tenetur quoque adultus quandoque hunc Deo cultum exhibere: Sed quando ad id tenetur? Habenda eſt hac in re ratio diuerſi ſtatus generis humani. Tempore Moſaicæ legis determinabatur tẽpus in quo debebat hoc præceptum impleri per tertium præceptum, videlicet Sabbatha ſanctifices, qđ ẽt fuit præceptum tempore legis naturæ, vt puta ꝙ aliquo determinato tempore homo ab operibus ſeruilibus quieſceret, & vacaret diuinis. Et ſic prẹcepti adimpletio non cõſiſtebat in otio illo, & intermiſſione operum ſeruilium duntaxat, ſed maxime in ſanctificatione ſabbathi, quæ fiebat exhibendo Deo cultum latriæ interiorem, & exteriorem. De quo vide moralia Hyeronimo ab Angeſto. 8. cap. textu de circunſtantijs temporis. Tempore autem legis Euangelicẹ

Deut. 6.

Matt. 4.

B

hic cultus exhibendus eſt Deo die Dominico (in quem translatum fuit ſabbathũ.) Et hoc in oblatione ſacrificij Euchariſtiẹ, quod quidem ſacrificium ſacerdos ipſe pro ſe & populo offerre debet, & etiam populus ſpiritualiter offert, qui tenet illi adeſſe oblationi, & tenentur omnes fideles die Dominico integram audire Miſſam. Quòd ſi legitime quiſpiã impeditus nõ poſſit aſſiſtere ſacro, ſeu intereſſe tali oblationi, & miſſam audire, tenet nihilominus eo die æqualens Deo præſtare, vt puta domi, vel alibi ſe ad Deum conuertere, eliciendo actus harum virtutum fidei, ſpei & charitatis, recognoſcendo propriam miſeriam, Dei excellentiam, id eſt, beneficia ab eo ſuſcepta, & eidem gratias agere corde, ac recitando Pſalmos, &c. aut ſaltem orationem Dominicam, ſalutationem Angelicam, &c. Debet enim eo die ſaltem aliquem actum habere in Deum relatum, & ad eius reuerentiam. Poſtremo cũ quæritur, an latria Chriſto debeatur ſolum ſecundum naturam diuinam. Si dictio excluſiua, ſolum, cathegoricè, & ſimpliciter accipiatur, latria Chriſto ſolum debetur ſecundum naturam diuinam, hoc eſt, natura diuina Chriſti ſola ſufficiens eſt ratio, qua illi ſummus honos ſit exhibendus, ſiue Chriſtus cõſideratus ſolum ſecundum diuinam naturam debet latria coli. Si autem particula, ſolũ, ſincathegorematicè, ideſt, conſignificatiue capiatur, tunc denotat excluſionem naturæ humanæ ab hac adoratione. & hoc bifariam intelligi

C

De c[...] diſtin[...] Can. [...] ſas.

D

La[...] quo[...] ſto c[...] tur.

A gi poteſt. Primo quòd excludat naturam humanam a termino huius adorationis, vt ſignificet Chriſtum habentem naturam humanam ſeu Chriſtum, ſi cõſi deretur Deus, & homo nõ poſſe adorari latria, & is ſenſus eſt falſus. Ait enim Damaſcenus, Vnus eſt igitur Chriſtus Deus perfectus, & homo perfectus, quem adoramus cum Patre & Spiritu Sancto vna adoratione cum incontaminabili carne eius non inadorabilem eius carnem dicentes, adoratur enim in vna verbi hypoſtaſi.i.ſuppoſito. Hic tñ accipienda eſt præpoſitio (cum) aſſociatiue, non autẽ copulatiue, vt ſit ſenſus, Adoramus verbum cum carne, id eſt, verbum habens vnitam ſibi carnem: vnam autem adoramus

1.c.5.

B carnem, vt caro eſt, conſideratam, & non vt vnita eſt diuinitati. deinceps ponit exemplũ Damaſceni dicentis, Timeo lignũ tangere pp ligno immixtum ignem, ſic timeo Chriſti humanitatem, propterea quod diuinitati ſit vnita. Sic ergo non dẽt excludi a termino adorationis caro, licet ipſa non ſit rõ adorãdi. Exemplum ſume a Rege, & purpura, qui etſi abſq; purpura propter ſe ſit venerandus, nihilominus indutũ purpura eũ honoramus, & Regem & eius purpuram ſimul. Non aũt dicimus purpurã eſſe huius honoris cauſam, ſic nec Chriſti humanitas eſt cã latriæ, quæ Chriſto exhibetᷣ. Item ſi deferã alicui ob eius virtutes, ac eminentem ſapientiam ac doctrinam (quæ ſunt in aĩa) nõ ipſi parti, aĩæ videlicet, duntaxat defero, ſed toti homini non ſecludẽdo corpus. Et enim homini caput

C aperio, non eius caput, in quo vigent omnes ſenſus tñ honoro, ſed & oẽs alias partes. Si aũt intelligatur particula illa, ſolũ, excludere naturam humanam a ratione adorationis latriæ, tũc is intellectus eſt verus, quia ſola diuina natura eſt ratio, & cauſa quare latria Chriſto exhibetur, quia ipſa eſt cauſa ſummi dominij quod eſt in Chriſto, & nõ humanitas, perinde ac nec corpus eſt cauſa honorandi, ſtudioſum, ſed anima, & virtutes q̃ ſunt in ea. Quòd ſi obijcias, beneficium redemptionis non eſt minus beneficio creationis, (Empti.n.eſtis, &c.) Gregorius, Nihil naſci profuit, niſi redimi profuiſſet. Item per beneficium redemptionis confertᷣ nobis donum gratiæ & gloriæ, per creationem bonum naturæ duntaxat. Sed latria Deo debetur rõne creationis, patet, quia per illam hẽt ſupremum dñium. Nã vt ait Auguſtinus, non fuit dñs niſi ex tpe, ſicut creatura fuit ſerua, ergo æque competit ipſi Chriſto ratione redemptionis latria, ſicut competit ipſi Deo rõne creationis. Rñdetur, duplex poteſt aſſignari rõ latriæ, prima intrinſeca bonitas ſola ipſius Dei, & cum hæc ſit vnica, quoquot bñficia Deus creaturæ conferat, nõ ſunt ppea plures rõnes adorandi Deum, & hoc mo do argm̃ nihil probat, quia natura illa in qua Chriſtus exercuit opera redemptionis non habet infinitam bonitatẽ, quamuis per illam maximũ nobis fuerit collatum beneficiũ, quare nec latria illi debetᷣ. Altera latriæ ratio aſſignari poteſt non ſolum bonitas ipſius Dei intrinſeca, ſed ipſa vt cõicans

1. Cor. 6.

D

Lib. 5. de tri. c. vlt.

Latria duplex rõ.

A ſe, ipſi adoranti conferens illi maximum bonum liberaliter propter ſe,non pp retributionē, quam ſperet a creatura, quia bonorum noſtrorum non indiget,Dñi eſt terra &c. Et hoc pacto verum eſt quod latria debetur non tm̄ ob creationē,ſed ēt ob redemptionem , ſcilicet ei qui principaliter nos redemit effectiue . Chriſtus autem etſi fuerit redemptor,non tñ per naturam humanam effecit principaliter redemptionem,ſed tota trinitas,(cui quidem idcirco latria debetur) Chriſtus vero vt homo tm̄ meritorie nos redemit. Quare ppea non illi latria debetur,cū nō principaliter,ſed ſecūdario ab eo hoc habeamus bonum.Sed quæres,quæ igitur adoratio debetur Chriſto,quatenus eſt homo? Videtur eñ ꝙ debeatur illi maior hyperdulia. Nam etſi nos non redemiſſet, nec fuiſſet Eccleſiæ caput,vt hō influens in oēs fideles. De cuius plenitudine &c. Nihilominus debuiſſemus illi hyperduliam pp perfectiones ſuæ humanitatis,quę fuit plena gratia,Plenum gratiæ,& veritatis , In quo ſunt oēs theſauri &cæ. Item,In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ergo poſtq̄ nos redemit,debemus illi maiorem honorem,& non eſt alius maior,niſi latria,Igitur latria illi debebitur. Reſpondet, duas poſſe dari cauſas hyperduliæ, ſicut & latriæ. Prima intrinſeca bonitas,humanitas Chriſti ſola , & ſic non debetur Chriſto homini alia vel maior adoratio, ex eo ꝙ fuerit redemptor , q̄ ſi nos non redemiſſet. Altera cauſa hyperduliæ aſſignari pōt non bonitas & perfectio Chriſti hominis abſolute,ſed vt per ipſam C veluti per cauſam ſecundā, ſeu meritorie communicatur homini maximum bonum. Et hoc modo ipſi Chriſto homini adoratio debetur,propterea quod nos redemerit , ſed non maior ea quæ debetur illi ob ſuas perfectiones abſolute:ſed eadē duplici rōne ei debet̄,nempe quia plenus gratia primo , & deinde quia redemptor, Sicut & latria iuxta ſecundam opinionem duplici cā Deo debetur, & quia creator,& quia redēptor. Quāuis enim ad maius ſumme nullus obligari poſſit , nihiloſecius ad idem multipliciter obligari valet,vt conſtat de religioſo,qui dum initiatur ſacris obligat ſe propterea ad caſtitatem ſeruandam,licet antea obligatus eſſet. Cō ſimiliter, cum plura ieiunia eadem concurrunt die, vt ieiunium quadrageſimale , & qua- D tuor temporum,ac vigilia alicuius ſancti,nullus propterea obligatur niſi ad ieiunium illius diei,ſed ad id triplici obligatione adſtringitur.

Chriſto homini qua B *debeť adoratio.*

Ioan.1.

Ioan.1.

Col.2.

DISTINCTIONIS X.

Quęſt.Vnica.Pag.101.

Eſtne Chriſtus Filius Dei adoptiuus?

RESOLVTIO.

TRanſlatum eſt adoptionis vocabulū a Iuriſtis , vt adoptiuus filius is dicatur, qui non eſt naturaliter ab adoptante genitus, nec ex naturali generatione habet ius,vt ſuccedat in hæreditate, ſed ex mera gratia præordina-

A ordinatur, vt ſuccedat in hæreditate. Ex tribus tria colliguntˀ, quæ in adoptione concurrunt, videlicet extraneitas gñis, gratuita adoptantis voluntas, & bonum ſeu hrẽditas ad quã ex adoptione hẽt ius ſuccedendi. Conſtat aũt hæc Chriſto nullatenus ſm diuinam naturam competere, cum ſit ipſe hoc modo naturalis Dei patris filius, & hr̃s hæreditatis æternæ, ſecundum ẽt humanam naturam non ei conueniunt vſquequaque, propterea quod nunquam fuerit ab hæreditate extraneus, qui ſemper fuit innocens, & in gratia. Et quamuis iſtud virgini, & bonis Angelis conceſſum fuerit, non tamen perinde ac ipſi Chriſto, cuius ſacratiſſima humanitas, tametſi ex ſeſe iure huius hæreditatis caruerit, tamen a princi-

riſtus eſt ad uns.

B pio ſuæ conceptionis habuit, ex vi vnionis ſui ad verbũ diſpoſitionem concomitantem generationem ſui, quæ de congruo diſponebat eam ſic, vt non poſſet Deus potentia ordinata non dare ei ſummam gratiã. Et hæc gratia cum eſſet conſummata, reddebat ipſum hæredem vitæ æternæ. Quocirca non eſt dicendus filius adoptiuus. Quòd ſi dixeris Chriſtum fuiſſe prædeſtinatum & proinde eſſe filium adoptiuum. Reſpondetur latã eſſe differentiam inter prædeſtinationẽ & adoptionem: ſiquidem Prædeſtinatio eſt æterna Dei electio: Adoptio autem eſt nouæ gratiæ collatio. Tunc eñ quiſpiam à Deo adoptatur, cũ ei gratia reipſa confertur, & nõ antea. Quocirca non ſequitur, Deus quempiam prædeſtinat, ergo ipſum adoptat, Sed adijciendum eſt quod tali prędeſtinato, vt quandoque extraneo C gratia conferatur.

DISTINCTIONIS XI. Quæſtio. 1. 2. & 3. Pag. 104.

Vtrum Chriſtus ſit creatura, & inceperit eſſe.

RESOLVTIO.

Creari, ſi proprie accipiatur, duo denotat. Primo importat id qđ creatur produci immediate, & oĩno .i. abſq; concurſu ſecundæ cauſæ a primo efficiente Deo. Secundo ꝙ nihil prorſus ipſius creati prefuerit, & plane hoc pacto Chriſtus (ẽt ſecundum humanam naturã) non eſt creatura, quiá nec a ſo- D lo Deo eius humanitas eſt formata, ſed concurrente matre. Materia quoq; ſui corporis præextiterat in virgine. Creari præterea generalius accipitur, vt illud dicatur creari, ꝙ a prima cã videlicet Deo producitˀ, ẽt concurrente ſecunda cã, ac ẽt præſuppoſito ſuſceptiuo. Et hoc modo oẽ ens aliud a Deo, præter Chriſtum, dr̃ creatura p reſpectum, quem habet ad Deũ, non per reſpectum ad cauſam ſecundam, quia accipiunt eſſe ſui primum poſt non eſſe, ſiue nihil eſſe eorũ p̃fuerit, vt in Angelis, ſiue ſuſceptiuũ præfuerit, vt in entibus naturalib. Eſſe vero primum alicuius dup ex intelligi põt, vt eſſe totale, vel eſſe partiale, ſeu eſſe primæ partis. Neutro autem modo Chriſtus incepit primũ eſſe, quia non eſt in eo aliquod totale reſultans

A ex illis duabus naturis, quia permanent inconfuſæ, nec eſſe primæ partis illius, quæ eſt natura diuina, ſeu eſſe verbi incepit, quare nec hoc modo dr̃ creatura. Quod ſi rurſus inquiras vtrũ Christus inquantum homo, ſit creatura, non ſane. Nam inde ſe queretur ipſum ſimpliciter eſſe creaturam, quia quod enunciať de ſuppoſito cum reduplicatione, enũciatur de eodem ſimpliciter, vt ſi homo inquantum rationalis, ſit riſibilis, homo ſimpliciter eſt riſibilis, vt patet per exponentes. Quæres poſtremo an Chriſtus inceperit eſſe, hic diſtinctione opus eſt, vtrũ intelligatur de natura diuina, vel humana. Nam quantum ad naturam diuinam non incepit eſſe iuxta illud Ioannis, Antequam Abraham fieret ego ſum, & Damaſcenus de eodem ait, Hõ ille B fuit in principio, ergo non incepit eſſe. Secundum vero humanam naturam incepit eſſe, iuxta illud Apoſtoli, Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundũ carnem, & illud eiuſdem, Vbi venit plenitudo temporis &c.

Pro 2. q. Pag. 109 Chriſtus inquantũ homo non eſt creatura.

Pro 3. q. Pag. 112.

Ioan. 8.

Rom. 1.

Galat. 4.

DISTINCTIONIS XII. Quæſtio. Vnica. Pag. 113.

Vtrum Chriſtus peccare potuerit.

RESOLVTIO.

Chriſtus peccare nõ potuit.

HIc tradendum foret quomodo beati peccare nõ poſſunt, ſed id habes diſcuſſum Reſol. Diſtinc. 49. quæſtione 6. quarti. Deinde quomodo Chriſtus cũ eſſet viator fuerit impeccabilis, quemadmodum & beati. C Ad quod dicitur, quod Chriſtus a primo inſtanti vnionis naturæ humanæ cum Deo, fuit beatus, clare Deum videns, & eodem fruens, quæ quidem beatitudo reddidit eum impeccabilem. Nam fieri nequit, vt quiſpiam ſit perfecte hoc modo Deo coniunctus, & nihilominus per peccatum ab illo formaliter (per tranſgreſſionem præceptorum primæ tabulæ) aut virtualiter (per tranſgreſſionem præceptorum ſecundæ tabulæ) auertatur: quia peccatũ, & gloria ex natura Dei repugnant. Nihilominus etſi beatis eſſet mereri, potuit, & hoc diſpenſatiue, hoc eſt Deo patre id illi concedente, quod beatis in cœlo exiſtentibus non eſt cõ ceſſum, vt nouo mereri poſſint D merito, licet merito antiquo ſuis precibus, non quidem ſibi, ſed nobis mereantur. Aduerte etiã quod Chriſtus poteſt peccare potentia remota, non tamen propinqua, & intelligo ſic, quod ex quo Chriſtus ſecundum naturam humanam habuit vſum liberi arbitrij, ſecundum ipſum abſolute ſumptum habuit potentiam peccandi, ſicut & alij homines. Accipiendo vero liberum arbitrium, vt perfecte vnitum fini per actũ beatificum nullo modo poteſt peccare, nec in potẽtia remota, nec in propinqua, ſtãte ſcilicet tali beatitudine.

AD DISTINCTIONIS XIII. Quæſt. I. & II. Pag. 116. & 117.

Fuitne Chriſto ſumma collata gratia?

RESOLVTIO.

Receptum eſt a Dialecticis ſuperlatiuum bifariam accipi, affirmatiue videlicet, & negatiue: proinde ſi primo modo accipiatur, non potuit Deus ſummam animæ Chriſti gratiã (quę poſſit eſſe) conferre, cum illi æqualem creare poſſit, & alteri naturæ intellectuali, quam etiã aſſumere poſſet, infundere potentia ſua abſoluta, ordinata tamen non poſſit, quia tunc fide-
B lium duo ex æquo eſſent capita, a quibus fieret in membra gratiarum influentia & bonorum, contra leges iam poſitas a diuina ſapientia, & nobis explicatas ab Apoſtolo, Propoſuit
Ephef. 1. & cæte. Si autem negatiue exponatur ſuperlatiuus, ſummam gratiam potuit Deus ipſe animæ Chriſti conferre, quia cum hæc natura ad ſummam aſſumi vnionem potuerit, quantum ad eſſe potuit, & quantum ad operari, quod non præſtatur niſi ſumma mediante gratia. Quod autem reipſa ita factum fuerit patet ex Magiſtro ſententiarum libere aſſeuerante Deum tantum gratiam contuliſſe illi animæ, quantum potuit. Potuit autem ex prædictis ſummam conferre, ergo eam contulit, quia non ad menſuram fuit illi datus ſpiritus, nec fuit in eo duntaxat gratiæ plenitudo quantum *Ioan. 1.*

Chriſto gratia ſũ ma confer potuit.

C ad ſufficientiam, ſicut in beato Stephano, Stephanus autem plenus gratia, nec quantum ad prærogatiuam, ſicut in beata Virgine, Aue gratia plena, ſed quantum ad ſuperabundantiam, & redundantiã in membra eius. De plenitudine enim eius omnes accepimus. Vnde ipſa gratia perſonæ ſingularis, qua illa anima efficiebatur Deiformis dicitur gratia capitis, quia ſicut e capite, in quo vigent oẽs ſenſus, eſt influxus in cætera membra, ſic gratia illius animæ meritorie redundat in omnes fideles, quibus gratiam reconciliationis promeruit, vnde & Scotus, in commendando, inquit, Chriſtum malo excedere, quã a laude ei debita deficere, ſi propter ignorantiam in alium incidere oporteat. Cui ſubſcribit D Auguſtinus dicens, Quidquid tibi vera ratione melius occurrit, ſcias hoc Deum magis feciſſe, quàm non feciſſe, Atqui melius apparet ſecundum rectam rationem ſummam alicui gratiam eſſe collatam, quã non collatam, cum in hoc ſumma Dei miſericordia manifeſtetur, conferendo videlicet ſine meritis ſummum gratiæ bonũ. Igitur veriſimile eſt hoc factum eſſe, & potius circa Chriſtum, quàm quemuis alium, cum eſſet vnigenitus Dei patris. Vnde apud Ioannem, Vidimus gloriam eius, gloriam, quaſi vnigeniti a patre, hoc eſt qualem decet vnigenitũ.

Act. 6. *Luc. 1.* *Ioan. 1.* *Lib. 3 de lib. arb.*

Illa autem eſt ſumma poſſibilis, ergo talis illi collata fuit.

A DISTINCTIO. XIII. Quæſt.3.& 4. Pag.118.

An Chriſti anima ſumme Deo frui (quantum natura eſt poſſibile) poſſit.

Resolvtio.

Chriſti voluntas ſumme Deo frui.

VOluntatem Chriſti habere ſummam fruitionem bifariam intelligi pōt, patet primo formaliter, vt puta, ꝙ ſumma fruitio inſit illi, a quocunque agente producatur, & hoc pacto pōt ſumme frui, quia cum fruitio ſit accidens ipſi voluntati cōueniens, & ad nullum eius gradū determinetur, voluntas poterit ſummam recipere fruitionem, ſi ipſi ab ipſo Deo infundatur.

B Secunda quæſtio intelligi poteſt effectiue, hoc eſt ꝙ ipſa voluntas ſummam eliciat fruitionem, & ſic non eſt verum, quia voluntas angelica eſt perfectior naturaliter. Quocirca intentiorem actum ex cæteris pluribus elicere valet. Nam tametſi voluntati Chriſti ſumma fuerit collata gratia, per quam perfectius effectum produceret, tñ ſi Angelicæ voluntati æqualis collata eſſet gratia, poſſet perfecto perfectiorem adhuc effectū agere. Veruntamen reipſa, & de facto Chriſti voluntas nunc excellentiſſime præ oībus alijs creaturis diuino verbo fruitur vtroque modo, & formaliter videlicet, & elicitiue, quia licet nō ſit adeo perfecta, veluti Angelica voluntas, nihilominus concurrente ſumma gratia (qua eſt donata) perfectiorem elicere valet fruitionem, quam Angelus, cū maiori gratia. Siquidem gratiæ C excellentia Angeli virtutem & efficaciam excedit. Sed an ſine gratia id poſſet? Haud dubie poſſet quidem abſque gratia ſummam recipere fruitionem a Deo immiſſam, quia gratia reſpectu fruitionis ſeſe hēt, vt cā efficiens, modo quidquid pōt Deus cum cā ſecunda, pōt ſe ſolo, & poſſet ēt eam elicere, modo Deus ſuppleret vices, & coefficientiam ipſius gratiæ, ſicut pōt ſupplere concurſum cuiuſcunque cauſæ ſecundæ, permittendo vt altera cā naturalis agat ſecundū ſuā virtutem, perinde ac in formatione corporis Chriſti, virgine agente ſua naturali fœcunditate vicem patris, & cooperationem ſua adumbratione ſuppleuit. Hæc tamen accipienda ſunt de potentia Dei abſoluta, D qua ſecundum ordinatam eius potentiam, & leges ab eo præſcriptas nequit Chriſti voluntas formaliter, aut effectiue abſque ſumma gratia ſumme Deo frui.

Pro 4.

Chri[...] abſq; g[...] tia ſ[...] poſſet.

DISTINCTIO. XIIII. Quæſtio.I.Pag.129.

An intellectus animæ Chriſti abſque medio quocunque poſſit ſummam Dei viſionem habere.

Resolvtio.

Chriſti intellectus perfectiſſime Deum videt.

QVemadmodum ex prima reſolutione præcedentis diſtinctionis, volūtas animę Chriſti ſumma potuit donari gratia, pari ratione, & eius intellectus

A lectus ſumma verbi diuini viſione, quia talis viſio eſt accidens intellectui cōueniens,& ad nullum eius gradum determinatur, quamobrem ſummum recipere valebit. Et ita eſſe reipſa, ſiue de facto eſt veriſimile, qđ etiam ex illo Ioannis, Plenū gratiæ & veritatis, elici poteſt. Nam quid eſt Chriſtum plenum eſſe veritate (quæ eſt in intellectu) quàm ipſum ſummam primæ veritatis (quæ eſt Deus ipſe) cognitionem,& viſionem habere? Huc accedit Iſidorus, dicens. Trinitas, ſeu deitas, ſibi ſoli nota eſt homini aſſumpto: quod intelligi nequit, niſi de viſione ſumma & notitia perfectiſſima creaturæ poſſibili. Siquidem imperfectiorem Dei notitiam bene habent Angeli,& alij beati ſpiritus. Deinde ſum B mam hanc viſionem abſque lumine gloriæ, aut alio ſupernaturali habitu immediate,& recipere,& elicere abſolute poteſt, licet non negemus de facto, & potentia ordinata lumen gloriæ prius natura illi ineſſe. Hoc patet, quia intellectus eſt ſuſceptiuum capax talis viſionis, & eiuſdem (concurrente voluntate diuina) elicitiuus. Nam quod in viſione naturali lumen requiratur ad colluſtrandū obiectum, hoc prouenit ex obiecti imperfectione, quod de ſe non eſt luminoſum, ideo indiget lumine extrinſeco. At eſſentia diuina eſt ſumma lux,& per ſe intelligibilis. Igitur primo, & immediate intelligi valet.

...n. 1. a. *...r. de ...o. bo. ...ſ.* *...ſti in ...ſtut ...media- ...erbum ...re po ...*

DISTINCTIO. XIIII. C
Quæſt. II. Pag. 130.

Vtrum anima Chriſti videat in verbo omnia, quæ ipſum verbum videt.

RESOLVTIO.

Præſcribenda venit hac in re duplex notitia, actualis videlicet,& habitualis. Et quidem quantum ad primam aſſerere poſſumus, animā Chriſti intellectualiter omnia videre, quæ verbum videt. Vnde Auguſtinus, Fortaſſis non erunt ibi cogitationes volubiles, ab aliis ad alia eūtes & redeuntes, ſed omnem noſtrā ſcientiam vno ſimul conſpectu videbimus. quod etſi dubium ſit de beatis, tamen de anima D Chriſti eſt veriſimile quòd non habet ſuccedentes ſibi cogitationes, ſed cuncta actu videt. Damaſcenus quoque aſſerit Chriſti animam habuiſſe præſcientiam futurorum. Hæc autem bifariam poni poteſt, vno modo, quòd anima Chriſti vnica viſione diuinam videat eſſentiam, tāquam obiectum primarium,& omnia quæ in ea relucent veluti ſecundaria obiecta. Nec propterea eſſet hęc viſio infinita (ſicut viſio intellectus diuini) quia non eſſet comprehēſiua diuinæ eſſentiæ, nec neceſſario obiecta ſecundaria videret, ſed contingenter duntaxat, quæ tamen duo diuinæ competunt viſioni, nēpe eſſentiā comprehendere,& oīa alia obiecta ſecundaria neceſſario intueri. Secundo dici pōt, ꝙ pluribus viſionibus obiecta ſecundaria vi-

Chriſti anima videt omnia in verbo. *Li. 15. de trin. c. 16*

De hoc vide latius in Magiſtro. *Li. 3. c. 10*

A videat, tot videlicet quot ſunt obiecta, ſed prior modus eſt cõneniẽtior: Et nedũ omnem viſionem in ſe recipit, ſed ẽt eã, aut eas (ſi ponamus plures viſiones) minus principaliter comproducit. Nec ex hoc arguit̃ eſſe infinitæ virtutes, cum horum non ſit agens principale. Et is modus cum magis faueat Chriſti perfectionibus, conuenientior eſt, licet plerique Theologorum non ſubſcribant, & ipſe Scotus alium adijciat dicens, quod poſſit omnia habitualiter videre, non quidem per habitum omnium repræſentatiuũ, ſed quia quemadmodum habens ſpeciem intelligibilem poteſt cum voluerit ea conſiderare, quæ intelligibilis ſpecies repræſentat, ſic Chriſti anima videndo verbum diuinum, poteſt ſigillatim cuncta in eodem B relucentia cognoſcere, vnumquodque ſeorſum. Et ſi dixeris Chriſtum hac ratione non excedere alios beatos, cum poſſint ipſi ea, quæ in verbo relucẽt ſeorſum, non ſimul intueri: Dico quod verbum cuilibet obiecto determinata obiecta repræſentat, quæ ſola beatus velle videre poteſt, non alia, ſed anima Chriſti omnia repræſentat, quocirca poteſt ipſa ſucceſſiue omnia velle videre. Quod ſi aduerſus prædicta obijcias hanc animam ſic poſſe Angelos illuminare, cũ tamen dicat Dionyſius quod illuminationes bonorum Angelorum fiunt ordinate, ſic quod ſuperiores prius illuminantur, & deinde inferiores: Reſpondetur, communiter ita fieri, vt dictum eſt in ſecunda reſolutione diſtinct. Nihilominus illæ reſolutiones ſunt quidem ordinatæ non ſecundum naturarũ ordinem, ſed gratiarum. Quocirca Chriſti anima primo illuminari poterit, & per eam Angeli: Nec hoc inconuenit, quia in patria beatorum animæ eundem loquendi modũ habebunt, quẽ angeli dicente Chriſto, Quod erunt ſicut Angeli Dei in cœlo. Quamobrem ſi alicui animæ quoddam diuinũ ſecretũ prius fuerit reuelatũ, poterit ipſa deinde Angelos huius veritatis certiores facere, ſicut Angelus feciſſet, ſi prius id cognouiſſet. Nec id inconuenit, cum dicat Apoſtolus, Angelus multa cognouiſſe concernentia myſteriũ reparationis humanæ per ipſam Eccleſiam (Ait enim, Mihi omnium ſanctorum minimo &c.) multo igitur magis illuminari poſſunt a Chriſti anima. Quod & Apoſtolus inſinuare videtur dicens de Chriſto, quod aſcendit ſuper omnes cœlos, id eſt ſupra omnes choros Angelorum, vt adimpleret omnia, hoc eſt perficeret, & illuminaret. Siquidẽ omnes intellectuales creaturæ ab ipſo Chriſto influentiam recipiunt, & illuminationem. C

Chriſti aĩa An gelos illuminare poteſt.

De ange. hierar.

Matt.

Ephes.

Ephes.

D

DISTINCTIONIS. XIIII. Quæſt. III. pag. 142. & 146.

Vtrum anima Chriſti nouerit omnia in genere proprio.

RESOLVTIO.

Notitiam eſſe duplicem ſatis ſuperque conſtat, abſtractiuam nempe, & intuitiuam, quarum vtraque in Chriſto eſſe potuit,

A tuit, cum neutra cognitioni in verbo repugnet. Et quidem abſtractiua notitia nouit aīa Chriſti in genere ꝓprio omnes creaturas: Ipſi enim ab inſtanti ſuæ conditionis fuerunt a Deo impreſſæ ſpecies intelligibiles, nedum quiditatum, ſed & ſingularium. Notitia autem intuitiua (quæ eſt de obiecto exiſtenti, quatenus præſens eſt) non nouit omnia in genere proprio, licet in verbo quidem intuitiue omnia videret, quia multa obiecta, vt prætetita, & futura, nec fuerunt, nec eſſe potuerūt illlius pręſentia intellectui, ſecundum eorum propriam, & actualem exiſtentiam. Quocirca rerum agnitione hoc modo proficere potuit, vt habet Lucas, Puer Ieſus creſcebat ætate, B & ſapientia coram Deo, & hominibus: Quod dubio procul de intuitiua, ſeu experimentali rerum in genere proprio cognitione (quæ cognitorum præſentiam, & exiſtentiam requirit) intelligitur. Hoc etiam pacto aſſerit Apoſtolus, quod didicit ex ex eis quæ paſſus eſt obedientiam profecit itaque, ea quæ vno modo cognoſcebat, per alium modum cognoſcendo: Quantum etiam ad notitiam abſtractiuam, quod aliquorum duntaxat obiectorum fuerint illi infuſæ ſpecies, ſicut ipſi Deo viſum fuit, non autem omnium. Quamobrem & in horū, quorum non habebat ſpecies proficere potuit. Si autem exquiras an Chriſti anima omnia perfectiſſime in genere proprio viderit, hoc ſane de cognitione actuali, ſeu habituali intelligi poteſt. Habituali quidem notitia cuncta perfectiſſime cognouit. Nam ſicut ſumma gratia C creaturæ poſſibilis, huic animæ eſt collata, ita perfectiſſime ſpecies intelligibiles, quibus perfectiſſime cognitione abſtractiua res cognoſcitur. Adde, quod & illæ ſpecies immiſſæ erant a Deo, quę tanto perfectius res ipſas repræſentabant, quanto immediate, & omnino ab ipſo Deo productæ erant. Quando enim Deus quidpiam immediate agit, perfectius id eſt, quā ſi ageretur mediante cauſa ſecunda. Actuali autem notitia, & intuitiua, cęteris paribus, nequit perfectiſſime cuncta cognoſcere, cum intellectus angelicus ſit ꝑfectior, & ex conſequenti perfectiorem effectum & notitiam intuitiuam producere valeat: Reipſa tamen, & de facto hoc D quoque modo perfectius, quā Angeli cognoui intuitiue cuncta in verbo, & ſicut & perfectius videt verbum.

Chriſti ...ima in ...nere pro ...io om- ...ia perfe- ...ſsime ...uit.

...c. 2. c.

...eb. 5.

...4. q. ...ſdē di ...n.

DISTINCTIONIS. XV. Quæſtio Vnica Pag. 147.

Utrum in anima Chriſti ſecundum portionem ſuperiorem fuerit verus dolor.

RESOLVTIO.

Hic primo obſeruādū eſt quod dolor (ſi proprie accipiatur) eſt offenſio animæ ex carne, & ſecundū partē ſenſitiuam: Triſtitia vero ineſt animæ ſecundum ſe, & primo ſecundū partē intellectiuā, vt colligitur ex Auguſtino. Hæ autem paſſiones, & eis oppoſitæ (quæ ſunt delectatio, & gaudium(ſunt in potentia appetitiua,

Dolor, & triſtitia differunt

Lib. 1. de ci. Di ca. 15.

A tiua,& non in cognitiua, vt patet ex Damaſceno aſſerente animalem paſſionem eſſe motum appetitiuę virtutis ſēſibilis, ſeu perceptibilis in imaginatione, ſeu ſenſatione boni & mali. Bonum enim & malum, quod eſt conueniens vel diſconueniens animali, eſt cauſa huius paſſionis. Inſuper virtutes morales primum in appetitu, potiſſimum propter delectationes & triſtitias vitandas, igitur huiuſmodi paſſiones ſunt in eadem parte. Et quemadmodum dolor eſt in appetitu ſenſitiuo, ſic triſtitia in appetitu intellectuali, qui eſt voluntas ipſa, differenter tamen producuntur hæ paſſiones ab obiectis. Nam ſecundum Damaſcenum loco citato, appetitus ſenſitiuus ducitur ab obiecto, & non ducit, non autem voluntas, quæ eſt libera, ſed ducit ſenſum. B Nam licet quidpiam ſuapte natura ſit ei conueniens (vt vltimis finis) ſit tamen vltimate conueniens eidem per actum ipſius voluntatis acceptantis, & complacentis ſibi in illo. Et ex hoc ſubſequitur gaudium in ipſa voluntate, vel triſtitia, quando reſpuit aliquod obiectum, ſeu quidpiam quod nihilominus illi accidit. Non eſt autem hæc paſſio effectiua ab ipſa voluntate, quia tunc eſſet immediate ab ipſa voluntate, ſed ab ipſo obiecto: Nec ex hoc ſequitur ipſum obiectum neceſſario paſſionem imprimere ipſi volūtati. Nam hoc repugnat eius libertati: Sed eſt quidem inter ipſum & obiectum aliqua neceſſitas conſequentię, quia ſi voluntas nolit aliquod obiectum, & illud eueniat neceſſario, generabitur in ipſa triſtitia. Immediate tamen ſubeſt voluntati nō C reſpuere illud obiectum, & mediante hoc non triſtari ob iſtud obiectum, licet eueniat, quia non erit tunc (cum non reſpuatur) triſtitiæ materia. Exemplū deſume ab homine nobili & libero volente tenere villam ſeruitute oneratam, in cuius poteſtate non eſt immediate non ſeruire, ſed in eius poteſtate immediate eſt non tenere terram illam, & mediante hoc non teneri ad ſeruitutem. Præter autem hunc fruſtandi modum, qui & potior eſt & manifeſtior, quando videlicet obiectum diſconueniens voluntati per actū eius reſpuentis eam contriſtat, ſunt alij tres modi, quibus cuipiam triſtitia accidere poteſt. Primus, quando obiectum ſuapte natura diſconueniens eſt, licet voluntas ipſum libere non reſpuat. Secundus quando obiectum naturaliter eſt diſconueniens appetitui ſenſitiuo. Tertius quando ſubiectum reſpuitur a voluntate conditionaliter, cum videlicet quis quantum eſt ex ſe quidpiam reſpuit, quod tamen in aliquo caſu vult. Exemplum de mercatore patiente naufragium, & proijciente merces in mare, quas nō proijceret, ſi naufragium effugere poſſet: Et ſic quadrifariam triſtitia alicui accidere poſſet. Quemadmodum aūt in anima Chriſti fuerit verus dolor, & ſecundum quam potētiam, ac de quo obiecto, obſeruandum eſt quod in parte ſenſitiua Chriſti verus extitit dolor. Nam obiectum approximatum tactui, & appetitui ſenſitiuo erat diſconueniens illi ſenſui, & ille ſenſus erat perfectę perceptionis. Quia ſecundum proportio-

Lib. 2. c. 22.

Paſſiones non cauſantur a voluntate.

Nota exemplum.

Triſtitia quot modis cauſetur. C

Exemplum de mercatore.

Dolor in Chriſto.

Lib. 2. anima.

A tionem bonæ diſpoſitionis cor poris, eſt diſpoſitio ipſius tactꝰ, & illd corpus fuit optime complexionatum, ſicut anima illius corporis erat pfectiſſima: Et nedum quantum ad appetitũ ſenſitiuum, ſed etiam quantum ad intellectiuum Chriſtus paſſus eſt, & doluit: Quia licet dolor excellens in parte ſenſitiua natus ſit impedire vſum rationis, quemadmodum & vehemẽs delectatio ſecundum Auguſtinũ, in Chriſto nec ratio, nec voluntas fuerunt abſorpta a dolore appetitus ſenſitiui. Ideo intellectus oſtendebat illum dolorem voluntati, & illa condoluit, eo ꝙ naturaliter inclinaretur ad oppoſitum ſeu commodum, & ſalutem ipſius perſonæ. Deinde quia voluntas neceſſario colligatur appetitui ſenſitiuo, pro-

B pter quam colligantiam dolet dolente appetitu ſenſitiuo. Quãtum autem attinet ad triſtitia, quæ fuit in Chriſto ſuppoſita diuiſione illa, qua primum portio in ſuperiorem, & inferiorem diuiditur, & portio ſuperior dein de bitariam accipitur, vt puta ſtricte cum reſpicit etiam temporalia, referendo tamen ea ad æterna, vt dictum eſt in 1. reſolu. 2. Dicendum eſt ſuperiorẽ portionem ſtricte acceptam, non potuiſſe triſtari debite, qa hoc fieri nequit, cum ipſa habeat Deum pro obiecto, niſi dicendo Deum ſecundum ſe, vel in ſuis effectibus. Accipiendo vero portionem ſuperiorem fuſius, triſtatur primum de peccato infidelitatis diſcipulorum, deinde ob incredulitatem, & crudelitatem Iudæorum perſequentium ipſum, &c. Triſtabatur etiam de ſua paſſione hæc

[margin: . q. 9.]

[margin: ...ſtitia in ...iſto.]

[margin: ... ſu... r tri... ...tur.]

C portio ſuperior, primum vt natura naturaliter eam reſpiciens, tanquam ſuę perſonę diſconuenientem, deinde vt libera conditionaliter eam reſpuens, ſi videlicet aliter ſatisfieri poſſet bene placito diuino in omnibus, propter quæ debebat pati, & hoc vltimum aſtruitur ex Auguſtino dicente, quamuis iuſtus ſit paratus æquo animo ferre quidquid aduerſitatis acciderit, mauult tamen vt non accidat, & ſi poteſt facit, atque paratus in vtrunque eſt, vt quantum in ipſo eſt alterum optet, alterum vitet, Et ſi quod vitat incurrerit; ideo volens ferat, quia fieri non potuit qđ volebat (ſupple quantum in ipſo erat) His ſubſcribit Philoſophus Mors, & vulnera triſtia forti, & volenti erunt, ſuſtinet hæc omnia, quoniam bo-

[margin: Lib. 13. de tri. ca. 7.]

[margin: Li. 3. Ethi co. 6. 1 1.]

D num eſt ea ferre, vel quoniam turpe non ea ſuſtinere, & quanto vtique magis habeat virtutẽ omnem, & felicior ſit, magis in morte triſtior erit. quod non eſſet, niſi quia quantum in ipſo eſt vult oppoſitum. Ipſa autem ſuperior portio, vt libera, & habens actum abſolutum circa ipſam paſſionem, minime triſtabatur, quinimo ſimpliciter, & abſolute eam volebat, vnde dicebat ipſe Saluator, Veruntamen non mea voluntas, ſed tua fiat. & apud Ioannem, Propterea me elegit pater, &c. ſumendi eam, &c. & apud prophetam, Oblatus eſt, quia ipſe voluit. De portione quoque inferiori conſimiliter dicendum, iuxta ſaniorem opinionem, quod eiſdem modis triſtabatur ob paſſionẽ, quibus & portio ſuperior, primum vt natura, & vt coniuncta appetitui ſenſitiuo patienti: Dein-

[margin: Portio inferior triſtaba in Chriſti morte.]

A inde vt libera, reſpuens paſſionē ipſam conditionaliter, abſolute vero eam acceptabat, ſicut & portio ſuperior. Vnde Auguſtinus exponit illud Pſalmi 85. Repleta eſt malis anima mea, de triſtitijs, ſiue pœnis, quę erant in anima Chriſti, ſecundum vtramque portionem, his modis, quibus explicatum fuit. Si aduerſus prædicta obijcias gaudium & triſtitiam eſſe contraria, & propterea non poſſe eſſe in eodem, potiſſimum cū Chriſti gaudium ex fruitione eſſet ſummum: Reſpondetur gaudiū & triſtitiam non eſſe oppoſita, niſi fuerint eiuſdem obiecti, pinde ac nec ſcientia & ignorantia. Poteſt enim quiſpiam ſcire Dialecticen, & ignorare Philoſophiam. Chriſtus vero gaudebat & de fruitione diuina, & de ſua B paſſione, vt ordinata a patre in ſalutem generis humani. Triſtabatur vero de eadem vt nude abſque aliquibus oſtenſa circūſtantiis, quomodo inferior portio eam nolebat abſolute, & ſic triſtabatur aliquo modo, quo non triſtabatur ſuperior. Proferes illud, non contriſtabit iuſtū quidquid illi acciderit, ergo nen Chriſtum: Reſpondetur ſapientiam loqui de triſtitia, quæ mentis euertit ſtatum, & rectum rationis iudicium, qualis non fuit in Chriſto. Vnde illud Ioannis, Infremuit ſpiritu, & turbauit ſemetipſum.

Prouerb. 12.

Ioan. 11.

DISTINCTIONIS. XVI. C
Quæſtio I. pag. 170.

An Chriſto mori neceſſe fuerit.

RESOLVTIO.

Chri. neceſ. mori.

SI ſpectes modum, quo diuinum verbum humanā aſſumpſit naturam, facile deprehendes, Chriſtum neceſſario & paſſioni & morti fuiſſe obnoxium: Siquidem in primo inſtanti naturę verbum ipſum aſſumpſit naturam humanam in vnitate ſuppoſiti. In ſecundo inſtanti naturæ anima eius fuit perfecte beata. In tertio, animæ beatitudo quæ tunc in corpus redundaſſet, fuit prohibita voluntate diuina ne redundaret. In quarto inſtanti corpus ipſum, quod D ex redundanti gloria fuiſſet impaſſibile, tunc ratione talis prohibitionis fuit paſſibile, & mortale, propter illud ſpeciale, & nouum miraculum, quo diuinitas ipſa, & gloria animæ continebātur, ne redundarent in corpus. Sed vnde (dices) hæc Chriſto moriendi neceſſitas? Haud dubie ex eo quod corpus ſibi dimiſſum, cum in ipſum animæ gloria non redundaret, fuit animale, paſſibile & mortale, propterea quod anima non haberet plenum dominium ſuper illud, ad prohibendum omnem paſſionem ab eo, quia nec hoc poteſt in beatorum corporibus ipſa anima, ſed ex ſola diuinæ voluntatis determinatione id contingit, quia decreuit nō coagere alicui agenti ad corruptionem corporis beati. Ideo neceſſe fuit, vt per nutrimenti ſum-

A ſumptionem quod fluebat, reſtauraretur. At qui non reparabatur caro adeo perfecta, ſicut pcedens, quocirca non poterat corpus ipſum perpetuo permanere. Quod ſi dixeris Chriſtũ nouiſſe, qui cibi eſſent boni ſucci, & optimi nutrimenti, & quantũ ex ipſis ad intertenendam valetudinẽ aſſumere expediret, nouit ſane adamuſſim, nihilominꝰ duo corpus ipſius morti ſubijciebant, vt puta nutritiuæ potẽtiæ cibũ in ſubſtantiam aliti cõuertentis debilitatio. Hæc.n.cũ eſſet naturale agens (aſſertore Ariſtotele) in agendo repatiebatur, & repatiendo continue debilitabatur. Alterũ erat alimẽti, qđ aſſumebat, impuritas, quæ vt ait Ariſtoteles, eſt quoque corruptionis cauſa. Nam ex alimento puriori, & meliori melior generatˀ ſanguis, & ex puriori ſanguine ſolidior generatur caro, & permanentior. Et quãuis nutritus eſſet fructibus terreſtris paradiſi, aut melioribus, nihilo ſecius (ſuppoſito miraculo prædicto, quo diuinitatis virtus, & animæ gloria impediebatur ne in corpus redundaret) adhuc propter paulatinam virtutis nutritiuæ debilitationem moriendum illi, & naturaliter fuiſſet, queãdmodum & ipſi Adamo. Nec vnio vnus ad verbum quadamtenus corruptionem impediuiſſet, quia relinquebatur corpus illud ſuis proprietatibus naturalibus, & in ipſis erant calor naturalis, & humidum radicale agentia ad inuicem, & patiẽtia: Diuerſæ quoque partes organicæ diuerſarũ qualitatum: materia inſuper eiuſdem rõnis cum noſtra, quæ vtique illud corpus paſſibile reddebant, & mortale. Quod ſi prædictis obijcias illud, Peccatum in hunc mundum, &c. & illud, Corpus mortuum eſt propter peccatum, id eſt habuit neceſſitatem moriendi. & illud Geneſis, In quacunque die comederis &c. Sed in Chriſto nullum fuit peccatum, ergo nec morti fuit obnoxius. Reſpondetur, peccatum quidem fuiſſe demeritorie mortis cauſam, & hac ratione Chriſtum non fuiſſe morti obnoxium, ſed ob duas cauſas ſæpe dictas, propter quas vniuerſum quoque humanum genus fuiſſet mortale, quamuis permanſiſſet in ſtatu naturæ inſtitutę conſeruans originalem iuſtitiam, vt explicatum fuit reſolut. 2.

Margin: …de …at. — B — C — Rom. 6. — Gen. 2.

DISTINCTIO. XVI. Quæſtio II. Pag. 171.

D

Vtrum ſubiacuerit anima Chriſti ex paſſionis violentia non mori.

RESOLVTIO.

CVm Chriſti anima a primo creationis ſuæ inſtanti beata fuerit, ſi ſibi dimiſſa fuiſſet, dubio procul corpus ipſum ab omni ſufferentia, & morte conſeruaſſet: Veruntamen, quia nolebat diuina voluntas animæ gloriam in corpus redundare, neceſſario ipſum corpus corruptibile remanebat: Omne aũt corruptibile per approximationem contrarij agẽtis diſſolui poteſt, Ergo & ipſum Chriſti corpus. Si vero obijcias, Deũ ſolam animã a corpore ſeparare poſſe, propterea ꝙ eandem ipſe ſolus creet, & corpori ĩfundat, hoc pla-

Chriſti corpus erat morti obnoxium.

A ne non ſubſequitur. Nam agens naturale quemadmodū ignis, poteſt qualitatem talem in corpus inducere, adeo illi diſproportionatā, quòd neceſſario ſubſequitur ab ipſo animæ ſeparatio. Nam anima, vt corpus informet, requirit certam in ipſo diſpoſitionem, quæ ſi per aliquod agens diſſoluatur, non poterit in eo permanere. Agens autem naturale nihil efficere poteſt, propter qđ anima neceſſario creetur, & corpori vniatur; nam licet corpori pfecte organizato Deus ipſe animam ſemper infundat, nō tamen neceſſario ſuppletur, ſeu ex neceſſitate naturæ, vt putauit Philoſophus, ſed mere contingenter & libere, quemadmodum præcinit Pſaltes Regius, Omnia quæcunque voluit fecit Dominus in cœlo, & in terra (intellige cum Auguſtino extra

B ſe.) Quocirca, corpore quantūuis organizato, poterit De⁹ nullam ei infundere animam. Et ſi dixeris Chriſtum ſua paſſione nihil meruiſſe, cum ex prædictis neceſſario pateretur: Reſpondetur quempiam mereri poſſe nedum per actus ab eo libere elicitos, ſed etiam per ea quæ nullo modo vitare poteſt, patientiſſime ea ſufferēs, quomodo martyres olim merebantur. Inſuper volens ea, quæ aliter ſe habere nequeunt, vt cum quiſpiam amore amicitiæ Deum diligit, expetens, ac volens eum eſſe ſumme iuſtum, bonum, ſapientem &c. Conſimiliter peccator nolens ſe peccaſſe meretur, licet id efficere nequeat, cum ad prę teritum non ſit potentia. Sic igitur meruit Chriſtus libere acceptans paſſionis calicem a patre ſibi propinatum, ſeu ſufferēs

Meretur quis per ea quæ nō ſubsūt ei⁹ uoluntati.

C paſſionem (quam impedire ſuppoſitis prædictis, vt homo nequibat) propter bonum ſubſequens, ex quo ſic a patre acceptabatur. Dices autem Chriſtū dixiſſe, Poteſtatem habeo ponendi &c. *Ioa.* Reſpondetur, hunc locum ita eſſe intelligendum, ꝙ Chriſtus, vt Deus poſſet a ſeipſo homine, hoc eſt a ſua humanitate animam ſeparare, non autem vt homo id poterat. Proferes forſitan quod ibidem ſubſequitur, Hoc mandatum accepi a patre, non autem accepit vt Deus, ergo vt homo accepit mādatum ponendi animam, igitur ſubiacebat eius facultati nō mori. Reſpondetur quod accepit mandatum patienter ſufferendi mortem, vt homo. *Mat.* Sed quomodo cum clamore valido *Mar.* emiſit ſpiritum, niſi voluntarie mortis cauſam præuenerit? *& 23.* Hic ſane duo ſunt obſeruanda.

D Primum clamor ille validus in hora mortis, qui miraculosè per virtutem verbi fuit factus, purus enim homo id non potuiſſet. Alterum eſt animæ a corpore ſeparatio per paſſionis violentiam, & iſtud naturale fuit ſuppoſito ſemper miraculo illo, per quod gloria animæ non redundabat in corpus, cuius poſtmodum miraculi ſi volueris rationem habere, profectò miraculosè omnia Chriſt⁹ paſſus, quantumuis eſſent naturalia. *Ioan.* Quapropter etiam cæcus a Chriſto illuminatus miraculosè videbat, ſi ſpectes miraculum neceſſario præſuppoſitū Sin cauſas ipſas viſionis conſideres, nempe potentiam & obiectum, naturaliter videbat. Hoc modo dicendum eſt de Chriſto.

DI-

A DISTINCTION. XVII. Quęſtio Vnica pag. 179.

Fuerunt ne in Chriſto duæ duntaxat voluntates?

RESOLVTIO.

v. ſ. ea. Qvemadmodũ aſſertore Damaſceno, (& hĩ diſt. 6. cap. firmiter credimus) firmiter tenẽdum eſt duas in Chriſto eſſe naturas, & vnam hypoſtaſin, ita quoque concedere oportet veluti ex illo conſequens, duas eſſe naturales harũ naturarũ proprietates, & vtriuſque naturę potẽtias, atqui naturæ rationalis perfectiſſimæ potentiæ ſunt intellectus & voluntas creata, ratione humanæ naturæ: & ratione diuinę intellectus & voluntas increata. Huic B accedit ꝙ in Chriſto ſumma gloria, & fruitio ſecundum humanam naturam ex reſolut. 13. huius, omniſque ſcientia ex reſolut. 14. huius. Hæc autem eſſe nequeunt, niſi in intellectu & voluntate. Habebat ꝓinde Chriſtus duos intellectus, duas quoque voluntates. Deinde ſi exquiras, an in Chriſto eſſet vnica voluntas creata, haud dubio ſi voluntas ꝓprie dicatur, vt puta in quantum eſt appetitus intellectiuus, vnica in Chriſto erat humana voluntas. Sin autem ſub ratione generali eſſe accipias, ſcilicet appetitu quocũque, duę erunt, hoc eſt duo appetitus, intellectualis videlicet & ſenſitiuus: & tot appetitꝰ ſẽſitiui, quot in nobis ſunt, nempe vnus interior, & quinque exteriores. Poſſes inſuper ambigere an voluntas naturalis, & altera ſint duæ diſtinctæ potentiæ: Sed cum C appetitus naturalis cuiuslibet rei, nihil aliud ſit quàm eiuſdẽ naturalis inclinatio ad propriã perfectionem (quemadmodum lapis naturaliter inclinatur ad centrum) & huiuſmodi inclinatio non diſtinguitur reipſa ab ipſo cuius eſt, conſequens eſt voluntatem, vt eſt natura, id eſt vt inclinatur ad ea quæ ſunt ſibi commoda, non diſtingui reipſa a voluntate libera, ſed eſt vna, & eadem potentia quæ diuerſis reſpectibus dicitur naturalis, & libera: Naturalis, vt fertur circa ſuum commodum, perinde ac aliud ens naturale: Libera vero vt liberos ſuos elicit actus potens elicere, & non elicere, & ab omni actu ceſſare.

DISTINCTION. XVIII. Quæſtio Vnica pag. 182. D

Vtrum Chriſtus meruit in primo inſtanti ſuæ conceptionis.

RESOLVTIO.

MEritũ eſt actus interior, & exterior a creatura rationali libera, & in gratia exiſtente elicitus, cui ex debito iuſtitiæ ratione acceptationis diuinæ merces correſpondet danda, vel ei qui meretur ſi eget, vel alteri ꝓ quo meretur. *Meritum quid ſit.* Ex quo facile colligimus quempiam pro altero mereri poſſe, conteſtantibus id ſacris literis. de paralytico dicitur, Quorũ fidẽ, vt vidit &c. & apud *Matt. 6.* Iacobum, Orate pro inuicem, vt ſaluemini. & apud Paulum, Adimpleo quæ deſunt paſſionum *Iacob. vlt.* *Coloſ. 1.* Chriſti in carne mea pro cor-

 pore

A pore eius quod eſt eccleſia &c. *Meriti radix.* Porrò omnis meriti radix ex parte merentis conſiſtit proprie in affectione iuſtitiæ ipſius voluntatis, quæ eſt libertas voluntatis non abſolute ſumpta, ſed quatenus elicit actū conformiter regulæ inferiori: Non quidē inq̄tum ordinat affectionē commodi in Deū, ſed quatenus afficit̃ amore amicitiæ erga Deū, cum videlicet complacet illi,& expetit Deū eſſe bonū,ſapientē,omnipotentem, iuſtū &c. Hoc eſt creatura rōnalis p̄cipue meret̃ diligens Deū in ſe ſuper oīa, nō propter beneficia ab eo ſuſcepta, aut ſuſcipiēda, ſed p̄ciſe ob eius perfectiones.Et deinde deſiderat ſibi, & alijs Dei viſionē pariter & fruitionem,per quæ illi coniungitur: Et hoc quidem non abſolute (vt mali angeli)ſed cum debitis circunſtantijs,præ- B cipue vt Deum diligat. Affectionis autem commodi voluntas afficitur proprio bono, & nonnunquam inordinate, niſi reguletur affectione iuſtitiæ, hoc eſt, niſi conformetur dictamini rationis naturali,vel dictamini ſupernaturali, quod eſt fides ipſa, & voluntas diuina. Ideo in ipſa non conſiſtit primo, nec aliquo modo, niſi referatur in vltimum finem.His ſuppoſitis dicitur, quòd Chriſtus meruit per actum illum interiorem volūtatis,licet eſſet beatus, *Chriſtus meruit.* quia ſecundum partem ſenſitiuam, & portionem inferiorem voluntatis fuit viator,& paſſibilis.Quocirca multa habuit obiecta præſentia ſenſibus, & portioni inferiori, q̄ potuit libere velle, & acceptare contra affectionem commodi, & habere actus imperatos conformiter ad illud

velle,vt ieiunando,vigilando, orando &c. C Beati aūt q̄m ſecundum vtramque portionem ſunt coniuncti vltimo fini, & affectiuę iuſtitiæ fruendo Deo, & affectione cōmodi,quia ſunt coniūcti ſummo bono,ſic ꝙ nihil cōtra affectionem cōmodi poteſt illis accidere, nec quidpiā pati valent: Idcirco mereri nequeūt. *Beati possunt mereri.* Et quāuis beati & Angeli exerceant bonos actus circa nos, ſtimulantes nos ad bonū,retrahētes a malo, cohibentes a nobis Sathanam,orātes pro nobis,&c. nec tamen propterea merentur. Nam illi actus ſunt incluſi in illorū beatitudine, hoc eſt Deus ipſe vult, vt ea faciant propter ſummam felicitatem, quam eis contulit, & non propter aliam mercedem, quàm velit illis dare. Non ſic autem de Chriſto, quia eius actus decreuerat pater tāquam meritorios D acceptare: Quia licet Chriſtus ſic fuerit coniunctus fini, vt nō potuerit peccare, nō tamē quin poſſet pati. Præterea diligendo matrem, & alios Apoſtolos, & alios amicos in Deum, & inimicos propter Deum, merebatur. Præcipua tamen, & vltima ratio quare Chriſtus, licet eſſet beatus, meruerit (cum tamen alij beati non mereantur) eſt voluntas diuina acceptans actus ipſius Chriſti, & non beatorum. Congruentia vero aſſignari poteſt, propterea quòd Chriſtus non eſſet omnino in termino (vt dictum eſt) ſicut beati,qui nihil pati poſſunt. *Chriſtus meruit in primo inſtanti.* Potuit etiam mereri in primo inſtanti ſuæ conceptionis, cum haberet omnia ad meritum requiſita,vt puta voluntatem perfectam, ſummam gratiam, obiectum

A iectum præſens, & nihil eorum impediebatur, quamobrem potuit elicere actum beatificum. Quod probatur ex Auguſtino dicente, Splendor genitus ab igne eſſet ęternus, ſi ignis eſſet æternus, Igitur res, & operatio eius poſſunt eſſe ſimul pro quocunque inſtanti. Non autē meruit CHRISTVS propriam fruitionem, Sed quemadmodū ſumma gratia ſine meritis fuit illi collata, ſic ēt libere ſine aliquo merito pręcedēte Deus ipſe coniunxit eius voluntatem p fruitionem vltimo fini, qđ non abſurde elicitur ex Diuo Auguſtino, dicente ꝙ ſumma gratia eſt ꝙ homo in vnitate perſonæ eſt Deo coniunctus, qui licet loquatur de gratia ıvnionis, hoc eſt dē gratuita Dei voluntate vniente naturam huius verbo B diuino, tñ ad illam vnionem ſequitur ratio ipſa fruitionis. Iō fuit ſumma gratia abſque meritis præcedentibus habere hanc Dei fruitionem ſummam creaturæ poſſibilem.

[margin: ib. 6. de ... c. 1.] [margin: Chriſtus n meruit propriam fruitione.] [margin: .de tri. 9.]

DISTINCTIONIS XIX. Queſt. Vnica. Pag. 192.

Meruitne Chriſtus omnibus gratiā, & gloriam vna cum remiſſione culpæ & pœnæ?

RESOLVTIO.

Hic primum obſeruādum venit, incarnationem Chriſti non fuiſſe ab æterno p̄uiſam, aut ordinatā occaſionaliter, ſeu propter peccatum primi parentis. Nam & ſi is non peccaſſet, nihilominus filius incarnatus fuiſſet, vt oſtenſum eſt Reſolutio. quæſtio. vlti. C diſtinctio. 7. huius. Siquidem quemadmodum Deus immediate & primo videbat, & expetebat ab æterno finem omnium electorum, Sic inter electos cū Chriſtus eſſet fini propinquior, prius cæteris prædeſtinabatur. Fuit autem hac in præuiſione is ordo (non quidem ex parte ipſius Dei, cui nihil eſt prius, aut poſterius, ſed ex parte ipſorum præmiſſorum) Prius enim Deus intellexit ſe ſub ratione ſummi boni. In ſecundo vero ſigno, ſeu inſtanti omnes creaturas cognouit, In tertio electos prædeſtinauit ad gratiam & gloriam, nullum actum circa reprobos habens. In quarto omnes præuidit in Adam caſuros, & electos, & reprobos. In quinto præuidit ac præordinauit remedium quo redimerentur, nē D pe filij paſſionē, ſic quod Chriſtus (veluti & omnes electi) prius præuiſus fuit, & prædeſtinatus, quàm eius paſſio præuideretur, vt medicina contra lapſum: perinde ac medicus prius expetit hominis ſoſpitatē, quā ordinet medicinam curatiuam. Quemadmodum igitur electi, priuſquam paſſio Chriſti præuideatur vt remedium peccati, prædeſtinantur, ſic tota trinitas prius decreuit efficaciter dare gratiam, & remedium pro ipſis in Deum credentibus, vt iuxta Apoſtolum, ſecundum electionem Dei propoſitam manerent. Quemadmodum autem filius præuidit paſſionem pro prędeſtinatis ſolum eſſe offerendam patri, & ſic eam in effectu efficiente obtulit. Quod inſinuabat dicens, Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo,

[margin: Chriſtus incarnat', et Adā n offendiſſet.] [margin: Prædeſtinationis ordo.] [margin: Rom] [margin: Meriti Chriſti ſufficientia.] [margin: Ioan. 17.]

A ſed pro his, quos dediſti mihi, quia tui ſunt, per æternam videlicet prædeſtinationem. Ita quoque tota Trinitas pro electis duntaxat efficaciter paſſionem acceptauit, & pro multis alijs. Quocirca Chriſti paſſio eis ſolum primam gratiam diſponentem ad gloriam cõſummatam, efficaciter meruit. Quantum vero attinet ad meriti ſufficientiam, fuit profecto illud finitũ, quia cã eius finita fuit, videlicet voluntas naturæ aſſumptæ, & ſumma gratia illi collata. Non enim Chriſtus quatenus Deus meruit, ſed inquantum homo. Proinde ſi exquiras quantum valuerit Chriſti meritum ſecũdum ſufficientiam, valuit procul dubio quantum fuit a Deo acceptatum. Siquidem diuina acceptatio eſt potiſſima cau-

Meriti Christi ſufficiẽtia

B ſa, & ratio omnis meriti. Omne enim aliud a Deo ideo eſt bonum, quia a Deo dilectum, & non econtrario. Non enim Deus aliquam creaturam diligit, propterea quod ipſa ſit bona, ſed idcirco creatura eſt bona, quia a Deo diligitur. Conſimiliter ideo aliquod opus eſt meritorium, quia eſt Deo acceptum, & non contra, Deus non acceptat opus idcirco quod ſit meritorium, aut bonum. Tantum ergo valuit Chriſti meritum ſufficienter, quantum potuit, & voluit ipſum trinitas acceptare. Veruntamen ex ſua ratione formali, & de condigno non potuit in infinitum, ſeu pro infinitis acceptari, ſed pro finitis duntaxat, quia nec illud in ſe fuit formaliter infinitum. Nihiloſecius ſi ſpectes ſuppoſiti merentis circunſtantiam, & dignitatem, habebat quandam extrinſecam rationem propter C quam de congruo in infinitum extenſiue, id eſt pro infinitis potuit acceptari. Sed quid meruit Chriſtus? Meruit ſane primam gratiam omnibus qui eam recipiunt, quæ & abſque noſtro merito confertur. Nam licet in adultis qui baptizantur, deſideretur aliqua diſpoſitio, nihilominus non merentur illam gratiam per ſuam diſpoſitionem. Conſimiliter quantum ad gratiam, quæ confertur in pœnitentia poſt lapſum in mortale, tametſi debeat peccator conteri, & ſe diſponere, tamen Chriſti meritum eſt totalis cauſa de cõdigno meritoria illius gratiæ. Deinde Chriſtus meruit nobis apertionem ianuæ Paradiſi, ad quam nullus cooperatur, Vnde Apoſtolus, Per proprium ſanguinem introiuit, & cætera. Et D alibi, Habentes itaque fratres fiduciam in introitum ſanctorum in ſanguine Chriſti. Et in Apocalyp. dicitur quòd agnus ſolus aperuit librum, De quo etiam dicitur, quòd claudit & nemo aperit. Nullus enim antè Chriſtum (quantumuis ſanctus fuerit) valuit ingredi ianuam regni cœleſtis, ſed omnes ad limbum deſcendebant. Quamobrem dicebat Iacob, Deſcendam ad filium meum lugens in infernum, &, quia deducetis canos meos cum dolore ad inferos, Quamuis autem obſtaculum aditus regni cœleſtis (ſiue illud ſit originale peccatum, ſiue aliud) per Chriſti paſſionem amoueatur, Veruntamen nullus actu ingreditur regnum cœleſtẽ, niſi cooperetur (ſi habuerit facultatem) & vtatur prima gratia, quam ſibi Chriſtus pro-

Quid Christus meruerit

Heb. 9.

Apoc. 3.

Ante Christũ nullus ingrediebatur Paradiſum

Gene. 37.

Gene. 42.

A promeruit. Vnde illud, Factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Si vero exquiras quomodo meruerit Chriſtus fidelibus, qui ante ipſum fuerunt, ſua paſſione, quã nondum ſuſtulerat, Dico quod Chriſti meritum ab æterno fuit præuiſum, & ratione illius præuiſionis proderat patribus, quẽadmodum & nobis, vt patet ex Apocalyp. Agnus occiſus eſt ab origine mundi. Quod ſi dixeris eadem ratione ipſam Chriſti paſſionem potuiſſe eſſe cauſam prædeſtinandi electos, & per cõſequens prædeſtinationem cauſam meritoriam, hoc plane non ſubſequitur. Nam omnes electi prius natura prædeſtinati erant, quàm Chriſti paſſio præuiſa foret.

eb. 5. *ritum Chriſti ſuit epa ſus.* *e. 13.*

B DISTINCTIONIS XX. Quæſt. Vnica. Pag. 199.

An neceſſe fuerit genus humanum per Chriſti paſsionem reparari.

RESOLVTIO.

QVęcunque Chriſtus circa generis humani reparationẽ operatus fuit, contingentia fuerunt, & liberrima, ſimpliciter & abſolute, & nullo modo neceſſaria, niſi præſuppoſita Dei ordinatione, quæ ſic diſpoſuerat fieri. Quamobrem dr̃ illud, Et inde cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis, quia oportebat eũ ire Hieroſolymam. & illud Lucæ, Primũ autem oportet i lum multa pati. & illud eiuſdem, Nonne hæc oportuit Chriſtum pati, & ita in-trare &c. Hæc aũt aſſertio confirmaẽ per Auguſtinũ dicentẽ, Alius modus redimendi hominẽ Deo non deficit. Eius enim poteſtati cuncta ſubiacent. Et ſic intelligendus eſt Anſel. cum dicit, Ecce vides quõ rõnabilis neceſſitas exigat ex hominibus perficiendam eſſe ciuitatem ſupernam, nec hoc fieri poſſe, niſi per remiſſionem peccatorum, quam nullus homo habere poteſt, niſi per hominem, qui idẽ ipſe ſit homo & Deus, atq; morte ſua Deo homines peccatores reconciliet. Hoc inquam præſumptum Dei ordinatione intelligendũ eſt, quæ ſic hominẽ redimi ſtatuit. Chriſtus igitur paſſus eſt pp iuſtitiam, & veritatem annunciandam. Nam cum videret legem diuinam perperam a ſcribis & Phariſæis interpretari, nulla habita rõne honoris diuini, ſed quæſtus & proprij lucri, qui ægre ferebant homines in ſabbato curari, non autem ꝙ ouis aut bos a puteo extraherentur, & cæte. Vt patet ex Matthæo, Marco, Luca & Ioanne, eos zelo diuino tactus arguit, & dire increpauit, dans verum legis intellectum, vt patet ex Matthæo, & alibi frequenter, adeo vt maluerit mori, quã tacere, cum tunc veritas Iudæis eſſet dicenda: quamobrem illũ ad mortem perſecuti ſunt, & id circo pro iuſtitia, & veritate tuẽda mortuus eſt, tamẽ ex ſua gratia paſſionem ſuam de facto pro nobis obtulit, quare multa ei debemus, cum aliter redimi potuiſſemus, & nihilo ſecius ſua mera voluntate ſic nos redemerit. Plus inquam ei obligamur, quàm ſi neceſſario, & non aliter, quã ſua paſſione redimi

aratio eris hu ni alt- fieri ſit. *t. 16.* *. 17.* *24.*

C *Lib. 13. de tri. c. 10.* *Cur Deus hom. c. 1. & alibi.* *Chriſtus propter iuſtitiam paſſus.* D *Mat. 12. Marc. 3. Luc. 6. Io. 5. 7. & 9. 5. 6. & 7. Matth.* *Chriſtus pro veritate mortuus.*

A potuiſſemus. Hoc autem fecit præcipue, vt nos ad ſui amorē alliceret, cum nedum propter creationis beneficium, ſed etiā redemptionis illi deuincti ſimus, perinde ac ſi pater filium quem genuit, deinde inſtruat diſciplinis & bonis morib. amplius hic filius patri aſtringitur, quàm ſi genuiſſet ſolū, & alius eum inſtruxiſſet. Ex illo Apoſtoli id elici poteſt, Deinde patres quidem carnis noſtræ eruditores habuimus, & reuerebamur eos. Fuit autem congruentius genus humanum potius, q̄ angelicam naturam reparari, quia tota ſpēs humana perierat, non autem Angelorum, deinde qa homo alterius tentatione videlicet diaboli cecidit, vt patet ex ſacra ſcriptura, Timeo ne ſicut ſerpens &c. muliere vero ſeducta &c. Angelus vero propria cecidit voluntate, vnde Anſelmus, Sicut Angeli ceciderunt nullo alio nocente, ita nullo alio adiuuante ſurgere debent. Et quā uis Luciferi ruina fuerit alijs a iqua tentatio, vt colligitur ex Apocalypſi, Factum eſt prælium &c. tamen ea tentatio non fuit adeo efficax, velut illa, qua homo tentatus fuit. Si aduerſus prædicta obijcias illud Ariſtotelis, Paſſionibus nec laudamur, nec vituperamur. Ex quo inferri videtur paſſionem non eſſe meritoriam, ſed actionem, ſeu actus ipſos, qui ſaltem ſunt paſſionibus laudabiliores. Hoc plane verum eſt de actu virtutis, quatenus diſtinguitur a paſſione, & non accidit ex virtute (Sic enim loquitur Philoſophus) tamen paſſiones afflictiuæ, & potiſſimum mors ipſa, quādo ex actu virtutis acceptā

Chriſto quantum debemus. Heb. 12. *Genus humanum fuit congruentius medium quam Angelus.* *Gen. 3.* *2. Cor. 2.* *1. Tim. 2.* *Lib. 2 cur Deus homo c. 21.* *Apo. 12. c.* *2. Eth. c. 5*

tur & imperantur, laudabiliores ſunt quàm actus virtutis circa delectabile ſeorſum. Vnde ſtudioſe ſe gerere circa triſtabilia, magis eſt meritorium, quā circa delectabilia: & paſſiones voluntariæ concomitantes virtutis actum ſimul acceptæ, magis ſunt meritoriæ, quàm actus ſolus. Vnde in actibus Apoſtolicis dixit Dominus Ananiæ de Paulo, Oſtendam illi quanta oporteat illum pati, & cætera. Non autem dicit, quanta oporteat illum agere, Quæ vero paſſus ſit, referuntur ab ipſo Apoſtolo, Chriſtus autem pati voluit ex amore intenſo finis (videlicet ipſius patris) & noſtri, quo dilexit nos propter Deum. Vnde dicebat, Baptiſmo habeo baptizari &c. Et, meus cibus eſt, vt faciam voluntatem eius qui miſit me. D

Paſſi... bus ... gi... mur. *Act.* *2. Cor. 11.* *Luc.* *Ioan.*

DISTINCTIO. XXI.

Quæſt. Vnica. I. Pag. 206.

An Chriſti corpus in ſepulchro corrumpi potuiſſet.

RESOLVTIO.

OBſerua primum aliquid eſſe futurum ſi ſpectes cās naturales, quod tamen non eueniet cauſa ſuperiori (nempe Deo) impediente virtutem, & actionem naturalium cauſarum, vt patet ex Iſaia, qui prænunciauit mortem Regi Ezechiæ, qui & ſecundum cauſas inferiores naturaliter mortuus fuiſſet. At ipſe Deus prohibuit cauſas inferiores, ob eius lachrimas, & orationem,

Iſaia.

A nem,& quindecim annos ſuper terminum naturalem vitæ eius miſericorditer addidit. Deinde illud iuxta decretum cauſæ ſuperioris, non autem illud q̃d eueniret ſecundum inferiores cauſas, ſi permitterentur agere. Quocirca tametſi Chriſti corpus in morte, habita ratione cauſarum inferiorum naturalium, fuiſſet putrefactum, Propterea quod haberet intrinſecam reſolutionis cauſam (ſicut alia corpora) calorem videlicet & humorem, & extrinſecã quoque, vt calorem, frigus &c. Nihilominus, quia prohibente Deo naturalium cauſarum actionem, corpus illud nunquam putrefactum fuiſſet, etſi ad generalem vſque omnium reſurrectionem in ſepulchro quieuiſſet. Ideo abſolute fatendum eſt corpus Chriſti non
B fuiſſe corruptioni obnoxium, etſi reſurrectio eius non fuiſſet accelerata. Vnde & apud
l.15. Pſalmiſtam, & in actis Apoſto-
7.2. lorum, Non dabis ſanctũ tuum videre corruptionem. Sed nunquid miraculo nouo, aut aliquo id peractum fuiſſet? Haud dubie nouo miraculo. Quando quidem antiquo miraculo, quo verbum diuinum primo vniuit ſibi corpus, illud non impediebatur, quo minus corpus illud pateretur a flagellis, clauis, & lancea, & cæt. Ergo nec illius reſolutio ſolo illo miraculo prohibita fuiſſet, ſed nouo potius.

DISTINCTIO. XXII. C
Quæſt. Vnica. Pag. 229.

Vtrum Chriſtus fuerit homo in triduo.

RESOLVTIO.

Cvm hominis ratio id exigat, vt anima & corpus (q̃ ſunt eius partes eſſentiales) ſint adinuicem vnita, & in triduo illa diſiũcta fuerint in Chriſto, conſequens eſt, ipſum tunc non fuiſſe hominem. Adde quod homo importet abſolutum, vltra partes eius etiam vnitas, vt patet reſol. diſtinc. 2. huius libri qõ. 2. Quod quidem ens dicimus humanitatẽ ipſam eſſe, qua quiſpiam dicitur homo formaliter, & illa in triduo corrupta erat. D
Chriſtus in triduo non erat homo.
Ex quo conſequitur ipſum tũc non poſſe dici hominem. Huc accedit quòd Chriſtus (vt habet Damaſcenus) ſignificat ſup poſitũ in duabus naturis ſubſiſtens, diuina ſcilicet & humana. & humana tunc corrupta erat. Idcirco Chriſtus importabat tunc in ſe rationem falſam, & de nullo vere enuntiabatur, nec quippiam de illo. Quamobrem iſta, Chriſtus eſt homo, erat tunc falſa. Non enim vt verbum diuinum diceretur homo, ſufficiebat corpus & animam ſeorſum eſſe illi vnita, ſed operæprecium erat eas partes adinuicem, & inter ſeſe eſſe connexas. Ratio autem Magiſtri ſententiarum, & Hugonis, qua aſtruere nituntur in triduo Chriſtum fuiſſe hominẽ, propterea quod forma ſubſtantialis pertineat ſola ad quod, quid
Lib. 3. c. 4.
Lib. 1. de ſacr. par. 2. ca. vlt.

A quid eſt, ſeu rationem & quidditatem rei naturalis, non autē materia prima, abſurda eſt dubio procul, & toti Philoſophiæ repugnans. Quandoquidē Ariſtoteles refert quorundam res materiales definientium opinionem, quorum aliqui per materiam tantum, aliqui per actū tantum, alij vero per vtrunque definiebant, & poſtremi ſecundum ipſum perfecte definiunt. Vnde laudat Architam, qui tam materiam, q̃ formam in definitione complexus eſt. Idem quoque vult terminum .i. definitionem eſſe rōnem longam, & hoc quidem vt materiam, illud vero vt formam eſſe in definitione. His ſubſcribit Auguſtinus, inſtituto noſtro proximius accedēs, hoc inquit verum eſſe, quod nō totus hō, ſed pars melior eſt, B nec totus homo corpus, ſed inferior pars hominis eſt, ſed cū eſt vtrunque coniunctū ſimul habet hominis nomen. Huc accedit & Damaſcenus, dicens, Plures hypoſtaſes hominū ſunt, omnes autem eandem recipiūt naturæ rationem, Omnes enim ex anima compoſiti ſunt, & corpore.

Materia pertinet ad rei q͠d ditatem. Lib. 8 Meta. c. 1. & 2. de aīa. d. l. 8. Metaphy. Lib. 13. de tri. c. vlt. Lib. 3. c. 3

DISTINCTIO. XXIII.
Quæſt. Vnica. Pag. 222.

An ſit neceſſarium fidem infuſam ponere.

RESOLVTIO.

Dvplicē tradūt Theologi fidem, acquiſitam videlicet, & infuſam. Et quidem acquiſitam eſſe in nobis patet ex Apoſtolo dicente. Quomodo credent C ei? Et ſequitur, fides eſt ex auditu. Qui quidem locus nequit niſi de fide acquiſita intelligi, q̃ in homine generatur dum audit doctrinam euangelizantiū, & videt, aut audit miracula quę operati ſunt hanc doctrinā concionantes, certo ſibi perſuadēs Deum non aſſiſtere, nec miraculis approbare falſam alicuius doctrinam. His conſentit Auguſtinus in Epiſtola contra fundamentū Manichæi, dicens quòd non crederet Euāgelio, niſi crederet Eccleſiæ Catholicæ approbanti, & authorizanti libros canonis ſacri. Propter quam cauſam Nazaræorum, & Nicodęmi Euangelium non admittit. Propterea videlicet quod Eccleſia eadem non recipiat. Id autem fit fide acquiſita, non ſecus ac adhibemus fidem alijs hiſto- D rijs a fide dignis ſcriptis Inſuper ſi adoleſcens Iudæus, aut Turca non baptizatus nutriretur inter Chriſtianos, & inſtrueretur iuxta morem fideliū, habitu acquiſito ex auditu crederet, & aſſentiret articulis fidei, quemadmodum Chriſtiani, Perinde ac credimus parentibus, & alijs referentibus quæ non vidimus ipſi. Poſtremo Chriſtianus hæreticus errare pōt circa fidei articulū, non errans circa alios, quia hęreſes non ſunt neceſſario connexæ. Huiuſmodi autē hæreticus infuſam fidem amittit per errorem illum. Oportet igitur vt fide acquiſita aſſentiat alijs articulis circa quos errat. Ex quibus manifeſtum euadit fidem acquiſitam eſſe in nobis, & non eſſe neceſſarium ponere fidem infuſam, vt quiſpiā aſſentiat articulis reuelatis firmiter abſque

Fides duplex. Rom. 10.

A abſque oppoſiti formidine: Nã id fide acquiſita põt. Quãobrẽ in- difficilius eſt fidẽ acquiſitam aſtruere, & modũ quo in nobis ponenda ſit. Quidam.n.dicunt fidẽ infuſam in multis ſimilem eſſe fidei acquiſitæ. Nam quẽadmodũ fide acquiſita verbis alicuius aſſentimur, ꝓpterea ꝙ exiſtimamus illum veracẽ eſſe, ſic fide infuſa aſſentimur articulis reuelatis, eo quòd credamus Deo, ſeu eius veritati id aſſerenti. Sed hæc rõ non ſufficienter aſtruit fidem infuſam, quia põt deinde exquiri rõ pp quã credimus hos articulos eſſe a Deo reuelatos, & hoc modo erit proceſſus in infinitũ. Præterea fides acqſita id pſtare põt abſq; infuſa, quemadmodũ patet ex t. 1. Paulo dicente: Neq;.n. ego ab B homine accepi illud, &c. Et qm̃ ſm̃ reuelationem notum mihi factum eſt ſacrm̃. Põt igit̃ quiſ. 2. piam ſola fide acquiſita credere propoſitionibus fidei ſibi ab alio propoſitis, nec ex hac rõne conuincitur fidẽ infuſam eſſe ponendam. Idcirco aliqui adferunt aliam cauſam quare ſit ponẽda, vt puta tanquã habitus inclinans intellectum noſtrum ad aſſentiendũ propoſitionibus fidei, quibus nõ poſſet ex ſeſe aſſentiri, cũ non ſint immediate, aut per ſe notę (hoc eſt cũ earũ veritas non cognoſcat̃ cognitis terminis) cũ non poſſimus proprie concipere, & in particulari res ſingulares per ipſos terminos, cũ nec intuitiue pro hoc ſtatu ea videre poſſimus. Sed nec earũ aſſertio eſt irrefragabilis. Nam ex ea ſequeretur fidem eſſe potentiam, & nõ habitũ, quia illud eſt potentia, quo ſimpliciter actũ elicere poſſumus, habitus vero quo ſic, vel ſic poſſum⁹ C vt puta expedite, prompte, delectabiliter, vel intenſiori modo. Deinceps ſubſequeret̃ꝙ abſque pia affectione voluntatis quiſpiam credere poſſet contra Auguſtinum dicentem, Cetera poteſt homo nolens, credere non poteſt niſi volens. *Auguſt. In Ioan.* Quod autem hoc ſequatur conſtat ex eo vel maxime, quia cum fides infuſa per modum naturæ inclinet intellectum ad actum, & articuli fidei apprehendi poſſunt ante omnem voluntatis actum, Subſequitur quempiam credendis firmiter aſſentire poſſe ante & præter omnẽ voluntatis actum. Ad qõnem igitur propoſitã dico, qđ ponenda eſt fides infuſa, non ꝙ poſſit demonſtrari rõne aliqua, niſi præſuppoſita ipſa fide, ſed propter ſcripturę, & ſanctorũ authoritatẽ. *Fides infuſa quare ponatur.* D Scribitur .n. apud Paulũ, Gratia eſtis ſaluati per fidẽ &c. *Ephes. 2.* Sine fide impoſſibile eſt placere Deo, &c. *Heb. 11.* Qui locus de fide infuſa intelligitur, cum multi ſine acquiſita, vt paruuli, Deo placeant. Id etiam probatur (videlicet quòd fides infuſa ſit ponenda, & quod locus Pauli de eadem intelligitur) ex eodem Paulo dicẽte, Adhuc excellentiorem viã vobis demonſtro, q quidẽ Paulus poſtea diſſerit de tribus virtutibus Theologicis, q̃ ſunt excellentiores vię oĩbus habitibus acquiſitis: *1. Cor. 12.* Cũ enim illic agat de charitate infuſa, pari rõne & de fide infuſa. Quemadmodum igitur credimus articulis fidei, quorũ tñ veritatem pro hoc ſtatu ſcire nequimus, ita quoq; credim⁹ nos habere fidem infuſam, qua illis aſſentiamur, ſeu quę inclinat nos ad aſſentiendũ illis, tanquã veris, *Fides infuſa quare ponatur.*

A veris, qui quidem in ſe veriſſimi
ſunt, & certiſſimi. Sed quamob-
rem fides hæc infuſa ponit? Pri-
mum vt perficiat animam quan
tum ad intellectum: Nam Dei
eſt perfecte perficere, quod effi-
Deut. 32. cit, vnde illud: Dei perfecta ſunt
opera. Sicut igitur cum infirmũ
ſecundum corpus ſanat, perfe-
Ioan. 7. cte eum curat, iuxta illud Ioan-
nis: Mihi indignamini &c. Sic
etiam ſecundum animam, in
qua ſecundum tres potentias
eſt Dei imago, quæ peccato de-
formantur, nam voluntatẽ cha-
ritate perficit, intellectum autẽ
fide hac infuſa. Deinde ponitur
propter actum credendi, quem
admodum & charitas propter
actum diligẽdi, vt videlicet actꝰ
harum potentiarum ſint perfe-
ctiores & intenſiores producti
ex potentia & habitu ſimul, quã
B eſſent ex potentijs eliciti. In hoc
tamen charitas pręſtat, quia red
dit actum ſuum, & actus alia-
rum potentiarũ Deo acceptos.
Quod autem fides cocurrat ad
aſſenſum ipſum, vel hinc con-
ſtat, quia ſunt plerique, qui ma-
gis vellent aſſentiri articulis fi-
dei, ſeu credere, quàm credant.
Luc. 7. Quocirca orabant Apoſtoli di-
centes: Domine adauge nobis
Marc. 9. fidem. & alius quiſpiam: Domi-
ne (inquit) iuua incredulitatem
meam. Iſtud autem nõ eſſet pe
tẽdum ſi aſſenſus eſſet omnino
ab ipſa voluntate. Obſerua ni-
hilominus fidem non excludere
omnem dubitationem, ſed eam
quæ vincit, & trahit intellectum,
vt diſcredat articulos fidei, & op
poſitis illorum aſſentiat. Tertio
ponitur fides infuſa propter cer
titudinem aſſenſus: ſiquidẽ fi-
des acquiſita nequit aſſenſum
adeo firmum coefficere ſicut in

fuſa, qua innitimur teſtimonio C
infallibili ipſius Dei, fide autem *Lib.*
acquiſita hominis teſtimonio, *de*
qui & falli, & fallere põt. Prædi- *ca.*
ctis vero aduerſari vr̃ Auguſti-
nus dicens, ꝙ homo fidẽ ſuam
tenet firmiſſimam ſcientia, eam
que in ſe videtur clamatque cõ
ſcientia, quia rerum abſentium
fides eſt prius, & rerum quæ fo-
ris ſint intus eſt fides, & rerum
quę non videtur, videtur fides.
Sed obſeruandum eſt fidẽ bifa-
riã accipi poſſe. Primo pro habi
tu generato, ſeu acquiſito incli
nante intellectum ad aſſentien-
dum alicui vero ineuidenti, &
ſic poteſt quiſpiam ſcire ſe ha-
bere fidem (generaliter loquen
do de fide) ſicut poteſt ſcire ſe
habere ſcientiam alicuius diſci
plinæ depręhendendo habitum
ipſum ex ipſis actibus, qui ha-
bent produci a tali habitu. Secũ D
do conſideratur fides, vt eſt ha-
bitus inclinans intellectum aſ-
ſentiendum determinate alicui
euidenter vero: Et hoc modo
nullus ſcit ſe habere fidem in
hac vita præſenti, niſi ſibi a Deo
reueletur, quemadmodum con
tingit Apoſtolo in raptu: quia
nemo poteſt ſcire, quod aſſen-
tiat determinate, & euidenter
vero, niſi prius nouerit illud cui
aſſentit eſſe verum. Fieri vero
nequit, vt aliquis pro ſtatu iſto
de lege communi nouerit eui-
denter aliquem articulum fidei
eſſe verum. Succinctius reſpon-
detur quod locus Auguſtini in-
telligitur de fide acquiſita, &
non infuſa, quia ſola fide ſcimus
nos habere fidem infuſam in-
clinantem nos ad credendum
articulos ipſos, ſicut etiam co-
gnoſcimus veritatem ipſorum
articulorum.

A DISTINCITO. XXIIII.
Quæſt.Vnica. Pag.233.

Poteſtne quiſpiam credibilium fidem ſimul, & ſcientiam habere?

RESOLVTIO.

[…]entia […]ā ac […]ir.

PRimum omniū obſeruādum eſt,ſciētiā in vniuerſum bifariam accipi. Primo generaliter pro quacunque notitia qua firmiter adhęrem9 alicui rei, quo modocūquę talis notitia in nobis generetur, ſiue ex aliorū teſtimonio, ſiue alio modo. Deinde accipitur ſcientia proprie, quō accipit eam Ariſtoteles dicens: Tunc ſcire opinamur vnūquodque ſimpliciter, & nō ſophiſtico mō,(qui eſt ſecūdum accidens)cum cauſam arbitramur cognoſcere, & qa illius eſt cauſa per applicationem principiorum,& concluſiones. Quare vt notitia dicatur hoc mō ſcientia,operępretium eſt, vt ſit propoſitionis neceſſariæ, & generetur per cauſam euidentem intellectui, & applicatā per ſylogiſmum demonſtratiuum,& adeo ſit certa,vt nullam ſecum admittat deceptionem, aut dubitationem. Nunc autem ſi ſcientia primo modo accipiatur, cum fide conſiſtit, non autem ſi ſecundo modo,vt patet ex Apoſtolo : per fidē enim ambulamus, non per ſpeciem, gloſa per fidem tantū illuminamur,ergo nequit haberi in via fides, & ſcientia credibiliū, quinimo ex diametro pugnant, qa notitia fidei eſt ex rei natura ineuidens, notitia vero ſciētifica eſt ex rei natura euidēs,ideo fieri nequit vt eiuſdē axiomatis ſimul & ſemel ſit ſciētia & fides. Sed queras, quā igitr̃ notitiā pōt quiſpiā habere ſacrarū literarū, aut ſenſus earū? Proculdubio nequit habere ſcientiam per modum demonſtrationis, vt patet per Auguſtinū,qui loquēs de traditis in ſcriptura dicit, ꝙ illa commendata sūt nobis diuinis eloquijs, quā uis ꝑ homines, non argumentorū cō certationibus inculcata, vt nō hominis ingenium, ſed Dei eloquiū cōtēnere formidaret,q̲ illa cognoſceret. Huc accedit Apoſtolus, Fides veſtra nō ſit in ſapiētia hominū &c. Cū accepiſſetis a nobis verbū &c. Neq; ab homine &c. Omni ſcriptura diuinitus inſpirata &c. Nō enim voluntate humana collata eſt aliqn̄ prophetia &c. Viuus eſt ſermo Dei &c. Sed poteſt quis habere aliū habitū, ſeu notitiā ſcripturę ſacræ,& eius interpretationis,quæ non ſit ſcientia ꝓprie,ſed generaliter, qa īmediate aſſentit hominibus, & ſingulis ibi traditis, & non vni ꝓpter aliud,ſed ſolum ꝑꝑ authoritatē Dei. Nec his aduerſatur Apoſtolus, vbi ex Chriſti reſurrectione noſtrā aſtruit,dicens: Si mortui non reſurgunt &c. Nec Ioannes, dicens, Diligamus nos inuicem, quoniam ipſe prior dilexit nos. Siquidem antecedens harū perſuaſionum non eſt conſequente notius. Nam ſola fide cognoſcimus Chriſtū reſurrexiſſe, pariter & nos dilexiſſe. Si ēt quiſpiā,vt interpreteretur ſacras ſcripturas vtatur Philoſophia naturali,aut metaphiſica ad & qđ poſtremo ꝑuenerūt doctores mulcētes Philoſophiā diuinis literis, (quæ plurimum conducunt) vt ꝑcipiam9 quę de Deo, intelligētijs,

Margin notes, left column (cut off at the page edge): *r. po-* ; B ; *r. 5.* ; *s ē / ia ne / unt eē / dem.*

Margin notes, right column: C ; *Scientia ſacra ſcriptura quales.* ; *Lib. 18. de ci. Dei c. 41. in fine.* ; *1. Cor. 2.* ; *1. Theſ. 2.* ; *Gal. 1.* ; *2 ad Tim. 3.* ; *2. Pet. 1.* ; *Heb. 4.* ; D ; *1. Cor. 15* ; *1. Ioan. 4*

A tijs, & ſubſtantijs abſtractis dicuntur., nihilominus nequibit ſcientiam ſtricte acceptam propterea aſſequi. Nam concluſio ſemp erit ſimilis alteri pręmiſſarum, quæ erit fidei. Quandoquidem concluſio ſemper ſequitur debiliorem partem, vt patet in hac ratiocinatione. Omne generans realiter diſtinguitur a genito (quæ non eſt ex fide) ſed pater in diuinis generat filiũ (iſta eſt credita) ergo pater diſtinguitur a filio. Conſimiliter interpretatur ſcriptura per ſcripturam, vtpote locum obſcuriorem per notiorem, non habet ob id maiorem certitudinem loci expoſiti quam exponẽtis, quare nec ſcientiam proprie. De hac autẽ expoſitione ait Auguſtinꝰ: Quãuis itaque diuini ſermonis ob-

Lib. 11. de ci. ca. 19.

B ſcuritas etiam ad hoc ſit vtilis, quod plures ſententias veritatis parit, & in lucem notitię producit, dum eam alius ſic, alius ſic intelligit, ita tamen vt quod in obſcuro loco inteligitur vel atteſtatione rerum manifeſtarum, vel locis minime dubijs aſſeratur, ſiue cum multa tractantur ad illud quoque perueniatur, quod ſentit ille qui ſcripſit. Poſtremo ſi ſciſciteris qualem ſcientiam habuerint Prophetæ, & Apoſtoli, quibus primum ſcripturæ veritas reuelata fuit. Reſpondetur quòd habuerunt notitiam a Deo certã abſque quacumque dubitatione, ſicut eſt ſcientia proprie accepta. nam quidquid poteſt cauſa prima cum cauſa ſecunda, poteſt ſe ſola. Illa tamen certitudo non fuit euidens ex euidentia obiecti, ideo ſcientia dici non potuit. Si prædictis obijcias illud Chriſti ad Thomam: Quia vidiſti me Thoma credidiſti. Deinde quod virgo Maria, & Ioannes viderunt Chriſtũ cruci ſuffixum, & tamen non fuerũt abſque fide, & proinde ſcientiam poſſe eſſe cum fide, perinde ac notitia euidens, & intuitiua. C Reſpondetur cum Gregorio, Thomam vidiſſe hominem, & credidiſſe Deum. Simiter virgo Maria, & Ioannes. Præterea licet non haberẽt fidẽ proprie huius articuli (Chriſtus paſſus eſt) ſed euidentiorem notitiam, quia intuitiuam, habebant tamen fidẽ, qua credebant alijs articulis, & qua huic quoque credidiſſent, ſi non ipſi proprijs vidiſſent oculis. Proferres deinde Apoſtolũ, qui enumerans dona fidelibus collata, diſtinguit ſcietiam à fide dicens: Alij datur ſciẽtia, alij fides. Hæc autem ſcientia eſt notitia ſcripturæ ſacræ (quam dicimus Theologiam) quæ poteſt cum fide ſtare ſecundum Auguſtinum dicentem, huic ſcientiæ tribuo illud, quo fides ſoluberrima gignitur, nutritur, defenditur, & roboratur. D Reſpondetur, illic non agi de ſcientia ſtricte accepta, & à philoſopho deſcripta, ſed de ſcientia iuxta primã acceptionem, qua vtique cum fide probe conſiſtit.

1. Co

Lib. de Tr. ca. 1.

DISTINCTIONIS. XV.
Quæſtio I. pag. 248.

Fuitne ante Chriſti aduentum eorum quæ nũc credimus fides neceſſaria?

RESOLVTIO.

Tria hic diligenter veniũt expendenda. Primum quænam fides fuerit, in quocunque ſtatu poſt hominis lapſum

A lapſum viatoribus neceſſaria, deinde quis fidei actus, poſtremo ſatisfiet quæſtioni. Et quidem quantum attinet ad primum, fides infuſa ſemper fuit neceſſaria cuilibet homini ſaluando. Nam ſicut anima non eſt Deo accepta, niſi charitate ornetur, & perficiatur quantum ad voluntatem, ſic nec eſt Deo grata niſi fide infuſa, quantum ad intellectum conſimiliter decoretur. Quocirca quemadmodum hominibus ante Chriſti aduentum neceſſe fuit charitatem habere, ſic & fidem. & Deus ipſe de lege ordinata nō perficit animam, niſi eam perficiat totam, hoc eſt, ſecundum vtramque potentiam: Sicut & cum corpus ſanat, totum curat. Dei perfecta

[...]des in-[...]a ſem-[...] neceſſa[...]i.

[...]m. 7. [...]uter.

B ſunt opera. Iſtæ tamen virtutes abinuicem ſeparari poſſunt, nā Chriſtianus mortaliter peccans charitatem quidem amittit, nō fidem: comprehenſores quoq; fidem non habent, cum in charitate perfecti ſint, nam illa (aſſertore Apoſtolo) nunquam excidit. Quantum autem ſpectat ad ſecundum, Actus vtique fidei ſemper quoque fuit neceſſarius pro loco, tempore, & alijs circũſtantijs debitis. Quia quēadmodum actus virtutum moralium ſemp cuilibet ſaluando neceſſarij fuerunt, ſic & actus Theologicarum virtutum, ſine quibus actus aliarum non debite in finem ordinatur. Quamobrem ſicut quilibet pro omni ſtatu Deum diligere tenetur debitis concurrentibus circunſtātijs, (cum ſit pręceptum affirmatiuum) conſimiliter quoque in eum credere, quod ex illo facile aſtruitur: Accedētem ad Deū credere oportet, &c. Sed ſi inquiras quęnam ſint illa credibilia. Dico quod modo ſunt 14. articuli credendi ab omnibus fidelibus, & id quidem ſi ipſi articuli diſtinguantur penes ipſa credita. Sin autem aſſignarētur iuxta numerum Apoſtolorum, qui primo eos diſtinxerūt duodecim ſolum erunt. Fuit quoque neceſſe pro quocunque ſtatu (poſt hominis lapſum) omnibus his implicite credere, hoc eſt, habere habitum, qui ad his aſſentiendum inclinet: nec id ſufficit, ſed exquiritur etiā actus diſtinctus & explicitus non quidem neceſſario in quolibet fideli, etiam pro iſto ſtatu quantum ad omnes illos articulos. Nam Deus ipſe (cuius onus leue, & præcepta grauia non ſunt) nemi

[...]les & [...]aritas [...]ſtingun[...].

[...]Cor. 13.

[...]dei a-[...]s ſem-[...] neceſ-[...]s.

[...]b. 11.

C *Articuli quot ſunt.*

Mat. 11. 1. Io. 5.

D nem ad īpoſſibilē obligat. Quocirca ſi fuerit aliquis idiota, qui naturam, perſonam, aut huiuſmodi concipere & intelligere nequeat, non oportet ipſum explicite credere eſſentiam, vnitatem, & perſonarum trinitatem diſtincte, ſicut debent primores Eccleſiæ, & eruditiores: ſed ſufficit quod credat (cum id nō poſſit intelligere) ſicut Eccleſia credit. Alios autem articulos, qui facili labote adſequi poſſunt, ſicut hi qui concernunt naturam aſſumptam, qui & paſſim in Eccleſijs docentur, de quibus & ſolennitates inſtitutæ ſunt, explicite credere debet. Maiores autē Eccleſiæ qui alijs præficiuntur, & veritatis verbo, ac honeſtatis exemplo alios in fide inſtruere debent (tanquam fideles diſpenſatores, vt dicebat Apoſtolus, ſic nos exiſtimet homo &c.) ad omnia explicite credenda & intelligenda tenentur, de quibus ait Auguſtinus. Aliud eſt ſcire tan-

Fides ſimplicium.

Fides maiorum.

Mat. 25. 1. Cor. 4.

A tantummodo, quid homo credere debeat propter adipiſcendam vitam beatam, quæ nō niſi æterna eſt. Aliud eſt ſcire quem admodū hoc ipſum & pijs opituletur, & contra impios defendatur, quod eſt maiorum in Eccleſia, aliter cito deficeret fides ſimplicium, quam & diabolus hiſce temporibus è mundo auferre conatur, cum ſuadet ſcripturam fore peruiam, ac facilē etiam mulierculis, & puellis, & abolenda eſſe Scholaſticę Theologię gymnaſia, licet hæretici eius miniſtri id non pręuideāt, ſed zelum abſque ſcientia præ ſe ferant. Quantum autem attinet ad quæſtionem, & fidem patrum, illis vtique neceſſaria fuit fides articulorum, ſicut & nobis, Habentes eundem ſpiritum fidei, &c. Omnes eandem eſcam manducauerunt, &c. Ieſus Chriſtus heri, & hodie, &c. Sed non B adeo explicite, quia non ita diſtinctè illis fuerunt prædicati, quare nec fuit neceſſe pro omni ſtatu credere, quòd reparator humani generis foret Deus & homo naſciturus ex virgine, paſſurus in cruce, &c, Sufficiebat enim hæc confuſius, & generalius credere, vt puta ꝙ Deus ordinaret viam aliquam, qua humanum repararetur genus, ſiue per eius Filium, Angelum, aut hominem purum id fieret. Hęc tamen fides confuſa ſemper homini neceſſaria fuit, ad fidē conſequendam, vnde, Iuſtitia enim Dei per fidem Chriſti. Nemo venit ad patrem niſi per me. Ego ſum via, &c. Ratio adijci poteſt. Quemadmodū enim creator omnium Deus cuncta condidit dans illis eſſe, ſic & reparator lapſa natura principium eſt

Lib. 14. de Tr. c. 1.

Fides patrum.

1. Cor. 4.

Rom. 3.

Io. 1.

Io. 14.

Heb. 11.

reparationis omnium. Quocirca vt fides creatoris ſemper neceſſaria fuit (Accedentem enim ad Deum oportet credere quia eſt) ad ſalutem poſt lapſum hominis, ſic & fides redēptoris ſaltem in generali, vt diximus, potiſſimum ante Moyſis legē. Nam data lege tenebantur Iſraelitæ diſtinctiorem habere fidem in mediatorem, propterea quòd explicatius foret illis Chriſtus p̄dicatus in lege, Pſalmis & Prophetis. Vnde & dicebat Saluator, Oportet impleri quæ, &c. Conſummabuntur quæ ſcripta ſunt de Filio hominis. Moſes. n. illis promiſerat prophetam, Suſcitabit, &c. & alij prophetæ fuſius. Potiſſimum autem credere debebant natiuitatem, paſſionem, reſurrectionem, & aduentum ad iudicium, vt ait Magiſter poſt beatum Auguſtinum. Ratio vero quare potius fides horum quatuor exigeretur eſt, quia cum nullus merito ſuo liberari poſſit ab originali, neceſſe fuit, vt crederent merito Chriſti ſe poſſe conſequi ſalutem. In iſto merito quatuor ſunt conſideranda, videlicet p̄ſona ſatisfaciens, modus ſatisfaciendi, eius præmium, & præmiandi modus. Quantum ad primū oportebat credere natiuitatem, pro ſecundo paſſionem, pro tertio reſurrectionem, pro quarto aduentum ad iudicium. Quod ſi dixeris, non fuiſſe neceſſe hominibus credere ante Chriſti aduentum, quod Angeli ignorabant, Illi autem ignorabant myſterium incarnationis, vt cōſtat: Mihi enim omnium ſanctorum, &c. Quærunt Angeli, quis eſt iſte qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra. Reſpondetur

C

D

Fi Iſraelitarum.

Luc.

Mat.

Deute

In me quatuor ſunt conſiderand

Epheſ

Eſa.

A detur nullam eſſe hanc conſequentiam. Quamuis enim (vt in pluribus) Angeli prius illuminentur, quàm homines: Id tamen non eſt abſolute neceſſarium. Poteſt enim Deus quippiam hominibus prius reuelare, & credendum proponere, quàm Angeli id ſciant, etſi Angeli perſpicacioris intellectus ſint, quàm homines, nequeunt tamen propterea arcana diuina citius cognoſcere, quàm homines, ſed illa duntaxat quæ naturaliter cognoſcuntur. Dices fortaſſe, cũ dicat Apoſtolus, Vnus
2.9. ſ.14 dominus, vna fides, vnde fides habet ſuam vnitatem, poſtquã plura credenda ſunt ipſis mortalibus propoſita? Non. vtique ab vnitate ſui primi obiecti (quod eſt Deus) ſicut alij habitus intellectuales: vt quælibet diſciplina liberalis dicitur vna B ab vnitate ſui obiecti attributionis, quia Deus non eſt obiectum credibilium omnium, nec in eo ſic continentur, vt ex illo deduci poſſint eo modo, quo veritates alicuius ſcientiæ deducuntur ex ſuo ſubiecto attributionis, licet vt cauſa efficiẽs omnia credibilia contineat, quippe qui omnium ſit cauſa: ſed habet fides vnitatem ſuam ab vnitate reuelantis credibilia ipſa. Nam fides eis aſſentire facit, idcirco quòd a Deo reuelata ſint, & hæc vna ratio in omnibus reperitur.

Poteſt etiam aſſerere, quod ex ſeſe ſuam habeat vnitatem.

DISTINCTIO. XXVI. C

Quæſt. Vnica. Pag. 256.

An ſpes ſit virtus Theologa à fide, & charitate diſtincta.

RESOLVTIO.

SPes definitur certa beatitudinis futuræ expectatio, ex Dei gratia, & præcedentibus meritis proueniens, cumq́ue Deum habeat immediatum obiectũ, virtus eſt Theologa. Deus enim noſtra exiſtit beatitudo. Porro ad Theologã virtutem ſtrictim acceptam tres requiruntur conditiones. Prima habere Deum pro obiecto immediato. Altera immitti, ſeu dirigi a regula prima humanorũ actuum (q̃ eſt ſupernaturalis veritas) non a prudentia acquiſita. Tertia, ꝙ D immediate a Deo infundatur, tanquam a cauſa efficiente. Et hac ratione fides, ſpes, & charitas acquiſitæ non ſortiunt̃ nomen Theologicæ virtutis, ſed duntaxat cum ab ipſo Deo nobis donantur: Veruntamẽ ſi fuſius aliquantulum nomẽ ipſum Theologicæ virtutis acceperis, quõ paſſim accipitur, adimaſq; poſtremam conditionem, tres illæ virtutes nuncupabunt̃ Theologicæ, ſiue immittantur a Deo, ſiue frequentibus conquirãtur actibus. Quemadmodum igitur de fide dictũ eſt ꝙ ſit duplex, nẽpe acquiſita & infuſa, & acquiſita non ſufficit abſque infuſa (q̃ tamen ratione oſtendi nequit naturali) conſimiliter & de ſpe dicendum eſt. Cum enim ſuprema rationis portio, ſeu volũtas ipſa immediate Deo ſubdatur,

Spes quid ſit.

Virtus Theologa tres requirit conditiones.

Spes duplex.

A non perficitur perfectiſſime ab aliquo agente creato, ſed operæpretium eſt vt immediate ab ipſo Deo perficiatur infundente ſupernaturalem habitum. Hoc autem conſtat ex ſacris literis, dicente Apoſtolo: Nunc autem manent &c.& aſſertionibus ſanctorum doctorum. Ratio ſiquidem naturalis id demōſtrare nequit. Diſtinguitur autem a fide & charitate, vt cōſtat ex ipſarū actibus: Siquidem fidei actus eſt credere, non deſiderare, quod eſt ſpei actus. Charitatis vero actus eſt amare amore iuſtitiæ, ideſt, diligere propter perfectiones, & bonum dilecti. Spei autē actus eſt amare amore concupiſcētiæ, ſeu deſiderare Deum ipſum, vt eſt merum bonum, quies, & fœlicitas. Præterea actus charitatis eē pōt abſq; actu ſpei, hoc eſt, poteſt Deus diligi ſine tali deſiderio. Hoc inſuper aſtruitur ex Anſelmo, qui in voluntate duas conſtituit affectiones, videlicet iuſtitiæ, & cōmodi. Quemadmodum igitur duæ illæ affectiones in voluntate diſtinctæ ſunt, ita & habitus eas perficientes, & ad actus proprios eas inclinantes, diſtincti erunt. Charitas.n. perficit volūtatē, vt eſt affectiua affectionis iuſtitiæ, qua fertur in Deum, vt eſt bonus in ſeipſo. Spes vero, vt eſt affectiua affectione commodi, qua concupiſcit Deum, vt ſibiipſi cōcupiſcenti bonum. Erunt proinde diſtinctæ hæ virtutes, nedum ratione actuū (qui ſunt amare, & deſiderare) ſed etiàm ex ſubiectis, & ſuſceptiuis immediatis, quæ ſunt voluntas duplici illa affectione affecta. Sed obijcies beatitudinem naturaliter concupiſci ſecundum

1. Cor. 13

Spes a fide et charitate diſtiguitur.

B

De caſu diaboli. c. 14. & de cōcordia. cap. 9.

Auguſtinum: igitur ad hanc deſiderandā non eſt neceſſaria ſupernaturalis virtus. Reſpōdetur eum locum intelligi de beatitudine in vniuerſali, quæ ex naturalibus affectione commodi cōcupiſcitur. Quia ſecundum Anſelmum, Commoda nolle non poſſumus, non autem de beatitudine in particulari, quam fide cognoſcimus. Hæc enim ex naturalibus, aut fide acquiſitis nō perfectiſſime deſideratur ſine ſpe infuſa. Præterea obijcies virtutem Theologam non conſiſtere in mediocritate quadā, perinde ac moralis, cum in earum actibus nequeat eſſe exceſſus. Nullus enim poteſt plus æquo in Deū credere, eū deſiderare, ac amare: Atqui ſpes media eſt inter duo extrema vitioſa, nempe præſumptionem, & deſperationē, igitur erit Theologa virtus. Reſpondetur virtutē Theologam cōſiſtere in medio, quēadmodum & moralis, licet non omnino conſimiliter. Virtus.n. moralis habet exceſſum & defectum dupliciter. Primo ratione modi actus, quia poteſt aliquod obiectū immediate conſequi excedendo vel deficiēdo in ipſo actu, licet non fuerit exceſſus aut defectus in obiecto, vt cum quis auidius comedit ēt cibū, qui ſibi eſt in quantitate & qualitate cōueniens, aut lētius, quàm par ſit. Cōſimiliter dicas de alijs virtutibus a Tēperantia. Virtus autem moderatur actū huiuſmodi efficiens, vt mediocriter feratur circa tale obiectū ipſa potentia. Secundo ratione ipſius obiecti: nam fieri poteſt, vt obiectū ſit maius, vel minus plusquàm expedit: vt ſi qs plus cibi aut min⁹ aſſumeret, quàm eius

C

Lib. trin.

De c… dia.

D

A eius incolumitati conueniret, & ſic de alijs. Virtus vero tunc reducit ipſum cibum,aut etiam eius materiam ad mediocritatem. Virtus autem Theologa habet mediũ duntaxat altero modo, vt videlicet ex parte actus, quem moderatur: & hoc pacto fides eſt media inter leuitatem, qua quis firmiter aſſentit, & cui
19. non eſt aſſentiendum iuxta illud: Qui citò credit,leuis eſt corde.& inter pertinaciam, qua qs reſpuit fidem adhibere credendis, niſi ei ratione naturali commonſtrantur, qua detinebantur
r.1. olim Iudæi,& gẽtiles,ne in Chriſtum crederent, de quibus Apoſtolus: Iudæi ſigna petunt &c. Cõſimiliter dicas de ſpe & charitate, ex parte vero obiecti nõ eſt medium aliquod, quia obiectum virtutis Theologicæ eſt
B infinitum,Deus videlicet.

DISTINCTIO. XXVII. Quæſt. Vnica. Pag. 270.

Eſt ne virtus aliqua Theologa, quæ ad diligendum Deum ſuper omnia inclinet?

RESOLVTIO.

...itas ...ſit. Charitas eſt virtus, qua Deus propter ſe diligitur,& proximus ꝓpter Deũ, vel in Deo, cui cũ virtutis Theologicæ conditiones competant, virtus eſt Theologa. Habet enim Deũ pro obiecto immediate, deinde innititur immediate primę regulæ humanorum actuum. Poſtremo a Deo quoque infundi poteſt, & propterea nata eſt ſupremam animæ potentiam,vt puta volũ-
...ritas ...rtus ...ologa.

C tatem, vt eſt effectiua affectionis iuſtitiæ perficere,quæ perfectiſſime ab alio, quã a Deo perfici nequit. Diſtinguitur autem a fide, vt liquet ex ipſis actibus, quia actus eius non eſt credere ſicut fidei. Conſimiliter & a ſpe, nam actus eius non eſt deſiderare Deũ vt commodum amantis,veluti eſt actus ſpei,ſed actus charitatis eſt diligere Deũ in ſe, & propter ſe,hoc eſt propter ſuã maieſtatem, & immenſas eius perfectiones. Quamuis enim nullum prorſus a Deo beneficium reciperemus (quod fieri nequit) adhuc nihilominus charitas ad dilectionem Dei inclinaret. Sed quod eſt obiectũ formale, & præcipuum huius habitus charitatis, & ipſius actus ad quam inclinat? ſeu quæ eſt propria ratio in Deo, ob quam charitas fertur in ipſum, ſiue
Charitas diſtinguitur a fide & ſpe.
Charitas obiectum.
D quæ nos mouet ad diligendum ipſum? Ea profecto eſt triplex, Prima & præcipua, quæ etiam ſola ſufficeret, (immo non eſt alia ſtrictim loquendo) eſt eſſentia, natura, & diuinitas Dei in ſe: hæc enim ſola cauſa eſt, quare Deus ſit obiectum omnium Theologarum virtutum, quod probatur,quia potẽtia habens aliquod obiectum cõmune (vt auditus ſonum) nequit pfectiſsime quietari,niſi in perfectiori ſingulari contento ſub illo communi, vt ſenſus auditus non quietatur perfectiſſime,niſi cum ſonum concinniter ſonorum percipit. Et viſus non niſi in pulcherrimo colore &c. Atqui potentia rationalis, ſiue intellectus fuerit,ſiue voluntas,hãbet obiectũ adæquatum ipſum ens in ſe, ſeu in cõmuni, igitur quietari nequit niſi in omnium

A entium perfectiſſimo, quod eſt Deus ipſe eſt nō quatenus creaturis benefacit, ſed ſub ratione deitatis duntaxat. Vnde facile colligitur, ꝙ Deus in quantum Deus, ſit charitatis obiectum. Prædictis adnecte illud Pſalmiſtæ: Satiabor cum apparuerit gloria tua, & illud Auguſtini: Inquietum eſt cor noſtrum, &c. Secundo ratio mouens ad diligendum Deum, eſt ipſius in creaturas beneficentia, & liberalitas ampla. Quemadmodū enim noſipſi amamus aliquem propter eius honeſtatem & virtutem, deinde & quia ille nos redamat, ſic quod vtrumque horum nos mouet ſeorſum ad eū diligendum, conſimiliter accidit & in Dei amore. Siquidem nedū infinita eius bonitas nos ad eius allicit dilectionem, ve-

B rum quoque amor, quem ipſe circa nos habet. De quo, Ego diligentes me diligo &c. Qui diligit me, &c. Ipſe prior dilexit nos, &c. Et ad hanc cauſam reducentur omnia beneficia nobis a Deo collata, vtputa creationis, conſeruationis, reparationis, diſpoſitionis ad beatitudinem. Omnia enim hæc cōcernit charitas ipſa ex æquo, & non magis vnum, quàm alterū, & ſingula nos excitant ad redamandum Deum, iuxta admonitionem Ioannis: Diligamus Deum, quoniam ipſe prior dilexit nos. Tertia ratio, & cauſa mouens nos ad diligendum Deum eſt, quòd ipſe ſit bonum noſtrum beatificum, ſeu quòd ipſe ſit nos donaturus vita æterna, & fœlicitate, quæ in ipſo conſiſtit. Sed poteſtne voluntas ſine infuſo haibtu Deum ſuper omnia diligere? Poteſt ſane ſaltem in ſtatu naturæ inſtitutæ, quod patet: nam voluntas poteſt ferri in illud, quod naturalis ratio oſtendit, & dictat eſſe diligendum. Sed intellectus ex puris naturalibus poteſt oſtendere bonum infinitum, quale eſt Deum eſſe ſumme diligendum, ergo & voluntas poterit ſe huic dictamini conformare. Præterea philoſophus vult, quòd fortis politicus ſecundum rectam rationem pro bono reipublicæ debet ſe morti exponere. (Qui enim non ſperat aliquod præmium poſt hanc vitam, cum animæ immortalitas ab ipſo Philoſopho non fuerit cognita, ſed circa ipſam fuerit ambiguus.) Igitur multo magis erit diligendum bonum diuinum, quàm bonum alicuius particularis reipublicæ, & pro eodem ſeſe morti exponendum. Hic autem tria ſunt obſetuanda. Primum qualiter ſit intelligendū Deum eſſe ſuper omnia diligendum. Deinde quomodo ad hoc rationalis creatura obligetur, Tertiò quod licet ex puris naturalibus poſſit quis Deū diligere, nihilominus charitas infuſa neceſſaria ſit, & propter quàm cauſam. Quantum ad primum illud (ſuper omnia) poteſt bifariam intelligi. Primo extenſiue, vtputa ꝙ Deus diligatur plus quàm omnia alia entia, & potius eligat homo omnia alia entia non eſſe quàm Deum, & hoc modo optime accipitur: Nam nihil aliud a Deo, nec omnia ſimul ſunt ęque appetenda, vt Deus. Secundo poteſt intelligi intenſiuè, vtputa ꝙ ex maiori affectu velit quiſpiā Deo bene eſſe, ꝙ alicui

Prou. 8.
Galat. 2.
Ioan. 4.
Tertia rō.

C

1. E[th.] c.3. & cap. ...

D

Qua[liter] Deus per om[nia] ſit di[ligen]dus, quo ra[tiona]lis cre[atu]ra ... obliget[ur]. Char[itas] infuſa neceſſa[ria].

A alicui alteri, & hoc nedum fortius, & firmius (vt aliqui aſſerunt) ſed etiam tenerius, & ardentius, qui etiam ſenſus verus eſt. Siquidem quemadmodum diligere Deum ſuper omnia extenſiue tenemur, ita maiori etiam affectu voluntatis, quàm aliquod aliud. Exemplum autem quod alij obijciunt de matre tenerius & ardentius filium diligente, patre vero fortius & firmius, quia maiori ſe periculo pro filij amore exponeret, & hoc pacto aſſerunt Deum debere firmius quidem ſuper omnia diligi, adeo quòd nihil poſſit ab eius amore hominem auellere, Sed non oportere ipſum ſuper omnia tenerius, & feruentius diligi, propterea quòd ſæpiuſcule contingat ho-
B minem feruentius creaturam diligere, quàm Deum, nihil probat, quia ſolum hoc magis diligitur, quod firmius amatur. Quòd enim feruentius aliqui dicantur diligere, qui tamen firmius non diligunt, hoc non prouenit ex aliquo amoris volũtatis exceſſu, ſed ex aliqua amoris ſenſitiui paſſione, perinde ac aliqui deuoti ſentiunt nonnunquam maiorem dulcedinem alijs in amore Dei ſolidioribus, & qui promptius martyrium ſuſtinerent, quàm habentes eam ſpiritualem dulcedinem, quæ non eſt elicitus voluntatis actus, ſed paſſio quædam actui retributa, qua Deus allicit, & nutrit paruulos, ne in via deficiant. Quod ſi obijcias ex hoc conſequi nos poſſe pro ſtatu iſto implere præceptum illud, Diliges Deum tuum ex
[Deu]te. 6. toto corde, & cætera. cuius tamen oppoſitum tenent Auguſtinus, & Anſelmus. Reſpondetur, quod illud præceptum & C

Præceptũ primũ in hac vita impletur.

intenſiue, & extenſiue in hac vita expleri poteſt, quantum ad ſubſtantiam actus & intentionem præcipientis, Dei videlicet, qui non intendit nos obligare ſupra vires, ſed non poteſt adimpleri quantum ad omnes cõditiones, quæ explicantur illis particulis, Ex toto corde, &cæt. Propterea quod nequeat eſſe tanta virium, & potentiarum recollectio, vt amotis quibuſcunque impedimentis, intellectus & voluntas toto in Deum conatu ferantur, & ſic intellexerunt Auguſtinus & Anſelmus. Nam aſſerere præceptum illud duntaxat datum fuiſſe, vt quid agere debeamus, & in cęlo perpetuo ſumus acturi cognoſceremus, abſurdum eſt. Nam pa- D
ri ratione datum fuiſſet præceptum de viſione Dei, vt Deũ videlicet intueamur, non quidem vt impleretur, cum non ſit poſſibile, ſed vt ſciremus quo eſſet tendendum, & quid in patria a nobis agendũ foret. Quãtum ad ſecundũ, videlicet quantum teneamur Deum ſuper oĩa diligere, dico quod illud præceptum eſt affirmatiuum, quocirca nedum obligat ad fugiendũ eius oppoſitum, vt puta odium ipſius Dei, ſed ẽt obligat pro aliquo tempore ad actum amoris eliciendum. Et tempus illud determinatur illo pręcepto, Sabbata ſanctifices &c. Et eccleſia adhuc ſpecificauit tẽpus, quo fit ſacrum, ſeu Miſſa celebratur die Dominico, vt patet ex Iure canonico. Et de hoc dictum eſt ſuperius. Quantum ad tertium, videlicet quãdo ſit ponẽda charitas infuſa, dico queãdmodũ

Qualiter Deũ diligere debeamus.

Exo. 20. & 16.

C. Miſſas de conſec. diſt. 1

Charitas infuſa an ſit ponenda.

A dictum eſt de fide, & ſpe, quòd naturali ratione aſtrui nequit. ſed fide duntaxat accedentibus authoritatibus ſacræ ſcripturæ, & interpretatione Sanctorum Doctorum, & maxime Diui Augustini. *Li. de Doctri. Chri. c. 5.* Congruitas tamen adferri poteſt, Nam probabile eſt ſupremam animæ potentiam non poſſe perfectiſſime perfici, & diſponi vt in Deum feratur, niſi immediate a Deo, quare charitatem diuinitus infundi rationi eſt conſonum, & id quidem vt primo potentiam perficiat, ac decoret. Deinde vt concurrat cum potentia ad actus ſubſtantiam, ipſum intenſiorē reddendo. Poſtremo vt reddat potentiam ipſam, & actū Deo grata, & accepta. Obijcies fortaſſe Philoſophum aſſerentem *8. Ethic.* B non eſſe amicitiam ad Deum, propterea quòd Deus incomparabiliter excedat creaturam, & amicitia ſit inter aliquo modo æquales. Reſpondetur, amicitiam ſtricte acceptam (quæ requirit æqualitatem amicabiliū ſecundum Philoſophum) non eſſe creaturæ ad Deum ipſum, ſed bene ſi accipiatur extēſius. Et conſimiliter accipiendū eſt illud eiuſdem Philoſophi, *9. Eth. c. 4* Amicabilia ad alterum menſurantur ex his quæ ſunt ad ipſum, id eſt, dilectio, qua quis ſe diligit, ex menſura dilectionis, qua amicum diligit. Hoc inquā intelligit de amicitia ſtricte accepta, quo modo ille Philoſophus accipit.

C

DISTINCTIO. XXVIII. Quæſt. Vnica. Pag. 280.

Vtrum eodem habitu ſit diligendus proximus quo diligitur Deus.

RESOLVTIO.

Charitas quidem habitus eſt, quo De⁹ charus habetur, pariter & proximus, dicēte Ioāne, Hoc mandatum habemus a Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum. *1. Ioā.* *Char[...] inclina[...] ad dil[...] dū D[...] & pro[...] mum.* Nam ſi quiſpiā priuato amore ſic Deum diligeret, vt nollet condiligentem habere, ſeu Deum ab alijs amari (quomodo zelotypi ſuas diligunt vxores) ille vtique male D ageret, & Deo diſpliceret, qui cum ſit bonum commune, non vult eſſe alicuius bonum priuatū. Vnde Moſes dicebat Ioſue, *Num[...]* Quid æmularis pro me. Quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det eis Deus ſpiritum ſuum? &, Dimitte eis hanc noxam, &c. Et Apoſtolus, Optabā ego anathema eſſe, & cæt. *Rom. [...]* Habitus igitur, qui ad diligendum Deum inclinat, inclinat etiam voluntatem, vt velit Deum etiā ab alijs diligi. Et ſic charitas habet Deum immediate pro obiecto, & omnia alia pro obiectis mediatis, quorū amor in Deū ipſum refertur. Nam per habitum charitatis diligis quidem proximum, ſed non propter ſe, ſed propter Deum, quem deſideramus a ꝓximo diligi, & hoc pacto expetimus proximo maius bonū, quod habere poſſit, quia

A quia bonum iuſtitiæ. Eſt autem proximus quilibet, cuius amicitia eſt Deo grata, quales ſunt beati in cęlis, iō abſolute poſſe deſiderare Deum ab eis diligi. Quantum attinet ad viatores in cōmuni etiam velle id debeo, quia ſupponendum eſt aliquos eſſe Deo gratos. In particulari vero dubium eſt de quocunq; viatore ſignato. Ideo non abſolute, ſed ſub conditione debeo velle ipſum a Deo diligi, videlicet ſi placet ipſi Deo. Non enim debeo deſiderare Deū diligi ab aliquo, cuius dilectio non eſt ei grata, & a quo non vult diligi, quales ſunt dæmones, infideles, hęretici, & in peccatis obſtinati: ſed debeo iſtis deſiderare pri⁹, vt reſipiſcant. Obijcies aūt habitum quo diligitur Deus eſſe B Theologum, & ex conſequenti hr̄e ſolum Deum pro obiecto, & nullatenus proximum. Reſpondetur, hunc habitum habere Deum principaliter pro obiecto, & ſecundario proximū, vt amor in Deum quoque refertur.

...oximus ...is.

DISTINCTIO. XXIX. Quæſt. Vnica. Pag. 283.

Teneturne quilibet poſt Deum ſeipſum maxime diligere?

RESOLVTIO.

...it.19. ...

Cum menſura perfectior ſit menſurato, & dilectio ſui ſit menſura dilectionis proximi, iuxta illud, Diliges proximum tuum ſicut teipſum, & cæt. conſequens eſt, vt quilibet immediate poſt Deum teneatur ex charitate ſeipſum diligere. Hoc etiam confirmatur ex rationibus & cauſis, quæ mouent ad aliquem diligendum: quæ ſunt bonitas, & vnitas, ſeu coniunctio, & ſtudiorum ſeu actuum conformitas. Nam poſt Deum, qui eſt bonum infinitū, in quo eſt perfectiſſima bonitatis ratio, nos mouens ad illum ſuper omnia diligendum, occurrit in ſeipſo alia ratio maxima, ſcilicet vnitatis, quæ perfecta eſt identitas. Igitur quilibet naturaliter inclinatur ad ſui dilectionem poſt bonum infinitū. Inclinatio autem naturalis recta eſt, præcipue cum eſt conformis rectæ rationi, & regulis diuinis in præſentia, iuxta illud, Miſerere animæ tuæ, placens D Deo. Sed dices quod amator ſui vituperatur a Philoſopho. Reſpondetur Philoſophum loqui de eo qui inordinate, & immoderate ſeipſum amat. Deinde obijcies & Gregorium ſuper illud, Miſit illos binos, dicentem, Nemo ad ſeipſum, proprie dicit̃ Charitatem hr̄e, Sed dilectio in alterum tendit, vt charitas dici poſſit. Reſpondetur quod etiam amor, quo quis ſe ex charitate diligit refertur tandem in Deum ipſum, tanquam in obiectū finale, & hoc pacto tendit in alterum, quia in principale obiectū ſui actus.

C *Diligere ſe ipſum poſt Deū quilibet debet.*

9.Eth.c.8

Luc.10.

A DISTINCTIO. XXX. Quæſt. Vnica. Pag. 284.

Vtrum neceſſe ſit ex charitate inimicum diligere.

RESOLVTIO.

Inimici diligendi. Mat. 5. & 6. Matt. 18.

INimicos neceſſario diligi debere ſatis ſuperque conſtat ex illis Matthæi, Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros, &c. Dimittite, & dimittetur vobis. & ex parabola ſerui, qui reſpuebat debitũ conſeruo dimittere. Veruntamen obſeruandum eſt quod inimicus bifariã conſiderari poteſt. Primum, inquantũ inimicus nos odio proſequens, & Deum offendens, ac in peccato exiſtens. Et hoc mo-

Inimicus dupliciter conſiderari poteſt.

B do nõ eſt diligendus, quatenus videlicet eſt malus, & vitioſus. Hoc enim modo Propheta Regius inimicos oderat dicens, Deficiant peccatores a terra, & iniqui, ita vt non ſint. Item, Iniquos odio habui. Sed conſiderari põt, vt homo conditus ad Dei imaginem, Chriſti ſanguine redemptus, regni cœleſtis particeps, &c. Et hoc pacto diligi debet. Sic enim præceptum eſt nobis. Sed vt exacte p̃ceptum hoc noueris, obſerua illud bifariam accipi poſſe, ſicut & quodcunq; affirmatiuum præceptũ. Primũ ꝙ prohibeatur inimicum odiſſe duntaxat eo præcepto. Secundo ꝙ præcipiatᷣ nobis actu poſitiuo inimicum diligere, & ei cõmodare, & benefacere, & vtroque modo accipi dẽt. Primũ tñ eſt magis neceſſarium. Qñquidem præceptis affirmatiuis potius nobis eorum oppoſita in-

Pſal. 103. Pſa. 118.

Inimicus non odio habendus.

terdicuntur, q̃ eorum actus exe C
qui iubeantur. Magis enim vetatur idololatria primo præcepto, q̃ Dei dilectio ſuper oĩa p̃cipiatur, Et plus offendit idololatra, q̃ Deũ diligere negligens, & ſic de alijs. Si ſic igitᷣ accipiatᷣ præceptum, quatenus videlicet inimici odium prohibet, põt intelligi, vel de odio boni ſpiritualis, vel vitæ corporalis, aut boni tẽporalis. Quantum ad ſpiritualia bona, qualia ſunt, reſipiſcere a peccato, intereſſe ſacris, concioni diuinæ, Deũ diligere, & reliqua quæ animæ ſalutem cõcernunt, hæc vtiq; nemo inimico citra magnam offenſam odire, ſeu nolle nequit. Quia fieri non põt, vt Deum diligas, & nolis eũ ab alijs diligi, quorũ dilectionẽ neſcis Deo fore ingratam. Quantum ad bona temporalia, quæ adiaphora, & indĩa D
ſunt, vt pote quibus, & bñ, & male vti poſſumus, qualia ſunt bona fortunæ, & ſanitas corporis. Dico ꝙ quemadmodũ poſſum licite expetere, vt Deus ob mea peccata illis meipſum priuet, & in pauperratem vel infirmitatẽ conijciat, ſi fuerit illi gratum, & ſaluti animæ meę expediens, Idem quoque poſſe circa proximum, vt eius peccata corrigantur, ſi videam illum abuti ſoſpitate, & bonis externis in Dei offenſam. Horum enim priuatio eſſe põt reſipiſcentiæ cã, vt patet in Manaſſe, Filio ꝓdigo, &c. Cauẽdum tñ ne rancor, aut vindictæ appetitus latens ſub prætẽſo iuſtitiæ zelo ad id moueat, potius quàm ſyncerus Chriſti & ſalutis eius amor, ac vera & Chriſtiana charitas. Eadem quoque ratione, & ſine gaudere poſſum, ſi hæc inimico iã accide-

rint.

A rint. Quantum ad vitam corporalem, nõ põt quis abſolute eã proximo nolle, ſeu velle ſimpliciter eius mortẽ, etſi fuerit inimicus, Quia non poſſumus deſiderare alicui abſolute illud ꝑ quod impeditur, quominus & reſipiſcat, & Deũ diligere poſſit. Poſt mortẽ aũt nulli ſalutis via patet, Vñ Ioannes, Venit nox qñ nemo põt operari, &c. Sub cõditione tñ põt quis licite proximo corporalem expetere mortẽ, vt puta ſi credat eũ perſeueraturum tandẽ in malitia, tunc inquam, põt eius mortẽ deſiderare. Et id quidem ne impediat, aut retrahat ſanctos a vero Dei cultu, vt faciunt infideles, & hæretici. Deinde ne ipſe addens peccata peccatis theſaurizet ſibi irã ĩ die irę, & acerbius apud inferos propterea crucietᷣ. Hac

n. 9.

B pietate mota Sancta Anaſtaſia (vt habetur in legenda B. Griſogoni') ſcribit eidem ſancto de Publio eius viro quatenus Deũ precaretur, vt ſi ꝓuideret Deus ipſe eum in infidelitate manſurum, iuberet eum locum dare ſanctis, quod ei melius eſſet animam exhalare, quàm Dei Filium blaſphemare. Hoc zelo motus Apoſtolus dicebat. Vtinam abſcindantur, qui nos conturbant. Vide Deuteronomiũ. Helias conſimiliter interpellabat aduerſus idololatras. Igitur omnibus quoque iuſtitiæ zelo licet, nullatenus vero vindictæ appetitu. Si aduerſus prædicta obijcias, quod iudex abſolute rei mortem velit, cum contra illum ſententiam mortis proferat, item & lictor iudicis ſñiam exequens, qui tamen non delinquunt. Reſpondetur, quòd illi non debent abſolute proximi

la. 5.
t c.13

mortem velle, ſed pp ſcelera, q̃ C commiſit, & vt ſeruetur pacificus conuictus, ac cæteri ſint ad iniuriã tardiores, quinimo deſiderare, ac velle debent, ipſum non admiſiſſe flagitia, ob quæ mortem demeruit. Quemsdmodum & in ꝑcedenti caſu debet quis deſiderare eum, qui Eccleſiam, ſeu bonos perſequitᷣ non eſſe reprobnm. Quocirca cũ triſtitia quadam in his caſibus iniquorum mors eſt optanda, dolendo de eorum iniquitate, & obſtinatione. Quantũ aũt ad ſecundum præcepti intellectum, vt puta ꝙ nos iubeat ẽt inimicis bñfacere, iſtud ſic accipe, Si inimicus ad veram Dei religionem, & legis diuinæ abſque tua inſtructione ꝑuenire nequeat, aut a peccatis ſine tua correctione reſipiſcere, teneris profecto tunc neceſſario (ſi adſit facultas) illum inſtruere & cõmonere (vnicuique enim Deus mãdauit de proximo ſuo) potiſſimum ſi cõpetat ſibi ex officio, ſaltem orando pro eius cõuerſione. Non.n. põt quis (citra offenſam) quempiam ſua priuare oratione. Quemadmodum eñ malus eſſet ſtomachus, qui nollet ſuam ipſius ſuſtentationem manui, aut alijs membris proficere, ſic & Chriſtianus, qui nollet actus ſuos bonos alijs Eccleſiæ membris prodeſſe. Et hæc analogia deſumitur ex Apoſtolo. Et Chriſtus ipſe ait apud Matthæũ, Bñfacite his qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus vos. Si autẽ inimicus ægritudine laboret, aut externorum patiatᷣ penuriam bonorum, & fuerit in maxima neceſſitate extrema, vel circiter, debet etiam quilibet (ſi poſſit) benefacere ei,

D

Inimicis eſt benefaciendum.

1. Cor. 12.
Matth. 5.

A ei, niſi adeo malus eſſet, & in ſceleribus obſtinatus, quòd nullatenus reſipiſcere vellet, & vere pios a Dei cultu, & eorum ſalute impediret, tunc non teneretur ei ſubuenire, quia etiam in illo caſu poſſet (vt dictū eſt) iuſtitiæ zelo infirmitatem & paupertatem eidem deſiderare, vt reſipiſceret. Conſimiliter quoque de vita corporali dici poſſet, ſi quiſpiam fame moreretur, aut aquis mergeretur, & cætera. Primum tamen, & perfectius eſſet in omnē euentum, proximo etiam inimico vitam ſeruare, quia ſi fuerit malus pie exiſtimandum eſt quòd corripiatur. Extra neceſſitatē, non tenetur quis neceſſitate ſalutis inimicō quocunque ſubuenire.

Dimittēdus eſt rācor, & odium circa inimicum.

Ex prædictis facile colligitur animi rancorem, & odiū circa inimicum efficaciter dimittendum eſſe, B ſiue veniam petierit, ſiue non. Signa autem rancoris in effectu, & geſtu dimittere, eſt perfectionis ſecundum Bonauenturam, Neq; ad hoc quis tenetur, niſi cum humiliter veniam poſtularet inimicus. Et id elicitur ex illo Lucæ, Si reuerſus fuerit ad te dicens, Pœnitet me, dimitte illi. (*Lucæ 17.*) Sic enim accipit̃ is locus. (*Nota.*) Actionem vero in iudicio non tenet̃ dimittere. Licet.n. iniuriam ſibi factam, & damnum in iudicio proſequi ēt poſt reconciliationem, & is qui eſt in culpa ſatiſfacere tenetur. Sed hoc eſt perfectionis, Tamen in foro Dei debet illi pęnā æternam dimittere. Aduerſus prædicta, quæ de inimici dilectione aſſerta ſunt, obijciet quiſpiam, (*Luc. 10.*) quod Chriſtus Phariſæo interroganti, quiſnam eſſet illorum proximus, reſpondet, qui fecit miſericordiam cū illo. C Ex quo ſubſequi videtur eum nobis eſſe proximum, qui beneficus eſt, & noſtri miſeretur, qđ inimicus non præſtat, ergo non intelligit̃ noīe proximi ipſe inimicus. Reſpondetur, ꝙ nedum Samaritanus erat proximus ipſi Iudæo, ſed & Iudæus ipſi Samaritano. Proximus enim dicit relationē æquiparantiæ, ſicut & amicus, & frater, & talem habuit eum Samaritanus. Nā licet Samaritani & Iudæi capitales eſſent inimici, tñ Samaritanus videns ſuū inimicum ita vulneribus affectū, vt eſſet morti propinquus, illi benefecit. Quilibet.n. cui benefacere poſſumus, noſter eſt proximus. Vñ Chriſtus in fine parabolæ addit, Vade, & tu fac ſimiliter, hoc eſt, exerce miſericordiā tuā in eū qui opera tua indiget, D ēt ſi inimicus ſit, & iudica nō amicum tm̃, ſed ēt inimicum proximum tuum eſſe. Dices ad hæc, inimici dilectionem non contineri in decem præceptis, quorum obſeruatio ad ſalutem ſufficit. Reſpondetur, ꝙ ſufficienter in illis continetur. Nam pręcipiūt ne occidamus, furemur, &c. Illis.n. explicatur dilectio Chriſti. Pręterea in contrarijs tenetur conſequentia in ſeipſis, (*2. Topi*) igitur ſi amicus eſt diligendus, inimicus eſt odio habendus, nam ſunt contraria. Rñdetur illud eſſe verum in contrarijs ꝑciſis, hoc eſt, q̃ non pñt vni contrariorum extremo conuenire, vt album viſum diſgregat, ergo nigrum congregat. In alijs aūt non valet, non enim ſequitur, Album eſt calidū, ergo nigrum eſt frigidum, quia ambo prædicata harum propoſitionum

A tionum poſſunt eidem ſubiecto conuenire.

DISTINCTION. XXXI. Quęſtio Vnica pag. 289.

Manebit ne charitas in patria, ita quod non euacuetur?

RESOLVTIO.

NVllus quidem habitus concedendus eſt fruſtra in beatis permanere, hoc eſt cuiꝰ ĩclinatio nihil profit tunc. Quocirca cum fides inclinet intellectum ad credendum in Deum latentem, & in ęnigmate, & per ſpeculum cognitum, vt patet ex Apoſtolo, qui dicit eſſe ſubſtantiam ſperandarum rerum &c. Et; ſpes voluntatem propenſam reddit, vt B deſideret Deum ſibi commodum & bonum, abſentem tamẽ. Nam ſpes quæ videtur non eſt ſpes. Non permanebunt igitur hi duo habitus in electis ꝓpter eam cauſam, vel maxime quia ſuperflue in ipſis eſſent, cũ ad actũ nullum inclinarent. Nam obiectiue Deum facie ad faciẽ videbunt, & ſicuti eſt, & ipſum perfecte poſſidebũt, iuxta illud: Tenebo eum, nec dimittam. Si vero dixeris hos habitus potentius perficere, intellectum videlicet & voluntatem, & ex conſequenti nõ ſuperuacue in patria poni. Reſpondetur, hos habitus perficere quidem potentias, ſed (vt aiũt) in ordine ad actus, hoc eſt, quatenus potentiæ ipſæ facilius huiuſmodi actus eliciant, & non abſolute. Quod ſi inſtes, ſenſum guſtus, & vires animæ vegetatiuæ, ac alios ſenſus eſſe in electorum corporibus, qui tamen C nullos habebunt actus, igitur & hi habitus remanebunt. Reſpõdetur, hoſce ſenſus non fruſtra in beatis eſſe, licet nullos exerceant actus. Nam ponuntur ꝑꝑ naturæ perfectionẽ, & decorem eſſentialem. Charitas autẽ, qua Deum, vt eſt in ſe bonus, diligimus, quippe quæ non inclinet ad diligẽdum Deũ ipſum diſtincte, vt eſt in ſe pñs, ſeu clare viſus, nec vt in ęnigmate, & per ſolã fidẽ intuetur, ſed indiſtincte, hoc eſt, inclinat ad Deũ diligendũ in ſe quomodocunque illi obijciatur, ſiue per ſpeculũ, ſiue per ſpeciem, vtique non euacuabitur, quia inclinatio eius erit in electis, igitur & ipſe habitus. Huc accedit Apoſtolus dicens: Charitas nunquã excidit. Quòd ſi obijcias ea quæ nunc ſunt ex parte, ideſt, imperfecta, (aſſertore Apoſtolo) euacuari in patria, D igitur & charitatem ipſam, cum in via ſit imperfecta, ſicut fides, & ſpes. Reſpondetur, quòd charitas in quantũ eſt ex parte euacuabitur, quia tolletur imperfectio, & addetur perfectio, id eſt, ſecundum ſuam naturam remanebit, ſed tunc comproducet actus intenſiores, & perfectiores. Tunc enim perfecte adimplebitur præceptum illud: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde, &c. Adde ꝙ & alia imperfectio conſequitur fidem, & ſpem (vt puta obiecti latentia, & abſentia) quæ non conſequitur charitatem. Quamobrem non eſt ita ex parte, vt eſt fides, & ſpes.

Margin notes: [...]. 11. — [...]. 8. — [...]s & [...] eua- [...]ũtur. — [...]r. 12. — *Charitas nunquam excidit.* — *1. Cor. 13.* — *1. Cor. 13.*

DI-

A DISTINCTIO. XXXII.
Quæſtio Vnica Pag.249.

Diligitne Deus ex charitate æqualiter omnia?

RESOLVTIO.

Sap. 11.

Deus oīa æqualiter diligit.

QVanquam Deus ipſe omnia diligat quæ ſunt, & nihil oderit eorum quæ fecit, nihilominus, vt ait Auguſtinus ſuper Ioannē, inter ea quę fecit diligit magis rationales creaturas, inter quas amplius quæ ſunt membra vnigeniti filij ſui. Porro huius dilectionis inæqualitas, ſeu gradus non debet accipi ſecūdū actus diligendi intentionem, ſed tantum ſecundum boni deſiderati perfectionem. Diligere enim aliquem nihil eſt aliud, quàm

B aliquod bonum illi velle, ſeu deſiderare. Dilectionis igitur gradus, ſeu æqualitas, & inęqualitas dupliciter expēdi poteſt. Primū ex parte ipſius actus diligendi. quatenus eſt à Deo, & hoc pacto Deus æqualiter ſe & omnes diligit creaturas, quia is eſt actus vnicus in Deo vnū habens obiectum motiuum, nempe ſuam eſſentiam, in qua relucent ipſæ creaturæ, quæ nequeunt eſſe primum obiectum diuini intellectus, aut voluntatis, ſed ſolum ſecundarium. Quia tunc vileſcerent illæ diuinæ potentiæ, & is actus nullam in ſe intenſionem recipit, aut remiſſionem. Secus Deus ipſe (apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis abumbratio) mutaretur. Secundo poteſt attendi dilectio Dei ex parte obiecti, hoc eſt ſuę eſſentię, & ipſarum creaturarum,

C beneficiorum, quæ eiſdem confert: Et hoc modo æqualiter ſe, & creaturas diligit, ſed plus ſeipſum, deinde rationales creaturas diligit magis, quàm irrationales, quia perfectiores eas condidit, & inter rationales intenſius aliquas alijs diligit, vt puta illas quibus excellentiora pręſtat beneficia. Præterea ordine quodam diligit Deus primum finem ipſum, nempe ſuam ipſius eſſentiam, & tunc voluntas eius eſt beata. Secūdo vult, ſeu diligit ea, quæ immediate attingunt talem finem, quales ſunt prædeſtinati. Tertio vult ea quæ neceſſaria ſunt ad ipſum aſſequendum, vt puta bona gratiæ. Quarto vult propter electos ea quę remotiora ſunt, vt eſt hic mundus ſenſibilis, quatenus eis inſeruiat, vt ſic verum ſit illud, Homo eſt quodammmodo finis omnium ſenſibilium. *2. Th.*

D Hoc etiam modo Deus inæqualiter dicitur creaturas diligere, neque propterea quòd inæqualiter diligat, dici poteſt perſonarū acceptor. Idcirco quod hęc bonorum diſpenſatio non ſit neceſſaria, ſeu ſecundum meritū ipſarum creaturarum, aut bonitatem earum, ſed gratuita, liberalis, & omnino volūtaria. Quia ſicut diligit aliquam creaturā, & acceptat ſic in tali gradu, (in quo Deus vult) eſt bona, & non è contrario, & hoc potiſſimum quantum ad exiſtentiam, & perfectionem naturalem. Nā ad ſupernaturalem oportet nos cooperari, Dei enim ſumus cooperatores.

DI-

A DISTINCTIO. XXXIII. Quæſt. Vnica pag. 297.

Vtrum virtutes morales in voluntate ſint, vt in ſubiecto?

RESOLVTIO.

IN ſola volũtate morales ꝓprie reperiri virtutes, vel hinc maxime conſtat, ꝙ virtus ſit habitus electiuus. Electio autẽ eſt actus voluntatis, vel rõnis. Habitus vero eſt illius potẽtiæ, cuius eſt ꝑ ſe talis operatio. Ex quo ſubſequit̃ moralẽ habitũ eſſe per ſe, & proprie ipſius voluntatis. Huc accedit, quod virtus ſit per ſe principiũ, ſeu cauſa efficiẽs act⁹ laudabilis. Atqui nulli præter quam voluntarie agenti laus de B betur, igitur & virtus erit in libero agente, cuiuſmodi eſt libera voluntas per ſe. Quod ſi obijcias opinionem Ariſtotelis, itẽ & Commentatorem, qui collocant eas in parte irrationali. Reſpondetur, in appetitu ſenſitiuo eſſe quandam qualitatem, ſeu habitum ex ſtudioſis actibus generatum, qui virtus quoque, (ſed extrinſeca denominatione) dicitur, & minus proprie, quàm is qui eſt in volũtate inclinans ad actionem. Dices inſuper voluntatem perfici ſufficiẽter virtutibus theologicis, & ꝓpterea non agere moralibus. Verũ id quidem eſt reſpectu boni diuini, & eius quod in Deum refert̃, ſed non in quãtũ virtutis actus propriam habet bonitatem homini conuenientem ſecundum propriam rationem. Sed ſuntne in Angelis eiuſmodi virtutes? Id perfecto nequit a nobis pla-

[Ethy.] [Ethy.] [Virtutes morales ſint in voluntate.] [Ethy.] [Ethy.c. r.6.] [Angeli ſint nir...]

ne deprehendi, cum eorum con C uerſatio a noſtra ſit aliena, & ſcriptura ſacra nihil de eo tradiderit. Poſſumus enim id concedere, nam Angelus mei cuſtos poteſt mihi temperãtiæ bonum velle, & id pluries, ex cuius actus (cum ſit temperãtiæ) frequenti elicitione, in eo aggenerabitur habitus temperantię. Poſſumus quoque huius oppoſitum tutari, huic innitentes rationi, quia virtus non circa quodcunque bonum verſatur, ſed circa arduum, & difficile, niſi habenti aPpetitum ſenſitiuum, qui natus eſt appetere oppoſitum talis bon, i& voluntas eiuſdẽ nata eſt appetitui condelectari. Appetitus autem ſenſitiuus nõ eſt in Angelis, igitur nec virtus. Adde quod & virtutis bonum bifariam appeti poteſt. Primo voluntate ſimplici, quæ eſt quædam D obiecti complacentia: Secundo voluntate efficaci, vtpote cum quiſpiam efficaciter laborat, vt optatum adſequatur, ſi non fuerit impedimentum. Et hic actus eſt proprie electio (aſſertore philoſopho) qui nequit eſſe in Angelo reſpectu virtutis moralis, quamobrem nec virtus ipſa. Obſerua poſtremo virtutes, quę dirigũt in diſcernẽdo eſſe in intellectu, reliquas vero in voluntate, & ita omnes proprie in parte ſunt rõnali, ſiue intellectiua. Obſerua etiam prudentiã dici virrutem materialiter ſolum, eo quod circa eaſdẽ aliarum virtutum materias verſetur, non autem formaliter, quia nõ eſt operatio rectæ rationi conformis, ſed potius ipſa eſt recta rõ, cui virtutis operatio conformatur, ſed hoc intellige quantum eſt ex cõditione directionis. Aliũd e enim

[Lib. 5. Ethy.] [Prudentia virtus materialiter.]

A enim poſſet dici virtus formaliter, vbi actu voluntatis reflexo effectiue īperaretur ipſius prudentiæ actus.

DISTINCTIO XXXIIII.

Quæſtio Vnica Pag. 308.

Suntne idem habitus, virtutes, dona, beatitudines & fructus?

Resolvtio.

1. Cor. 13. VIrtutes Theologas enumerat Apoſtolus dicens: Nūc autem manens fides, ſpes, & charitas, tria hæc, &c. & multis in locis. Sapien. 8. Cardinales vero, ſeu morales explicant a Sapiente, ſobrietatē, & prudentiam docet, iuſtitiam, & virtutem. Sobrietatem vocat tēperantiam: & virtutem fortitudinem, Eſa. 9. dona autem Spiritus ſan B cti, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & ſpiritus timoris domini. Matth. 5. beatitudines, Beati pauperes ſpiritu, &c. Sed vt horum noueris inter ſeſe diſcrimen, obſerua ꝙ (cum pluralitas ſine neceſſitate non ſit ponenda) in homine illi ponentur duntaxat habitus, qui eidem neceſſarij ſunt, vt recte ſe ſe gerat circa quodcūque obiectum creatum, vel increatū, ſed habitus ſeptem virtutum ad id ſufficiūt. *Virtutes ſeptem homini ſufficiunt.* Igitur (præter ſcientias ſpeculatiuas, de quibus non agitur in præſentia) nullus alius habitus ſimpliciter, & reipſa a ſeptem virtutibus diſtinctus ponēdus erit a viatore. Quod autem ſeptem virtutes morales ſufficienter diſponant circa quodcūque obiectum, patet. Nam tres Theologicæ hominē circa Deū C commode diſponunt. Fides intellectum perficit, vt Deum cognoſcat: & Spes & charitas volūtatem, vt in Deum feratur, illa deſiderandi veluti ſibi bonum, hæc amando eū in ſe, id eſt propter eius perfectiones. Quatuor autem virtutes morales ſatis ſuperque viatorem diſponunt, vt recte creaturis omnibus vtatur. Prudentia quidem intellectum perficit, vt poſſit dictare, quid agendum, & fugiendum. Forditudo, Iuſtitia, & Temperātia voluntatem. Iuſtitia quidem, vt optime ſe gerat circa alterum, fortitudo, & temperantia circa ſeipſum. Temperātia immediatum ſubiectum eſt vis concupiſcibilis, cuius obiectum eſt deſiderabile, ſeu concupiſcibile. Fortitudinis vero propinquum ſubiectum eſt vis iraſcibilis, cuius D obiectum eſt via offendens. Exēplum deſume eius, qui baculū tenens panem porrigit. Obiectū enim concupiſcibilis eſt panis, iraſcibilis vero baculus. Prædictæ ergo ſeptem virtutes viatorem ſufficienter perficiunt, quātum in hac præſenti vita perfici poteſt, intellligendo per has virtutes, ſpecies quoque earum homini neceſſarias, quæ etiam inter beatitudines, dona, & fructꝰ ſpiritus ſancti explicantur. Quo circa non diſtinguuntur beatitudines, dona, & fructus re ipſa, aut ſimpliciter, ſed ſicut idem habitus. *Virtut… dona be… titudin… & fruc… non diſ… guuntu…* Nam quod alius ſit expreſſus beatitudinis donorum & fructuum numerus, quā virtutum, hoc ideo fit, quod aliquę ſeptem virtutum ſpecies aliter exprimuntur in vno loco, quàm in alio, & aliquæ quæ non exponuntur in vno loco, explicantur

in

A in alio, & non quod ſint alij habitus, qui non ſunt earum virtutum ſpecies. Adde quod & ſacra ſcriptura eadem ſecundum rem exprimens, vertitur verbis, & terminis, & quæ alicubi omittit, alibi explicatius exprimit, & adiungit. Huc accedit Ambroſius primo capite, dona ſpiritus ſancti nuncupans virtutes, & Gregorius in tertia ex poſitione ſuper illud Iob: Nati ſunt ei ſeptem filij, & tres filiæ.

e Tri. li. c. 1. ſanctiſ. 10. & ... b. 1. c. . Iob. 1.

DISTINCTIO. XXXV.
Quæſt. Vnica Pag. 319.

An ſapientia, ſcientia, intellectus, & conſilium, ſint habitus intellectuales.

RESOLVTIO.

pientia, ientia, in lectus c. qui- n ſint bitus.

Sapientia quidem (cum ſit charitas) eſt habitus appetitiuus includens fidem, tanquam præmium quoddam, perinde ac B voluntatis actū intellectus præexigit. Scientia & intellectus circumloquuntur habitum fidei perfectum, & imperfectum. Conſilium acceptum pro habitu eſt habitus prudentior, vnde tria poſteriora ſunt habitus intellectuales, non illi quidem qui a philoſophis aſſignantur. Nam qui a philoſophis præſcribuntur naturaliter ſunt, & in anima hominis generantur. Illa autem dona virtutes ſunt, quæ per gratiam animis fidelium infunduntur, vt per eas recte viuant. Horum autem rationes, & diſcrimen vide apud Magiſtrum hac diſtinctione.

DISTINCTIO. XXXVI. C
Quæſt. Vnica pag. 320.

Suntne virtutes morales connexæ?

RESOLVTIO.

Qvatuor hic obſeruabimus: Primum an morales virtutes inter ſe connexę ſint, adeo videlicet, vt vna ſine alijs haberi nequeat: Alterum an ſint ſingulæ connexæ cum prudentia: Tertium an cum theologicis virtutibus. Quartum an ipſæ theologicæ adinuicem connexæ ſint. Quantum attinet ad primum, virtutes morales inter ſeſe haud connexæ ſunt: Nam cum quælibet virtus ſit hominis perfectio partialis, non totalis (quia ſic aliæ ſuperfluæ eſſent) & perfectibile pluribus pfectionibus poſſit eſſe perfectum ſecundum D vnam illarum, licet non habeat alias. vt homo, qui quinque ſenſibus perficitur, poteſt perfecte videre, quamuis non perfecte audiat, nec ambulet &c. Poterit quoque quiſpiam temperantiā habere, licet fortitudinem & iuſtitiam non habuerit: veruntamen non erit talis ſimpliciter moralis, ſeu ſtudioſus, niſi omnes habuerit, perinde ac nec quiuis dicitur perfecte ſentiēs, niſi omnes diſpoſitos ſenſus habuerit. Quod ſi obijcias Gregoriū dicentem, quòd vna virtus ſine alia non eſt virtus omnino, vel minima eſt. Reſpondetur Gregorium loqui de virtutibus, in quātum per illas meremur: quātumuis enim quis temperatus fuerit, ſi fortitudine in aduerſis careat, aut iniuſte ſe erga alterum

Virtutes morales non ſunt inter ſe connexæ.

ſ. 1. moralium. c. 6.

A rum gerat, non meretur ſua tẽ-
perantia. Vt enim actus alicuius
Deo ſint accepti, operæpretium
eſt ipſum nedum eſſe ab in tem
perantia immunem, ſed etiam
ab alijs vitijs reliquis virtutibus
oppoſitis. Reſpexit enim Deus
primum ad Abel, & deinde ad
munera eius. Proferes deinde
Super. 6. & Commentatorem dicentem,
Ethyco. in non exiſtente temperantia qua
princi. liter erit iuſtitia? Et idem aſſerit
In 6. cap. virtutes ad inuicem eſſe ſoro-
Ethy. res, cui ſubſcribit gloſa in illud
Apoc. 21. Apocalipſis: Ciuitas in quadro
poſita eſt, &c. Reſpondetur, qđ
quemadmodum ſorores mu-
tuo ſe iuuant ad cõuiuendum,
ſic etiam ipſæ virtutes mutuo
ſe internent, tamen vna non eſt
altera, ſicut nec ſorores: nec vna
ad alterius acquiſitionem ne-
ceſſaria, nec vna alteram eſſen-
B tialiter perficit. Quantum ad ſe
Virtus mo cundum articulum, qui eſt de
ralis non connexione earum cum prudẽ
eſt cũ ſua tia, duo hic ſunt inquirenda. Pri
prudentia mum de cuiuſlibet virtutis cum
connexa. ſua prudentia connexione. &
quantum ad hoc, dicendum eſt,
quòd rectum dictamẽ eſſe poſ-
ſit in intellectu abſque recta ele
ctione illius dictati in volunta-
te. Poterit quoque prudentia eſ-
ſe in intellectu abſque virtute
morali conformi in voluntate.
Mat. 23. Huc accedunt plerique ſacræ
ſcripturæ loci, vt illud Matthęi:
Væ vobis Scribæ, & Phariſæi, qui
Luca 12. tuliſtis clauem ſcientiæ, &c. Et
Rom. 2. illud Lucæ: Ille autem ſeruus &
Pſal. 68. illud Apoſtoli: Tu cum Iu-
dæus ſis, &c. Auguſtinus ſuper
illud Pſalmiſtę, Fiat menſa eorũ
coram ipſis, &c. ait, quid eſt vi-
De diui- tijs conſentientes, niſi ſcientes
nis no- non debere conſentire? Ecce no
min. runt muſcipulam, & pedem po-
nunt. Obijcies illlud Dionyſij, C
nullus operatur malum, ad ma-
lum reſpiciens &c. Et philoſo-
phus ait. Omnis malus ignorãs *Lib.*
&c. Cui conſentit Sapiens: Excę *Ethy.*
cauit eos malitia eorum. Reſpõ *pien. 2.*
detur, malitiam intellectum du
pliciter excęcare: Primo priuati
uę, cum voluntas ipſum a recta
auertit conſideratione ad con- *Excæca-*
templationem oppoſiti illius re *tio mem*
cti, aut ſaltem alicuius imper- *vnde.*
tinentis. Secundo poſitiue, cum
voluntas eligẽs aliquem finem
malum præcipit intellectui, vt
contempletur, & inquirat me-
dia, per quę illud conſequi poſ-
ſit. Et ex huiuſmodi dictamini-
bus iniquis generatur habitus
malus, qui dicitur error impru-
dentię, ſeu ſtultitiæ, ſicut ex di-
ctaminibus rectis generatur ha
bitus prudentię. Sic igitur mala
volũtas intellectum excæcat, nõ
quidem efficiendo, vt erret cir-
ca aliqua principia, ſed quia eſt
cauſa, quod malus generetur in D
intellectu: è contrario autem
ſunt connexæ. Nam virtus mora
lis nequit eſſe ſine prudentia.
Nulla enim electio poteſt eſſe
recta moraliter, niſi fuerit ſuæ
regulæ, & menſuræ (quæ eſt di-
ctamen rectum) conformis. Ad-
de quod & talis conformitas in
virtutis definitione ponitur, igi-
tur abſque ea eſſe nequit. Alte-
rum quod hic inquiritur eſt, an
omnes virtutes morales vni ſint
connexæ prudentiæ. Et vtique
non ſunt: Nam quemadmodum
factibilia diuerſa varias requi-
runt artes, nec eſt vna omnium
factibilium ars, ita diuerſa agi-
bilia prudentias diuerſas. Et ſi-
cut aliquis poteſt eſſe aſſuefa-
ctus vni virtuti, & non alteri, ſic *6. Eth*
poteſt eſſe propenſus, & expedi *ca. vlt.*
tius

A tus ad bene dictandum de vna materia alicuius virtutis, & nō
loco. eſt alteri⁹. Cū igitur Ariſtoteles ait, Prudentiæ vni inexiſtēti oēs inerunt, cui Commētator ſubſcribit: Id non eſt intelligendū, ꝙ ſit vna formalis prudētia omnium virtutū, ſed virtualis ſolū: Aut ſi exponatur de vna formali, intelligendū eſt ꝙ illa ſit per-
tutes fecta non ſolum ſm intenſionē,
ales ſed etiam ſecundum extenſio-
ſunt nem, vt omnes complectatur vir
ologi- tutes. Tertium in hac diſtinctio
conne- ne obſeruandum eſt de connexione virtutum moralium cum theologicis, quæ proculdubio non ſunt connexæ. Nam ratio virtutis moralis poteſt in aliquo perfecte ſaluari abſque virtute theologa, vt patet de Ro-
pœnit. manis. Huc accedit Auguſtinus
ne. 5. in ſermone de patientia, & habe
?. 51. tur in decreto de hæretico &
is. ſchiſmatico, ſi moriatur, inquit,
B ne neget Chriſtum, nunquid ei⁹ patientiam commendabimus? Habet igitur talis patientiā ſine
.4. fide, & charitate. Quapp cum
.20. Auguſtinus contra Iulianū ait, non eſſe perfectas virtutes ſine charitate, propterea ꝙ habens virtutes reliquas ſine charitate, nequeat in domino gloriari.
Hoc accipiendum eſt non de eſſentiali virtutum perfectione, cum in ſeipſis perfectæ ſint, ſed de eis quæ ordinant hominem ad ſuum vltimum finem, qui eſt Deus, id eſt cōducunt ili ad beatitudinem conſequēdam, quod vtique abſque charitate præſtare nequeunt, vt dilucidius habet Apoſtolus: Si linguis hominum loquar, &c. Et quantum ad iſtud, non dicūtur veræ, ſed imperfectæ abſque charitate. Idcirco etiam dicuntur informes abſque charitate, & formatæ per C
eā, qa charitas refert eas, & earū actus & fines in Deum. Hoc *1.Cor.13.*
modo interpretaberis ēt illud *In ſermo.*
Auguſtini: Noſtra charitas, quę *de operib⁹*
deſeri poteſt, nūquam vera fuit, *miſericor.*
id eſt, non perfecte cōiunxit fini, ſeu beatitudini, & quantum ad hanc perfectionem, nō fuit vera, licet in ſua ſpecie vera eēt.
E contrario quoque theologicę *Theologica*
non præſupponunt morales: *virtutes nō ſūt*
Nam ſi quis adultus vitioſus ba *moralibus*
ptizetur, aut pœnitentiæ facim *connexa.*
ſuſcipiat, Theologas recipit virtutes, non autem habet morales, ſaltē acquiſitas. An autē ſimul cum Theologicis infundātur morales nouit Deus, Doctores enim variāt. Nam Theologicę id pręſtare poſſunt, quod morales infuſæ. Fides enim docet modum qui ſeruādus eſt in actibus bonis, pariter & modum tenendum. Charitas ſufficienter inclinat ad finem, quem mora- D
les acquiſitæ in ſuam ſpem nequeant adſequi. Quamobrem non eſt neceſſe ponere morales, niſi acquiſitas in eas qui frequētatione actuum ſtudioſorū eas cōcurrunt, & in eis ſolis remanēt in patria, vt enim aliis infundantur, qui eas nō acquiſierūt, non eſt neceſſe pro beatitudinis perfectione. Quòd ſi eas habituri ſunt, iuxta aliquorum ſententiam dici pōt, ꝙ in inſtanti primo beatitudinis illis infunduntur. Poſtremo Theologicę
virtutes non ſunt adinuicem cō *Theologica*
nexę, nā in beatis remanet chari *virtutes nō ſūt*
tas ſine fide, & ſpe. In viatorib⁹, *inter ſe cō*
qui ſunt in mortali fides & ſpes *nexa.*
ſine charitate, mō in infidelitatē, aut deſperationē non prolabātur, tunc.n. has quoque amitterent. In infuſione ēt non ne-

A ceſſario conneƈtuntur, ſed & diuina liberalitate, quia Deus totũ ſpiritualiter, ſicut & corporaliter perficit hominẽ, intelleƈtũ per fidẽ, voluntatem per ſpẽ & charitatem. Obſerua inſuper fidem, & ſpem ſine charitate eſſe virtutes, & in ſua ſpecie perfeƈtas, ſicut & morales, quatenus videlicet ſunt cauſæ propriorũ aƈtuum, reſpeƈtu propriorum obieƈtorum: Sed perfeƈtionem illam vltimam, qua perducunt hominem ad beatitudinẽ, ſine charitate habere non poſſunt, nec poſſunt quicquam.

DE PRÆCEPTIS.

DISTINCTIO. XXXVII. Qō. XXXVII. Pag. 336.

B *An omnia Decalogi præcepta ſint legis naturæ?*

RESOLVTIO.

Lex naturæ quid. Lex naturæ eſt notitia de Deo, & Dei voluntate, quæ cõditis nobis, menti noſtræ per Deum eſt indita, qua intelleƈtus cum generali Dei auxilio, & naturæ ſuffragio abſque ſcriptura quauis, & extrinſeco doƈtore agenda & fugiẽda cognoſcere valet. *Rom. 2.* De hac Apoſtolus: Cum.n.gentes &c. Aliqua aũt dici poſſunt legis naturæ bifariam. Vno mõ, quia ſunt prima principia praƈtica nata ex terminis (id eſt ad quorũ aſſenſum euidentẽ generandũ ſufficiũt ſimplices terminorũ apprehenſiones) vel cõcluſiones neceſſario, & euidẽter ex *Legis naturæ duo gradus.* eis illatæ, & hæc ſtriƈtiſſime dñr de lege naturæ, cuiuſmodi ſunt pcepta primæ tabulæ. Primum, C Nõ habebit Deos alienos corã me: Scdm, Non aſſumus nomẽ Dei tui in vanũ: Ex quibus neceſſario ſubſequitur, ꝙ ſi ſit vnus Deus, ꝙ is ſit amandus, vt Deus, & nihil aliud hoc ſit honore colendũ, & qđ nulla ei irrogari debet iniuria, & in his ẽt De⁹ diſpenſare nequit. Tertium pceptũ de ſanƈtificatione ſabbathi, pcipit cultũ Deo determinato exhiberi tpe, vt puta diebus feſtis. Et quãuis admittatur ꝙ ſit iuris diuini, quantũ ad interiorẽ Dei cultũ, quẽ exigit, non tamẽ quantũ ad tpis determinationẽ. Ideo quantũ ad hanc fieri põt diſpenſatio, pp neceſſitatem, & charitatem Dei, aut proximi. Hæc. n. in omnibus diſpenſant exterius, iuxta illud Ozeæ: Miſericordiam volo magis, q̃ ſacrificium. *Ozea 6. D* Quocirca non peccauerunt Machabæi pliantes in Sabbatho, nec Apoſtoli ſpicas vellẽtes, aut Chriſtus diebus ſabbathi curans infirmos. *Lib. Mac.c. Matt. Mar.2.* Sabbathum pp hominẽ faƈtũ eſt, non homo pp ſabbathũ. Altero modo quędam dñr legis naturæ, quia ſunt ei multũ conſona, licet nõ neceſſario, & praƈticis ſequantur principijs, quæ ex terminis nota ſunt. Et hoc mõ omnia pcepta ẽt legis naturæ, ſunt legis naturæ, non aũt primo mõ, quia plura ſunt præcepta legis ſecundæ tabulæ, vt, non furtum facies, nõ occides, non mœchaberis, quia non ſunt principia praƈtica, nec concluſiones ex illis conſequentes, quia bonitas præceptorum affirmatiuorum ſecundæ tabulę, non eſt adeo neceſſaria ad vltimum finem (niſi lege poſita) vt ſine ea nõ poſſit quis ſaluari, nec malitia præceptorũ negatiuorum

A uorum ſecũdæ tabulæ eſt adeo grauis, vt ſi non eſſet prohibita, impediret a vitæ æternæ conſequutione. Prædicta hoc tibi exemplo erũt manifeſtiſſima. Suppone hoc principiũ iuris poſitiui, Pacificè in politia, ſeu cõitate viuẽdum eſt: Hinc conſequitur neceſſario, ꝙ poſſeſſionũ diſtinctio eſſe debeat inter ciues. Nã licet omnia forent cõia, nihilominus pax, & concordia inter illos poſſet eſſe, quemadmodum erat in primitiua Eccleſia inter fideles, vt patet ex actibus Apoſtolorum. Sed diſtinctionẽ bonorũ eſſe, plurimũ pacificæ conſonat cõuerſationi ob infirmos moribus, & improbos, qui propria bona cõibus præferunt, & malunt ſibi ipſis, ꝗ cõitati prodeſſe. Quinimmo omnia ſibi appropriare malunt, quàm cõitati. B Prędictis obijcies Apoſtolũ dicẽtem: Non mœchaberis, &c. Diliges proximum tuum, ſicut teipſum. Igitur in præcepto dilectionis proximi includuntur ꝑcepta ſecundæ tabulæ neceſſario: vnde ſubſequitur, qui diligit proximum, legem impleuit. & Chriſtus, In his tota lex pẽdet & Prophetæ. Sed proximi dilectio neceſſario ex hoc ſequitur pręcepto, Deus eſt diligendus: Igitur de primo ad vltimum omnia ꝑcepta ſecundæ tabulæ erũt concluſiones primi præcepti, & ex conſequenti legis naturæ ſtrictè ſumptæ. Quòd aũt ſequitur patet, quia Dei amor non dẽt eſſe zelus proprie, ſed cum Deus ſit bonum cõe, debemus optare, vt omnes eum diligant. Reſpõdetur ꝙ ex primo pręcepto infertur quidẽ, ꝙ debemus velle proxime diligere Deum, & tunc ꝓximum maxime diligere: Non enim ſequitur ex hoc, ꝙ debeamus nolle eius mortẽ, aut bona eius furari &c. niſi quatenus declaratum ita eſt a Chriſto, & Apoſtolo eius, non autem vt concluditur ex principiis legis naturæ. C Quod vero præcepta ſecũdæ tabulę non ſint legis naturę ſtricte acceptæ, patet, quia in talibus Deus non poteſt diſpenſare: ſed diſpenſauit cũ Abraham in homicidio, & cum Saule, & in furto cum filijs Iſrael. Rurſum obijcies, ꝑcepta decalogi ſemp debuiſſe ſeruari, igitur erant naturali nota lumine. Admitto id quidẽ, ꝙ debuerunt ſemper obſeruari, ſed dico ꝙ illa fuerant patribus primitus a Deo reuelata, & patres eadem filios docuerunt, nec fuit neceſſe ea ſcribi, quia facile ea diſcere, & memoria tenere poterant, cũ homines tũc longioris eſſent vitæ, & melioris diſpoſitionis in naturalibus, quàm ſubſequenti tẽpore. D Quamobrẽ cũ infirmitas & hebetudo, ac concupiſcentia in genere humano creuiſſet, operæpretium fuit tunc legem dari, quæ Deum, & eius voluntatem commonſtraret.

Act. 2. *Rom. 13.* *Matt. 22.* *Gen. 22.* *1. Reg. 15.* *Exod. 11. & 12.*

DISTINCT. XXXVIII. Quęſtio Vnica pag. 234.

Eſt ne omne mendacium peccatum?

RESOLVTIO.

Mendacium aſſertore Auguſtino eſt falſa vocis ſignificatio, cum intentione fallendi, & ſemper eſt peccatum propterea ꝙ ex ratione ſua importet malam *Mẽd. cũ quid.*

A inclinationem, videlicet decipiẽdi alterum. Quamuis.n.aliqui actus mali poſſunt, accedente aliqua circunſtantia, bene fieri, vt homicidium, ſententia iuſta iudicis, aut Deo præcipiente, velut *Li. 1. Reg. c. 15.* luti præcepit, & ablatio rei alienæ. Nihilominus actus qui malam includit intentionem, nunquam poteſt bene fieri, quia malitiam habet inuolutam, vt adulterium, quia actum talem non ſolum ſignificat, ſed quod committatur cũ aliena. Similiter furtũ, quia nõ ſolũ denotat rei alienæ ablationem, ſed ꝙ id fiat inuito quocũque dño, & inferiori, & ſuperiori. *Exod. 11. & 12.* Eodem pacto ſentiendũ eſt de mendacio, ꝙ non ſolũ quorumcunque verborum prolationẽ ſignificat, ſed ꝙ proferantur cũ conſcientia oppoſiti, & ex conſequenti cum fallendi intentione, quocirca nequit B vnquã bene fieri citra aliquam offenſam. *Mẽdaciũ ſemper eſt peccatum.* Huc accedit Auguſtinus in libro de mendacio: vide Magiſtrum ſententiarum: Præterea mentiri eſt contra præceptum legis naturę, Quod oderis tibi, vide ne alteri, &c. *Iob. 4.* Nullus autem vult a proximo decipi, quando proximus tenetur illi veritatem dicere, quare nec alteri imponere debet. Præterea mendacium eſt contrarium virtuti neceſſariæ, nempe veritati, quæ eſt iuſtitię ſpecies, qua quilibet debet mentis conceptum proximo communicare. Poſtremo eſt abuti voce, quę ad hoc conceſſa eſt mortalibus, & vocabula adinuenta, vt ait Plato, vt præſto fiant voluntatis indicia. *In Timæo.* Mentiens autem non vtitur vocibus, veluti indicijs voluntatis, ſed è contrario, igitur peccat quicunque mẽtitur. Sed vt noueris quale ſit peccatum, obſerua mendaciũ eſſe triplex, *Mẽdaciũ triplex.* videlicet Perniciosũm, Officioſum, & Iocoſum. Perniciosũm *Mẽdaciũ perniciosũ quid.* eſt quod alteri nocet, vel in bonis animę, vel corporis, vel externis, & huiuſmodi ex deliberatione dictũ ſemp eſt mortale, prohibitũ eo pcepto, Non falſum teſtimonium dices. Non.n.falſum teſtimonium ſolũ eſt in iudicio, ſed cũ aliquis ex certa deliberatione aſſerit quod ignorat, vel cuius oppoſitũ ſcit, cum intentione aliũ decipiendi. Officioſum eſt quod nulli nocet, *Mendacium officioſum.* & alicui vtile eſt, vt mendaciũ obſtetricum Ægyptiarũ. *Exod. 1.* Iocoſum eſt cũ aliquis iocando decipere intendit, non tñ in aliquo, *Mendacium iocoſum.* quod notabile proximo adferat damnũ. Tale aſſerit Auguſtinus fuiſſe mendaciũ Ioſeph, cũ *Gen. 42.* diceret fratribus ſuis, quòd eſſent exploratores. D Narrare enim fabulam, quam omnes qui audiunt ſciunt non eſſe veram, vbi nullus decipitur, nec eius narrator decipere intendit, eſt mẽdacium aliquod. Duo poſteriora ex ſua natura ſunt tantum peccata venialia, Poſſunt autem ex aliqua circunſtantia in perfectis fieri peccata mortalia. Illi vero dicũtur perfecti, qui vel ſunt in ſtatu perfectionis exercendę, (vt Pręlati eccleſiaſtici, & magiſtratus ſeculares. Vt vnde, Nemo adoleſcentiã tuam.&c. *1. Tim. 4.* Vos eſtis lux mundi &c.) vel in ſtatu perfectionis acquirendæ, (vt religioſi.) *Matt. 5.* Reliqui vero a Theologis imperfecti ſeu communes, ac ſeculares nuncupantur. Si igitur Pręlatus eccleſiaſticus, aut iudex politicus exercẽdo actus, qui ipſorũ cõpetunt ſtatui (vt ſunt prędicare, docere, iudicare)

ioco,

A ioco, aut officioſe mentiantur,
2. Tim. 2. mortaliter peccant. Vnde Apoſtolus, Oportet ſeruũ Dei operarũ eſſe inconfuſibilem, recte tractantẽ verbũ Dei. & alibi: Ve
Roma. 3. ritas Dei ĩ noſtro mẽdacio abũdare non debet. Huius aũt cauſa eſt, quia aufert authoritatem doctrinæ, quã prædicant, iuxtã
In epiſtol. ad Hiero nymum. illud Auguſtini, Si ad ſcripturas ſacras admiſſa fuerint qualiacũque ioco ſa mendacia, nihil remanet in eis ſoliditatis: Si enim Prelatus predicãs ioco mentiatur, exiſtimabit populus ſeria & vera eſſe cõ ſimiliter ioco dicta, idcirco illis non aſſentiet, & hoc pacto docentis auctoritas, & populi vtilitas peribit. Cõ ſimiliter de Iudice ſentiendũ eſt in ſolẽni iudicio. Iſtud aũt intelligit, qñ talis, ex mõ quo iocoſe mentitur, nõ ſignificat ſpectatorib⁹ ſe iocoſe loq, & nõ ſerio. Quod
B ſi id ſignificet, poterit iocationẽ aliquã citra noxam miſcere. Tunc enim non ſequeretur propterea officij aut doctrine contemptus. Preterea intelligit quoque de his qui talibus aſſueti ſunt: aliàs iocoſe, vel officioſe mentiri nõ eſt illis mortale, modo nullum immineat ſcandalũ. Religioſus aũt quia non ad plura quã cæteri Chriſtiani eſt obligatus, præter ea quæ voluit, niſi doceat, aut prædicet, mentiendo predictis modis non peccat mortaliter, magis quàm alius Chriſtianus, niſi rõne ſui ſtatus ſcandalũ immineret imperfectis. Obſerua preterea facta nõ eſſe expendenda ex ſcãdalo ſub ſequenti paſſiuo, & accepto, de
Mat. 15. quo Chriſtus: Sinite illos, cæci ſunt, &c. Sed de ſcandalo actiuo & dato, de quo apud Mattheũ,
Cor. 8. Væ illi, per quem ſcandalum venit. & apud Paulum: Si frater C
meus ſcandalizatur non manducabo &c. Hæc igitur mendacia non ſunt magis mendacia in religioſo, quàm in ſeculari. Quãobrem cum Bernardus ait: Nuge in ore ſecularium, ſicut blaſphemiæ in ore religioſorum, nõ intelligit quantum ad materiã, ſed accipi debet ratione ſcandali imminentis. Obijcies pleroſque in ſacris ſcripturis commendari etiam quantum ad actus, in quibus mentiebantur enim officioſe, vt Abraham Gene. 22.
dicens: Ego, & puer &c. Iacob dicens ſe eſſe primogenitum, Gene. 27.
Ioſeph dicens fratribus, quòd Gene. 42.
eſſent exploratores. Item & abſcondens ſcyphum in ſacco Bẽ- Ioſue 2. Iudith 10.
iamin, Raab dicens exploratores abſconſos abijſſe, Rachel celans idola patris ſui, & dicens ſibi accidiſſe iuxta conſuetudinem mulierum, Obſtetrices D
Ægyptiæ dicentes mulieres He- Exod. 1.
breas callere artẽ obſtetricandi, &c. Rñdetur predictos quidem in eis actibus commendari, ſed nõ propterea quod in eis mentirẽtur, ſed ob pietatem, ex qua illos exercebant actus. Inſuper non inconuenit patres mẽtiendo aut aliàs deliquiſſe venialiter, cum & aliqñ (ſicut Apoſtoli ante ſuſceptionẽ Spiritus ſancti) mortaliter peccare potuerint. De facto tñ Abrahæ ait Ioſephus, Quod cũ ſolus cũ filio mõtẽ aſcẽderet inſinuauit Libro antiq. Factũ Abraha expenditur.
illi, quod eſſet miraculo diuino cõceptus, &c. Et quod ſi immolaretur reſuſcitaret eum Deus, & hoc certo expectauit Abrahã, vt colligitur ex Apoſtolo: Rom. 4.
In repromiſſione ẽt Dei, &c. Fide obtulit Iſaac &c. ſuſcitare, idcirco non eſt mentitus Nec etiã Heb. 11.

A Iacob,quia non fallere,ſed dirigere patrem intenderet. Adhæc non intendebat aſſerere ſe eſſe Eſau quantũ ad perſonam, ſed quantũ ad primogenituræ, & benedictionis dignitatem, quã ſibi a Deo vindicarat. Deinde hic non motu proprio,ſed matris imperio, & S. S. conſilio,id peragebat.Sed dices,nõ eſt maius peccatũ ſimulatio ĩ verbis, q̃ in factis:atqui mendaciũ, ſeu ſimulatio in factis non eſt ſemper peccatũ,vt patet in facto Dauidis,qui corã Achis ſimulabat ſe furere,& Iehu, qui ſimulabat ſe Baal colere,&c.Ergo mendaciũ in verbis,non ſemꝑ erit peccatum.Rñdet̃ꝗ ſimulare quidpiã contingit multipliciter.Primo põt quis ſignis externis, vt genuflexionibus, &c. pietatem oñdere,q̃ tñ non hẽt,& cum ſit hypocriſis,peccatũ eſt. Secũdo

Factum Iacob expenditur.

1. Reg. 21

4 Reg. 10

Simulare an liceat.

B põt indicare ſignis externis, ſe non eſſe irretitum aliquo peccato, cui tñ addictus eſt.ſicuti luxurioſus, cum intercidit ſermo de mulierib.in ſignũ caſtitatis,terram conſpuat,& eſt cõſimiliter peccatũ, nam ibi eſt hypocriſis, & ſæpe eſt mortale. Tertio põt quis aliqua ſigna externa oſtendere, quæ ſpectantibus quidpiam ſignificent, qđ ſuapte natura non habent repñtare, vt permittere ſaliuam per barbam defluere,ex ſe non inſanæ mentis indicium eſt, fieri tñ põt,vt quibuſdam id repñtet,& in aliqua natione, & qui tale ſignum facit illud nouit, & hoc nullum eſt peccatũ, q̃a etſi nõ liceat cuipiam mentiri, põt tñ quilibet pro ſuo,aut alterius cõmodo veritatẽ tacere, & occultare. Tale aũt erat Dauidis factum. Iehu aũt non excuſatur a mendacio,quia nec a cultu Hieroboam receſſit, nec fuit verus Dei cultor. C

DISTINCTIO. XXXIX.

Quæſt.Vnica.Pag.351.

Vtrum omne periurium ſit mortale peccatum.

RESOLVTIO.

PRimum conſiderabimus iuramenti rõnem,deinde periurij,tandem iuramenti diſtinctionem.Iuramentũ imprimis eſt aſſertio dicti humani, & hoc vltimate,hoc eſt per teſtimonium, quo maius dari non põt, quia in corroborationem dicti ſui inuocat iurans diuinum teſtimonium,quo maius nullũ eſt, Vñ Apoſtolus,Homines.n.per maiorem ſe iurant, &c. Si dixeris eos qui ꝑ creaturas iurant, non iurare per maius, & ex cõſequẽti non eſſe ibi iuramentum, inſuper ꝙ talis non inuocat diuinum teſtimonium. Rñdetur,in oĩ iuro inuocatur Deus,ſeu diuinum teſtimonium immediate,vel mediate. Qñ.n.iuratur ꝑ creaturas, hoc fit inquantũ in illis relucent Dei opera & perfectiones,& ex conſequenti diuinum mediate adhibet̃ teſtimonium. Propterea Chriſtus dicebat,Nolite iurare per celũ, neq; per terram, &c. Iurm deinceps Chriſtianis licitum eſt adhibitis tribus comitibus, q̃ ab Ieremia ponunt̃. Iurabis ait Dñs in veritate,& iudicio,& in iuſtitia, In veritate inquam, & non pro mẽdacio,aut aliquo dubio, ſed pro illo ſolo cuius veritas eſt tibi

Iuramentum quid ſit.

Heb. 6. D

Matt. 5.

Iere. 4. c.

Iuramẽti comites.

A tibi certa & explorata, In iudicio namq; diſcretionis.i. cum magna prudentia,& diligēti rei inquiſitione, nō leuiter paſſim, & indifferenter. In iuſtitia,i. pro iuſta cā,& proximi,& reipublicæ vtilitate, non pro re friuola, turpi,aut illicitia. Adhibitis igit̃ his tribus iurare licet. Cū.n.hō fallere, & falli poſſit,& ppea nō illi credatur, quod per alios cō firmare nequit, conceſſum eſt, vt inuocet illius teſtimonium, qui oīa nouit, & veriſſimus eſt, qui nec falli, nec decipere pōt, nempe ipſius Dei, cuius oculi in oī loco contemplant̃ bonos & malos. Ex his colligit̃ periurium eſſe, cum in aſſeueratione falſa diuinum quiſpiā inuocat teſtimonium. Quā graue ſit, & quānta hoc pacto Deo irreuerē

Periuriū quid ſit.

B tia inferat̃, ex hoc liquet, quia peierans adducit Deum in teſtē tanquam ignorantē veritatē, & non oīa ſcientem, vel adducit Deū, veluti volentē teſtificari, quod falſum eſt, quo quidem quid pōt eſſe Deo contumelioſius? Offendit igitur talis mortaliter, ſi deliberate peieret, tranſgrediens pceptum illud primæ tabulæ, Non aſſumes nomen Dei tui in vanum. Quæres vero, an indeliberatio excuſet periurium a mortali peccato. Excuſat profecto quantumcunque quis frequenter peieret. Nā ad actum vitioſum non minus requirit̃, ꝙ fiat cum deliberatione,& certo propoſito, q̃ ad actū meritoriū, cū Deus pronior ſit ad miſerendū,& benefaciendū, q̃ ad puniendum,& condemnādū, atqui vt actus ſit meritorius requirit̃ deliberatio, ergo ēt ad hoc vt actus vitioſus mortaliter. Obſerua tñ ꝙ queadmodū ſtudioſus, quaſi in tpe imperceptibili occurrente alicuius virtutis materia deliberare pōt ex diſt.33.huius, ſic vitijs aſſueſactus periurio, aut alij peccato. Quāobrē hęc deliberatio ſufficiet ad rōnem peccati, perinde ac ſufficiet ad rōnem meriti. Cā proinde, cur periutiū ſit mortale eſt deliberatio.i. quia fit ex pleno conſenſu,& tunc eſt contra pceptum primæ tabulę, & p cōſequens immediate auertens a fine vltimo, Deo videlicet. Cā vero, cur nonnunquam ſit veniale eſt indeliberatio. Sed an habitus, ſeu conſuetudo peierandi reddat periurium ſemp mortale, aut ipſum aggrauet? non, quia habitus eſt cā naturalis, quia nullus ex ſe malitiā hēt, ſed ſolum ex actibus. Iō ſi actus

Periuriū delibera- to veniale.

C

Periuriū deliberatum mortale.

Iurādi cōſuetudo.

D ex quibus genitus eſt fuerint veniales, erunt & illi ad quos inclinabit. Veruntñ admodum deteſtabilis eſt nedum peierandi, ſed & iurandi conſuetudo, pp imminentia pericula, vñ Sapiēs, Iurationi non aſſueſcat os tuū, multi.n.caſus in illa,&c. Et loquela multum iurans,&c. Nec deſunt, qui periurium ex ſe veniale aſſeuerent mortale, ſi fiat conſuetudine. Propterea monet Chriſt⁹, Ego aūt dico vobis, nolite iurare oīno, neq; p cœlū: ſit ſermo veſter, eſt.& Iacob. Ante oīa frēs mei, nolite iurare, &c. Sed an is qui in re dubia iurat, confirmans partē, q̃ credit eſſe veram mortaliter peccet, hac in re hñda eſt rō eius cui fit iurm. Si.n. is apprehendat iurm tale veluti ſimpl̃r,& abſolute aſſertiue eius ꝙ iurans aſſeuerat, iurans peccat mortaliter, in quocunq; dubio,& foro iuret, intelligunt̃ oēs, q aduerſus rrū addu

Iurādi cōſuetudo deteſtabilis.

Eccl 23.

Eccl. 27.

Matt. 5.

Iacob. 5.

Iurans in re dubia an peccet.

A cunt in teſtes, de hoc in actibus Apoſtolorũ, Non eſt conſuetudo Romanis, &c. & in Deutero. Non ſtabit teſtis vnus, & cæ. Et apud Apoſtolum, Aduerſus presbyterũ, &c. Ex quibus colligitur nihil debere affirmari corã iudice contra aliquem in cã criminali, aut infamiæ, niſi certo conſtet de facto ipſo. Hæc. n. peccata de quibus non conſtat, relinquenda ſunt diuino iudicio, iuxta illud Deutero. Abſcondita Deo noſtro, &c. & illud, Iuſte qđ iuſtum eſt perſequeris. Si aũt ex cõſuetudine conſtet teſtes nõ teſtificari adhibito iuro, niſi tanq̃ de re, q̃ credunt ita eſſe, quemadmodũ fit, cũ q̃ritur de idoneitate ad munus eccleſiaſticum, aut politicũ, vt ꝙ promoueatur quis ad ordines ſacros, ad magiſteriũ in vniuerſi- B tatibus, ad prelationẽ in religionibus, tunc iurans mõ ex ſignis probabilibus cõiecturet talem eſſe idoneum, nõ peccat, ſi aſſeueret eum eſſe idoneũ. De hoc hr̃ extra. Et in talibus promouens talem non peccat, cum cõſuetudo ſit talẽ teſtificationem de credulitate ſufficere. Hic eñ fauor ampliatur, & odiũ reſtringit, iuxta regulã iuris, In odijs enim, & in quibus proximus lædit, neceſſe eſt dicere veritatẽ, q̃ certo conſtet. In fauoribus vero ſufficit credulitas. Iurans autẽ, ſiue in odijs, ſiue in fauorib. de illo, qđ oĩno dubiũ eſt, nec magis credit vni parti, q̃ alteri; aut ſi iuro aſſeueret eã partem, cuius oppoſitum magis credit eſſe verũ, mortaliter peccat, ppea ꝙ adducit Deũ in teſtem eius qđ nullo modo eſt ſibi certum. Ex prædictis colligitur iurm nõ ſolum eſſe cõtra pcepta primæ

Act. 25.
Deut. 20.
1. Tim. 5.
Deut. 29.
Deut. 16.
Ext. de teſtim. & ſcrutin. In ordi. faci e. Vnico.

tabulæ, ſed ẽt contra illud ſecũdæ, Non dices contra proximũ C tuum tuum falſum teſtimoniũ. Iurm poſtremo eſt duplex, videlicet aſſertoriũ, & promiſſoriũ, Aſſertorium eſt reſpectu pñtiũ, aut pteritorum, Promiſſorium vero futurorum. Et ne quis peieret in iuro, ſufficit ipſum intẽdere præſtare, qđ promittit dũ iurat, ſed oportet vt poſtmodũ ſtet pollicitis, ſi fieri iuſte, & debite poſſit. Et hmõi iurm promiſſorium eſt quadruplex, videlicet doloſum, incautũ, coactũ, & carens his tribus indebitis conditionibus. Doloſum eſt qñ quis dum iurat intendit facere oppoſitum eius quod iurat, & talis mortaliter peccet, licet nõ teneatur poſt iurm adimplere qđ promiſit, quia non intendebat ſe obligare. Et in obligationibus priuatis nullus obligatur D ſi non intendet, & proponat ſe obligare. Incautum dupliciter fieri põt, Primo qñ quis iurat ſe facturum quidpiam illicitum, vt pote occiſurum hominem, furaturũ, & is mortaliter peccat, ſi habeat hanc intentionẽ, quia velle mortaliter peccare, eſt peccare mortaliter. Peccat ẽt mortaliter, ſi non habeat hanc intentionem implendi illud, quia adfert Deum in teſtimonium falſi, facto tñ iuro non dẽt illud implere, quia adderet peccatum peccato. Secundo fit iurm incautum, qñ quis iurat de hoc, quod non eſt licite iuramenti materia, vt ſi quiſpiam iuret ſe non perfecturũ perfectionis opera. Et talis ẽt mortaliter peccat, quia ponit obicẽ S. S. & non obligatur poſtea iurm illud tenere. licet. n. poſſit non implere perfectionis opera licite,

Iuramentum duplex.
Iuramentum promiſſorium quadruplex.
Iuramentum doloſum.
Iuramentum incautum.

A te, non tñ licet hr̃e fixum hmõi propoſitum, cum hoc repugnet motioni. S.S. Eſſet quoq; incautum iur̃m, ſi quis iuraret ſe facturum, ꝙ non põt, credens tñ ꝙ poſſit. Et talis, ſi poſſit, in futurum debet adimplere iur̃m, ſi non poſſit excuſatur in fauorem. Coactum iur̃m eſt qđ metu alicuius pœnæ quis facit, & in foro Eccleſiæ ſm Bonauenturam non eſt obligatoriũ, quia prçſumitur eum non iuraſſe voto adimplendi, quç promittebat, ſed potius vt euaderet periculum. In foro tamen Dei eſt obligatorium, quia volũtas ſimpliciter nequit cogi, ſed induci duntaxat. Quare ſi iur̃m fuerit rei licitæ in foro cõſcientiæ eſt tali conſulendum, vt adimpleat iur̃m. Iur̃m vero promiſſorium carens his tribus, nempe dolo, B imprudentia, & coactione obligat iurantem, ne habeat velle oppoſitum, licet differre illud poſſit pp rõnales cãs. Quamobrẽ mox vt reſilijt a tali propoſito, efficitur periurus, quia tunc primo vult Deum falſum teſtem fuiſſe.

…men- …s con- …m q̃d.

DISTINCTIONIS XL.

Quæſt. Vnica. I. Pag. 357.

Eſt ne noua lex veteri grauior?

RESOLVTIO.

GRauitas alicuius legis ſupra alterã ex duobus pendet, vt puta ex onere impoſito, & ex remedij ad impoſitum onus ferendum defectu. Onera in veteri lege poſita erant triplicia, Præcepta nempe moralia, cærimonialia, & iudicialia, ad quæ omnia C adſtringebantur, quç erant ſub illa lege, ſm illud Deuteronomij qđ refert Apoſtolus, Maledictus oĩs, qui non permanſerit in oĩbus, quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea. In lege autẽ noua eadẽ ſunt moralia, q̃ & tunc, nempe decalogus, tñ per Chriſtum, & frequẽtius ꝑ Apoſtolos declarata, quocirca in his neutra eſt altera grauior. Cçrimonialia vero multo pauciora, & leuiora ꝑ Chriſtum, q̃ per Moſem impoſita ſunt. Quãobrem & lex vetus quantũ ad hoc grauior extitit, & quantum ad multitudinem, & quantum ad difficultatem obſeruãdi. Ait. n. Auguſtinus, & hr̃ in Iure canonico. Oĩa vl̃r quæ Rabi Moſes enumerauit, pluſquam ſexcenta præcepta, ad quæ omnia illi deuincti erant, ideoque plæraque D difficilia erant admodum, vt ꝙ oẽ maſculum ter in anno conueniret, Hieroſolymis ſiſteret, quantumcunque diſtarent; deinde quod ſeptimum colerent annum. Quamobrem duobus annis nihil fructuũ colligebãt. Poſtea de non tangendo morticinio, & eo contacto, ꝙ abluerẽtur, &c. Adeo vt dixerit Petrus, Nunc ergo quid tentatis Dominũ, imponere iugũ ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque nos, neque patres noſtri portare potuimus. Lex autem noſtra (aſſertore Auguſtino) paucis, & manifeſtis ſacramentorum ritibus eſt contenta, quorũ nec oĩa ſunt Chriſtiano ſimpliciter neceſſaria, vt ſacer ordo, matrimoniũ, &c. Iudicialia a Chriſto nulla ſunt impoſita: volunt enim, vt non vulgari dilectione ſeſe inuicẽ proſequerent fideles, & pro-

Deute. 27. *Gala. 3.* *Matth. 5.* *Legis veteris ſupra nouã grauitas.* *In inquiſitiones Ianuarij. diſtin. 12.* *Leu. 25. & Deut. 15.* *Act. 15.* *In ca. 19. Act. apo.*

A propria imperfectiones mutuo ſufferrēt, ac iniuriā potius paterent, iuxta illud. Alter alterius onera portate,&c. Et iā quidem delictū omnino eſt in vobis,&c. Si quis te pcuſſerit, &c. Quocirca ēt quantum ad iſta, lex noua, vt eſt a Chriſto tradita, lege veteri (in qua erant multa præcepta iudicialia) leuior vtique eſt. Vnde & Chriſtus. Venite ad me omnes qui laboratis,&c. Et Ioannes, Mādata eius grauia non ſunt & Paulus, Nihil ergo damnationis eſt his q̃ ſunt in Chriſto Ieſu,&c. Licuit tamen poſtea ob hominum malitiam,& pacificum intertenendum conuictū minorib. vtriuſque fori leges ſancire, ēt deſumptas aut cōformes legi Moſaicæ, & alias vt vident expedire,

Gala.6. 1.Cor.6. Matth.5. Matt.11. 1.Ioan 5. Rom.8.

B quas & ſubditi obſeruare debent, non ꝓpea ꝙ lege Moſaica ſancitæ ſunt, ſed quia directore ſpiritu ſancto ab Eccleſia, aut principibus Chriſtianis ordinatæ ſunt, vñ Paulus, Oīs aīa,&c. & obedite ꝓpoſitis veſtris, &c. Dummodo diuinæ egi nō repugnent, tunc.n. oportet obedire Deo, Quantū ad remediū vtrinque conatum, obſerua imprimis paſſionē Chriſti exhibitam, plus gratiæ mereri fidelibus, ſic

Rom.13. Heb.13.

Lex noua præſentiꝰ quā vetus

C eam credentibus, q̃ exhibenda meruerit, vñ illud. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Quare ſacramenta nouæ legis, quæ a paſſione iam exhibita efficaciam habent, maioris ſunt efficaciæ, ſigna gratiæ, q̃ veteris legis Sacramenta, vt oſtēdit Apoſtolus, potiſſimum, cum tunc non fuerit aliquod Sacramentum proprie acceptum, ꝑ circunciſionem in remediū originalis peccati, & nos plura habemus. Deinceps & habemus diuinam doctrinam explicatius traditam, & ſanctorum quoque plura, & efficaciora exēpla. Quā obrem Apoſtolus ait, Acceſſiſtis ad Syon montem,&c. Propterea & ſancti iam donati beatitudine in cœlis, pro nobis ſolliciti

habet medium Heb.7 & 10. Heb. 12

D ſunt, noſtram deſiderantes ſalutem, ac ſuis orationibus nos iuuantes. Poſtremo vita æterna paſſim obſeruatoribus Euangelij promittitur, quæ raro, & obſcurius in veteri teſtō promittebatur, ſed frequentius bona tēporalia. Bona autem æterna plus mentem alliciunt, quam terrena, & tranſitoria. Quocirca ex parte remedij lex quoque noua veteri facilior eſt.

Finis Reſolutionum Scoti ſuper Tertium Sententiarum.

LAVS DEO.

INDEX EORVM, QVAE IN RESOLVTIONIB. TERTII LIBRI Sententiarum FR. IOAN. DVNS SCOTI

Continentur, ſerie alphabetica diſpoſitus, in quo numerus paginam indicat, a, vero primam columnam, & b, ſecundam.

A

ABrahę factum expẽditur. 69.b
In angelis an ſint virtutes. 61.a

B

BEati non poſſunt mereri. 36.b

C

CHaritas quid ſit. 51.a
Charitas virtus eſt Theologa. 51.a
Charitas diſtinguitur a fide & ſpe. 51.b
Charitas nũquam excidit. 59.b
Charitatis obiectum. 51.b
ſine Charitate infuſa põt Deus diligi. 52.a & b
Charitas infuſa an ſit ponenda. 53.b
Charitas inclinat ad diligendũ Deum & proximum. 54.b
Chatitas ĩfuſa ẽ neceſſaria. 52.b
Chriſtus ab originali immunis quomodo. 11.b
Chriſtus habet duplex eſſe eſſentiale. 14.b
Chriſtus nõ eſt aliqua duo. 14.b
Chriſtus quomodo humanam aſſumpſit naturam. 15.a
Chriſtus fuit p̄deſtinatus. 16.b
Chriſtus incarnatus licet homo non peccaſſet. 17.a
Chriſtꝰ hẽt duas filiationes. 18.b
Chriſto homini quæ adoratio debetur. 22.a
Chriſtus non eſt a doptiuus Dei filius. 23.a
Chriſtus inquantum homo nõ eſt creatura. 24.a
Chriſtus vt hõ incepit eſſe. 23.b
Chriſtꝰ peccare nõ potuit. 24.a
Chriſto gratia ſumma conferri potuit. 25.a
Chriſto gratia ſumma collata eſt. 25.a
Chriſti voluntas ſumme Deo fruitur. 26.a
Chriſtus abſque gratia frui poſſet. 26.b
Chriſti intellectus perfectiſſime Deum videt. 26.b
Chriſti intellectus immediate Deum videre poteſt. 27.a
Chriſti anima videt omnia in verbo. 27.b
Chriſti anima angelos illuminare poteſt. 28.a
Chriſti anima in genere ꝓprio cũcta pfectiſſime nouit. 29.a
Chriſtus neceſſario moriturus? 32.b
Chriſti corpus morti erat obnoxium, 33.b

in

in Chriſto duæ voluntates.35.a
Chriſtus meruit. 36.a
Chriſtus meruit in primo inſtanti. 36.b
Chriſtus non meruit ſuam fruitionem. 37.a
Chriſtus incarnatus Adamo nõ peccante. 37.a
Chriſtus quid meruit. 38.b
ante Chriſtus paradiſum nullus ingrediebatur. 38.b
Chriſtus pro veritate mortuus. 39.b
Chriſto quantũ debeamus.40.a
Chriſti corpus corrumpi non poterat. 40.b
Chriſtus in triduo non erat homo. 41.b
Chriſtus corpus non prius animatum quam verbo vnitum. 7.b
Chriſti corpus non prius organizatum quam animatũ. 8.a

D

DEus eſt homo. 15.b
Deus factus eſt homo.16.b
Deus omnia æqualiter diligit 60.a
Deus ſuper omnia diligendus. 52.b
Deum qualiter diligere debemus. 52.b
ad Dei dilectionem tria mouent. 52.a
Diligere ſeipſum poſt Deum quilibet debet. 55.b
Diuina eſſentia an humanam aſſumpſerit. 13 b
Dolor & triſtitia differunt. 29.a
Dolor & triſtitia ſunt in appetitu. 30.a
Dolor fuit in Chriſto. 30.b
Dimittendus eſt rancor & odiũ circa inimicum. 58.a

E

EXcæcatio mentis vnde. 64.b

F

FIdes duplex. 42.a
Fides acquiſita. 43.a
Fides infuſa. 43.a
Fides infuſa quare ponit̃. 43.b
Fides comproducit actum.44.a
Fides & ſcientia nequeunt eſſe eiuſdem. 45.a
Fides infuſa ſemper neceſſaria. 47.a
Fides & Charitas diſtinguuntur. 47.a
Fidei actus ſemper neceſſarius. 47.a
Fides ſimplicium. 47.b
Fides maiorum eccleſiæ. 47.b
Fides Iſraelitarum. 48.b
Fides a quo dicatur vna. 49 a
Fides patrum. 48.a
Fides & ſpes euacuabunt 69.a
Forma totius. 7.a
Formalis ratio terminandi incarnationem. 5.a

G

GEnus humanum congruentius fuit redimi quam angelos. 40.a

I

IAcob factum expẽditur.67.a
Inimici diligendi. 56.a
Inimicus non obiendus. 56.a
Inimicis benefaciendum. 57.b
Inimicus dupliciter conſideratur. 56.a
Iuramenti comites. 67.b
Iuramentum quid ſit. 67.b
Iuramento nihil addit conſuetudo. 68.a
Iurandi conſuetudo deteſtabilis. 68.b
Iurans in dubijs an mortaliter peccet. 98.b
Iuramentum duplex. 69.b
Iuramentum aſſertorium. 69.b
Iuramentum promiſſoriũ quotuplex. 69.b
Iuramentum doloſum. 69.a
Iuramentum incautum. 69.b

Iu-

Iuramentum coactum. 70.a

L

LAtria quid ſit. 19.a
Latriæ acceptio. 19.b
Latria qualiter & quando exhiberi debet. 19.b
Latria quomodo Chriſto debeatur. 20.b
Latriæ duplex ratio. 21.b
Lex naturę quid. 66.b
Legis grauitas vnde pēdet. 70.b
Legis veteris ſupra nouam grauitas. 70.b
Lex noua pręſentius habet remedium quàm vetus. 71.a

M

MAria ab omni originali immunis. 9.a
Maria non conſcendiſſet cœlum ſi defuncta fuiſſet ante Chriſtum. 10.b
Maria vere Dei & hominis mater. 12.a
Maria quomodo Chriſtum enixa eſt. 12.b
Maria fuit naturalis Chriſti mater. 13.a
Materia pertinet ad rei quidditatem. 42.a
Mendacium quid. 67.b
Mendacium ſemper peccatum. 68.a
Mendacium eſt triplex. 68.b
Mendacium pernicioſum. 68.b
Mendacium officioſum. 68.b
Mendacium iocoſum. 68.b
Meretur quis per ea quæ eius voluntati non ſubſunt. 34 a
Meritum quid ſit. 35.b
Meriti Chriſti efficacia & ſufficientia. 37.b & 38.a
Meriti ratio. 38.b
Meritum Chriſti profuit patribus. 39.a

N

NAturam eandē plures aſſumere nequent. 5.a
Natura aſſumpta poteſt non frui. 6.a
Natura non intellectualis aſſumi poteſt. 6.a.& b

P

PAſſiones non cauſantur a voluntate. 30.a
Paſſionib⁹ magis meremur. 40.b
Periurium quid ſit. 68.a
Periurium indeliberatum veniale. 68.a
Periurium deliberatum mortale. 68.b
Perſona differt a natura ſingulari. 3.a
Perſonæ plures eandem naturā aſſumere non poſſunt. 4.b
Perſona vna plures aſſumere poteſt naturas. 4.b
Perſona creata an aliā creatam aſſumere poſſit naturā. 5.a
Perſona creata non fuit aſſumpta. 14.a
Portio ſuperior in Chriſto triſtabatur. 31.a
Portio inferior triſtata in morte Chriſti fuit. 31.b
Præceptum primum in hac vita impletur. 53.b
Prædeſtinatio quid. 16.b
Prædeſtinationis ordo. 37.b
Proximus quis. 55.a
Prudentia eſt virtus materialiter. 61.b

Q

QVatuor conditiones reqſitę ad verā filiationē. 18.b

R

REuerentia in cōmuni. 19.a
Reparatio humani generis aliter fieri potuit. 39.a

S

SApientia, ſcientia, intellectus, quinam ſunt habitus. 63.a
Scientia bifariam accipitur 45.a
Scientia ſcriturę ſacræ qualis. 45.b
Scientia prophetarum & Apoſtolorum qualis. 46.a

Spes

Spes quid ſit. 49.b
Spes duplex. 49.b
Spes a fide & charitate diſtinguitur. 50.a
Simulare an liceat. 60.a

T

Totum eſt ens diſtinctum a ſuis partibus. 7.a
Triſtitia quot modis cătur. 30.b
Triſtitia fuit in Chriſto. 31.a

V

Verbum aſſumpſit naturam humanam. 3.a
Verbum aſſumpſit natură. 6.b
Verbum eſt homo. 15.a
Virtus theologa tres requirit cō ditiones. 49.b
Virtutes morales ſunt in voluntate. 61.a
Virtus ſeptem homini ſufficiunt. 62.a
Virtutes, dona, beatitudines, & fructus nō diſtinguũtur. 62.b
Virtutes morales non ſunt inter ſe connexæ. 63.b
Virtus moralis non eſt cum ſua connexa prudentia. 64.a
Virtus omnis in medio conſiſtit. 50.b
Virtutes morales non ſunt theologicis connexæ. 64.b
Virtutes morales an ſint in angelis. 61.a
Virtutes theologicę non ſunt moralibus connexæ. 65.b
Virtutes theologicæ ſunt inter ſe connexę. 65.b
Vnio hypoſtatica quid. 3.a

Explicit Index Reſolutionum fratris Ioannis Duns Scoti, ordinis minorum ſuper Tertium lib. Sententiarum, quæ fuerunt diligentiſſime recognitæ, atque emendatæ a R. P. Saluatore Bartolucio Aſſiſiate, Scoticarũ ſpeculationũ dilucidatore, ac VENETIIS *in ædibus magnæ domus Regente.*

Sit Laus Deo omnipotenti, Virgini Glorioſæ, ac Seraphico Patri Franciſco.

VENETIIS,
Apud Hæredes Melchioris Seſſæ.
MDLXXX.

RESOLVTIONES IN QVARTVM LIB. SENTENTIARVM,

FR. IOAN. DVNS SCOTI,

Doct. Subtilis, Ordinis minorum:

In quibus, ea quæ prolixius, & obſcurius à Doctore pertractantur, breuius & clarius differuntur: à R. P. Melchiore Flauio eiuſdem inſtituti varijs luminibus illuſtratæ,

Necnon a patre Saluatore Bartolucio Aſſiſienſi, Scoticarum ſpeculationum dilucidatore, accuratiſſime recognitæ & caſtigatę.

Cum Indice Alphabetico eorum, quæ in reſolutionibus continentur.



VENETIIS,
Apud Hæredes Melchioris Seſſæ.

MDLXXX.

F. SALVATOR BART.
ASSISIAS CONVENTVALIS
Franciſcanus ad doctrinæ Scoticæ amatores & ſtudioſos.

CVM Ioannes Baptiſta Seſſa, bibliopola Venetus, Opera Ioannis Duns Scoti, Academiæ ſubtilium ſigniferi ac principis, cuius Doctrinam iam multos annos,& Patauij,& Venetijs profeſſus ſum, in gratiam, &. vtilitatem veſtram, Alexandro Gryphio Typographo diligentiſſimo excudenda tradere decreuiſſet, obnixe à me contendit, vt ea corrigerem, & à mendis quibus vndique ſcatebant, expurgarem. Animo libentiſſimo id oneris ſuſcepi: cum vt amico ſatisfacerem, cuius cauſa plurimum cupio, tum vt vobis, quacunque liceret ratione, aliquod emolumentum afferrem; cum autem eſſent ſub prælo, peruenit ad manus meas libellus reſolutionũ huius Doctoris à Reuerendo Patre Melchiore Flauio varijs luminibus illuſtratus: is mihi dignus viſus eſt, vt cũ operibus eius imprimeretur, eiſque annecteretur, vt faciliorem, expeditioremque aditum ad huius ſubtiliſſimi viri doctrinam capeſſendam haberetis. Inſuper in veſtrum commodum præfixi numerum paginularum, qui vobis diſtinctionem, & quæſtionem quæſitam, tanquàm digito, demonſtrat: Id placuit dixiſſe, vt vos non lateat, me veſtri cauſa hæc ſtudioſiſſime, diligentiſſimeque curaſſe. Valete, & laborem Bartolucij veſtri, qualisqualis ſit, (rogo) ne paruipendatis. Venetijs Kal. Auguſt. M D LXXX. à die Natali Chriſti.

RESOLVTIONES QVARTI LIBRI SENTENTIARVM, F. IOAN. DVNS SCOTI Doctoris Subtilis, Ordinis Minorum.

DISTINCTIO. PRIMA. Quæſt. I. Pag. 4.

An creatura poſsit creare.

RESOLVTIO.

...atio re ...it vir ...m in- ...am.

CVM creatio virtutem requirat infinitam, ipſi creaturæ nullatenus cõpetere poteſt, nec principaliter, nec inſtrumentaliter, quippe quæ potentiæ eſt finitæ, & limitatæ. Hoc autem aſtruitur primum locis ſacræ ſcripturæ, quæ omnium creatorem Deum ſolum atteſtantur. Qui viuit in æternum, creauit omnia ſimul, &c. Nunquid non vnus Deus creator tuus &c. Qui autem omnia creauit Deus eſt, &c. Quia tu creaſti omnia, &c. Creator omnium Deus, &c. Deinde hoc aſtruitur authoritatibus veterum, & ſanctorum Doctorum, maxime beati Auguſtini ſuper Geneſim, & aliis infinitis locis librorum ab eo conſcriptorum, quemadmodum citat doctor ſubtilis, & maxime illo, Non eſt creator, niſi q principaliter iſta format, &c. Poſtremo confirmatur rationibus, quia ſi creatura creare poſſet, vel eſſet creatura mere ſpiritualis, vel alia, non primum, quia Angelus (qui talis eſt creatura) nihil agere poteſt, niſi per intellectum & voluntatem, qui in ipſo accidens eſt, ſed nullum accidens neceſſario præexigitur ad creandam ſubſtantiam, vnde Angeli hac ratione nequeunt; nec alia creatura id poteſt.

...l. 18. ...lach. 2 ...r. 3.

Apoc. 4. 2. Machab 1. Super geneſ. lib. 9. c. 15. & li. 12. de ciui. c. 24. & li. 2. de trini. c. 8. & 14. lib. 3. de tri. c. 8.

Creatura neq; creare.

teſt. Patet,quia cum operationes aſcribantur ipſis formis, hoc fieret per ipſam formam, ſed hæc non minus dependet a materia in agendo, quàm in eſſendo, nequit autem eſſe ſine materia, ergo nec agere. Inſuper ſequeretur effectum præſtantiorem eſſe ſua cauſa,& hęc ratio idem includit de accidentibus quibuſcunque. De materia vero prima nullus relinquitur dubitandi locus, cum omnium entium ſit infimum,& de genere ſterilium ab omnibus dici meretur. Creatura igitur nulla creare poteſt.

DISTINCTIO PRIMÆ. Quæſt. II. Pag. 26.

An definitio Sacramenti data a Magiſtro ſit per ſe vera.

RESOLVTIO.

Sacramenti definitio.

QVandoquidem definitio quid rei, (quæ ſola propria eſt) eſt Primo entis veri, hoc eſt poſſibilis exiſtere & non impoſſibilis, negationis, aut priuationis. Secundo entis per ſe vnius, non autem entis vnius per aggregationem, aut vnius per accidens. Tertio entis realis, & non entiũ rationis, quæ ſcilicet per ſolum actum intellectus collatiuum habent eſſe. Quarto conceptus complexi Phyſice, vel Metaphyſice, non autem conceptus ſimpliciter ſimplicis. Quinto vniuerſalis, & nullo modo ſingularis. Horum quinque tertia ſola conditio obſtat, quominus Sacramentum hac definitione proprie dicta definiatur: nihilominus definitur pro formali, ſeu præcipuo ſignificato, tanquam conceptus per ſe vnus, & quemadmodum alia entia rationis, vt puta definitione data per additamentum hoc, videlicet. Sacramentum eſt ſignum ſenſibile, gratiam Dei, vel effectum Dei gratuitum, ex inſtitutione diuina, efficaciter ſignans. Cuius quidem definitionis ſignum eſt genus, ex inſtitutione diuina, & efficaciter, differentia, ſenſibile, fundamentum ipſius relationis, quam denotat ipſum Sacramentum, gratiam Dei, vel effectum gratuitum, alterum eſt extremum, & correlatiuum Sacramenti. Et hæc Doctoris definitio, licet verbis alia ſit a definitione Magiſtri, non tamẽ ſenſu. Vnde conſequitur Magiſtri definitionem eſſe commode aſſignatam.

DISTINCTIO. PRIMA. Quæſt. 3. Art. 1. Pag. 31.

Vtrum pro tempore cuiuſcunque legis a Deo data, debuerit inſtitui aliquod ſacramentum.

RESOLVTIO.

SAcramentum inſtitui non fuit neceſſarium, nec ex parte Dei, qui omnia operatur ſecundũ conſilium voluntatis ſuæ, nec ratione gratiæ, nam alio modo haberi poterat ſecundum voluntatem ipſius Dei, qui non alligauit potentiam ſuam ſacramentis. Congruum tamẽ fuit, vt homo ex ſenſibilibus certius cognoſceret, & feruentius deſidera- *Ad Ep*

deraret effectum illum inuiſibilem Dei, nempe gratiam ipſam, & propter hominis eruditionem, exercitationem, & humiliationem. Ad hæc, vt illi qui vere Deum cognoſcerent, conuenirent in aliquibus ſignis externis, quibus ſeſe inuicem noſcerent, & iuuarent, & alterius ſectæ homines vitarent. Decuit autem ſignum hoc eſſe practicum, denotans videlicet effectũ talem vel in eſſe, vel in fieri, & non ſpeculatiuum tantum. Inſuper & certum, non æquiuocum, aut dubium: Certum, inquam, cum certitudine demonſtratiua, ad quod ſemper ſequutus fuiſſet effectus, ſed certitudine vt in pluribus, hoc eſt ſemper certum ex parte ipſius ſigni, niſi obſtaret indiſpoſitio ſuſcipientis; torpor, & indeuotio.

ARTICVLVS II.
Pag. 35.

Sacramentum a quo fuit inſtitutum.

RESOLVTIO.

CVm autem ſignum aliũde habeat, ꝙ ſignificet practice, ideſt effectum aliquem, nempe ex ſui inſtitutione, & aliunde ꝙ ſit certum, nempe ex determinatione voluntatis determinantis, ſeu ad cauſandum effectum, quoties adhibebitur tale ſignum, primum non impedit quo minus a creatura potuerit inſtitui, ſecundum nullus poteſt dare certitudinem alicui ſigno practico, niſi poſſit cauſare ſignatum illius ſigni. Atqui ſolus Deus poteſt cauſare effectum Sacramentorum, videlicet remiſſionem peccatorum: vnde illud Iſaiæ, Ego ſum qui deleo iniquitates propter me. & Matthæi, Quis pōt remittere peccata, niſi ſolus Deus, &c. Et conferre gratiam, iuxta illud Ioannis, Gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. & illud Pſalmiſtæ, Gratiam, & gloriã dabit Dominus. Quare ipſe poteſt ſolus Sacramentum inſtituere. Creatura autem iam inſtitutũ poteſt promulgare, vt Iacobus extremam vnctionem, infirmatur quis in vobis inducat præſbyteros, &c. & Diuus Marcus, vngebant infirmos, &c. *Iſa. 42.* *Matth. 9.* *Ioan. 1.* *Pſal. 83.* *Iacob 5.* *Marci. 6.*

ARTICVLVS TERTIVS
Pag. 39.

Sacramentum pro quo tempore debuit inſtitui.

RESOLVTIO.

QVia vero morbus. ſ. peccatum originis fuit in natura humana, ſemper poſt lapſum Adæ regnauit mors, &c. Omnes peccauerunt, &c. Oẽs in Adam, &c. Ecce enim in iniquitatib. conceptus ſum, &c. Congruũ fuit pro omni tali tempore Sacramenta inſtitui, vt viator per ſenſibilia manuduceret ad iuiſibilia. In ſtatu autem innocentiæ non congruebat Sacramentum inſtitui, quia nullum habebat ſalutis impedimentũ, nec mens grauabatur corpore, quo minus ferret libere in Deũ ipſum, nec in ſtatu patriæ, eum videbimus eum ſicuti eſt, & facie ad faciẽ, & nihil coinquinatum intrabit in illud. &c. *Roma. 5.* *Iſa. 3.* *1. Cor. 1.* *Pſal. 50.* *1. Ioan. 3.* *1. Cor. 13.* *Apo. 21.*

ARTICVLVS QVARTVS Pag. 37.

Sacramentum an aliud & aliud pro ſtatu alterius, & alterius legis.

RESOLVTIO.

Sacramẽti diuiſio.

SAcramentum poſtremo diuiditur in proprie & improprie dictũ, Primum gratiam cõfert, ſecundum eſt ſignum rei ſacræ, quodcumque fuerit. Deinde diuiditur ratione ſenſibilium diuerſorum, vt Baptiſmus habet aquam, Euchariſtia panẽ, & vinum. Poſtea diuiditur ratione diuerſæ ſignificationis, quia Baptiſmus ſignificat gratiam inhærentem, Euchariſtia vero gratiam aſſiſtẽtem, corpus ſcilicet, & ſanguinẽ Chriſti. Poſtremo diuidi poteſt rõne maioris effectus vel minoris, qui confertur per ipſa ſacramenta, vt licet circunciſione conferat gratia, velut baptiſmate, maior tamen baptiſmate cõfertur. Vñ colligitur eadem ſacramenta improprie dicta, potuiſſe eſſe eadem in diuerſis legibus, vt genuflexiones, non autem ſacramenta proprie dicta. Quia in proceſſu generationis humanę ſemper creuit notitia veritatis. Et lex poſterior ſemper fuit perfectior priori, quare debebat habere maiora auxilia ad ſui obſeruationem. Et congruum eſt, vt perfectius adiutorium ſignaretur alio ſigno, ab eo q̃d erat in priori lege, nam illud ſemper ſignificaret id, ad quod primo ſignificandum fuerat inſtitutũ. Hæc autem maxime congruebat de illo ſacramento, quo delebatur originale, quod quidẽ in lege naturæ erat oblatio pueri ipſi Deo, cum quibuſdam verbis deprecatorijs, in lege ſcripta circunciſio, in Euangelica baptiſmus.

Gregorius ſuper Ezechielem.

DISTINCTIONIS I. Quæſt. IIII. Pag. 38.

Vtrum ſacramentum habeat cauſalitatem actiuam reſpectu gratiæ conferendæ.

RESOLVTIO.

SAcramentũ non efficit gratiã, ſiquidẽ ea a ſolo Deo dr̃, Gratiam, & gloriam dabit dominus, &c. Qui bonus eſt hauriet ſibi gratiam a dño, &c Gratia, & pax a Deo, &c. Per quem accepimus gratiam &c. Humilibus dat gratiam. Et huic aſſertioni ſubſcribit B. Thomas. Nec eſt ſacrm̃ cã efficiens inſtrumentalis diſpoſitionis præuię ad gratiam, vt aſſeuerat. D. Thomas. Q̃nquidem diſpoſitionẽ in ſacramentis initerabilibus dicit characterem eſſe. In alijs vero aliquem aĩę ornatum charactẽri proportionatum. ſiquidẽ iſta aliter q̃ per creationem eſſe nequeunt, quę tantum ſoli Deo competunt. Inſuper hęc plura non ſunt neceſſaria, nec ſufficiẽter probari poſſunt. Sed propterea a Magiſtro, & vetuſtioribus doctoribus ſacramentum aſſeritur cã gratię, quę eius ſuſceptio ſit diſpoſitio proxima neceſſitans ad effectum ſignatum, gratiam videlicet, diſpoſitio inquam, non ex natura rei, ſed ex diuina inſtitutione libere.

Sacramẽta non efficiũt gratiam. *Pſal. 8[...]* *Prou. 1[...]* *Ioan. 1.* *Rom. 1* *Iac. 4.* *1. Pet.*

Sacramenta dicuntur gratiæ cauſa.

re, & ſecundum conſilium voluntatis ſuæ, & non alligauit potentiam ſuam ſacramentis, ſed neceſſitans ſecundum quid, hoc eſt ſecundum legem datam, & potentiam Dei ordinatam, quæ nobis innoteſcit per ſacras ſcripturas. Decreuit enim, & huius decreti Eccleſiam certiorē reddidit, quod ſuſcipienti ſacramētum ipſe conferret effectum ſignatum, nempe gratiam, modo obex ſuſcipientem non impediat. Decretum autem iſtud, & ejus certificationem hēs his locis quibus inſtituta fuerūt, aut vulgata ſacramenta, vt de Baptiſmo, Qui crediderit, & baptizatus, &c. & de extrema vnctione, Infirmatur qs in vobis, &c. De alijs patebit in ſubſequentibus. Tamen ſacramentum dicitur cauſa actiua gratiæ, ſeu inſtrumentalis eo modo, quo merita ſunt cauſa inſtrumentalis reſpectu præmij, & per ipſa habemus beatitudinem, vt patet ex illis Apoſtoli locis. Cum metu, &c. Theſaurizare ſibi, &c. Talibus hoſtijs pmeret' Deus, &c. Factus eſt omnibus operantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Et tamen meritum non efficit præmium, ſed Deus ipſe, nec diſpoſitionem aliquam, ſed ipſummet eſt diſpoſitio præuia ad præmium. Deinde motus etiā dicitur cauſa termini ad quē, quem tamen non producit, nec diſpoſitionem aliquam, ſed ipſemet eſt diſpoſitio proxima ad terminum. Poſtremo inſtrumenta artis dicuntur ſecare, polire ligna, lapides, & cætera. Et tamen non ſunt actiua proprie, ſed ſunt acceptiua motionis, per quam fiunt tales effectus: ita & ſacramenta ſunt inſtrumenta, quibus aſſequimur gratiam. Poteſt etiam adferre exemplum de inciſione, & applicatione, aliarum medicinarum, quæ non cauſant actiue ſanitatem, licet dicantur ipſius cauſæ.

DISTINCTIONIS I. Quæſt. V. Pag. 39.

Vtrum in ſacramentis poſſit eſſe uirtus aliqua ſupernaturalis.

RESOLVTIO.

IN ſacramentis nequit eē virtus aliqua ſupernaturalis (hoc eſt qualitas aliqua realis, & abſoluta a Deo cauſata inhærens ipſis ſacramentis) quæ habeat eſſe in fieri (hoc eſt dum actu ſacramenta recipiuntur) & continuo dependens a ſua cā, vt res aliæ ſucceſſiuæ: quō videlicet lumen habet eſſe in aere continuo dependens a ſole, vt ſpecies ſenſibiles obiectorum corporeorum habent eſſe in medio, vt aſſerit D. Thomas. Fruſtra enim poneretur hmōi qualitas, quippe quæ in animā nihil efficere poſſet, & abſq; ea per ipſa ſacramenta immediate iuxta inſtitutionem & decretū diuinum, poſſumus recipere effectum ſacramentorum. Inſuper ſicut ſequenti rationem naturalem non ſunt ponenda plura, niſi quæ rō naturalis concludit, ita ſequenti fidem, non ſunt ponenda plura, q̄ fidei veritas requirat. Veritas aūt fidei id non requirit, cum id non conſtet ex ſacris lr̄is, & pacto Chriſti cū Eccleſia. Quare nō eſt ponenda *Sacramenta non habent in ſe ſupernaturalem virtutem.*

Tom. 9. in Ioan. c. 15. nenda huiuſmodi ſupernaturalis virtus. Cum aũt Augu. ait ſuper illud, Vos mundi eſtis propter ſermonem. & recitat. 1. q. 1. detrahe, Quæ eſt iſta virtus aq̃. *Sacramẽtarũ virtus.* Reſpondetur virtutẽ accipi (et iuxta Philoſophos primo cœli & mundi) pro vltimo de potentia, cũ videlicet agens agit quã tum poteſt. Vltimũ aũt de potentia ſigni practici, hoc eſt perfectius, quod ſignum practicũ poteſt afficere, eſt ſignare effectum ſignatum præuie, certo, & efficaciter. Nam non poſſet ſigno practico (vt eſt practicum) maior competere potentia. Hãc autem virtutem, ſignificandi videlicet certo, & efficienter concedimus ipſis Sacramentis, iuxta inſtitutionem ipſius Chriſti. Hæc enim ex ſacris literis conſtat, & hæc virtus nihil aliud eſt, quàm conformitas ſigni ad ſignatum, hoc eſt veritas, & certitudo ipſius ſacramenti, quæ eſt de eſſentia ipſius Sacramenti, aut ſaltem accidens concomitans ipſum ſacramentum vt in pluribus, id eſt ſemper, niſi in diſpoſitio ſuſcipiẽtis impediat, quia Deus qui fecit te ſine te, non iuſtificabit te ſine te, aſſertore Auguſtino. *De verbis Apoſtoli ſer. 15.*

DISTINCTIONIS I. Quæſt. VI. Pag. 50.

Vtrum in Circunciſione ex vi circunciſionis gratia conferebatur.

Circunciſione peccatum delebatur et gratia conferebatur. Roma. 4.

RESOLVTIO.

CIrcunciſione peccatum originis delebatur, & gratia cõferebat. Suffragat Paulus, Signũ accepit circunciſionis, &c. Si enim Circunciſiò iuſtitiæ ſignũ fuit, haud dubie ſignum erat certũ & efficax, cum ſcriptura exprimat hoc ipſum a Deo traditũ, *Roma.* cuius ſolius eſt ſacramentis virtutem, & efficaciam tribuere. vñ Apoſtolus, Circunciſio quidem prodeſt, ſi legem obſerues, & Hieronymus in illud Apoſtoli, Prodeſt ſuo tpe ſignum ſi iuſtitia (cuius eſt ſignaculũ) adſit. Cum itaque iuſtitia ſit ſignaculum, conſtat eam, gratiã contuliſſe. *In epiſ. Dard. 58.* huc pertinet quod Auguſtinus dixit, baptiſmi loco circunciſionem priſcis patribus fuiſſe, qui ſcripſit circunciſionẽ ad hominis nouationem valere, ſicut & baptiſmus. *Lib. 2 nuptijs & cupiſ. & Ioan.* Innouatio aũt vitę, non niſi per gratiã fit, igitur ipſa gratiam contulit. *In 4. c. Rom.* Item aſſerit gloſa, & Beda: Idẽ *In 2. c. Luca.* ſalutiferæ curationis auxilium circunciſio in lege agebat, qđ baptiſmus tempore gratiæ agere conſueuit. Reſpondeo ad hæc, quia nullo tempore Deus reliquit genus humanum ſine remedio ad ſalutẽ neceſſario, maxime eos quos peculiariter ſibi deligebat, & nõ legit aliud ab iſto tunc collatum remedium. Igitur circunciſione, & peccatum originale delebatur, & gratia conferebatur populo Dei ab Abrahamo vſq; ad Chriſtum. Præterea per locum ab oppoſitis idem aſtruitur. Non eſt Deus pronior ad condemnandum quàm ad miſerendũ, ſed qui reſpuebat circunciſionem peccabat, vt patet ex Geneſi, Maſculus cuius caro præputij circunciſa non fuerit, &c. *Gen. 17.* Igitur qui eam accipiebat, habebat gratiam. Et hæc inter omnia duntaxat veteris legis ſacramenta

menta gratiam ex operato, id eſt ex vi ſacramenti, ſiue effectus paſſionis Chriſti conferebat, ſicut & ſacramenta nouæ legis, vnde & proprie erat ſacramentum. Alia vero improprie erant ſacramenta, vt expiationes, oblationes & ſacrificia, quæ ſolum ex opere operante, id eſt ratione fidei in Meſſiam venturum, & charitatis operantium ac obedientiæ præceptis diuinis, gratiam conferebant, non ſecus ac quæuis alia bona opera, quibus obſeruabatur decalogus. Proinde cum Ambroſius aſſerit circunciſionẽ nihil hr̃e dignitatis, ſed eſſe ſignum tm̃. Tertullianus ſimiliter, Chriſoſtomus in pleriſq; locis, ac alij doctores, Dicẽdũ circunſionẽ, vt circunciſio eſt, & res huiuſce modi nihil in ſe hr̃ę dignitatis, cũ in partibus obſcœnis, & pudendis fieret, ſed qa a Deo erat inſtituta in ſignum iuſtitię plurimi erat facienda. Inſuper doctores volunt indicare circunciſionẽ ſuapte natura non iuſtificaſſe abſque merito paſſionis Chriſti puiſæ. Ad hęc patres pri ſci diuinæ ẽt gr̃æ participes vita functi hinc commigrantes nequaquam ſalutẽ ſunt conſecuti, niſi Chriſti ſanguine noſtræ ſalutis pretio in ara crucis effuſo, iuxta illud Apoſtoli, Per propriũ ſanguinẽ intrauit ſemel in ſancta æterna, &c. Pn̄t & hęc intelligi de nonnullis gentilibus, qui ante Chriſti aduentũ circũcidebantur, nihil tñ legis prorſus obſeruabant. Sicque nihil vtilitatis, aut emolumenti ex ea conſequebant, quorũ meminit Origenes. Circunciſio quoque non tantã conferebat gratiam, quantam baptiſmus, neq; ſicut baptiſmus, qui etſi gratiam in recipiente reperiat, eam adauget, niſi fuerit ſumma, non autem circunciſio, vnde Abrahę iam iuſtificato, nihil ex vi operis contulit.

...ramẽ- ...mpro- ...qũo ...tiã con ...ebant, ...endum dicta ...lorũ de ...ncіſio- ...b.9. ...3. con Cel-

QVÆSTIO INTERMIXTA. Pag. 54.

An Deus poſsit delere peccatum originale non infundendo gratiam.

RESOLVTIO.

Poteſt quidẽ Deus ex ſua potentia ab ſoluta (qua quid quid nõ implicat contradictionẽ pſtare valet) originalem culpam delere, licet gratiam non conferat: & huiuſmodi homo, ſi decederet, eſſet in puris naturalib. ſi neque iuſtitiam originalem, aut aliud ſupernaturale donũ ei tribuerit, quod ſane eadẽ potentia efficere poſſet, ſicut & in lapſa virgine abſoluta omnia reparare poteſt, non autem efficere, quin ceciderit. Potentia vero ordinata (quæ videlicet in ſacris literis nobis eſt manifeſtata) & iuxta leges a Deo præſcriptas, id efficere nequit, vt deleatur videlicet alicuius originale aut mortale peccatum abſque receptione gratiæ. Quia inter filios regni, & carceris non eſt medium, loquendo de potẽtia ordinata, id eſt, conformi legibus, ſapientia, & & voluntate diuina determinatis.

Deus peccatum delere poteſt ſine infuſione gratia.

DISTINCTIONIS I. Quæſt. VII. Pag. 57.

Vtrum tempore legis naturæ fuit aliquod Sacramentum reſpondens Circumciſioni.

RESOLVTIO.

Ezech. 18. 1. ad Timo. 2. Nūquam fuit derelictum humanū genus ſine remedio ſalutis. Act. 14. Gen. 14.

CVm Deus Opt. Max. nolit mortem morientis, ſed potius velit omnes ſaluari, nullo tempore dimiſit cultores ſuos ſine remedio neceſſario ad ſalutem, cum & ipſis gentibus non defuerit. Qui in præteritis nationib. &c. vſque corda eorum. & aliquos eiſdem præſtiterit, qui eos in ſui cognitionem inſtituere poſſint, vt Melchiſedech, Iob, Ietro ſocerum Moyſis. Inſuper hoc fine permiſit etiam Ioſeph vænūdari Ægyptijs, Iacob quoque cum omni ſua familia in Ægyptum deſcendit, & illic inter gentes commorati ſunt quadringentos triginta annos. Permiſit etiam Deus populum Iudaicum, propterea ſæpius in captiuitatem duci, licet ob ſua peccata id cōmeruiſſent. Quòd ſi hęc gentibus præſtitit, multo magis populo ſuo præſentiſſimum reuelauit, quo a peccato illo originis liberarentur, ſine cuius deletione nec gratiā ipſi Deo, aut ſalutem conſequenti poterant. Ergo & ſacramentum aliquod pro hac re inſtituit. Et magis probabile eſt tale ſacramentum fuiſſe ſenſibile, id eſt, actum aliquem exteriorem, q̄ intelligibile, id eſt, actum ſolum interiorem, quia poſt lapſum congruit homini, vt per ſenſibilia ducatur ad ſpiritualia. Huiuſmodi autem ſacramentum iuxta communiorem opinionē, aut pro adultis ſacrificium aliquod nobis quidem ignotum, vna cum fide vnius Dei, qui pollicitus fuerat ſemen, qđ contriturum eſſet caput ſerpentis. Pro paruulis autem parentū fides, vna cū oblatione ipſius paruuli cum prece aliqua, aut ſola proteſtatio, & inuocatio Dei, verbo tamen exteriori ad paruulū relata. Vnde licet fides abſque ſacrificijs ſufficeret pro paruulis, non tamen ſola fides ſine quocunque exteriori actu.

Tēpore legis naturæ ſacramētū pro deletione peccati originis.

Gen. 17. et 39.

DISTINCTIONIS II. Quæſt. I. Pag. 59.

Vtrum Sacramenta nouæ legis habeant efficaciam à Chriſti paſsione.

RESOLVTIO.

QVandoquidem euāgelica lex perfectiſſima eſt, quam Deus decreuerit viatorib. dare, tū quia eſt vltima, vñ Apoſtolus vocat illud teſtm̄ æternū, & poſteriora perfectiora exiſtūt, tū qa eſt proxima ſtatui pfectiſſimo nempe beatitudinis, Nunc autē proprior eſt noſtra ſalus, &c. Et eius obſeruatores immediate ingrediunt vitā æternā. Pœnitētiam agite appropinquat enim regnū cęlorū. Poſtremo quia dilectus Dei filius in hac pſoluit redēptionē gñis humani, & obſequium exhibitū magis acceptat, quā puiſum, & exhibendū. Idcirco præ cæteris legib. euangelica dēt habere maxima auxilia, quo melius poſſit obſeruari, hoc

Lex euāgelica omnis perfectiſſima. Heb. 13. Rom. 13. Matth. 3.

emen *pra* *ris* *raba* *uxi-*

a vn *abeāt* *ciā*

th. et *ſ.* *& r.* *o.ſ.* *or.13.* *3. &*

hoc eſt perfectiſſima ſacramenta. Sed quantum ad intenſionē, id eſt, ꝙ vere gratiam ſignificarent, & certo darent, veluti inſtrumenta quædam, & quantū ad extenſionem, ſic videlicet ꝙ homo haberet omnia neceſſaria illi ad ſalutem, regenerationem quæ fit per baptiſmum, roborationem quæ fit per confirmationē, nutritionē per Euchariſtiam, reparationem per pœnitentiā, præparationem ad exitū finalem per extremā vnctionē, multiplicationem fidelium carnalem per matrimoniū, & multiplicationem ſpiritualē per ſacramentū ordinis. Hæc aūt oīa a Chriſto (quatenus Deus) inſtituta ſunt ſacramenta, & p Apoſtolos promulgata, atque fidelibus exhibita, vt patet ex ſacris literis. Hæc proinde ſacramenta prædictam efficaciam ſignificādi vere Dei gratiam, & certo conferendi eam regulariter, id eſt omnibus eadē ſuſcipientibus, mō non ponant obicem, habent a Deo, tanquam a cā principali & effectiua, quippe qui ſolus eorum effectus cauſare poteſt. A Chriſto aūt homine, ſeu ab eius paſſione, veluti a cauſa meritoria, ſi quidē ipſe ſolus acceptiſſimus, Hic eſt filius meus dilectus, &c. Et cui ad mēſuram nō eſt collata gratia, vidimus eum plenū gratię, &c. mereri potuit peccati remiſſionē, & patri nos reconciliare, cū cæteri filij Adæ labe originis infecti eſſent. Ecce .n. in iniquitatibus conceptus ſum, &c. Vnde & pater cęleſtis nihil vnquā mortalibus contulit, niſi in virtute & merito hui⁹ oblationis Chriſti in cruce factæ. Et pp eandem præfiguratā in ſacrificijs, & oblationibus patrum, ac ab ipſis implicite vel explicite concreditā, illi patres & eorum ſacrificia fuerunt grata. Hic .n. odor ſacrificiorū patrum, quem odorabat pater cęleſtis, vn̄ Agnus occiſus eſt a cōſtitutione mundi, &c. hn̄tes eūdem ſpiritū, &c. Oēs eādē eſcā, &c. Ieſus Chriſtus heri, & hodie, &c. In hoc tandē remedio nobis gratis exhibito concurrerūt miſericordia & iuſtitia, miſericordia & veritas. Primo ex parte patris. Maxime .n. miſericordię op⁹ fuit homini inimico conferre tale remediū. vnde Apoſtolus. Nō ex operibus iuſtitiæ, quæ, &c. Non ſm opera noſtra, ſed ſecūdum propoſitum ſuum, & gratiā. Maximæ etiam iuſtitiæ fuit opus pp obſequium tam gratū, tam gratæ perſonæ, tam dilectę, hoc remediū conferre illis, pro quibus de perſona obtulit illud obſequiū. Iuſtum ſiquidē fuit hoc acceptare, vnde Paulus, Qui in diebus carnis ſuæ. Ex parte quoque ipſius Chriſti fuit miſericordia maxima, ꝙ ſeipſum obtulerit pro inimicis, ſcilicet Trinitatis, Nemo tollit eam &c. Oblatus eſt &c. Item tradidit in mortem &c. Fuit etiam maxima iuſtitia tam in comparatione ad Deum, quàm ad hominem lapſum. Quia non viſus fuiſſet intime diligere Deū & proximū, niſi pro tanto bono, communi videlicet beatitudine hominis (ad quā eum Deus prædeſtinauerat, nec decreuerat eā alio, quàm hoc medio illi conferre: Qui prędeſtinauit &c. Nā quos prædeſtinauit &c.) vellet iſtud obſequium exhibere: Qui autem quærit gloriā eius &c. Si honorifico patrem meum &c. Hoſtias & oblationes &c.

1. Cor. 5. *1. Cor. 10.* *Heb. vlt.*

Reparatione hoīs cō comitatur miſericordia, & iuſtitia.

Rom. 9. *Ephes. 1.* *Ad Tit. 3* *2. ad Tim. 1.*

Hebr. 5.

Io. 10. *Iſa. 53.*

Ephes. 1. *Rom. 8.* *Ioan. 7.* *Ioan. 8.* *Hebr. 10.*

DI-

DISTINTIO. II.
Quæſt. II. pag. 64.

Vtrum baptizati baptiſmo Ioannis aſtringerentur ad Chriſti baptiſmum ſuſcipiendum.

RESOLVTIO.

Baptizati ab Ioanne non debuerunt Chriſti baptiſmate ablui.

POſteaquam Chriſtus ſuum inſtituit baptiſma, ſi ei⁹ forma Ioanni p Chriſti diſcipulos, aut alios innotuerit,& deinceps hac forma vſus fuerit videlicet, Baptizo te in nomine Patris, & Filij,& Spiritus ſancti Amen, baptizati ab eo, nequaquam rebaptizari debebant,licet explicite non crederent in perſonarũ trinitatem,modo adeſſet intentio ſuſcipiendi,quod per ipſum baptiſmum conferebatur. Sin autem alia forma baptizãs vſus fuerit,vt puta, Baptizo te in nomine venturi, vt magiſter deducit,& Alexãder Alenſis,ac S.Thomas ex.19.act.vbi dicitur.Ioannes baptizauit baptiſmo pœnitentiæ.Aut nulla prorſus forma vſus fuerit, vt refert Durandus, & Gabriel Biel dicentes,non explicari formam ipſius Ioannis, ſed ipſius doctrinam, nempe quòd prædicaret & pœnitentiam,& fidem in venturum Chriſtum:qui licet veniſſet quantum ad aſſumptionem naturæ humanæ,necdum tamen erat manifeſtatus,iuxta illud, Illũ oportet creſcere, me autem minui. Haud dubie ab eo baptizati Chriſti baptiſmo initiari debebant,Tum vt ſatisfacerent generali Chriſti præcepto, Niſi quis renatus fuerit,&c. vt hoc medio fierent eccleſiæ membra,& communicarent cum alijs in communi exteriori ſigno, Tum vt reciperent gratiam, quam Ioannis Baptiſma haud conferebat, iuxta illud, Ego baptizo in aqua &c.&, Ioannes quidem baptizauit aqua &c.Erat ſiquidem Ioannis baptiſma præparatio quædam ſolum ad Chriſti baptiſma, vt iam aſſuefacti hoc ipſius baptiſmate minime abhorrerent a Chriſti baptiſmo. Hoc item medio Chriſtus erat manifeſtandus in Iſrael.Propter has quinque rationes erãt baptizãdi, licet crederent ipſam trinitatem. Siquidẽ in hoc errauit Magiſter aſſeuerãs oppoſit ũ. Et ſi aliquos baptizauit Ioannes vtens forma Chriſti,non credentes ipſam trinitatem explicite,non erant denuo baptizandi, ſed inſtruendi, & confirmandi in vera fide.

in 19 act. *Ioan. 3.* *Ioan. 3.* *Ioan. 1.* *Act. 1.* *Baptiſm. Ioãnis p(ro)pter quid conferebatur.* *Ioan. 1.* *Error magiſtri.*

DISTINCTIO. III.
Quæſt. I. pag. 67.

An baptiſmi definitio data a Magiſtro ſit bona.

RESOLVTIO.

NIhil ꝓhibet baptiſmum definiri definitione quid rei, quæ quidem Ariſtoli ſola eſt proprie definitio, niſi quia non eſt ens reale, id eſt non habet eſſe abſque actu intellectus, & voluntatis diuinæ: Quare eſt quædam relatio rationis, quæ habet pro fundamento, vel aquam tantũ, ſeu ablutionem, accedente nihilominus miniſtri intentione, & verbis à Chriſto inſtitutis, tam

quam

quam circunſtantijs concomitantibus ipſum fundamentum: vel habet pro fundamento ablutionem ſimul & verba, quod eſt veriſimilius, cum verba ſint præcipua pars ipſius baptiſmi, Iuxta illud Chriſti, Vos mundi eſtis propter ſermonem &c. Et interpretationem illius loci ſecundum Beatum Auguſtinum. Iuxta quam diuerſitatem fundamenti, variæ dantur a Scoto definitiones, quæ tamen idem prorſus ſignificant, & exigunt: Magiſtri tamen definitio accipit ablutionem ipſam ſolum pro fundamento: Quæ quidem bona eſt, modo ſic compleatur. Baptiſmus eſt ablutio hominis, aliqualiter conſentientis, facta ab alio in aqua, ſimul verba certa cum intentione debita proferente, ſignificans efficaciter ex inſtitutione ablutionẽ animæ a peccato.

[margin: ...15.]

DISTINCTIO. III. Quæſtio II. pag. 69.

Vtrũ hæc ſit præciſa baptiſmi forma, Ego baptizo te in nomine patris, & filij & ſpiritus ſancti, Amen.

Resolvtio.

Cum ſacramentum denotet ens per accidens, relationem videlicet cum ſuo fundamento, forma propria ſacramenti eſt ipſa relatio ſigni ad ſignatũ, materia vero ſacramenti eſt ipſius fundamẽtũ. nihilominus, q̃a ad ipſum fundamentũ baptiſmi plura cõcurrũt, aqua videlicet, ſeu ablutio, & verba: Si hęc inter ſe cõferant, verba dicent̃ forma baptiſmi, & aqua ſeu ablutio materia, Nã verba ſunt magis p̃cipua, & ſpiritualia, ac efficaciora, iuxta illud Ioãnis, Vos mundi eſtis pp ſermonẽ &c Et Auguſt. Verba inter homines obtinuerũt principatũ in ſignificãdo. Quęnã porro ſint verba ad baptiſmũ neceſſaria, haud dubie aſſequeris, ſi in ſacramẽto bifariã quędã expenderis, id eſt ex parte miniſtrãtis ſacramẽtũ, Deinde ex parte ipſius ſacramẽti. Illa aũt dicunt̃ neceſſaria ex parte miniſtri, quæ ſi miniſter nõ obſeruet, offendit mortali noxa, licet ꝓpterea ſacramentũ non minus cõpleatur. Et quantũ attinet ad p̃poſitũ, Miniſter latinę ecclesię hanc formã ſeruare debet, Ego baptizo te in nomine Patris, & Filij, & ſpiritus ſancti Amẽ. Illa aũt dicunt̃ neceſſaria rõne ſacramẽti. q̃ ſi nõ obſeruent̃, nõ conferr̃ ſacramentũ, vt ſunt verba p̃cipua huius formę, videlicet inuocatio trinitatis expreſſi verbis, & verba quibus ſignificat̃ act⁹, & ſuſcipiẽns. Sed non eſt neceſſariũ abſolute ea exprimi verbo indicatiui modi, & nomine ſecundę perſonę, cum gręci aliter ea exprimẽtes vere baptizent. Quãtum autem ad mutationẽ, quę fieri poteſt horum verborum, dicitur quod ſi mutentur quantum ad ſubſtantiam, & loco eorum ponantur alij termini, diuerſum omnino habẽtes ſignificatũ, vt in nomine Petri, & Pauli &c. non confertur baptiſmus: vel ſi ponantur alij termini idẽ ſignificantes, ſed ſub alijs rationibus, vt in nomine Genitoris, geniti, & ſpirati, qui immediate ſignificant perſonarum proprietates: Pater vero, Filius, & Spiritus ſanctus ſignificant principa-

[margin: ...tiſmi ...a.]
[margin: Ioan. 15.]
[margin: Lib. 2. de doct. Chriſti. c. 1.]
[margin: Neceſſaria ex parte miniſtrantis ſacramẽta.]
[margin: Neceſſaria rõne ſacramenti.]
[margin: Mutatio formæ quæ impedit ſacramentũ baptiſmi conferre.]

cipaliter ipſa ſuppoſita ſubſiſtẽtia in eſſentia diuina: Nec ſi baptizetur in hoc nomine trinitatis. Quantum ad nomen Chriſti, dubium an ſit baptizatus, nõ eſſet vere baptizatus, quare rebaptizari debet ſub conditione. Deinde ſi mutentur hæc verba quantum ad quãtitatem, & addatur quidpiam repugnans verbis principalibus, aut diminuẽs, vt in nomine patris maioris &c. non fit baptiſmus, nec ſi ponatur conditio falſa, vt ego baptizo te, ſi ſum omnipotens, nec ſi vtatur oratione diſtinctiua, vt ego baptizo te, vel illum. Si autem fiat interpoſitio, quæ non interrumpat vnitatem formæ, non deſinit idcirco baptizatus eſſe. Si vero ſubtrahatur quidpiam ex verbis principalibus, & id fiat debita opera, aut ex negligentia, rebaptizandus eſt. Tertio ſi mutetur qualitas congruitas orationis modo id fiat ex ignorantia linguæ latinæ, aut balbutia, uon deſinit eſſe verum baptiſma. Poſtremo ſi fiat variatio quantum ad vbi, & hæc dictionum tranſpoſitio variet omnino ſubſtantiam ipſius orationis, vt Ego primo baptizo te in nominis filij, nihil confertur. Si vero non mutetur propterea ſenſus orationis, vt Ego baptizo in nomine filij, & patris, verus eſt baptiſmus. Id tamen in omnibus perpetuo obſeruandum eſt, quòd ſi varians quocunque modo hanc formam, intendit vti his verbis, quibus vtitur tanquam forma eccleſiæ, præciſe non baptizat, quia intendit inducere errorem contra Eccleſiæ fidem? Ideo non habet Eccleſiæ intentionem: inſuper & ipſam eccleſiam errare arbitratur, quare nihil confert, Quia ſacramenta adminiſtrantur in fide, & intentione eccleſiæ, quam talis non habet.

DISTINCTIO III.

Quæſt. III. pag. 76.

Vtrum aqua naturalis, & pura ſit ſola baptiſmi materia.

RESOLVTIO.

Materia baptiſmi (ſi proprie vocem acceperis, nempe pro altera cõpoſiti parte) eſt totum quod in baptiſmo eſt ſenſibile, videlicet aqua & verba, & huius materiæ ratio, quæ dicitur ſignum, eſt forma. Veruntamen, quia in illo toto ſenſibili aqua eſt minus principalis, & determinabilis, idcirco dicitur reſpectu verborum materia baptiſmi, ſed remota tamen. Ipſa autem ablutio propinqua eſt. Materia ſiquidem ipſa cum verbis, tanquam ſignum propinquum ſignat baptiſmi effectũ. Nõ oportet autem hac ablutione corporis ſordes ablui, ſufficit enim quòd actiue ab alio fiat. Aqua autem (quam dicimus remotã materiam) naturalis eſſe debet, vnde artificialis ad id minime conuenit, propterea quòd ſit alterius ſpeciei à naturali aqua. Quod ſanè colligitur ex diuerſitate qualitatum vtriuſque ſecundum totam ſpeciem. Siquidem cuncta indiuidua aquę artificialis aliquas habent qualitates, quæ in nullo aquę naturalis indiuiduo reperiri poſſunt. Debet inſuper eſſe pura, hoc eſt aliena à mixtione, quæ alteret & variet *Baptiſmi materia.*

eius

eius ſpeciem. quia ſi per aliquam conſtituatur extra ſpeciẽ aquę, non poteſt eſſe conueniẽs baptiſma in materia, vt patet in ſaliua, vrina, & alijs humoribus per digeſtionem reſolutis. Si autem foret mixta per iuxtapoſitionem ſolum, ſic quòd ea mixtio non variaret aquę ſpeciem, nec impediret eam eſſe conuenientem ad abluendum, poſſet in ea baptiſmus fieri: Vnde conſequitur in glacie, niue, grandine, & aqua exiſtente in ſpongia, aut luto &c. non poſſe fieri baptiſma, quia aqua in illis exiſtẽs poteſt quidem corpus contingere, ſed non abluere. Quare ſi non poſſit aqua abundè haberi, comprimenda ſunt illa primũ, deinde puer baptizandus ex aqua illinc educta. Horum autem ratio eſt ipſa Chriſti inſtitutio dicentis, Baptizãtes eos &c. & alibi, Niſi quis renatus fuerit ex aqua &c. Alias eius rei cauſas habes in Scoto ſuper Magiſtrum, videlicet figuras, & prophetarum oracula.

...tt. vl. ...o. 10.

DISTINCTIO III.
Quæſt. IIII. pag. 81.

Vtrum baptiſmi inſtitutio circunciſionem euacuet.

RESOLVTIO.

...iſma ...io in... ...tum.

Quanquã Scotus vertat in dubium tẽpus iſtitutionis ipſius baptiſmatis, tamen facile conijcitur ipſum fuiſſe inſtitutum, & primo promulgatum, cum Chriſtus à Ioanne in Iordane baptizatus fuit. Habetur enim in decreto, de conſecrat. diſtinct. 4. cap. Per aquam baptiſmi §. non ſacrat aqua, niſi Spiritus ſanctus deſcendat, quia tum Chriſtus formam baptiſmatis dare venit ad Ioannem, & eſt teſtis Ambroſius. Idem etiam confirmat gloſſa cap. Ex quo inſtituta eſt. His accedit & Hieronymus dicens, Ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſtatim, vt caput extulit de fluento Spiritum ſanctum accepit, non quòd vnquã ſine ſpirito ſancto fuerit, ſed vt illud verũ nobis monſtraret eſſe baptiſma, quo Spiritus ſanctus adueniat. Vnde & manifeſtum euadit Chriſtum ipſum proprio baptiſmo fuiſſe ablutum, nempe in nomine patris, & filij & Spiritus ſancti, amen. Fuit autem ipſum baptiſma, primo quidem ſub conſilio datum, & id potiſſimum cõgruebat, quandoquidem euangelica lex perfectiſſima eſt, quamobrem non debuit ſtricta obligatione ſtatui: Pollicetur adeò ingentia, & ampla beneficia, quę ſufficiunt homines (etiam abſque peccato) ad eandem & recipiendam, & obſeruandam allicere. Propterea Chriſtus ipſe benignè mortales ad ſe aduocabat dicens, Venite ad me, & Apoſtolus, Hortamur vos &c. Et Ioannes in priore canonica, per totam epiſtolam humaniſſime hortatur fideles. Adde quòd & ſynagoga ſepelienda erat cum honore, non ſtatim depellenda, ſicut idololatria, quæ mala erat. Deinde & ſub præcepto prædicatum fuit baptiſma, ſecus nunquam neceſſarium fuiſſet ipſum ſuſcipere. Et hoc prædixit Chriſtus dicens Nicodemo, Niſi quis renatus &c. Licet igitur iam inſtitutum fuiſſet à Chriſto, nemo ta-

De conſecrat. diſt. 4. ca. Per aquam baptiſmi.

Lib. de ſacramētis.

Tom. 2. aduerſus Luciferianos.

Baptiſma fuit ſub cõſilio.

Matt. 11.

2. Cor. 6.

Baptiſma ſub præcepto.

Ioan. 3.

tamen ad ipſum adſtringebatur, priuſquã ſufficienter probatum fuiſſet Ieſum hunc Nazarenum verum eſſe Meſſiam p miracula quæ edere debebat, iuxta prophetarum vaticinia, & conſtaret ipſum inſtituiſſe hoc baptiſma, ac proinde circunciſionẽ eſſe abrogatam. Siquidem nullus aliqua lege poſitiua, & data conſtringitur, quin fuerit illi debite prius manifeſtata, ſecus de lege naturali quæ inſculpta eſt noſtris cordibus, quare nõ eget externo promulgatore. Tempus vero, quo ipſe baptiſmus erat duntaxat ſub conſilio, fuit a prima eius promulgatione facta in baptiſmo Chriſti, vſque ad ſufficientem euangelij promulgationem, quæ Hieroſolymis q-dem facta fuit in die Pentecoſtes, Samariæ poſt annum à Chriſto paſſo, vt habetur in actibus Apoſtolorum, Cum audiſſent Apoſtoli &c. Epheſi decimoquarto anno, vt patet, ex actibus Apoſtolicis, Paulus autem opera gratis &c. Alijs autem vrbibus, & nationibus, cum ad eos peruenerunt Apoſtoli, aut diſcipuli. Poſt celebrem hanc euangelij prędicationem fuit baptiſmus ſub præcepto, his quibus innotuerat Eo igitur tempore, quo conſultus erat baptiſmus, reuocata erat iam circũciſio ipſa quantum ad neceſſitatem, at non quantum ad licitum, & vtilitatem adhuc: Sed licebat, ac ſufficiebat alterum illorum recipere. Cum vero præceptus fuit baptiſmus, non amplius fuit circunciſio vtilis, nihilominus permittebatur, vt hac ſancta prudētia, & Spiritus ſancti conſilio paulatim Iudæi abducerentur à lege ipſa, & perducerentur ad

Baptiſma quãdo circunſionem euacuauit.

Act. 8.

Act. 19.

Chriſtum. Hoc etiã conſilio, & ipſi Apoſtoli eam etiam Chriſto paſſo obſeruabant, vt patet ex actibus Apoſtolorum de Petro dicente, quòd nihil immundũ vnquam comediſſet, & de Paulo circuncidente Timotheum, & ſemetipſum purificante, ac de mulieribus præparantibus vnguenta, quæ ſabbato quidem quieuerunt. In hunc finẽ, & Apoſtolus omnibus fiebat omnia, Ait enim, Nã cũ liber eſſem &c. Adde quòd Chriſtus non venerat perſonaliter in carne ad diſſoluenda quæcunque legis præcepta, ſicut dixit, Non ſum miſſus niſi ad oues &c. vt videlicet peccem in propria perſona, ita & hic. Vnde non dicit nõ ſoluã, ſed non veni ſoluere. Et in actibus Apoſtolicis teſtes cõtra Stephanum dicunt Stephanum dixiſſe, quòd Ieſus Nazarenus mutabit traditiones, in futuro dicunt, mutabit, non mutauit in præterito. Chriſtus etiam Samaritanæ dixit, nec in mõte hoc &c. Vbi futuram abſolutionem ſignificauit à ceremonialibus: Cum his quòd ſuapte natura vinculum legis ceſſauerit ex primo aduentu Chiſti, quia data erat lex donec veniret ſemen, Cum autem obijicitur Paulum Petro reſtitiſſe in faciem Antiochiæ ob id, quòd obſeruaret legem, vt ſcribitur apud ipſum Paulum. Reſpondetur cum Auguſtino, quod merito id fecit Paulus. Quandoquidem poſt tertium concilium Hieroſolymis celebratum, de quo in actibus Apoſtolicis, non expediebat inter gentes legem obſeruare, cum oppoſitum iam ab ipſis Apoſtolis ſimul eſſet decretum: Quare Petrus ipſe, qui antea con-

Act. 1
Act. 1
Act. 1
Luc. 2
1. Ad C
9.
Chriſtu propria ſona diſſolu gem.
Matt. 1
Matt.
Act. 6
Ad G 4. c. P lus me Petro galiũ ſeruati ne reſti Galat.
Act.

conueſcebatur cum gentibus, & aduenientibus Iacobi diſcipulis ſeſe ab illis ſegregauit, peccauit, ſed venialiter duntaxat, quia id fecit ex puſillanimitate, timens offendere diſcipulos Iacobi, quod tamen timere non debebat, cum eſſet eorum prælatus. Si dixeris poſtremo circuncisionem datam Abrahæ in fędus ſempiternum, Reſpondeo, præter diſſolutionem Scoti, quod Olam Hebraicæ, id eſt ſeculum, Latine non ſignificat omnino perpetuitatem, cum etiam ſpatium quinquaginta annorum vocetur, Olam. Quemadmodum dicitur in lege de ſeruis, Seruiet ei in ſeculum, id eſt vſque iubileum. Ita & hic ſignificatur tempus vſque ad Chriſtum, veluti & Paulus lucu lentiſſime explicat in epiſtola, quæ eſt ad Galatas.

DISTINCTIO IIII. Quæſt. 1. Pag. 91.

Vtrum paruuli ſint baptizandi.

RESOLVTIO.

Sacris literis manifeſtū euadit puellos labem originis contrahere, cū aſſeueret Paulus, q̄ omnes peccauerunt, & per vnū hominem peccatum in hunc mundum intrauit &c. In Adam omnes moriuntur &c. Eramus natura filij iræ &c. Et Pſalmiſta, In iniquitatibus conceptus ſum &c. Et Iob, Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? &c. Subſcribit beatus Auguſtinus, & tota veterum patrum Catholicorum caterua. Ad huius autem peccati deteſtationum (quæ neceſſaria eſt ad ſalutem) baptizandi ſunt paruuli ipſius Chriſti præcepto, Niſi quis renatus fuerit. Siquidem, cum Chriſtus præcepit Apoſtolis, vt docerent prius baptizandos, & ab eis prius exigerent fidem, ſole clarius eſt ipſo contextu, quòd iſta expetiuerit in ipſis adultis, qui & doctrinæ ſunt capaces, & fide (quæ eſt ex auditu) euangelio aſſentiri poſſunt. In ipſis autem paruulis infuſa deſideratur & ſufficit fides, ſine qua profectò nullus Deo placere poteſt.

[margin: Baptiſma paruulis cōferendū. Ioan. 3. Matt. vlt. Mar. vlt. Rom. 10. Heb. 11.]

DISTINCTIO IIII. Quæſt. 2. Pag. 92.

Vtrum paruuli baptizati baptiſmi effectum recipiant.

RESOLVTIO.

Cum poſt primum parentis peccatum de potentia ordinata nulli culpam remittat, cui non donet ſimul, & gratiam, conſequitur puellum ipſo baptiſmate nedum liberum fieri a labe originali, ſed & recipi in Dei fauorem gratia diuina percepta. Id autem naturali ratione nequaquam cōmonſtrari pōt, ſed fide ſolum, qua aſſentitur his q̄ nobis in ſacris literis ꝓponuntur. Dixit aūt Chriſtus, Qui crediderit, & baptizatus fuerit &c. Baptizet vnuſquiſq; &c. Quicunq; baptizati ſumus &c. Quicunque baptizati eſtis &c. Sicut in Adam omnes moriuntur &c. Ad hæc Deus in veteri le-

[margin: Baptiſmi effectū paruuli recipiunt. Mar. vlt. Act. 2. Rom. 6. Gal. 3. 1. Cor. 15. Gen. 17.]

lege circuncidi iuſſit infantes, vt inſererētur ſynagogæ, & adijcit pactum promiſſionis, Ego Deus &c. Ergo per baptiſmum (qui circunciſioni ſucceſſit) pueri inſeruntur eccleſiæ, extra quam non eſt ſalus, ne excludantur a regno Dei, quod Chriſtus ad eos pertinere aperte aſſeruit
Matth. 9. dicens, Sinite paruulos &c. Nō
Mar. 10. eſt voluntas &c. Videte ne con-
Luc. 10. tēnatis: Quibus verbis teſtatur paruulos Deo placere, & p Deū cuſtodiri. Et ſicut pactū circunciſionis, non ideo minus ad infantes pertinuit, ꝗ non intelligerent quid ageretur, ita nec baptiſmus propterea minus valet infantibus, ꝗ nondum intelligant pactum gratię diuinæ, quo remittitur illis peccatū originis. In fide enim Eccleſiæ, quæ nunquam deficiet, promiſſore Chri-
Matt. vl. ſto, Ego vobiſcum ſum &c.
Luc. 25. Item, rogaui pro tę Petre &c. Apud Ioannem quoque promiſit Spiritum veritatis manſurum cum fidelibus in æternum, per verbum credentis, tingentis, offerentis, etiam tantilli mundantur infantuli, quamuis nondum corde credere valentes ad
Epiſt. 2. ad Bonifaciū iuſtitiam, vt ait Auguſtinus. Recipiunt quoque vna cum peccati remiſſione fidem, ſpem, & charitatem, quæ a Deo illis infunduntur in baptiſmate, quibus ſane habitibus Deo placēt, ac potentiæ animæ ipſorum decorantur, ac perficiuntur, vt puta intellectus fide, voluntas vero ſpe, & charitate. Hi tamē habitus ſoli, abſque acquiſitis correſpondentibus minime ſufficiunt, cum peruenerint ad annos diſcretionis, vt credant, ſperent, & Deum diligant. Propterea ꝗ non habeant ſecum ſpecies obiectum repræſentantes, ſicut habitus acquiſiti, qui ex actibus generantur.

Baptiſmate conferūtur fides, ſpes et charitas.

DISTINCTIO. IIII.
Quæſt. 3. Pag. 94.

Vtrum paruulus in matris vtero exiſtens baptizari poſſit.

RESOLVTIO.

Cum ex doctrina Xpi ad Nicodemū, baptiſmus quædam ſit renaſcentia: Ait quippe ad eum, Niſi quis renatus fuerit &c. Et aſſertore Apoſtolo Deus, quæ ſua eſt miſericordia, nos ſaluos fecit per lauacrum regenerationis, nec prius quod ſpirituale, ſed quod animale, deinde quod ſpirituale: manifeſtum euadit puellum omnino in maternis adhuc viſceribus concluſum, cuius inquam nulla extrinſecus pars apparet, non poſſe baptizari. nec enim in cauſa eſt, ꝗ ſit (vt nonnulli aſſeruerunt) cauſæ ſuæ corruptionis coniunctus (nempe matri) quia conſimili ratiocinatione magis illi propria caro etiam cum eſt extra vterum obeſſet, atque impediret. Sed ratio deſumitur ex prædictis ſacræ ſcripturæ locis, & ipſius baptiſmi definitione inde collecta. Eſt enim corporis ablutio exterior. Accedit his canon, Qui in maternis, Item, Si baptizata, Ex quibus facile colligitur puerum aqua contingi debere, vt baptiſmo renouari poſſit. Non eſt tamen neceſſarium paruulum prorſus extra vterum eductum fore, vt baptizari valeat. Quandoquidem ſi ali-

Baptiſ[...] exiſtēt[...] in vte[...] *Ioan.* *Ad Ti[...]* *1. Cor.* *De cōſec[...] diſt.4.ca[...] dem. diſt.*

aliqua ſui corporis pars promi-
neat, baptizari iure poteſt, & ſi
ea pars principalis fuerit, quale
eſt caput, in quo nedum tota
anima, ſed & omnes ſenſus exi-
ſtunt, rebaptizari non debet. Sin
fuerit aliqua minus præcipua,
vt puta manus, aut pes, ſi ſuper-
uiuat, optimum fuerit rebapti-
zare, ſub conditione tamen, vt
docetur extra de baptiſmo, &
qui- eius effectu. Si vero moriatur,
extra commendandus eſt Eccleſiaſti-
ptiſ- cę ſepulturę, pieque credendū
Deum ſua clementia ſupplere,
quod humanis viribus ſuppleri
nequiuit. Non enim ſacramen
tis ſuam alligauit omnipoten-
tiam. Subeſt illi poſſe, cum vo-
12. luerit alia via, quàm baptiſmo
paruulis ſubuenire, vt factum le
gimus de Hieremia Propheta,
em. 1 ad quem ait, Priuſquam te for-
marem in vtero, noui te, & ante-
quam exires de ventre, ſanctifi-
1. caui te. Et de Ioanne Baptiſta,
de quo Angelus ad Zachariam,
Et Spiritu ſancto replebitur.
Nec deſunt nonnulli, qui etiam
id collatum fuiſſe Iacob Patriar
chæ, ac Ioſippo virginis Mariæ
ſponſo pie credant, ſed ex ſacris
minime conſtat.

DISTINCTIO. IIII.
Quæſt. 4. Pag. 96.

*Poteſtne adultus etiam ſi non con-
ſentiat, baptiſmi effectum
ſuſcipere.*

RESOLVTIO.

lti nō INter adultos repe-
ntien riuntur dementes
aptiſ- aliqui, quibus ſem
ffectū per ademptus fuit
cipiāt rationis vſus, & hi
mox baptizandi ſunt, ſicut &
paruuli, ſi deſperetur de eorum
conualeſcentia: ꝙ ſi eſſet ſpes
aliqua conualeſcentię, eſſet pro-
culdubio differēdum ipſum ba
ptiſma ad illud vſque tempus,
quo illud cum maiori reueren-
tia ſuſciperent: Sin fuerit quiſ-
piam, qui aliàs vſus fuerit ratio-
ne, impræſentia autem non vta-
tur, is ſane, ſi dum vteretur ra-
tione, conſenſerit, ſeu decreue-
rit baptizari, & ab hoc ſancto
inſtituto minime reſiluerit, eſt
baptizandus. Nam cenſetur ha
bitualiter conſentiens, & is ad
debitam ſuſceptionem conſen-
ſus ſufficit. Veruntamen, ſi eſ-
ſet ſpes conualeſcentiæ, prεſto-
landum foret. Si eſſet habituali-
ter diſſentiens, propterea videli-
cet ꝙ dum ratione vteretur, ab-
horreret baptiſmum, non eſt ba
ptizandus, nec quidpiam illi ꝑ-
deſt, ſi baptizetur. Adultus autē
ratione vtens, ſi non conſentiat
negatiue (hoc eſt habeat actua-
lem conſenſum) & contrarie,
hoc eſt habeat actualem diſſen-
ſum, ac reſpuat ipſum baptiſ-
mum, non recipit ſacramentū.
Nam ait Dominus per ſapientē,
Præbe mihi cor tuum. & Augu-
ſtin⁹, Qui creauit te, ſine te &c. *Prouerb.*
Et perinde eſt, ſi reclamet, ſiue 23.
non, quantum ad Deū, qui ſcru-
tatur corda. Non reclamantem
tamen ad legis euangelicæ ob-
ſeruationem aſtringit eccleſia,
quæ ſemper exteriores actus in-
terpretatur in potiorem par-
tem. Si vero quiſpiam ſecundū
quid diſſentiat (cuiuſmodi fo-
ret is, qui ne amitteret bona tē-
poralia baptizaretur) & ſimpli-
citer tamen conſentiat baptiſ-
mum & ſacramentum non vt
puram ablutionem recipere, ve-

B ex

re eſt baptizatus. Debet nihilominus de illo diſſenſu conditionali pœnitere. Si quis autẽ conſentiat negatiue tantum, vt puta, quia dum baptizatur eſt diſtractus circa alia, habeat tamen conſenſum virtualem, aut habitualem, baptiſmi ſuſcipit effectum. Difficile ſiquidem foret in ſacramentorum ſuſceptione, aut adminiſtratione nullatenus diſtrahi: Et ad hanc difficultatem noluit nos Deus obligari, cuius mandata grauia non ſunt. Iugum enim eius ſuaue eſt &c. Tamen ſi quis eſſet omnino non conſentiens, nec diſſentiens, tam actualiter, quàm habitualiter, & tamen non vtens ratione, non eſſet baptiſmi capax. Siquidem cum ratione vtatur, debet ad ipſum aliquam habere deuotionem.

1. Ioan. *Matth. 1*

DISTINCTIO. IIII. Quæſt. 5. Pag. 100.

Recipit ne baptiſmi effectum fictus adultus?

RESOLVTIO.

Fictus an baptiſmi effectũ cõſequatur.

Fictus, qui eſt hypocrita, dicitur, qui aliud exterius præ ſe fert, quàm interius corde intendat. Quemadmodum ij, de quibus Pſalmiſta, Ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant. ex quorum albo Symon Magus, & Phariſæi, quibus improperabat Chriſtus, Ve vobis, qui eſtis ſimiles ſepulchris dealbatis. Item, Populus hic labiis me honorat &c. Poteſt autem in baptiſmo fictio bifariam interuenire ex parte baptiſmum ſuſcipientis, Primum vt ſignificet verbis; aliiſque externis actibus ſe velle baptiſma, ſicut confertur ab eccleſia, ſuſcipere, intentionem autem hanc non habeat in corde, Is dubio procul non recipit ſacramentum, quare ſi reſipuerit, rebaptizandus eſt. Cogeretur tamen ab Eccleſia ad legis euãgelicæ obſeruationem. Deinde poteſt eſſe fictus, commonſtrans ſe eſſe diſpoſitum ad ſuſcipiendum ipſum baptiſma, vt puta quòd habeat veram fidem, & ei præterea peccata diſpliceant, cum tamen contrarium exiſtat, & vel actu peccet inter ſuſcipiendum baptiſma, aut nullo modo doleat de admiſſis peccatis, Is certe baptiſmi quidem characterem ſuſcipit, quare nec aliquando eſt rebaptizandus, at peccatorum remiſſionem, & gratiam nullatenus habet, Quia Spiritus ſancti diſciplina effugiet fictum. Item Chryſoſtomus, Deus nolentes non cogit, ſed volentes trahit. & Auguſtinus, Qui creauit te ſine te, &c. Quomodo autem ſic fictus poſſit poſt peccatorum remiſſionem recipere, cum baptizari nequeat, dicitur quòd per pęnitentiam, per quam quidem deletur talis fictio, ſeu peccatum, quod fuit huius cauſa fictionis. Alia vero peccata baptiſmi virtute delentur, qui tunc (cum eum vere pœnitet) ſuam habet efficaciã. Aliis vero placet huic ficto vere pęnitenti maiorẽ conferri gratiã, q̃ ſi pęniteret de cõmiſſis poſt baptiſmũ, eo (vt dicunt) ꝙ talis pęnitentia includat perfectionẽ gratiæ pęnitentialis, & baptiſmalis. Alij aũt ecõ

trario

Act. 8. *Matt. 23* *Matt. 15.*

Sapie… *De p…* *can.* *Itẽ de…* *ſec. di…* *can. ei…* *Chry…* *tom. 6.* *mil. d…* *uer. d. l…* *li.*

trario aſſerunt, quod is quem pęnitet peccatorum poſt baptiſmum commiſſorum (in quo ſuſcipiendo non fuit fictus) tantum recipit gratiæ, quantum is q̃ ficte fuit baptizatus, & poſtea reſipiſcit, propterea quod reſtituatur illi omnis gratia, a qua ceciderat, & inſuper gradus aliquis correſpondens ſuæ pœnitentię, & hoc reipſa, ſi feruens fuerit pœnitentia, vel in acceptione diuina, ſi remiſſe pœniteat. Mihi vero poſtrema magis arridet aſſertio, nempe eum qui ficte baptiſma ſuſcepit, & poſtmodum pœniteat, non ampliorem ſuſcipere gratiam (cæteris paribus) quam ſi non fuiſſet in baptiſmo fictus, & poſtea caderet in peccatis, & per pœnitentiam reſurgeret, quia æque pœnitentibus, & de eiſdem, æqualis debetur gratia, Quare nec bis quiſpiam baptiſmi virtutem ſuſcipit, cum eius ſuſceptio mortua fuerit, ſed abſolutus eſt ab hoc præcepto.

DISTINCTIO. IIII.
Quæſt. VI. Pag. 104.

Vtrum iam iuſtificatus teneatur ad baptiſmi ſuſceptionem.

RESOLVTIO.

Conſtat eccleſiæ vniuerſalis doctrina baptiſmi effectũ, nempe peccati remiſſionem, & gratiam (cum non ſeſe offert occaſio ſacramenti ſuſcipiendi) aliter haberi poſſe, vt puta ſanguinis pro fide (ex Chriſti euangelio) effuſione, aſſertore Chriſto, Qui me confeſſus fuerit. Totus quoque Auguſtinus in hoc eſt, dicens baptiſmi vicem aliquando ſupplere paſſionem, vt in illo latrone, qui etſi non fuerit martyr quantum ad cauſam, fuit tamen quantum ad voluntatem. Deinde & fides cum cordis conuerſione, ſeu pœnitentia, baptiſmi vicem ſupplet, vt ex eodem exemplo ſanctus deducit Cyprianus. Accedit & Apoſtolus, Qui priuſquam baptiſmo lauaretur Spiritum ſanctum recepit, nihilominus quacunque via alia a baptiſmo fuerit quiſpiam iuſtificatus, adſtringitur ad baptiſmum affectu, ſeu voto, & cum dabitur facultas ad ipſum reipſa ſuſcipiendum, & ſi grauiſſima quæq; pro Chriſto ſubierit ſupplicia, modo ſuperuiuat. Huius autem potiſſima cauſa eſt Chriſti pręceptum, Deinceps & obedientiæ meritum, quæ ſacrificio profertur. Tertio humilitas, qua quilibet debet ſe peccatorẽ exiſtimare, iuxta illud, Cum feceritis &cæt. Quarto proximi ædificatio, ob quam debet prouidere bona, nedum coram Deo, ſed coram omnibus hominibus. Poſtremo, quia debet medium facilius, & certius ad animæ ſalutẽ procurandam aſſumere, ſecus iudicaretur, aut gratiam contẽnere, aut eam non admodum æſtimare. Adde quod & Apoſtoli fuere a Chriſto, aut a ſe inuicem baptizati, quemadmodum tenet B. Auguſtinus, & habetur in decreto. Debebant enim, ſicut & Chriſtus, prius facere, deinde ponere. Siquidem qui fecerit, & docuerit &c. Idem etiam credimus pie de B. virgine, cum voluerit, & purificari

Mat. 10. & Luc. 9.
Baptiſmi vicem ſupplet martyrium & fides.
Luc. 23.
Cyprianus li. 4. de baptiſmo.
Rom. 10.
Iuſtificatus baptiſma ſuſcipere dẽt.
Mat. 5. & Ioan. 3.
1. Reg. 15.
Luc. 17.
Rom. 12.
2. Cor. 8.
De conſe. diſ. 4. can. Q̃n alius Hiero. y. & ſeq.
Mat. 9.
Luc. 2.

rificari iuxta Moſis legem. Nec tamen fruſtra baptiſmus a iam iuſtificato ſuſcipitur, quandoquidem illi, vel gratia, vel merita, dum obedierit diuino præcepto, accumulantur. Ipſum denique ſacramentum in tali haud eſt incertũ ſignum aut falſum, cum nõ ſignificet gratiam ſemper concedi tunc, ſed vel concedi, vel iam collatam, qualis fuit in Abrahamo ipſa circũciſio &c.

DISTINCTIONIS IIII. Quæſt. VII. Pag. 106.

Recipiunt ne ex æquo baptiſmi effectum quotquot baptiſma ipſum debite ſuſcipiunt?

Resolutio.

Qvamuis iuxta Diui Bonauenturæ, ac Richardi aſſertionem, plures ſint baptiſmi effect⁹: quorum character quidem, & omnis culpæ ac pœnæ amotio ex æquo omnibus conferuntur, fomes vero eorũ ſententia in omnibus adultis (licet bene in paruulis), non æque remittitur, ſed amplius in eo, qui maiorem recipit gratiam. Veruntamen cũ pcipuus baptiſmi effectus (quẽ idcirco vnicum ponit Scotus) ſit gratia, ad quam dubio procul efficiendam Deus ipſe, vt cã præcipua & efficiens, Chriſtus vt cã meritoria, baptizatus, vt ſuſcipiens concurrunt: & habita ſigillatim cuiuſlibet horũ trium ratione, poſſit inæqualis gratia baptizatis exhiberi. Primo ex parte Dei, qui potentiã ſuam ſacramentis minime alligauit, Quocirca vni, quàm alteri maiorem conferre valet. Deinde ex parte Chriſti, qui potuit ſuam paſſionem efficacius pro vno quàm pro altero patri offere. Poſtremo ex parte ſuſcipiẽtis, qui (ſi adultus fuerit) poteſt ſeipſum melius ad ſacramentũ altero diſponere, Si paruulus, poteſt iuuari precibus deuotis, aut parentum, (vt B. Nicolaus) aut baptizantis, vt ſaltem aliqd donum gratis datum recipiat, cum gratiam nullus mereatur ei, qui non cooperatur. Nihilo ſecius ſi habuerimus rationem ſacramenti duntaxat, & decreti diuini (arbitramur ſiquidem Deum ſtatuiſſe determinatum gratiæ gradum, ſe collaturum præciſe ratione ſigni a ſeipſo inſtituti, baptiſmi gratiam recipere. Propterea ſi adultus quiſpiã maiorem paruulo, aut alio adulto minus diſpoſito (aliaue circunſtantia interueniente) gratiam conſequatur, non erit hic excedens gradus ipſi ſacramento, ſed illi circunſtantiæ, tanquã medio adſcribendus: Nam effectiue gratia a ſolo Deo datur. Hæc aũt aſſertio, nempe quod vi ſacramenti æqualis detur gratia, aſtrui poteſt ex eo, ꝙ omnes id recipiant ſacramentum, Et quia vnicus eſt eius inſtitutor, Chriſtus videlicet. Huc accedit, quod habet Apoſtolus, Cum.n. gloriarentur Corinthij de baptizatis, diuiſus eſt (inquit) Chriſtus? &c. Quaſi dicat non maior eſt virtus in vno, quàm in alio. Item, Vnicuique noſtrum data eſt gratia ſecũdum menſuram donationis Chriſti.

Baptiſmi effect⁹ an ſit in omnibus æqualis.

1. ad Co. 1.

DISTINCTIONIS IIII. Quæſt. IX. Pag. 106.

Sintne Iudæorum paruuli, ac aliorum infidelium inuitis etiam parentibus baptizandi.

RESOLVTIO.

...orum ...uli, et ...deliū ...nuitis ...tibus ...izan-

QVanuis primatus qui uis nequeat ab infidelibus proprios vi auferre liberos, cū nullum in eos habeat dominium, Nihilominus ſummus magiſtratus, vt Papa, Imperator, aut Rex (aſſertore doctore ſubtili) licite id agere poteſt, quantum ad eos, qui illi ſubduntur, propterea ꝙ Deus maius habeat in hos liberos & paruulos dominium, quàm ipſi parentes, quod ſane Dei dominium protegere ac vindicare debet magiſtratus, potiuſquam parentes: veluti efficere debet, vt ſatius ſuperiori obediat quis domino, quàm inferiori, cauere tamen deberet, ne id in puerorum diſpendium, aut fidei Chriſtianæ contemptum vergeret. ¶ His accedit quòd poſt aliquot generationes, fieret tota illa generatio Chriſtiana. Poſſunt & hæ addi rationes, ¶ Si pater vellet, aut alius paruulum occidere, aut aliud inferre corporale nocumentum, tenetur quis eum eripere, ergo & a morte, & damnatione æterna. ¶ Deinde abutens ſuo iure, poteſt eo merito priuari, Sed ita eſt in præſentia, cum pater deberet educare filium, iuxta doctrinam Apoſtoli, in fide & timore domini, Igitur merito poteſt illi auferri proles baptizanda. ¶ Tertio innocens iniuſte cōdemnatus poteſt licite eripi a morte, Sed hic paruulus adiudicatus eſt æternæ morti abſque actuali culpa propria, Ergo liberari debet. ¶ Quarto videns aliquem proprio ſe iugulantem gladio, debet ab eo gladium auferre, ſed magis deliquit pater non permittens filium baptizari, quare debet illi obſiſti, ne paruulus ſpiritualiter moriatur. ¶ Inſuper matrimonium infidelium diſſolui poteſt, vt habet apud Paulum, ſi alter diſceſſerit a Chriſtianiſmo, Ergo & vinculum patris, & filij propter eandem rationem. *1. Cor. 7.* His autem & conſimilibus rationibus reſpondent q aduerſam & potiorem tutantur partem, hæc quidem fieri debere, cum iuſte fieri poſſunt. Iuxta illud Deuteronomij, Quod iuſtum eſt, iuſte exequeris. Si autem proles auferretur parentib. ante quam habeat rōnis vſum, fieret contra ius naturæ & diuinum, quod habent parentes in paruulos, & quo ad corpus, & quo ad animam. *Deut. 16.* Quòd ſi obieceris illud Lucæ, Compelle eos intrare &c. Reſpondetur illud non intelligi de compulſione violenta, ſed efficaci monitione, & rationabili inductione, conformiter ad illud Apoſtoli, Argue, obſecra, increpa &cæte. *Luca 14.* *2. ad Timo. 4.*

Ad Auguſtinum dicētem, Quòd terror legum multos compellit ad gratias agēdum Deo, Reſpondetur ipſum loqui de iam baptizatis.

SCHOLIVM IN PRÆcedentem quæſtionem.

POtior opinio eſt, ꝙ Iudęorum paruuli inuitis parentibus non baptizentur. Siquidem magnã authoritatẽ habet eccleſiæ conſuetudo vetus, quæ ſemper eſt cumulanda. Nam & catholicorum dicta Doctorum ab Eccleſia authoritatem accipiunt Propter ꝙ multo maior eſt eccleſiæ authoritas. Nunquam autẽ fuit eccleſiæ conſuetudo, vt Iudæorum pueri inuitis parentibus baptizarentur, licet fuerint plerique Imperatores Chriſtiani admodum religioſi, & Epiſcopis familiariſſimi, vt Conſtantinus, & Theodoſius. Quinimo cum Conſtantinus Imperator conuerſus, & baptizatus voluiſſet Romanos ad fidem compellere, ſanctus Sylueſter perſuaſit oppoſitum. Beatus Iacob. Apoſtolus dixit, Non eſt noſtræ diſciplinæ quemque ad fidem cõpellere. Inſuper leges iuſtæ, & principes reipub. nõ ſolum mala tolerant, ſed & licita iubent, ne malæ vitæ homines impediãtur, aut moleſtentur, vt habet Driedo de libertate Chriſtiana tertia parte, conſideratione ſeptima. Inſuper quantum ad Iudæos Deus ſtatuit in ſua prouidentia, vt vſque ad finem mundi in ſuis remaneant poſteris, quatenus prædeſtinati ex eis tẽpore præſtituto naſcantur, & cõuertantur. Ob alias quoque vtilitates vult Deus, vt inter Chriſtianos viuere permittantur, vnde Pſalmi ſta in perſona Chriſti, Deus oſtendit mihi ſup inimicos meos, ne occidas eos, ne quãdo obliuiſcant populi mei. Vñ & Auguſtinus, Bene (inquit) cum eccleſia actum eſt, ꝙ non vniuerſi Iudæi fuerint occiſi, ſed diſperſi virtute Dei, nequando obliuio fiat legis, & populi Dei. Vide Driedonem. ¶ Ad Scotum dicitur, quod homines nõ ſunt cogendi ad aliquid, quod non prodeſt coactis, nec eccleſiæ, ſed quod cogentur non prodeſt illis, niſi virtute actus interioris voluntatis, ad quã cogi non poſſunt, Quinimo infideles ſic occulti obeſſent eccleſię, ſeducendo Chriſtianos. ¶ Pręterea parentes iure naturali, & diuino habent curam, & domini inũ paruulos, & quo ad corpus, & quo ad animam, donec habuerint vſum rõnis. ¶ Ad rationem, quod magis ſunt ſub dominio Dei, quam parentum, Reſpondetur Deum nihilominus velle, quod parentibus maneat ius ſuum, quod habent in corporibus paruulorum ſuorum, quo iure manente, eſſet in dedecus fidei eorum baptizatio. His accedit canonica diſpoſitio.

Super p. 58.

De eccl. dogma. 1. ca. 1. lib. 2. c.

Can. Q. ſincera 45. & de Iudæis

DISTINCTIONIS V. Quæſt. I. Pag. 111.

Impedit ne miniſtri malitia verum conferri baptiſma?

RESOLVTIO.

QVandoquidem baptizatis efficacia non eſt ab ipſo miniſtro, ſed a Deo, qui & aufert peccata, & gratiam confert, idcirco ſiue bonus, ſiue malus fuerit miniſter, quauis moris malitia ſit, ſiue ſchiſmatis, ſiue hære-

Miniſtri malitia baptiſmi efficaciam haud impedit.

hæreſis,aut infidelitatis, modo obſeruet formam a Chriſto inſtitutam, & Eccleſiæ intentionē habeat,verum cōfert baptiſma, dummodo ſuſcipiens non impediat characteris aut gratiæ infuſionem propria malitia. Huius autem propria cā alia non eſt, q̃ Dei voluntas, quæ nobis innoteſcit ex illo Ioannis, Super quem videris Spiritum deſcendentem &c. Et ex illo Apoſtoli, Neque qui plantat &c. Et ex iure canonico. [. 1. / . 3. / can. / ſtus.] Deinde congruum eſt Deum ſuo aſſiſtere ſigno, nō habita ratione malitiæ, aut dignitatis ipſius miniſtri. Secus tamen ſacramenta vera, certa, & efficacia non eſſent ſigna, ſi videlicet penderent ex miniſtri bonitate, quæ profecto nulli poteſt eſſe certa, cum dicat Apoſtolus, Nemo ſcit, quid ſit in homine &c. Et Iacobus, In multis offendimus omnes &cæt. [r.2. / bi 3.] Adde quod iniquum foret aliquem pro alterius iniquitate (ipſo nō demerente) ſpiritualiter puniri, & aduerſus teſtimonium ſacræ ſcripturæ aſſerentis Filios non puniri pro patrum iniquitatibus, [Reg.4. / . 24. / c.18.] multo minus ſacramenta ſuſcipiens pro adminiſtrantis delictis. Quamobrem ſi in medium proferantur aſſerta beati Auguſtini, & cæterorum patrum negantium hæreticos, & alios perfidos verum conferre baptiſma, dices, (quemadmodum veritas habet) eos profecto intelligere quando, aut hæretici, & cæteri perfractæ fidei non obſeruant Eccleſię formā neceſſariam, & intentionem, aut ipſi ſuſcipientes adulti, hoc ipſo quod ab ipſis baptizantur, intendunt eorum ſectam inſeq̃, aut aliàs ſunt indiſpoſiti. Inſuper Deus non acceptat ea ad operantis ſalutem, cum ipſe malus eſt, ſed tamen ad recipientis bene. Et propterea paſſim legitur in ſacris literis Deū abhorrere impiorum, nedum ſacramenta, ſed & ſacrificia, oblationes, & cætera obſequia.

DISTINCTIONIS V. Quæſt. II. Pag. 114.

Peccat ne mortaliter qui a malo miniſtro ſciens baptiſma ſuſcipit, aut pro paruulo ex petit?

RESOLVTIO.

Malus poteſt dici miniſter bifariā, aut quod omnino ab eccleſia (vt degradatus) vel ad tempus (vt ſuſpenſus a ſuo miniſterio) ſit pręciſus, aut non præciſus aliquatenus, ſed permiſſus. Si miniſter fuerit omnino, vel ad tempus præciſus, ſeu excommunicatus, licet adulto (ſi alius non poſſit haberi) ingruente mortis neceſſitate ab eodem baptiſma ſuſcipere, vt deducitur a B. Auguſtino de baptiſmo contra Donatiſtas, & habetur in iure canonico. [*Baptiſma a malo miniſtro ex peti pōt.*] Siquidem quod aliàs eſt illicitum, neceſſitas licitum facit, vt patet de Dauide, & ſocijs comedentibus panes propoſitionis, Et de Apoſtolis vellentibus ſpicas die Sabbati, Item de Machabæis præliantibus die Sabbati. [*Lib 6. de conſec. D. 4. Can. Qūo parug. nihil intereſt. 1. Reg. 21. Mat. 12.*] Inſuper præceptum minus, videlicet eccleſiæ, immediate maiori cedit, nēpe præcepto iuris naturæ, & diuini. Præterea iſte adultus, cum non adhuc ſit intra Eccleſiam,

non

non aſtringitur præceptis ipſius Eccleſiæ, niſi aliàs, vt puta naturali iure, aut diuino eſſet aſtrictus. Id patet ex Apoſtolo, Quid mihi de his qui foris ſunt iudicare &cæte. 1. Cor. 5. Hæreticus quoque in æquali neceſſitate non eſt vitandus, licet iure diuino ſit excommunicatus. Ad Tit. 3. Paulus Hæreticum hominem &c. Si autem miniſter malus quidem fuerit, ſed non ab Eccleſia præciſus, aut ſuſpenſus, & peccatum illius fuerit ſecretum, vno videlicet idipſum duntaxat ſciente, ſi tali ex officio competat baptizare, debet ab eo ſuſcipere, ſed ſi fuerit publice (duobus videlicet ſcientibus) aut notorie (pluribus ſcientibus) malus, & fuerit curatus, id eſt rector Parochiæ, non peccat, qui ab eo baptizatur, aut illi baptizandũ paruulum offert, cum expetat ab eo debitum. Si vero non fuerit parochus, tamen ſacerdos, & non poſſit haberi melior illo, in neceſſitate poteſt ab eo baptiſma exigi. Et licet adeſſet laicus ſanctioris vitæ, tamen a ſacerdote deterioris potius ſuſpiciendum baptiſma, Propterea quòd ſacramentorum adminiſtratio in eccleſia ipſis competat ſacerdotibus ex officio. Et quamuis ſacerdos ipſe peccet baptizando, tamen is qui expetit ab eo baptiſmum, non peccat, cum non cooperetur peccato illius directe, Cum non inducat eum ad actum, qui ex ſe ſit peccatũ, ſed peccatum ex malitia procedit ſacerdotis, & ita indirecte ſolum baptizandus cooperatur eius peccato.

DISTINCTIONIS VI. Quæſt. III. Pag. 118.

Debet ne quiſpiam baptizare eum, cui timet mortem ex ipſo baptiſmo imminere?

RESOLVTIO.

SI certo nouit quiſpiam mortem ſubſeq. ex modo quo aliquem baptizare exiſtimat, vt puta è fonte propellens baptizandum in flumen, aut in puteum altũ ipſum proijciens, non debet tunc hoc attentare, quia & delinqueret homicidio mortali, & non baptizaret ſic proiectum. Propterea quod baptiſmus (ſicut & reliqua ſacramenta, & Dei beneficia) ordinatur ad vitam recipiendam. Si vero fuerit præſumptio aliqua (minime tamẽ certa) accelerationis mortis in paruulo, aut adulto exiſtenti in mortis articulo, tunc erroneam illam conſcientiam deponere debet, & eundem baptizare. Secus offenderet, & baptizando ſtante tali conſcientia (nam omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt) & permittẽs eum mori ſine baptiſmo, Quia Rom. 14. vnicuique mandauit Deus de proximo. Item Diliges proximum tuum & cæte. Veruntamen Eccle. 17. ſi ſacerdos remanente hac conſcientia baptizaret, licet peccet mortaliter (eo quod agit contra conſcientiã) tñ non efficitur irregularis reipſa: dẽt tñ abſtinere ab executione ſui miniſterij, quãdiu exiſtimat ſe homicidã, ſi mors baptizati ſubſecuta fuerit, ſed depoſita cõſciẽtia, nõ eget diſpẽſatione aliqua.

DI-

DISTINCTIONIS VI. Quæſt.I. Pag.120.

Poteſt ne ſolus ſacerdos baptizare.

RESOLVTIO.

AD baptiſma conferendum tria omnino & ſolum ſunt neceſſaria, vt puta ablutio cum aqua. Niſi quis &c. Prolatio verborũ a Chriſto inſtitutorũ, Baptizantes eos &c. Et intentio. Quare operæpretium eſt baptizaturũ hr̃e motiuam potentiam, deinde loquelæ vſum, poſtremo & rationis vſum: vnde ſequitur paralyticum, mancum, mutũ, & morionẽ non poſſe baptizare. Oĩs vero intellectualis creatura, cui hæc tria ſuppetunt, baptiſma conferre poteſt: vt Angeli in aſſumpto corpore, ẽt ſi mali fuerint, modo id Dei præcepto exequantur, & certa reuelatione nobis conſtet ita eſſe, Deinde & oẽs viri, & mulieres. Nihilominus extra neceſſitatis cãm, nulli hominum competit, niſi ſolis præſbyteris, qñ haberi poſſunt. Nam huius ſacramenti amminiſtratio, ſicut & cęterorum, illis ex officio competit, vt deducitur ex illo Apoſtoli, Sic nos exiſtimet homo &c. & præcepto facto Apoſtolis, & diſcipulis, Baptizantes eos &c. Item ex decreto Gratiani, Conſtat baptiſma a ſolis præſbyteris eſſe tractandum. Inſuper per baptiſma quis ſuſcipitur inter eccleſiam. Spectat vero ad habentem authoritatem, aliquem recipere in aliquam communitatem, is autem eſt ſacerdos, quare ad eum pertinet.

[margin: . 3. / t.vlt. / tizatu / neceſ- / a. / tizare / t oĩs / llectua / reatu- / or. 4. / tt.vl. / cõſec. / . can. / ſtat.]

DISTINCTIO. VI. Quæſt.2. Pag.121.

An baptiſmi vnitas requirat, quod ab vno ſolum conferatur.

RESOLVTIO.

QVadrimẽbris hic eſſe poteſt intellectus, Primo ꝙ plures eũdem baptizent, & vterque totum, qđ in baptiſmo exigitur efficiat, & hoc modo verum confertur baptiſma. Quia neutrius actio alterius operationem impedit, vnius tamen opus ſuperfluit, illius nempe, cuius Dominus voluerit. Deinde ſi neuter baptizantium totum peragat, ſed vnus abluat, alter vero verba proferat, nihil efficiunt. In cauſa eſt Dei inſtitutio, qui voluit vnicum eſſe ipſius ſacramenti miniſtrum, perinde ac vnus eſt ipſe præcipuus baptiſmi author. Id innuunt Chriſti verba, Baptizantes eos &c. Et eccleſia ipſa, ac patrum decreta latius explicuerunt. Tertio ſi idem miniſter plures ſimul baptizaret eoſdem adinuicem diſtinctos, manifeſte vtens forma pluralis numeri, vere baptizat, Peccat tamen, cum negligat modum, & formam ab eccleſia inſtitutam, niſi ad id moueretur neceſſitate ineuitabili, qualis foret mors imminens alicui illorum, ſi ſeorſum ac ſigillatim baptizarentur, eruntque tot baptiſmi, quot baptizati. Poſtremo ſi fuerit monſtrum aliquod, & conſtet ibi duas eſſe, indiſtinctas tamen perſonas, quod potiſſimum deprehendi poterit ex diuerſitate

[margin: Baptiſm⁹ an ab vnico conferri poſſit. / Matt. vl. / Baptizari poſſunt plures.]

ſitate actiua intellectus, aut voluntatis, ſeorſum baptizari debent. Si vero nõ poſſit facile cognoſci, baptizari debet forma conſueta, & ablui in illis partibus, quæ pręcipue ad vnũ pertinent. Deinde & abluendę ſunt alię partes, quę nõ pertinẽt ad illud, cũ forma, qua baptizanť illi de quibus eſt dubium, an ſint baptizati, videlicet, Si es baptizatus, non te baptizo &c.

DISTINCTIO. VI.
Quæſt. III. pag. 185.

Requiritur ne in baptiſmo ſimul eſſe et ablutionem, et verborum prolationem?

RESOLVTIO.

Baptizantus nõ requirit exactã ablutionis, & verborũ coexiſtentiam.

QVoniam Deus ipſe, qua eſt in mortales clemẽtia propẽſus, noluit admodũ difficilia nobis imponere, non requiriť exacta illa ablutionis, & prolationis verborum exiſtentia, quam domini Canoniſtę aſſignant. Sufficit enim dum vnũ, priuſquam alterum compleatur, reliquũ ponatur, vt puta, quòd non prius abſoluatur ablutio, q̃ incipiať verborum prolatio, nec prius omnino verba proferantur, quàm fiat baptizandi ablutio.

DISTINCTIO. VI.
Queſt. IIII. pag. 127.

Oportetne baptizantem a baptizato diſtingui, aut poteſtne idem ſeipſum baptizare

RESOLVTIO.

Baptizare ſeipsũ nullus valet.

DOminnus Innocentius, conſultus ſuper facto Iudęi cuiuſdam, qui cum illi mors immineret, nec adeſſet qui eum baptizaret in aqua, ſemetipſum immerſit dicens, Ego baptizo me, &c. an eſſet baptizatus: Reſpondet, Nequaquam. Et id quidem ſapienter. Nam ſatis innuit Chriſtus ipſe baptizantem a baptizato diſcretum eſſe debere, cum ait Apoſtolis, Baptizantes eos, &c. Ipſe quoque Chriſtus, vt id ſignificaret, nõ ſeipſum baptizauit, ſed a Ioanne baptizari voluit. Adde quòd baptiſma eſt ſpiritualis generatio, in qua ſicut in corporali oportet generantem, & genitum diſtinctos eſſe. Nec eſt eadem ratio huius ſacramenti, & Euchariſtię, quam ſibi idem ſacerdos miniſtrat. Nam Paulus ſufficienter indicat ſacerdotem ſibijpſi Euchariſtiam debere exhibere, Ait enim, Dominus Ieſus, &c. Deinde accipite, & manducate. Item Euchariſtię pceptio non eſt ſacramẽtum, ſed pceptio eſt ſacramentalis. Inſup Sacramentum Euchariſtię eſt quid permanens, nõ aũt baptiſma, quod conſiſtit in vſu, ſeu in fieri. Poſtremo nõ cõſtat locus ſacrę ſcripturę, quo conſtet eundem poſſe ſeipſum baptizare. Quinimo Petrus Iudæis non dixit, Baptizate voſipſos, ſed baptizetur vnuſquiſque veſtrum, ab alio videlicet.

Ext. de baptiſ. & eius eff. c. debitum.
Mat. vlt.
1 Cor. 11.
Act. 2.

DISTINCTIO. VI.
Queſtio V. pag. 128.

Requiriturne in baptiſmate intentio baptizandi?

RESOLVTIO.

Baptizantis intentio quæ eſſe debet.

INtentio (Quantum attinet ad præſens inſtitutum) eſſe poteſt, & reſpectu actus baptiſmi,

ptiſmi, & reſpectu finis eiuſdē. Reſpectu actus miniſter habere debet intentionem, cum actus ille non ſit fortuitus, ſed humanus, ad quem obligatur & miniſter & baptizandus. Quantum ad finem baptiſmi præcipuum, & remotum, qui eſt vt baptizatus hoc modo fiat regni filius, & æternæ vitę particeps per gratiam, quam in baptiſmo recipit. Is finis non debet neceſſario intendi, nam Iudęus, Turca, & quãtumuis atheos baptizare poteſt, qui tamen hunc non intendunt finem: Sed circa finē proximum, & minus principalem (qui eſt vt is qui baptizatur fiat Chriſtianus) requiritur intentio tio ſaltem in generali, vt videlicet intendat circa eũ facere, q̃d Chriſtiani circa ſuos agere ſolēt.

DISTINCTIO. VI.
Quæſt. VI. pag. 132.

Requiriturne in eo qui baptizat actualis intentio.

RESOLVTIO.

HIS actualem habet intentionem, q actu cōſiderat, & aduertit circa actũ, quē exequitur, habitualem vero, qui aggeneratum iam habet habitum ad talem inclinãtem actum. Virtualē aũt, qui virtute alicuius intentionis p̄habitę actu pficit quęcunq; actũ illũ cōcernentē. Ad baptiſmi igitur adminiſtrationē non ſufficit (ſicut nec ad reliqua Sacramēta & actus meritorios) habitualis intentio, quę ēt in dormiente reperitur: Propterea ꝙ ab illa non poſſit actus dici humanus, quod tũ in baptiſmate deſideret. Nec requiritur actualis intentio in prædictis exequēdis, quã vtiq; ſemper habere admodũ foret difficile, ne dicã impoſſibile. Quare ad eã nos non conſtruxit Deus, cuius iugũ ſuaue, & onus leue, &c. Et mandata nō ſunt grauia, &c. Porro virtualis omnino ſaltem neceſſaria eſt, nempe ꝙ aliqñ actualem habuerit, circa opus ipſum intentionē: Ex qua deinde actuali intentione permanēt cętera, quibus opus ipſum pficit. Quod ſi expetieris, qui fieri poſſit, vt actus ſubſequētes producantur ab intentione illa, q̃ tunc non exiſtit. Rñdetur hoc fieri a voluntatis imperio, quo inferioribus imperauit potētijs talis actus executionē, vnde ceſſante illo voluntatis actu, & ꝓpoſitio, inferiores imperatum ipſis proſequuntur actum.

[...]ntio actualis, & [...]itua- *[...]bitualis [...]ntētio [...]ſufficit [...]baptiſ[...]i.* *Intētio actualis nō requiritur.* *Mat. 11.* *1. Ioã. 5.* *Virtualis intentio ſufficit.*

DISTINCTIO. VI.
Queſt. VII. pag. 134.

Poteſtne baptiſma iterari?

RESOLVTIO.

DIgitum ad hoc attollunt omnes, vt aſſeuerent ipſum baptiſma iterari non poſſe. Huius aũt conuenientior cauſa preſcribi nequit, quàm Dei voluntas, qui ſic inſtituit Sacramentum. Eam vero nobis ignotam manifeſtauit Apoſtolus dicens: Impoſſibile eſt oēs, qui ſemel ſunt illuminati. i. baptizati, ſiquidem veteres baptiſmi Sacramentum, Sacramentum Photiſmaton. i. illuminationum vocant, guſtauerunt ēt donũ Dei, &c. Impoſſibi-

Baptiſma iterari nequit. *Heb. 6.*

ſibile eſt, inquam, eos qui hæc guſtauerunt, & nihilominus pro lapſi ſunt rurſum reuocari ad pœnitentiam, pœnitentiam videlicet baptizatis, vt exponit Cyrillus. Nam de ea intelligi ſatis indicat verbum, Anathenoſeos .i. renouationis, quando per ſolũ baptiſmum vere innouamur ab omni prorſus culpa, & pœna im munes, & liberi. Id etiam indicat ſubſequens, videlicet: Rurſum crucifigentes, &c. Huc accedit quòd baptiſma fuerit inſtitutum præcipuè in remediũ peccati originis, vt elicitur ex Apoſtolo, quod ſane vnicum eſt. Deinde delinquendi cauſa præberetur hominibus, ſi iterato baptiſmate poſſent in dies ab omni pęna & culpa abſolui, quod non fit in pœnitentia, quę ſatisfactionem exigit.

Rom. 5. et 19.

DISTINCTIO. VI. Quæſtio VIII. pag. 136.

Suntne aliqui obnoxij pœnæ, qui baptiſma reiterant?

RESOLVTIO.

Pœna iterantiũ baptiſma.

SI baptiſma certa ſciẽtia iteretur, & conferens & recipiẽs irregularitatis pœnam haud dubie incurrunt, vt patet ex decretalibus, licet ius ipſum ignorent, quippe quòd ſcire aſtringuntur hoc in facto ius, videlicet diuinum, quo prohibentur baptiſmum iterare: Et quamuis Ius canonicum neſcierint, nihilominus pœnam ab eo inflictam incurrunt, in his qui alioqui iure diuino prohibita ſunt, & additur pœna a canone, vt melius illa vitentur. Is enim quia mortaliter peccat eſt in dolo, in culpa, atque contemptu, non canonis quidem, aut conditoris illius, ſed diuinę legis: vnde clericum percutiens, etſi ignoret excommunicationem latam per canones, tamen eã incurrit, & homicidæ irregularitatẽ. Quod ſi dixeris neminem debere excommunicari, niſi præceſſerit trina monitio, iuxta Chriſti doctrinã: Si peccauerit in te frater tuꝰ &c. niſi etiam fuerit contumax. Verum id quidem eſt, quando a iudice fertur ſentẽtia, ſed nõ quãdo a iure diuino, vt de hæreticis, Hæreticum hominem, &c. Aut Iure canonico, in his, quæ aliàs iure diuino ſunt prohibita. Inſuper licet talis non fuerit vere contumax, eſt tamen præſumpte. Pręſumitur enim, quòd cum diuinum contemnat præceptum, magis ſit humanum neglecturus. Adde quod & Eccleſia nõ abſque diuino inſtinctu, poteſtate ſibi a Chriſto collata, hoc modo ſtatuit excommunicari delinquentes ad maiorem cautelam, ſin ignoranter (ignorantia videlicet facti) reiteretur baptiſmus, nec conferens, nec recipiens pœnam aliquam canonum incurrunt, niſi foret ignorantia affectata, aut craſſa. Pœna enim canonica non incurritur, niſi canon expreſſe contineat eã ipſo facto incurri. Ad rationem autem canoniſtarum aſſerentiũ eum, qui bis baptizatur, licet ignoret ſe baptizatum, incurrere irregularitatem, qđ aſtruũt ex illo canone, Qui bis, Reſpõdetur canonem illum eſſe deſumptum ex pœnitentiali Theodori Epiſcopi ſimplicis vnius Diœceſis, qui non habuit poteſtatem ſuper

De apoſtat. et iterat bapt. c. Ex literarum.

Mat. 18.

Ad Tit. 3.

Can. Qui bis. de conſecrat. diſtin. 4.

ſuper totam Eccleſiam: Quare Canones collecti a Gratiano, niſi fuerint ab Eccleſia, aut ſummo Pontifice recepti, & approbati, non obligant ipſam Eccleſiam.

DISTINCTIO. VI.

Quęſt. IX. & X. pag. 138. & 149.

De ſignificato huius nominis character, & de figura & fundamento proximo, & diſtinctione, & an inſit animæ, et vtrum ſit forma abſoluta, et cur tres dumtaxat characteres admittantur.

Resolutio.

raćte- acce- . CHaracter aliquando figuram ſignificat, ſeu formã ex alio impreſſam, vt habet Paulus. Qui cũ
t. ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, &c. Grece habetur χαρακτηρ & hoc modo literas characteres dicimus. Ad hunc
c. 13. modum & in Apocalypſi accipi
16. et tur. Generalius etiam accipitur
Cha- pro quocunque ſigno: ſed im-
ćteris præſentia eſt quoddam ſpiritua
itio. le impreſſum a Deo ſuſcipienti Sacramentum initerabile, quo aſſimilatur alijs habentibus idipſum, & diſtinguitur a non habẽtibus. Eſt * preterea rememo-
in 4. ratiuum ſuſcepti iam Sacramen
9. ti, & conformatiuum Chriſto, pariter & obligatorium. Quamuis * autem naturali ratione
in 4. oſtendi non poſſit tale quid in-
13. eſſe animæ, neque explicite in ſacris contineatur literis, & mani-
aćter feſte ex illis eliciatur, nihilomi-
impri nus, quia ſentiendum de Sacra-
. mentis Eccleſiæ, ſicut Romana ſentit Eccleſia, vt habetur in Decretalibus: Idcirco propter ipſius Eccleſię authoritatem ad- *Ext. de ha*
mittimus characterẽ. Ait enim *ret. c. ad*
Innocentius tertius. Tunc chara *abolendũ.*
cterem ſacramentalis imprimit *Ext. de ba*
operatio, cum obicem volunta *pt. c. maio*
tis contrariæ non inuenit obſi- *res.*
ſtentem. His ſubſcribit Beatus *To. 9. In*
Hieronymus ſuper eum locum, *Epiſtola.*
Signati eſtis Spiritu promiſſio- *Epheſ. 1.*
nis, & ſuper illum: Nolite contri *ea.*
ſtare Spiritum ſanctum. Athana- *Epheſ. 4. c*
ſius quoque in eiſdẽ locis Apoſtoli. Fuit autem figuratus cha- *Characteris figu-*
racter, aſſertore Hieronymo, in *ra.*
ſanguine agni, quo ſuperliminaria domorum Iſraelitarum li- *Exod. 12.*
niebantur. Item per ſignum *Ezech. 9.*
Thau, de quo Ezechiel. Congruit præterea receptũ in Chriſti familiam diſtingui a non recepto per aliquod ſibi intrinſecum, id eſt, per characterem. Nõ
eſt autem neceſſe admittere cũ *Pro. 10. q.*
Diuo Thoma ipſum characte- *p. 149.*
rem abſolutam eſſe formam, cũ *Characteres for-*
ſufficiat ſi dixerimus, quòd ſit *ma.*
reſpectus extrinſecus aduenięs ipſi animæ, productus immediate ab ipſo Deo in ſuſceptione initerabilis ſacramenti. Huius
porro reſpectus * fundamentũ *Sco. in 4*
proximum eſt ipſa anima nuda. *p. 154.*
Diſtinguntur vero diuerſi tales characteres ex ſeipſis formaliter, perinde ac eſſent formæ abſolutæ, quamuis etiam extrinſece differant ad differentiam Sacramentum & effectum propriorum. Quod ſi exquiſieris *Characteres tres.*
cauſam quamobrem tres duntaxat characteres admittantur, ea ſane in hac conſiſtit, quòd tria * ſolum ſacramenta homi-
nem in certo conſtituant gradu *Sco. in 4*
in Eccleſia. ¶ Primus enim gra- *pag. 155.*
dus in Eccleſia, & quidem vniuer-

uerſaliſſimus eſt recipi in familiam Chriſti, quod fit in baptiſmo. ¶ Secundus ſpecialis eſt in militia ad defenſionem fidei Chriſtianæ, quod fit in confirmatione. ¶ Tertius conſtituit in patrem & paſtorem, ad recipiendum & introducendum alios in Eccleſiam, & dirigendum, & inſtruendum eos: Patet ex Paulo. *Ephes. 4.* Hoc præſtatur in Sacramēto ordinis, alia vero Sacramenta hoc non præſtant. Vide analogiam deſumptam ex politio humanis ex doctore.

Sed reſtāt duo dubia, etc. circa finem.

DISTINCTIO VII. Quæſt. I. pag. 163.

De ſacramento confirmationis quomodo ſi Chriſtus illud inſtituerit, & de materia, & forma, & miniſtro, & vt fiat in fronte, & vt non per ſe ipſum, ſed per Apoſtolos ipſum patefacere voluit.

Resolutio.

Christus benedictus Eccleſiam ſuam in optimo eſſe ſpirituali inſtituit, quantum ſtatui viæ congruebat, (Dei enim pfecta ſunt opera.) *Deut. 32.* quod eſſe ſpirituale diuerſa opera, & exercitia producit ſpiritualia, per quæ innoteſcit, ad quæ ſane expetuntur varia Spiritus ſancti dona, cum nō ſimus ſufficientes aliquid cogitare ex nobis, *2. Cor. 3.* nedum pro communi vilitate Eccleſiæ, vt habet Apoſtolus, *Ephes. 4.* &c. verum quoque pro ſingulorum membrorum ſalubri conſiſtentia. Exigitur autem gratia iuſtificans fideles, vt credatur ad iuſtitiam. Expetitur & gratia corroborans, vt ore cōfeſſio fiat ad ſalutem. ergo ſunt dona Spiritus ſancti diſtincta, & *Rom. 10.* ex conſequēti diſtincte, & diuerſo tradi tempore poſſunt, & forinſecus diuerſa illius traditionis haberi ſigna diuinitus inſtituta. ¶ Quod autem iſtud ſacramentum Chriſtus inſtituerit ex facto probatur Apoſtolorū, qui nihil ad ſalutem fidelium pertinens ſine Chriſti inſtructione, & inſtitutione egerent, aut Spiritus ſancti inſpiratione. Ipſi autem, vt patet ex actibus Apoſtolicis, baptizatis manus imponebant. Habetur enim in hunc modum. *Act. 8.* Com audiſſent apoſtoli, qui erāt Hieroſolymis &c. ibi accipiebant Spiritum ſanctum, & in ſigno viſibili. Nam & id vidit Symon Magus. Item his auditis baptizati ſunt in nomine domini Ieſu Chriſti, & cum *Act. 19.* impoſuiſſet illis manus Paulus receperunt Spiritum ſanctum. Quod vtique non fecerunt propria præſumptione, inſtructi de voluntate Dei, qui ad hanc manuum Apoſtolicarum impoſitionem gratiam confirmātem erat certo daturus. Omnes porro Catholici ſciptores hos duos locos ad confirmationis ſacramētum referunt. ¶ Ex illis autem locis elicitur primo quòd manuū impoſitio non niſi Apoſtolorū erat officium, cum Philippus id non auſus fuerit vſurpare. ¶ Secundo quod hæc ipſa manuum impoſitio, certum ſignum aduentus Spiritus ſancti erat. ¶ Tertio quòd nulli imponebant manus niſi baptizato. Gratia enim confirmationis gratiam præexigit baptiſmi. ¶ Quarto ſi illa manuum impoſitio adinuētio fuiſſet humana, & non a Chriſto inſtituta, nequaquam Spiritus ſan-

Confirmationē Chriſtus inſtituit.

ſanctus ſuo probaſſet aduentu. Huius ſacramenti inſtitutio inſuper ex ſacris confirmatur literis, ex promiſſionibus videlicet
. 13. ipſius ſaluatoris, qui ipſis Apoſtolis iam baptiſmate lotis, vt patet ex illo Ioannis, Qui lotus eſt non indiget &c. cum interpreta-
9. *in* tione B. Auguſtini, aliud Spiritus ſancti donum quo plenius
. 14. inſtruerentur, & confirmarent promiſit dicens. Paraclitus autem Spiritus ſanctus &c. Item adhuc multa habeo vobis dicere &c. Et apud Ioannem ait Pe
*.*16. tro, Non potes me ſequi modo, ſequeris autem poſtea. Poſt reſurrectionem quoque cōſolans
*.*24. Apoſtolos ait. Ego mittam promiſſum Patris in vos Spiritum, ibi, Induamini virtute ex alto. Hæ autem promiſſiones nō fiebant ſolis Apoſtolis, ſed toti Eccleſiæ eorum opera congregan-
n. 17. dæ, vt ſignificauit Chriſtus, Non autem pro eis rogo tantum, ſed & pro omnibus, qui credituri ſunt per verbum eorū in me. Deinde Apoſtoli hoc ꝓmiſſum donū in Pentecoſte ſuſceperūt, & qui ante timebāt Chriſtū cōfiteri, & illi adhærere, vt patet in Petri negatione, & omnium fuga in eius captione, ac metu, quo correpti, poſt Chriſti aſcenſionē ſedebant Hieroſolymis ianuis clauſis. Poſt ſuſceptū vero hoc Spiritus ſancti donū in fide corroborati, imperterrite Chriſtū, & eius Euangeliū publice fatebantur. ¶ Poſtremo fuit hoc
ic patet Sacramentum obſeruatū in ipſa
it huius Eccleſia a tempore Apoſtolorū,
icramē- ſuccedētibus ipſis Apoſtolis Epi
materia ſcopis. Huius porro Sacramēti materia eſt Chriſma, quod ex oleo oliuarum, & balſamo conficitur. Rō vero ob quam huius Sacramēti materia cōpoſita ſit, Baptiſmi aūt ſimplex elementū eſt, qa baptiſmus dat ad ſpiritualē vitā ſimpliciter cōſequen *Sap.* 7.
dā, iſtud aūt Sacrm ad conſequendā Spiritus ſancti plenitu- 1.*Cor.* 12.
dinē, cuius multiformis eſt operatio, vt patet ex libro ſapientię, Eſt.n.in illa ſpiritus intelligētię. Diuiſiones gratiarū ſunt &c. Hu *Li.*1. *Epiſ.*
ius Chriſmatis mentionē facit *Epiſ.* 1.
B. Cyprianus dicens, vngi quoque eū, qui baptizatus eſt, neceſſe eſt, vt accepto chriſmate, .i. vnctione eſſe vnctus Dei, & hre gratiam Dei in ſe poſſit. Cur aūt chriſma prius ab Ep̄o conſecrari debeat, inde accipitur, ꝙ Chriſtus quibuſdā Sacris corporeā hn̄tibus materiā vſus eſt, baptiſmate videlicet, & Euchariſtia, ſcilicet cuius vſu horum materiæ aptitudinē acceperunt ad Sacri perfectionē, vt atteſtatur B. Chryſoſtomus dicens: Nūquā aquę baptiſmi purgare peccata credentiū poſſent, niſi tactu diuini corporis ſanctificatæ fuiſſent. In Sacro quoque Euchariſtiæ panem & vinū an- *Matt.* 26
tea benedixit, quàm in eo cor- *& Lu.* 22
pus ſuum, & ſanguinē ſuū diſcipulis dederit: Vnde benedictio fontiū baptiſmaliū in Paſchate & Pentecoſte, ſimiliter panis & vini ante conſecrationē ad cæremonias pertinent, & ſolēnitatē Sacri. Iō aūt eſt vſus viſibili aliqua vnctione, qua conſecrauit materiā aliq̄ in vſum confirmationis, quare chriſma, & oleū ſanctū infirmorū prius benedicuntur, q̄ ad ſacra adhibeātur. * For *Seo. in* 4.
ma eſt talis, Signo, vel cōſigno *pag.* 163.
te ſigno crucis, Cōfirmo te chriſmate ſalutis, vel ſanctificationis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. In forma huius ſacri,

tria continentur. ¶ Primum exprimit plenitudinem Spiritus ſancti, cum inuocatur tota trinitas, dicendo: In nomine Patris &c. ¶ Deinde inſinuat robur vitæ ſpiritualis, cum dicitur, Confirmo te Chriſmate ſalutis. ¶ Tertio oſtendit ſignũ militiæ Chriſtianæ, cui aſcripti ſumus, cum dicitur, Signo te ſigno crucis, ✝ ſigno videlicet in quo Chriſtus redemptor noſter triumphauit. Imprimitur autem chriſmate in fronte baptizati ſignum crucis, vt confirmatum a confeſſione nominis Chriſti, neque timor deijciat, neque pudor perturbet. Vtriuſque autem ſignũ in fronte manifeſtatur, nam palleſcunt homines mortis timore, & tabeſcunt confuſi, maxime vero in confeſſione Chriſti, qui profecto articulus ratione paſſionis ignominiam quandã
1.Cor.1. habere videtur, iuxta illud Apoſtoli: Prædicans crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, &c. Ideo autem in fronte fit confirfirmatio, vt audacter, & intrepide, ſicut corde credit ad iuſtitiã, ita Chriſti fidem inter perſecutores ore confiteatur ad ſalutem. Magiſter in textu huius diſtinctionis dicit, virtus huius ſacramenti eſt donatio Spiritus ſancti ad robur. Reſpondeo, Licet Euchariſtia Chriſtianum cõfirmet, hoc tamen eſt ad corroborationem charitatis, Confirmatio vero ad corroborationem fidei. ¶ Inſuper inſtituit Chriſtus hoc ſacramentum non ſecus ac alia quædam ſacramenta inſtituiſſe cognoſcitur, non exhiben
Ioan. 16. do, ſed promittendo. ¶ Primum ante paſſionem, Si non abiero, Paraclitus non veniet ad vos.
Luc.24. ¶ Et poſt reſurrectionem, vos autem ſedere in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Quòd ſi rationem quæras, quare non per ſe ipſum, ſed per Apoſtolos hoc ſacramentum patefacere voluit, intellige in hoc ſacramento dari plenitudinem Spiritus ſancti, quæ dari non debuit ante Chriſti reſurrectionem, & aſcenſionem ipſo Ioanne dicente: Nõdum erat Spiritus ſanctus Ioan.
datus, quia Ieſus nondum erat glorificatus. Et ipſo Chriſto di- Ioan.
cente, Si enim non abiero, Paraclitus nõ veniet ad vos. Quòd autem hoc ſacramentum cum chriſmate cõferri debeat & hoc inſtitutione diuina, patet ex B. Eccle. hi
Dionyſio dicente, eſt quidem rar. c.4.
perfectiua operatio, quam duces noſtri, ideſt Apoſtoli Chriſmatis hoſtiam nominant: Alia tranſlatio ita habet, Alia eſt veneranda confectio vnguenti, cõſecrationem vocant præceptores noſtri &c. Miniſtrum autem Miniſt
huius ſacramenti Epiſcopum ſo eſt Epi.
lum eſſe conſtat: nam ſi Diony- Li. de E
ſio credimus, ritus qui ſeruari cle. Hie
debet in adminiſtrandis ſacramentis promanat ex traditionibus. & geſtis Apoſtolorom: Soli autem Apoſtoli (quorum ſucceſſores ſunt Epiſcopi) in primitiua Eccleſia hoc ſacramẽtum conferebant, vt patet ex actibus Apoſtolicis, Cum audiſſent Apoſtoli &c. Et de Paulo confirmante diſcipulos, qui erant Epheſi: Et huic aſſertio- Act.8.
ni ſubſcribit beatus Hieronymus aduerſus Luciferianos, interpretatus eum locum Actuũ. Act.8.
(Cum audiſſent Apoſtoli &c.) de ſacramento Confirmationis. Deinde & beatus Cyprianus ad De cõſec
Iabaianum de hæreticis bapti- D. ſtin. 5
zandis. Item, & Ius canonicum. Can. O

Ex

Ex eadem Diſt. & Quæſtione, tractatio de vralatione epiſcoporum ſupra prsbyteros ſimplices.

ꝑlatio Apoſto vide um ſu illud. . legi- 93.di . vbi utatur fuit a.

TRes ſunt opiniones quantum ad prælationem, quæ facta fuit Epiſcoporum ſupra presbyteros ſimplices. ¶ Prima, ꝙ in primitiua Eccleſia ſtatim poſt Chriſtum Epiſcoporum, & Sacerdotum nomina, & officia erant cõmunia, ſed poſtea cęperunt diſtingui & nomina, & officia.

¶ Secũda dicit, ꝙ tantum in nomine fuit facta prælatio, primo enim omnes dicebantur ſacerdotes, licet quidam aliis prælati eſſent quantum ad officiũ. ¶ Tertia aſſerit, quòd prælatio hæc facta fuit quo ad nomen, & quo ad adminiſtrationem, & quo ad quædam miniſteria, quæ ſpectãt tantum ad officium Epiſcopale: Et fuit hæc prælatio facta a tempore Petri, vt colligitur ex iure Canonico, in quo fit mentio Marci, Eſdræ, Dionyſij, qui fuerunt contemporanei Petri, & Clementis. Sanior tamen opinio hæc eſt, vt ſemper fuerit differẽtia etiam iure diuino inter Epiſcopos, & Sacerdotes, ꝑpterea quòd Epiſcopis ſolis competeret ordinare, & confirmare, quod non competebat ſacerdotibus ſimplicibus, & hoc elicitur ex Iure canonico. Confirmatur etiam ex eo ꝙ Epiſcopi ſuccedant Apoſtolis, vt habetur in dicto Iure canonico. Solis autem Apoſtolis illa competabat ordinare, & confirmare, vt deducitur ex actibus Apoſtolorum.

n. legi- 93,di c. rinci- ſunt ali actus orius , vide tũ Ma ri.

m.legi- s 93. inct. ſt. 21. m.in no teſtõ. 8. & .

Quare ad loca ſacræ ſcripturę, quibus ſigificatur eoſdem fuiſſe Epiſcopos & Sacerdotes, & ad B. Hieronymum id confirmantem, Reſpondetur nõ fuiſſe tunc diſtinctionem tantum in nominibus, & aliis circunſtantiis concernentibus eorum miniſteria, & officia, ſicut poſtea, ſed ſemper fuit differentia quãtum ad adminiſtrationem aliquorum Sacramentorum. Quocirca ad illam opinionem, quã refert Scotus, eorum qui aſſeuerant Iure diuino nullum eſſe diſcrimen inter Epiſcopos & ſimplices Sacerdotes, idque comprobant ex aliquot locis ſacræ ſcripturæ citatis in Decreto, ex Paulo, ex actibus Apoſtolorum, ex Petro & ex Hieronymo ſuper Epiſt. ad Titũ. Itẽ ex alio loco Iuris canonici. Rñdet᷑ non fuiſſe in primitiua Eccleſia dr̃iam in nomine, cum ijdem presbyteri vocarentur, & Epiſcopi, nec in regimine Eccleſiarum cum Epiſcopi vnà cũ presbyteris ſimul regerent Eccleſiam, inſtruerent videlicet fideles, ac conferrent Sacramenta. Tñ erat ſemper in dignitate, ac authoritate dr̃ia. Nam aliqua Sacramenta (cõfirmationẽ videlicet, & ordinationem) Epiſcopi conferebant, q̃ ſimplices Sacerdotes adminiſtrare nequibant, vt elicit᷑ ex dicto canone, Legimus, vbi dicit᷑, Quid facit Eps, excepta ordinatione, qđ non facit pſbyter? Vbi per ordinationem, ſm gloſam intelliguntur cætera, quæ ſolis cõpetunt Epis. Et ad canonem, Peruenit, vbi dr Gregoriũ conceſſiſſe presbyteris confirmare. Rñdetur, ꝙ quantum ad ipſum actũ, fecit eos Epiſcopos, vt vitaretur ſcandalũ: Sicut ẽt abbates Ciſtercienſis ordinis, minores ſuis Religioſis conferunt ordines, & in hoc actu ſunt Epi.

Sup. Epiſt lã ad Titum.

Can. legimus 93. diſt.
Ad Phil. 1
1. Ad Timo. 4.
Ad Tit. 1.
Act. 20.
1. Petri. 5
Can. olim & Can. ecce ego. diſt. 95.

DISTINCTIO. VII.
Quæſt. 2. Pag. 167.

Vtrum Sacramentum confirmationis ſit neceſſarium ad ſalutem.

RESOLVTIO.

EX ſecunda quæſt. huius diſt. manifeſtū euadit, Sacramentum hoc non eſſe abſolute neceſſarium ad ſalutē, iuxta illud Marci: Qui crediderit &c. Eſt tamen neceſſarium ei, qui vellet ſeſe martyrio exponere pro fide Chriſti, nec poteſt ab adulto, data opportunitate, negligi abſq; peccato. *Mar. vlt.*

DISTINCTIO. VII.
Quæſt. 3. Pag. 167.

Vtrum Sacramentum confirmationis ſit dignus Baptiſmo.

RESOLVTIO.

EX hac tertia quęſtione apparet hoc ſacramentum non eſſe ſimpliciter baptiſmo dignius, habita ratione finis præcipui ſacramentorum. Quandoque abſq; pęnitentia ſatisfactiua deletur omnium, tū culpa, tum pęna, cōferturque gratia, qua & adoptamur in filios, & efficimur oīum Chriſti bonorum participes, & alia conſequimur, q̄ cōfirmatio ne abſq; baptiſmate cōſiderata, non obtinemus. Si.n. conſideres confirmationē, vt baptiſmū præexigit, & a digniori adminiſtratᶠ miniſtro, vtique ſic baptiſmo ꝑſtaret, ſed hoc eſſet non vt ſacramētū, ſed alterius ratione, quod Scotus vocat excellentius ſecundum quid. ¶ Vnum ſacramentū dicitur alio maius quinque modis. ¶ Primo propter ſignificationem, & ſic matrimonium eſt cęteris maius, cum ſignificet vnionem duarum naturarū in Chriſto, vnionem Chriſti cum Eccleſia, vnde, Sacramentum hoc magnum eſt &c. Et vnionem Chriſti cum anima fideli, Deſponſabo te mihi in fide &c. Deſpondi enim vos vni viro &c. ¶ Secūdo propter cōtinētiam, quia quod cōtinet eſt perfectius, vt Eucharistia continens Chriſti corpus & ſanguinem. Panis quem ego dabo &c. Item Caro mea vere eſt cibus &c. ¶ Tertio propter efficaciam, vt baptiſmus, in quo deletur omnis culpa & pęna, & confertur gratia, & hæreditas regni cęleſtis, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, &c. ¶ Quarto ꝑpter dignitatē, vt Confirmatio q̄ a ſolis Epiſcopis adminiſtratur. ¶ Quinto quia ponit in nobiliori gradu in Eccleſia, Noli negligere gratiam, quæ data eſt tibi &c. Sic nos exiſtimet homo, ſicut miniſtros Chriſti. *Reſpo. ad Arg. ſtrum. Epheſ. Ozea. 2. Cor. Ioan. 6. Mar. 1. Ad Timo. 4. 2. Cor.*

DISTINCTIO. VII.
Quæſt. 4. Pag. 168.

Vtrum Sacramentum confirmationis poſsit iterari.

RESOLVTIO.

EX quarta quæſtione quoq; deprehēdimus, ꝙ iterari nequeat, huiuſq; rō eſt ipſa diuina inſtitutio ſic volēs, q̄ proinde Dei voluntatē nobis indicauit Apoſtolus.

ſtolus. Nam rurſus iaciētes &c. ibi Impoſitionis manuum, Vbi oſtendit duo ſacramenta non poſſe iterari, Baptiſmum videlicet, & Confirmationem. Adde & congruentiam, ꝙ hoc ſacramento quis inſtituatur in determinato eccleſiæ gradu, videlicet bellatoris, & ſacramentum ſic hominem inſtuens non iteratur. Imprimit, & characterem, vnde nec iterari debet.

DISTINCTIO. VII.
Quæſt. V. Pag. 168.

Vtrum ſit aliqua pœna iterantium ſacramentum confirmationis.

RESOLVTIO.

Ex quinta quæſtione conſequitur hoc ſacramentum iterantes, nullam iuris pęnam incurrere, cum nō in ipſo iure reperiatur pœnam de facto incurrere iterātes, & odia reſtringenda ſunt, fauores autē ampliandi.

DISTINCTIO. VIII.
Quęſt. I. Pag. 170.

Eſt ne eucharistia nouæ legis ſacramentum?

RESOLVTIO.

Euchariſtiæ diffinitio. Eucharistia (vt a nominis ratione exordiamur) Sacramentum eſt corporis Chriſti & ſanguinis, veraciter contenti ſub ſpeciebus panis & vini, poſt conſecrationem factam a ſacerdote ſub verbis certis, cum debita intentione prolatis, ex inſtitutione diuina veraciter ſignans corpus Chriſti & ſanguinē ſub eis realiter contineri. Hæc aūt euchariſtiæ definitio ex ſacris litteris facile colligit, Ex Matthæo, Marco, & Luca, qui ſacri euangeliſtæ referunt, quemadmodū Chriſtus facta cęna agni Paſchalis hoc ſacrm̄ īſtituerit, exhibēs ſuum ipſius corpus & ſanguinē ſub panis & vini ſpeciebus, ſuis Apoſtolis, quibus & facultatem idipſum ſubinde cōficiēdi conceſſit, ac cæteris eccleſiæ miniſtris dicens, Accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum. Item Accipite, & bibite ex eo oēs, hic eſt enim calix, &c. Et tādē ſubdit, Hoc facite in meā cōmemorationē. Huc accedit apoſtolus, vbi latius de mō pceptionis, & cōſecrationis huius ſacri differit dicens, Conuenientib. ergo vobis in vnū, &c. Et idem, Calix bñdictionis (inquit,) cui benedicimus, & cæte. quippe docet hoc ſacrm̄ perpetuo in eccleſia frequentandū, dicens, Quotienſcunque. n. manducabitis panē hunc. qđ & Chriſtus pollicitus eſt dicens, Ego vobiſcū ſum, &c. Fuit vero congruū hoc ſanctiſſimum ſacrm̄ a Chriſto inſtitui, quo nobiſcū in huiuſmodi ſigno ſenſibili eēt, quatenus quilibet fidelis hoc ipſo efficacius & intentius ad Chri amorē & pietatē, ac pro tantis ſuſceptis bñficijs gratiarū actionem excitetur, qđ & experiētia piorum veterum, ac adhuc ſuperſtitum, qui non curuauerūt genua ante Baal, cōmōſtrat. ¶ Cōgruū ēt fuit poſt ſpiritualē gñationē (qua per baptiſmū regñamur) conferri nobis ſpirituale nutrimētū ſub ſimilitudine nutrimenti corporalis, qđ in pane

Mat. 26. c. Mar. 14 Luc. 22.

Euchariſtia conficienda facultatē dedit Chriſtus eccleſiæ miniſtris.

1. Cor. 11.

1. Cor. 10. c.

1. Cor. 11
Matth. 5.

Euchariſtia pmanebit ad ſeculi vſque finē.

& vino præcipue conſiſtit, vnde excellenter Euchariſtia dr̄,id eſt, bona gratia, quia in hoc Sacramento non modo eſt augmentum virtutis, & gratiæ, ſed ille totus ſumit̄,qui eſt fons, & origo totius gratiæ.¶Prçterea ſumptione huius Sacramenti nedū ſpiritualiter, ſed & corporaliter Chriſto vnimur, adeo vt ſimus membrum corporis eius vt habet Apoſtolus.Poſtremo hoc Sacramentum non ſolū Deo nos gratos efficit,ſed varijs adiuuat modis,(vt ait Bonauentura) incorporat ſiquidem nos capiti Chriſto, Qui manducat me, in me manet,&c. Quamobrem & Græcis dicitur Synaxis,id eſt,cōciliatio, ſeu communio, quòd hoc Sacramento ſignificatur, & ſignificatur coniunctio Chriſti & Eccleſiæ. Quod etiam deducitur illo Corinthiorum, Calix benedictionis, &c. Deinde fortiores reddit. Pſalmiſta, Panis cor hominis confirmet. Cuius figura præceſſit,quando manna Deus pluit patribus in deſerto, &c.Vnde & Pſalmiſta,Panē Angelorum,&c.Quod etiam elicitur ex illo Apoſtoli, Omnes eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt. Deinde ſubſequitur, omnia in figura. ¶ Fuit autem adumbratum hoc Sacramentū multifariam, tum propter ſui excellentiā,(quatenus videlicet dignitas ipſius famoſior oſtenderetur,tum propter ipſius difficultatem, quandoquidem inter alia credibilia hoc difficillimum eſt. Quocirca operæpretium fuit homines figuris aliquibus manuduci ad huius Sacramenti veritatem. Colligitur proinde eximium hoc Sacramētum adumbratum fuiſſe prçcipue quatuor figuris.¶Prima legis naturæ,in ſacrificio Melchiſedech.¶Secunda, & tertia legis ſcriptę in agno,& manna.¶Quarta legis gratiæ in ſanguine lateris Chriſti. ¶ Et prima quidem p̄ſignabat viſibilem formā huius Sacr̄i, quæ eſt ſpēs panis & vini.¶Secunda rem contentam. ¶ Tertia de manna rem ſignatā tantum.¶Poſtrema ſignificabat efficaciam ipſius Sacr̄i.Vn̄ facile colligitur Euchariſtiā Sacr̄m eſſe nouæ legis,cum ſit ſignum ex inſtitntione diuina vere repræſentans, non quidem gratiā accidentalem, ſeu inhærentem tm̄ prçcipue & duntaxat,(vt alia Sacramenta) ſed aliquem gratuitum Dei effectum, nempe exiſtentiā corporis Chriſti ſub talibus ſpeciebus. Gratia enim in Sacramenti rōne,nedum pro gratia accidentali,ſed & pro gratuito Dei effectu accipitur. Deinde & Euchariſtia eſt vnum ſacramentum,& non plura. Nam tametſi corpus (vt conſideratur diſtinctum a ſanguine) & ſanguis,diuerſæ ſint res,per diuerſa ſigna,& ſeorſum illis propria ſignatæ, vt puta corpus per panis ſpeciem, & ſanguis per ſpeciem vini, nihilominus ſignatū conſtituunt, nempe corpus ipſius Chriſti acceptum, vt complectitur omnia, quæ ad totum corpus organicum pertinent, quæcunque tandē illa ſint, ſiue caro ipſa,aut ſanguis,& alij humores, aut ipſi vitales ſpiritus. Quod quidem ſignatum vnum eſt vnitate integritatis,licet non vnitate indiuiſibilitatis, & eadem vnitas aſcribenda eſt ipſi ſigno, ſeu Sacramento, hoc eſt ipſis ſpeciebus panis & vini. Ex iſtis colligit̄ triplex huius Sacramenti

Ephe. 5. *Euchariſtia varia cōmoda,* *Ioan. 6.* *1.Cor.10.* *Euchariſtia figura.* *Exod. 16.* *Pſa.77.* *1.Cor.10.* *Ge. 17. et Heb. 7.* *Euchariſtia ſacr̄ eſt nouæ legis.* *Vnum ſacr̄m Euchariſtia.* *Euchariſtia ſuper cætera ſacramenta excellentia.*

menti a cæteris & dña, & excellentia. ¶Prima quidē, quia cętera Sacramenta, licet quantū eſt ex ſe vera ſint, tñ qñque ſuo deſtituuntur effectu ſignato, pp ſuſcipientis indiſpoſitionē, iſtud aūt propterea nunquā ſuo priuatur ſignato. ¶Altera eſt, quia quod ſignat iſtud ſacramētum, hoc reipſa continet, vt puta gratiam ſubſiſtentem, ſeu Chriſtū ipſum plenum gratiæ & veritatis corporaliter. Alia vero Sacramenta non idem, cū ſignificent accidentariam gratiam ſuſcipiēti inhærentem. ¶Poſtrema dña, & excellētia huius Sacri in hoc conſiſtit, ꝙ cum alia in vſu & fieri conſiſtant, vtpote in quib. idem eſt Sacrm̄ & Sacri perceptio, cū ceſſante eorum adminiſtratione nihil qđ ſit Sacrm̄ ſuperſit. Hoc quidē permanens eſt ēt ante ipſius vſum, hoc adūbrabatur in māna, quod Moſes in vrna reſeruauit.

[Margin: ...in. 1. / ...loſ.]

DISTINCTIONIS VIII. Quæſt. II. Pag. 174.

An Euchariſtia forma ſit ea, qua in canone Miſſa ponitur.

RESOLVTIO.

CRedendum eſt (aſſertore Auguſtino) & habetur in Decreto, ꝙ in illis verbis, quæ in canone Miſſæ aſſignantur, Chriſti Sacramenta conficiuntur, nam reliqua omnia nihil aliud ſunt, quā laudes, vel obſecrationes. Huc accedit D. Ambroſius, Sermone Chriſti hoc conficitur Sacramētum, quia ſermo Chriſti creaturam mutat, & ſic ex pane fit corpus Chriſti, & vinum cum aqua in calicem miſſum, fit ſanguis conſecratione verbi cęleſtis. Cōſecratio quibus fit verbis? Attēde q̄ ſunt verba, Accipite, & comedite ex hoc oēs, hoc eſt corpus meū, Et iterū, Accipite, & bibite ex eo omnes, hic eſt ſanguis meus, Et confirmatur per Innocentium tertium (vt hr̄ in Decretalibus) Credimus, ait, formam verborū ſicut in Canone ſcribitur, & a Chriſto Apoſtoli, & ab ipſis eorum ſuſceperunt ſucceſſores. Siquidem verba cōſecrationis corporis Chri ſunt quatuor, videlicet, Hoc eſt corpus meū. Nā coniunctio (enim) non eſt de eſſentia formæ, ſed ponit̄ ad continuandum verba Sacr̄alia cū p̄cedentibus, neceſſario p̄mittendo, quatenus ex illis ex vi ſermonis hr̄i poſſit, qđ iſta, hoc eſt corpus meum, dñr in perſona Chriſti. Quocirca q̄ illā coniunctionē (enim) ex induſtria omitteret, grauiter peccaret. Quantū ad formā conſecrationis ſanguinis, maior apparet difficultas, p̄pea ꝙ nullus Euāgeliſtarū eam (qua vtimur) referat, nec Græci ea vtant̄. Sed nihilominus aſſertore Innocentio, vbi ſupra, hōmi forma certa eſt, quia ab Apoſtolis Eccleſiæ tradita exiſtimatur. Multa ſiquidem, quæ in Euangelijs nō ſcribuntur, Eccleſiæ ab Apoſtolis ſunt tradita, vt facile colligit̄ ex Apoſtolo dicente, Cætera cum venero diſponam, & alibi, Deinde (inquit) viſus eſt pluſquam quingentis fratribus ſimul, cuius tñ viſionis Euangeliſtæ non meminerunt. Item in actib. Apoſtolicis, Meminiſſe oportet verbi domini Ieſu, quoniā ipſe dixit, Beatius eſt magis dare, quā acci-

[Left margin: ...e conſt. / ...1. Can. / ...trum. / ...ib. 4. de / ...ſcramē- / ...ſ, c. 4.]

[Right margin: *Ext. de ce lib. Miſſarum c. cū Maria.* / *Eccleſia multa ab Apoſtolorū doctrina abſque ſcripto habet.* / *1. Cor. 11.* / *1. Cor. 15.* / *Act. 20.*]

accipere,quòd nec in Euangelijs comperitur. Adde q̃d Euangeliſtæ rem geſtam narrare intenderint, non autem præciſam conſecrandi formam tradere. Quamobrem nec diffitẽtur Catholici Græcorum Eccleſiam vere Euchariſtiam conficere, licet alia vtatur forma, Quinimo aſſerunt plerique Theologorũ quamlibet in Euangelijs ſcriptam ſufficere. Quamobrem, ſi ſacrificus eis vteretur, conficeret vtique Euchariſtiam, quia mutatio in modo enunciandi (modo ſenſus ſeruetur) nõ impedit conſecrationem. Nihilo minus Romanæ Eccleſiæ miniſter, communem citra mortalẽ noxam, dedita opera, prætermittere non poteſt. Tutius igiť fuerit ſi ſacrificus, pie, & attente totum perlegat canonem prætendens efficere, quod Eccleſia facit, & Chriſtus in cœna inſtituit, ac ſubinde fieri voluit. Nã qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter. Porro ipſe ſacrificus verba vtriuſque conſecrationis, poſtpoſitis Dialecticorum, & Philoſophorum argutijs, profert, tanquam ſigna ſenſibilia a Chriſto inſtituta, veluti inſtrumentum ad conſecrationem faciendam, quæ in vltimo fit inſtanti: quibus quidem verbis ſuper materiam aptam cum debita intẽtione prolatis, veluti cuidam præuiæ, & efficaci diſpoſitioni Deus aſſiſtit, vt ea completa inuiſibilem ipſius Sacramenti effectum producat. Quare veritas earum orationũ non præcedit Dei operationẽ, Quinimo illæ orones non ſunt ſacramentales, nec conuerſiuæ, vt veræ nec vt falſæ, ſed vt neutræ, ſaltem priores natura ſua veritate. In vltimo ſiquidem inſtanti temporis prolationis verborum ſacramentalium, ¶ Primo ſecundum ordinem naturæ eſt conceptus propoſitionis vt neuter, hoc eſt, neque verus, neque falſus, ¶ Secundo ſequitur operatio diuina producens, & efficiens illud, quod talis oratio deſignat. ¶ Tertio conſequitur huius conceptus veritas. Quod aũt in conſecratione vini ponitur calix, hoc iõ fit, quia conſecrať ſanguis in rõne potus, niſi vt in vaſe exiſtens. Nihil aũt tale in corporis conſecratione ponitur, quia corpus conficitur, vt cibus, ſolidũ vero habet cibi rationem, licet in vaſe non exiſtat.

DISTINCTIONIS VIII. Quæſt. III. Pag. 126.

Poteſtne hoc ſacramentum a non ieiunis recipi?

RESOLVTIO.

Euchariſtia v ieiunis recipi debet.

NOn ab re profecto ſanxerunt Patres, ac eccleſiæ paſtores, vt fideles ieiuni tantum ſuſciperent ſacramentum, modo infirmitate, aut alia rationabili cã ſecus facere non conueniat, Ieiuni, inquam, naturæ ieiunio, ſic quod a media nocte (qua ſecundum eccleſiæ conſuetudinem naturalis incipit dies) cibũ, aut potũ non ſumpſerint, niſi forte inter abluendũ os, guttulæ quædam tranſglutiantur, hoc enim ſacri ſuſceptionem non impediret. Siquidem eſſe ieiunũ ieiunio eccleſiæ nõ ſufficeret, quod niſi

Ieiunium naturæ quid.

1. Cor. 11.

nium fia . niſi per extraordinariam aliquã refectionẽ præter eccleſiæ morem, de quo Apoſtolus (Nos talem conſuetudinem non habemus, nec eccleſia Dei) non ſolui tur, vt per pharmacorũ medicinalium ſumptionem, aut potũ ſaltem poſt prandium. ¶Hoc autem inſtitutum fuit ob tanti reuerentiam ſacramenti, quatenus ſingulari reuerentia con-
r. II formiter ad Apoſtoli doctrinã diiudicetur. i. ab alijs cibis diſcernatur, quod dñs Apoſtolis diſponendum reliquit. Minor ſiquidem eſt reuerentia, (vt in pluribus) in pranſo, quam ieiuno. ¶Altera ratio eſt, vt prius q̃rat cibus ſpiritualis animæ, quã corporalis, ſecundum illud Mat
th. 6. thæi, Primum quærite regnum
onſe. Dei, &c. Hoc autem habetur in
. can. decreto Gregorij, & ſumitur ab
ido. Auguſtino in epiſtola ad Ianua
2. epi rium, vbi ait, Placuit Spiritui
118. ſancto, vt in honorem tanti Sacramenti prius in os Chriſtiani Dominicum corpus intraret, quàm alij cibi, ideó vbiq; mos iſte ſeruatur. Si dixeris non maiorem eſſe domino ſeruum ipſum, & propterea obſeruandum eſſe factum ipſius Chriſti, qui poſt cęnam hoc inſtituit, & exhibuit ſacramentum. Reſpondetur, obediendum quidem eſſe domini præceptis, veruntamen nõ omnia eius geſta nobis imitanda proponuntur, cum non hoc fine oĩa fecerit, ſed pleraq; ad aliud inſinuandum, vt hic, & cum voluit circuncidi, vñ Auguſtinus loco iam citato. Non enĩ quia poſt cibos dedit dñs, ideo pranſi & cœnati illud accipere debent fideles, vt illi fa-
r. II. ciebant, quos Apoſtolus redarguit. Nam Saluator quo vehementius commẽdaret myſterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus, & memoriæ diſcipulorũ, a quibus ad paſſionẽ digreſſurus erat. Quo aũt ordine deinceps ſumeretur Apoſtolis, per quos, & eccleſias diſpoſiturus erat, reſeruauit docendum. Quod ſi obijcias Apoſtolum dicentem, Si quis eſurit, domi manducet, vbi apparet quod velit fideles prius comedere, quam ad Euchariſtiam accedant. Reſpondetur cũ Auguſtino, tantum abeſſe, vt Apoſtolus hoc voluerit, quinimo reprehendit illos, qui pranſi euchariſtam ſuſcipiebant, Nolebat igitur vt antequam ad eccleſiam accederent, comederent, ſed poſtea quam ab eccleſia receſſiſſent. ¶Obſerua poſtremo quadrifariam hoc ſacramentũ percipi poſſe, ¶ Primo ſolum ſacramentum, non ſacramentaliter (ſic enim loquuntur) vt ſi euchariſtia Pagano, aut Hæretico infideli daretur, qui non diſcerneret eam a communi cibo. Et hi ſecundum Apoſtolum iudicium ſibi manducarent, & biberent, non diiudicantes corpus domini. ¶ Secundo, poteſt recipi ſacramentum ſacramentaliter & non ſpiritualiter, quẽadmodum fidelis ſynceram habens fidem de ſacramento, in mortali peccato exiſtens, nullatenus contritus ipſum recipiat. Is, inquam, non recipit ſpiritualiter, quia ſpiritualem effectum, ad quem ordinatur huius ſuſceptio (qui eſt ſpiritualis animæ nutritio per gratiam a Chriſto collata) nõ recipit, Quinimo mortali nexu offendit, cũ iuxta Apoſtoli præceptum non probet ſeipsũ. ¶Tertio, recipit̃ vtroque

Euchariſtia quadrifariã ſuſcipi valet.

1. Cor. 11.

que

que modo,videlicet ſacramentaliter, & ſpūaliter a probo fideli, habente ſpem,fidem, & charitatem,contrito , & confeſſo actu, vel effectu.Is enim non ſolū Sacramentum , nec ipſius effectū ſuſcipit, nam Chriſto ſpirituali cibo vnitur, & incorporatur ſecundum illud , *Ioan. 6.* Qui manducat meam carnem , & illud , *1.Cor.10.* Panis quem frangimus , &c. Et quod Chriſtus in ſpiritu dicebat D. *Lib. 7.con feſſ.* Auguſt.cibus ſum grandiū,creſce , & manducabis me , nec tu me mutabis in te , ſicut cibum carnis tuę ,ſed tu mutaberis in me. Hoc enim inter cibum corporalē & ſpiritualē intereſt, quia corporalis in ſubſtantiam aliti conuertitur, ſed in ſpirituali nutritione, nutritus in cibum conuertitur, quia per charitatē in ipſum transformatur.Vnde illud *Ioan. 6.* Ioan.Qui manducat me,ipſe viuet pp me,&c. ¶Quarto ſumitur tātum ſpiritualiter, quod contingit his, qui iam Chriſto p vnā fidē coniuncti , pp tanti ſacri reuerentiā (vt D.Bonauentura)aut infirmitatē aliquā,aut ob miniſtri penuriā a ſacri abſtineat ſuſceptione, *De conſe. diſt. 2.* quib.D.Auguſt.ait, vt quid paras dentē & ventrem,crede , & manducaſti, nā talis ſpiritualiter nutritur. Is vero Auguſt.locus non de inferiori fide,ſed de ea,quæ(aſſertore Paulo)per charitatem operatur,intelligitur . Hæc aūt ſpiritualis manducatio potius fidei quam charitati adſcribit', quia proprietas manducationis magis in actu fidei reperitur,ob id ꝙ credens maſticet recogitando , diligens aūt nō incorporat, ſed incorporat' potius, Vñ & alibi Auguſt.Nulli ambigendū eſt tunc quemque corporis, & ſanguinis dñi participem fieri , qñ Chriſti membrum efficitur,nec alienari ab illius panis calicíſque conſortio, ēt ſi antequā illum panem edat, & calicem bibat de hoc ſeculo in veritate corpus Chriſti conſtitutus abſcedat , quia illius ſacri bñficio non priuatur,qñ ille hr̄e hoc,qđ illud ſacr̄m ſignat,inuenitur. In illo enim ſacro corpus & ſanguinem ſuum nobis commēdauit, quod & fecit noſipſos, id eſt,cuius ſignatum fecit noſipſos , videlicet corpus Chriſti myſticū . Corpus ſiquidem Chriſti verū in ſacramento ſignum corporis myſtici , nam & nos corpus ipſius facti ſumus myſticum.

DISTINCTIONIS IX. Quæſt.Vnica.Pag.191.

Licetne cuipiam cum mortali delicto ad ſacram accedere Synaxim .

RESOLVTIO.

TRifariam contingit aliquem in mortali eſſe peccato. ¶Primo actu ipſo,vt puta quia tunc actu inferiori(aſſenſum videlicet mortali noxæ præbens,vel exteriori) re ipſa peccat, *In mortali eſſe pec cato poteſt quis trifariam .* Et huic tm̄ abeſt, vt liceat accedere, quinimo nouo peccato ſic accedens delinquit,vt hēt Apoſtolus,Qui manducat,& bibit indigne, iudiciū *1. Cor.11.* ſibi mādu cat,& bibit,Iudicium proculdubio propriæ punitionis, Incurrit.n.(aſſertore Bonauētura)iuxta qualitatē, indignitatis pœnā,vel æternę dānationis,ſi fuerit in mortali,vel tp̄alis affiictionis , ſi in veniali fuerit. *Eucharistiā ſuſcepturo neceſſaria p̄paratio.*

Aut

Aut ratione minoris reuerentiæ, modicæ deuotionis, &c. Per quod docemur quàm ſit cauendum male accipere bonum. Ecce enim factum eſt malũ (non quidem in ſe, ſed ei, qui indigne accipit) dum male accipitur bonum. Sicut contra Apoſtolo factum eſt bonum, cum bene accipitur, malum ſcilicet, dum ſtimulus Satanæ patienter portatur. Ergo & mala proſunt bonis, ſicut Angelus Satanæ Paulo, & afflictio Satanæ Iob, & Tobiæ, & Dauidi perſecutio Saul. Et ſancta obſunt malis, vt Iudæ corpus Dñi: Symoni magno baptiſma, quia bono bene nõ ſunt vſi, bonis ſunt ad ſalutem, malis ad iudiciũ. Vnde qui manducat, & bibit indigne, iudicium ſibi mãducat, & bibit, non quia res illa mala eſt, ſed quia malus male accipit, quod bonum eſt: Vnde in Deuteronomio, Iuſte quod iuſtum eſt perſequeris. ¶Secundo ſi iam præteriti peccati obliuione captus ſit, cuius nec eũ pœnituit, nec pęnitet. Is autem ſi fuerit ignorantia craſſa, vel affectata (de qua noluit intelligere, vt bene ageret, & in quorum perſona ait Iob: Viam ſcientiarum tuarum nolumus) affectus propter quam non recolit peccatum, peccat quidem accedendo, licet minus offendat, q̃ prius. Propterea, inquam, peccat quia nõ ſemetipſum probauit, vt cuilibet per Apoſtolum præcipitur, Probet autem ſeipſum homo. Nihilominus quantumuis ſeipſum probet, ac conſcientiã examinet, nequit eſſe certus, certitudine euidẽtiæ ſe eſſe dignũ, ſed certitudine fidei, & probabili (quæ ad digne communicandum ſufficit) qua plus tendit in vnam partem, quàm in alteram. Hoc autem conſtat ex Apoſtolo, Nihil mihi conſcius, &c. & ex Pſalmiſta, Delicta quis intelligit? &c. Et ex Eccleſiaſte, Neſcit homo an odio, & cæter. Quamobrem ſi non fuerit negligentia craſſa, quia ſufficiens ꝑceſſit examinatio, non peccat Euchariſtiam ſuſcipiens, licet peccati alicuius, aut plurium oblitus fuerit, nam & ea diſpoſitio morituro ſufficeret. ¶Tertio ſi præteritæ noxæ eum pœniteat, ſed exomologeſim, hoc eſt ſacramentalem confeſſionem nõ fecit. Hic dubio procul ſi confitendi opportunitas occurrat, prius confiteri tenetur, quàm Euchariſtiam ſuſcipere præſumat. Cuius ratio eſt, quia iſtud Sacramentum eſt Sacramentum maius fidelium, vnde, Credo ſanctorum communionem, de qua re vide Cyprianum. Quamobrem non tantum debet Deo reconciliari, ſed & ipſi Eccleſiæ, vt digne Eccleſiaſticæ Sacramentum vnitatis ſuſcipere poſſit. Sin autem confitendi facultas ei denegetur, eam, vt habeat præſtolari debet, nec communicare pręſumat, modo ſcandalum nullum ſubſequatur. Nam ſi ſcandalũ aliquod inde proueniret, tunc vtique reminiſcens peccati mortalis, modo cõtereatur, & confiteri proponat, communicare poteſt: quod accidere põt ſacrificulo iam induto, & ad faciendum ſacrũ iamiã accincto. Conſimiliter, & cuicunque cõmunicaturo eo die quo ſecundum religionis, collegij, aut Eccleſiæ conſuetudinem fideles cæteri communicant. Tunc. n. ad euitandum proximi ſcandalum

Margin notes: [2. C]or. 12 — [Deut]. 16. — [Iob] 21. — [1.] Cor. 11 — 1. Cor. 4. — Pſal. 18. — Eccle. 2. — Euchariſtiã ſuſcepturus cõfiteri dẽt. — Ser. 5. de lapſis.

dalum confeſſionis dilatio excuſatur, modo opportuno tempore eam facere (vt dictum eſt) proponat. Hoc de mortali accipiendum eſt, quia de veniali non eſt neceſſario confitendum, aut in particulari pœnitendum, ſufficit enim quod in generali venialia diſpliceant, niſi eſſet ſcrupulus conſcientiæ, quo ambigeret an mortale ſit, an veniale, tunc enim confeſſarium, nacta tēporis oportunitate, etiam conſulere deberet. Obijcies fortaſſe capitulum illud, Omnis vtriuſque ſexus, quo præcipitur fidelibus, vt ſemel duntaxat in anno confiteatur, vnde ſubſequi videtur eum qui Euchariſtiam ſuſcipit, non debere toties cōfiteri, quoties illius ſacramenti ſit particeps. Reſpondetur, capitulum illud non prohibere fidelibus, quo minus pluries in anno confiteātur, ſed præcipit, vt ſaltem ſemel id faciant. Nam in multis alijs ſpecialibus caſibus tenetur quis ad exteriorem pœnitentiā ſuſceptione ſacramentalis confeſſionis peragendam, vt cum quis grauis detinetur morbo, adeo, vt de eius conualeſcentia deſperetur. Vnde beatus ille ſeruus, quem cum venerit dominus, & inuenerit eum vigilantem, & cæter. Deinde exponens ſe mortis periculo, vt qui bella adeunt, aut ſimilia aggrediuntur diſcrimina. ¶ Poſtremo, & ſacerdos celebraturus ſpeciali lege ad hoc aſtringit: pari ratione & quicunque cōmunicaturus. Quod ſi eam legem exquiras, eam tibi ſanxit Apoſtolus, Probet autem ſeipſum homo, &c. Et Diuus Cyprianus. ¶ Obſerua poſtremo quòd quamuis nullus certo, & euidenter (vt prædictum eſt) ſcire poſſit ſe a peccato eſſe prorſus immunem nihilominus aliqua eius coniectura haberi poteſt. Potiſſimum per quatuor ſigna. ¶ Primū cū quis pie ac deuote (vt ait Bernardus) verba Dei audit, iuxta illud Ioannis, Qui ex Deo eſt, &c. ¶ Secundum, cum quis ſe promptum ad bene operandum inuenit, ſiquidem probatio dilectionis exhibitio eſt operis, aſſertore Gregorio. ¶ Tertium cum quis in futurum abſtinere a peccatis proponit. ¶ Quartū cū de præteritis dolet: Nā in his (vt dicit Gregorius) vera exiſtit pęnitētia. Quapropter ſi quis ꝑ huiuſmodi ſigna, diligēti ſuæ conſciētię diſcuſſione facta, ad cōmunionē accedat alicuius peccati mortalis oblitus, non peccat, quin potius virtute Sacramenti peccati cōſequitur remiſſionē. Effectus autem ſacramenti digne ſuſcepti duodecim aſſignantur, qui duodecim fructus ligni vitæ deſignantur. ¶ Primo enim inflammat in ſuſcipiente charitatem. ¶ Deinde reducit ad memoriā Chriſti paſſionē. ¶ Tertio ſuſtentāt a caſu ex propria prouenięte īfirmitate. ¶ Quarto roborat ad boni operationē. ¶ Quinto auget ſpem. ¶ Sexto purgat veniale peccatum, & aliquando mortale, vt puta cum quiſpiā attritus eſt, & non plene contritus fuit, tunc enim Sacramēti ſuſceptione attritio formatur, hoc eſt charitate decoratur, & fit contritio. ¶ Septimo reficit interna conſolatione. ¶ Octauo dat vitā gratię. ¶ Nouo vnit Chriſto manducātē. ¶ Decimo fidē firmat. ¶ Vndecimo munit cōtra dęmonis impulſum. ¶ Duodecimo remittit ardorem carnalis cōcupiſcētię.

Confeſsio in certis caſibus neceſſaria.

1. Cor. 11.

Ser. 5. de lapſis.

Cōiectura quod aliquis ſit in gratia.

Ioan. 8.

Euchariſtia effectus.

Apoc. 22.

DISTINCTIO. X.
Queſt.I. pag.149.

Contineturne Chriſti corpus ſub panis & vini ſpeciebus reipſa?

RESOLVTIO.

Eucharistia Christi corp⁹, & ſanguis re continetur.

CHriſti corpus vere, ac re ipſa in Euchariſtia contineri, eſt ſimpliciter de ſubſtãtia fidei, eo modo, quo cuiuslibet ſacramenti veritas ad fidei articulos pertinet, & refertur potiſſimum ad eum articulum, Credo ſanctorum communionem. Iſta enim veritas a principio, ex quo Euchariſtia fuit inſtituta, expreſſe fuit tradita, cuius fundamentũ, & fulcrum ex ſcripturis deducitur, nempe Matthæo, Luca, Marco, & Paulo, a quo huius ſacramenti inſtitutio deſcribitur plenius. Habemus igit Chriſti verbum manifeſtiſſimũ de Euchariſtia, vbi de pane dixit, hoc, id eſt, hic panis (vt loquitur ſcriptura) ſeu expreſſius, hoc contentum ſub panis ſpeciebus, (vt exponunt Theologi.) eſt corpus meum, quod pro vobis datur: de poculo, Hic eſt calix noui teſtamenti in meo ſanguine. Docet proinde Eccleſia Catholica, hæc verba cœnę dominicę debere accipi in ſua propria & naturali ſignificatione iuxta grammaticum ſenſum, vt ſimpliciſſime a Chriſto Ieſu domino noſtro prolata ſunt, & ab Euangeliſtis, & Paulo tradita. Nemo illorũ ponit, vel ſignificationem, vel figurã corporis, ſed corpus. Omnes habẽt (eſt) non (ſignificat, qđ ſubſtantiue, non ſignificatiue accipi debet: Et ꝓ nomina demõſtratiua, hoc, & hic, iuxta morẽ omniũ linguarũ, nihil hoc loco aliud demonſtrãt, ꝗ quod porrigit, nec aliud eſt quod porrigit, ꝗ quod verba omnipotẽtia & veracia Chriſti omnipotentis & veracis ſonant. Ita enim, & Vulgarius ait, non dixit, Hoc eſt ſymbolũ, ſed hoc eſt corpus meum, demõſtratiue, ne quis putaret ea, quę cernunt typũ eſſe. ¶ Neque vllus alius locus ſcripturæ adduci põt, ꝗ cogat interpretari verba cęnæ allegorice. ¶ Nullũ etiã ſcripturæ teſtimonium inueniri põt, qđ interpretetur verba cœnę aliter, ꝗ natiua ſententia literæ ſonat, preſertim cum alios difficiliores & obſcuriores ſcripturæ locos Chriſtus, & Apoſtoli explicare ſoleant. ¶ Talis eſt ſimilitudo illa de ſemine, de digito Dei. Itaque quã aperta ſint iſta verba, Accipite, comedite, accipite, bibite, tã aperta ſunt & hęc, Hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus. Sed pater tenebrarum perſpicua verba conatur obſcurare, Paulus claris verbis dicit, Panis quem frangimus, id eſt diſtribuimus, & nobis inter nos cõmunẽ facimus, dũ quiſque ſuã partẽ ſumit, nonne communicatio corporis Chriſti eſt, qua ſimul nobis communicatur corpus Chriſti. Itẽ non dijudicans corpus domini, & reus erit corporis & ſanguinis domini. ¶ Quantũ vero attinet ad catholicu conſenſum firmum, probabilem, & obſeruandum, luce clarius eſt veteris, & purioris eccleſiæ ſententiam eſſe, quod vere adſit corpus dñi in cęna. Omnes enim, vetuſtiſſimi ſcriptores ĩ affirmatiua ſic verſati ſunt, vt nullus illorum vel ſcripſerit, vel docuerit iſtas negatiuas hęreticas

Mat. 26. Luc. 22. Marc. 14. 1. Cor. 11.

Mat. 13. Luc. 11.

Euchariſtia teſtimonia.

ticas voces, Panis non eſt corpus Chriſti, ſeu ſub ſpeciebus eius: Et cum hoc communiter ſenſiſſe Eccleſiam exiſtimemus, quod iſti docti & pij eccleſiarũ gubernatores ſcripſerunt, nulla firma ratio inueniri, nulla certa cauſa adduci poteſt, quę nos moueat, aut cogat diſſentire, vel recedere a recepta ſententia veteris Eccleſiæ Græcę, & Latinę. Irenæus diſcipulus Policarpi, qui vixit anno domini. 75. Quando (inquit) & mixtus calix, & factus panis percepit verbum Dei, fit Euchariſtia ſanguinis & corporis Chriſti, ex quibus augetur, & conſiſtit carnis noſtrę ſubſtantia. Tertullianus, qui vixit anno domini. 200. Caro, ait, noſtra corpore & ſanguine Chriſti veſcitur, vt anima Deo ſaginetur. Origenes citans Apoſtolorum, & veterum eccleſiarum exempla, & ſententias anno domini. 261. ſepultus ſenex, & pauper ſic ſcribi, Volo vos admonere religionis veſtræ exemplis. Noſtis, qui diuinis myſterijs intereſſe conſueuiſtis, quomodo cum ſuſcipitur corpus domini, cum omni cautela, & veneratione ſeruatis, ne ex eo parum quid decidat, ne conſecrati muneris aliquid dilabatur: reos enim vos creditis, & recte creditis, ſi quid inde per negligentiam decidat. Quod ſi ad corpus conſeruandum tanta vtimini cautela, & merito vtimini, quomodo putatis eſſe minoris piaculi, verbum Dei neglexiſſe, quàm corpus eius? Cyprianus qui vixit circiter annum Domini. 260. Panis (inquit) iſtę quem dominus diſcipulis porrigebat non effigie, ſed natura mutatus, omnipotentia verbi factus eſt caro. Ambroſius q idẽ ſentit de gratia & iuſtificatione fidei, quod nos docemus, vixit anno. 388. ſub Theodoſio Imperatore, quem ſic allocutus eſt, Quomodo cruentis manibus accipies ſacrum Domini corpus? Qua temeritate ore tuo poculum ſanguinis pretioſi percipies, cum tantum iuſti ſanguinis fuderis. Auguſtinus, qui ſepultam doctrinã de gratia Chriſti peculiarem illam ſapientiam eccleſiæ de iuſtitia fidei viuæ, & charitate decoratæ ignotam mũdo reuocauit, ac reſtituit, qui egreſſus eſt ſeptuageſimum ætatis ſuę annum. Cumque fœlici, & ſalutari gubernatione præfuiſſet eccleſiæ annis. 40. vocatus eſt ex his myſterijs ad immortalitatẽ anno domini. 403. In maximo mœrore, cum obſideretur ciuitas Hippona a Vuandalis, ſic ſcribit: Liquide apparet quando primum acceperunt diſcipuli corpus, & ſanguinem domini, non accepiſſe eos ieiunos. An autem ieiuni communicare debeamus. 8. diſtinct. quæſt. 2. S. Hieronymus, qui ſepultus eſt anno domini. 422. nihil, inqnit, illo (Exuperio Epiſcopo Tholoſano) ditius, qui corpus domini caniſtro vimineo, ſanguinem portat in vitro. Hilarius qui vixit anno Domini. 400. De veritate, inquit, carnis & ſanguinis non eſt relictus ambigẽdi locus: Nunc vero & ipſius domini profeſſione, & fide noſtra vere caro eſt, & vere ſanguis, & hoc acceptu, atque hauſtu id efficiunt, vt & nos in Chriſto, & Chriſtus in nobis ſit: atque ſumus in eo per ſacram communitatem carnis & ſanguinis. Cyrillus Alexandrinus, qui prefuit Epheſi-

In Exod. homil. 13.

Epheſinę ſynodo anno domini 133. ſub iuniore Theodoſio celebratę, Attende (inquit) quòd panis, qui a nobis in myſterijs manducatur, non eſt tantum figura quædam carnis, ſed reipſa caro domini. Ioannes Chryſoſtomus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, tempore Arcadij imperatoris anno domini. 404. Quando (ait) ſacerdotē tibi corpus præbere videris, noli ſacerdotis, ſed Chriſti manum ad te porrigi arbitrari. Satis autem non eſt, vt eccleſiarum doctores tradant, & profiteantur ſacræ ſcripturæ ſententias, & ſonent meras Apoſtolorum voces, multaſque ſcripturas, & authoritates congerant, niſi eiuſdem ſine aliqua vi, ſuum proprium, natiuum, & literalem, ſeu grammaticum ſenſum, quem verba dant, relinquant, nec vllis prauis, incertis, ambiguis, nouis, & a veritate, ac principali continuaque ſententia alienis interpretationibus obſcurēt, & deprauēt, quod fieri ſolet a quibuſdam ex ſumma ignorantia, a præfractis autem, & hæreticis magna temeritate, Quemadmodum Sa moſatenus furens noluit verbum Dei λόγος, de perſona interpretari, ſed conuenerunt vicini Epiſcopi, & probatiſſimi ſeniores, & oſtēderunt ex ipſa nar ratione Ioannis, & alijs locis, ver bum intelligendum eſſe de perſona, & ſimul, teſtati ſunt hanc fuiſſe ſententiam Catholicæ eccleſiæ traditam. Inde vſque ab Apoſtolis nullo modo iudicandum eſt de verbo Dei ex carnali prudentia, ſicut hæretici iudicant, qui non ex ſcriptura iudicant, quid ſit ſentiendū, ſed ex ſe fingunt ſententias, ad quas male detorquent ſcripturas, cum ſententiæ ſint ſumendę a verbo Dei, non verbum ſecundum ſententias noſtras torquendum. Qua in re quiſpiam ad Oecolamdium ſcribens eum accuſat, Tu quidem (ait) homo diſertus quoſdam locos nimis callide interpretaris, & ad tuam cauſam detorques. Impietas eſt ſine reuerentia tractare ſcripturas, & illas ſicum ceram torquere, vt hodie congerunt ſententias ſcripturæ pro ſuo arbitrio. Vna autem, & ſimplex eſt ſcripturæ ſententia, videlicet quam aperit ratio grammatica, habita ſemper ratio regularum fidei, & morum, eam noſtri pro viribus conati ſunt Eccleſiæ tradere, & dant operam, vt quàm ſimpliciſſime interpretentur ſcripturas: non enim minus flagitium illis videtur, grauiſſimas ſententias male torquendo corrumpere, quam Publicanos publicam monetam adulterare. Quare corruptelas rectę doctrinę ſtabilire, aut adiuuare non debemus, ſed conſtanter reijcere, & execrari, Talium corruptelarum authores nequaquam ſunt mēbra verę Eccleſiæ tenenda. Eſt enim regula, ſi quis aliud Euangelium docet, anathema ſit: mūdus, & corda hominum impiorum, quia verbum non amplectuntur, aut magnifaciunt, ante ferunt ſuam ſapientiam ſermoni diuino, quibus etiam perſpicue conuictis ſatisfieri non poteſt, ſicut Athanaſius non ſatiſfecit Arrianis, quo fit vt in hac contumacia magis excęcentur, ne videant veritatē, vt eſt apud Paulum: Obſcurentur oculi eorum ne videant. Pij reuerenter amplectuntur verbum Dei, acquie-

[Left margin: ...ni Dei ...uus sē ...obſer- ...ius. / ...ū Dei ...l aſti ...ū ex ...ali ...ntia.]

[Right margin: Rom. 11.]

quieſcunt in dictis diuinis, contenti mandato iſto, Hic eſt filius meus dilectus, hunc audite, &c. credunt verbo Dei, eoque innituntur, Dei ſapientiæ ſe ſubijciunt, nec anteferunt humanam
1. Cor. 10. ſapientiam, ſed vt Paulus monuit redigunt ſe in hanc piam captiuitatem, vt obediant Chriſto. Verbum Dei eſt viuificum, & ſalutare bene vtentibus, exitium autem, & mors ſi eo male vſus fueris. Impij autem nō poſſunt optime vti verbo Dei, contaminant illud carnali intellectu, & humanis opinionibus, & ſicut ſeipſos lædunt qui ſpinas gerunt, ſic impius, qui verbum Dei tractat, ſe ſuo gladio iugulat, citando ſæpius contra ſe ſcripturas, quas pro ſe facere putat. Omnibus enim ætatibus petulantia, & ambitioſa ingenia, ad corrumpendam cœleſtem doctrinam excitauit diabolus, quorum corruptelis multi errores in Eccleſiam inuecti ſunt, & plurimi non ſatis firmi, & tenaces verbi ſubmerſi ſunt. Imago talium impoſtorum, & corruptorum cœleſtis doctrinę depicta eſt in militibus Chriſtum cruci figentibus. Veſtes quæ tegunt, & ornant Chriſtum ſunt ipſę ſacræ ſcripturæ, veſtes autē Chriſti alias ſcindunt in partes, de alijs ſortiuntur. Ita quidam doctores Eccleſię, verius Chriſti & Eccleſiæ crucifixores, quam doctores, ſcripturas pro ſua libidine in quas volunt partes ſcindunt, trahunt, atque retrahunt, atque ſunt hæretici, & ſchiſmatici, quia falſa, atque violentia interpretatione ſcripturas lacerāt, cuiuſmodi milites, ſeu doctores fuerūt, Ebion, Cherintus, Samoſatenus, Arrius, & quidam alij olim, nūc autem Caluinus, Lutherus, &c. quorum non eſt numerus. Qūquidē igitͤ noſtræ Eccleſiæ in doctrina de Euchariſtia nullum gignūt nouum dogma, nec vllam nouam opinionē, aut interpretationem cum textu pugnantem fingunt, ſed tantum profitentur ſentētias prius in ſcriptis Euangelicis & Apoſtolicis traditas, & oſtendunt quomodo intelligant hæc dicta euangelica & apoſtolica, & tunc verum intellectum ab Apoſtolis eorumque diſcipulis, ac ſucceſſoribus per verbum certum, & non ambiguum, purum, & incorruptum ad poſteros trāſmiſſum eſſe aſſerunt. Ideo neceſſe eſt illis eccleſis accedere, cōſentire, ac parere, quemadmodum iubet Chriſtus adducta excommunicationis comminatione, audiendam eſſe eccleſiam pronunciantem iuxta verbum Dei recte intellectum. Nam candide & ſimpliciter teſtificantur de illo veteri cœnę dominicæ dogmate, ſe illud ideo amplecti, quia non eſt commentitium, aut nouum, ſe vera authoritate, & deinde vniuerſali orthodoxæ eccleſiæ conſenſu, & meliorum ſcriptorum teſtimonijs conuinci ſe oſtendunt, eam ſententiam quam profitentur veram eſſe. Ab hac autem diſſentire, & quod peius eſt, eam impugnare non eſt Catholicorum, ſed ſingularium, qui ſectantur, non quod vniuerſi ſentiunt, iuxta verbum Dei recte intellectum, ſed quod ſibijpſi fingunt, & eligunt citra, & contra verbum, aut cum verbo, ſed confictis gloſſis deprauato. Cum autem hæretici aſſerunt hæc figuratiue dicta fuiſſe, quemadmodum

15. dum illud Ioannis, Ego ſum vi-
10 tis vera, & illud Apoſtoli, Petra
ſtia aũt erat Chriſtus: Hoc profecto
non Chriſti intentioni aduerſatur,
figũ quod ex Auguſtino oſtendi fa-
83. cile poteſt. Solet (inquit) cirr-
cunſtantia ſcripturarum illumi-
nare ſententiam, nã ex præcedẽ
tibus, & ſequentibus intelligen-
da ſunt media. Verus igitur in-
tellectus verborum Chriſti, an
figuratiue loquatur, an contra-
rio, ex p̄cedentibus, & conſequẽ
tibus ibidẽ colligi pōt, aut ex
aliis ſcripturæ locis. Vnde cum
Chriſtus ait: Ego ſum vitis vera,
ſubiunxit, & vos palmites, con-
ſtat autem diſcipulos non eſſe
palmites naturales, ſed dunta-
xat figuratiue, quare & is locus
figuratiue accipi debet, ſed cũ
2. dixit, Hoc eſt corpus meũ, ſub-
dit, quod ꝑ vobis tradetur. Cũ
etiam dixiſſet, Hic eſt calix ſan-
guinis mei, ſubdit, qui pro vo-
bis fundetur: Ex quibus ſane cō
ſtat hoc non poſſe figuratiue ac
cipi, ſed de ſuo proprio ac vero
corpore & ſanguine intelligi
debere: Articulo aſcenſionis, &
vari- ſeſſionis Chriſti ad dexterā Dei
nihil patris omnipotentis quoque
t ar abutuntur phanatici, contra Sa
s A- cramentum cœnæ dominicæ,
onis. corpus Chriſti inquiunt ad cœ-
los aſcendit, & ſedet ad dexterā
Dei patris, ergo non eſt in pane
Nam vnum corpus non poteſt
eſſe vno tempore in diuerſis lo-
cis, meum corpus non poteſt ſi-
mul & ſemel Romæ & Hieroſo
lymis eſſe, Ita nec Chriſti cor-
pus ſimul in cęlis, & in pane.
Quis hic non deploret phanati-
corum infamiam, cęcitatem, &
errorem, qui de Chriſto nihil
ſublime ſentiunt, quàm de alio
quopiam homine, & qui audẽt
ipſam veritatem mẽdacij argue
re, quæ dicit, Hoc eſt corpus
meum, Et Paulum, vas electum,
erroris, qui ſcripſit, Panis, quem
frangimus nonne eſt communi
catio corporis Chriſti? quaſi ar-
ticulus aſcenſionis eijceret cor-
pus dominicum è cęna, qui po-
tius pani huic corpus, & poculo
huic ſanguinem tribuit, & cęnę
reuerentiam, ac dignitatem
confirmat. Nam articuli iſti re-
ſurrectionis, aſcẽſionis, & re-
gni Chriſti, doctrinam, & verba
Chriſti declarant, atque confir-
mant, quibus Chriſtus palā de-
clarauit diuinitatē, & omnipo-
tentiam ſuā. Quòd .n. ad dexte- Rom. 10.
ram Dei ſedeat, æqualem maie- Phil. 2.
ſtatem, potentiam, dominiũ, re-
gnumq; poſſidens, ideo nihil mi
nor eſt patre, dextera .n. Dei eſt Pſal. 118
ipſa Dei potentia, regnũ & ma-
ieſtas, quæ dextera non tantum
ſupra in cœlis, q̃ infra apud infe
ros eſt, velut ex Pſalmiſta cogno Pſal. 139
ſci poteſt. Si igitur in cœlis ad
dexteram patris ſedet, regnatq;
Chriſtus, verax & omnipotens
eſt, & hoc ſua aſcenſione com-
probauit. Verum igitur quod di
xit, & inſtituit in terris agens, mi
nimeque aufert præſentiam cor
poris & ſanguinis aſcenſio. ¶ Ad Ioan. 6.
hæc obijciunt ꝙ Chriſtus vidẽs
aliquos propter prædicationem
de Euchariſtia ab eo abire, ex-
poſuerit ſeipſum dicens, Spiri-
ritus eſt qui viuificat. Quem lo
cum pertractans Auguſtinus, Super Pſ.
ait, Spiritualiter intellige, q̃ lo- 254. to. 8.
cutus ſum, non hoc corpus, qđ & de cōſe.
videtis manducaturi eſtis, & ſan di. 2. c. pri
guinem illum bibituri, quẽ ef- ma hæreſis
fuſuri ſunt, qui me crucifigent,
ſacramentũ aliquot verbis com
mendari ſpiritualiter intellectũ
viuificabit vos, caro autẽ non

prodeſt quicquam: Ergo ex his verbis Chriſti, & Auguſtini appa ret, ꝙ non intellexerit de corpo re ſuo, niſi ſignificatiue. ¶ Reſpondetur ꝙ his verbis Saluato ris & Auguſtini exponentium ſeſe, non negatur verum corpus Chriſti eſſe in Euchariſtia, & a fidelibus ſumi, ſed his verbis Apoſtolos, & in his nos inſtruxit, quod ipſius corpus non per partes diſſectum, vt putauerunt illi diſcipuli, qui retro ierunt, ſed integrum, nec viſibiliter in forma humana, ſed inuiſibiliter in forma panis & vini, corpus, & ſanguinẽ nobis traderet, id eſt, per oppoſitum modum, quo intelligebant Capharnitæ, eſt ibi ſpiritualiter, & intellectualiter: Quem ſenſum Auguſtinus con firmat dicens, ipſum quidem, & non ipſum corpus, quod videba tur, ipſum quidem inuiſibiliter, non ipſum viſibiliter, in quo ſen

1.Cor.11 ſu diffuſe pertractatur de Euchariſtia ab Apoſtolo, & a Catho licis omnibus, vt prædictum eſt. Ad illud vero quod adnectitur, Caro non prodeſt quidquam, Reſpondetur, caro inquantum caro, quatenus videlicet diſtinguitur a ſpiritu, non prodeſt quidquam ad dandam

Ioan.3. ſeruandamque vitam æternam: Vnde, Quod natũ eſt ex carne, caro eſt, Spiritus eſt qui viuificat, animam dat, & ſeruat vitam æternam. Obſerua ad diluenda argumenta aduerſariorum, ꝙ non dixerit, caro mea, ſiquidẽ cõtrarius eſſet ſibi ipſi, cũ prius dixerit, Qui manducat meam carnem habet vitam æternam. Caro enim Chriſti, vt huiuſmodi, id eſt, vt iuncta filio Dei, & ſpiritui charitatis in anima Chriſti dat vitam mundo. Caro autem, vt caro, ſimpliciter e regione ſpiritus nec crucifixa, nec mortua prodeſt. Verba quæ locutus ſum vobis, ſpiritus & vita ſunt .i. ſpiritualiter intelligenda ſunt, & ita conferunt vitam, vel de ſpiritu intelligenda ſunt, qđ videlicet is viuificet. Quod ſi inquiras modũ, quo Chriſtus incipit eſſe in Euchariſtia, cũ nõ mu tetur, nec deſerat patris dexterã in cœlo, vt ait Aug. §Donec ſeculũ finiatur ſurſum eſt dñs. Reſpondet ꝙ Chriſtus incipit eſſe ſub panis & vini ſpẽbus abſque mutatione locali proprie dicta, qua licet deſeratur prius aliquis locus, & acquiratur alius motus circunſcriptiue, ſeu occupando ipſum, non deſerit locum, quem in cęlo habet, cum huiuſmodi ſpeciebus recenter ſit præſens: Sed laxato vocabulo mutationis, poteſt dici mutari, quatenus videlicet acquirit nouum reſpectũ extrinſecus aduenientẽ ſuæ præſentiæ ad illas ſpecies. Ad locũ igitur Auguſtini dicẽtis, Corpus dñi in vno loco eſſe oportet, Reſpondetur palam eſſe ibi Auguſtinum prorſus nullã mentionem cœnæ domini facere, iubet audire Chriſtum in euangelio loquentem, Quia ipſe coram nunc non doceat homines, loquitur igitur de conſuetudine viſibili, qualem eſſe oportet docentis, hanc negat cõpetere Chriſto paſſim inter hoĩes: Nec præterea ſic Auguſtinus ait ſurſum eſſe dominum, quin locũ illum ſi velit, relinquat, quod & faciet in die iudicij. Et idem effecit, cum Paulo apparuit. Simile refert Egeſippus, cum Petro apparuit è Roma diſcedenti. Quod ſi curioſius perſcruteris, quonam pacto poſſit ibi vere Chri-

In Euchariſtia pit eẽ Chriſtus ai mutatione.

De cõ diſt.2.

Matt. Act.9.

In Euchariſtia ... ſti co... occupa... cum... Matt.

Chriſti corpus eſſe ſine loci occupatione. Reſpondetur, apud homines hoc impoſſibile eſt, apud Deũ aũt omnia poſſibilia ſunt. Quapropter ſicut poteſt facere actiuum & paſſiuũ ſine

.3. actione, vt apud Danielẽ de tribus pueris in fornace exiſtentibus, ſic põt facere * corpus & locũ ſine vbi proprie ſumpto, hoc eſt, locali & dimenſionis, & ex conſequẽti maius quantum eſſe cum minori quanto. Præterea quantitatem ſine ſuo effectu, qui eſt loci repletio, perinde ac calorẽ ſine calefactione efficere valet. Quapropter licet Chriſtus in ſacramento cum ſua quantitate exiſtat, nõ tamen vtitur occupando locũ. Vnde Hugo, Nõ eſt mirũ ſi mirabilia operatur, Qui enim locum fecit, & locum in corpore, & corpus in loco, & qui fecit vt corpus vnũ in vno loco eſſet, fecit ſicut voluit, & ſi voluiſſet aliter facere, feciſſet, & potuiſſet. Nam & qñ

Quare … queſtio. … lib. in … pul- … rrime … minat, … ſimodi … itum.

2. de … ramen

11. vult aliter facit, & Iob, Si ſubuerterit omnia, vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei, vel quis ei dicere poteſt, cur ita facis? Obſerua interea ꝙ licet Chriſtus contineatur totus ſub vtraque ſpecie, aliter tamen continetur ſub ſpecie panis, & aliter ſub ſpecie vini: Ex vi enim Sacramenti continetur corpus Chriſti ſub ſpecie panis, tanq̃ eius propriũ ſignatum, ſanguis vero, anima, & deitas continentur ibi concomitanter, quia corpus Chriſti non eſt ſine ſanguine, anima, & deitate, ſub ſpecie autem vini continetur ſanguis ex vi Sacramẽti, vt eius propriũ ſignatum, corpus vero, anima & deitas, per concomitantiam, & ſic panis conuertitur in corpus

…uchari … aliter … t chri … ſpecie … panis, … er ſpe- … ue vi-

Chriſti, & vinum in ſanguinem. Pleraque alia hic curioſius inquiri poſſent, vtputa, an id corpus poſſit eſſe ſimul in diuerſis locis. Deinde de proprietatibus, & actionibus corporis Chriſti, vt eſt in Euchariſtia, q̃ ſciẽs taceo. Viderit ille qui ſic inſtituit, modo ego credam hic, & faciam quod ille dixit, & commiſit. Oportet enim nos in ſumptionibus diuinorum myſteriorum indubitatam fidem retinere, & non quærere quo pacto: Iudaicũ enim hoc verbum, Quomodo, eſt & extremi ſupplicij cauſa. Cum ergo Deus operatur, non quęramus quomodo, ſed operis ſui viam, atque ſcientiam illi ſoli concedamus. Nam quemadmodum nullus nouit, quidnam ſecundum naturam Deus ſit, iuſtificatur tamen per fidem, cum credat præmia illũ redditurũ quærentibus eũ. Sic etſi operum eius rationẽ ignorat, cũ tamen illũ omnia poſſe fide non dubitat, non contẽnenda probitatis eius præmia cõſequetur. Animalis vero homo, q̃ ſequit humanas cogitationes & animales, non eſt capax eorũ q̃ ſunt ſuper naturã & ſpiritualiũ, atque ſpiritualẽ eſum carnis diuinæ nõ intelligit, cuius qui nõ ſunt participes, non erunt participes vitæ ęternę, eo ꝙ non ſuſceperint Ieſum, qui eſt vita ęterna. Non enim nudi hominis caro eſt, quę mãducatur, ſed Dei, & quæ deificare valet, vtpote cõtemperata deitate. Diſputamus quoque de hoc Sacramento, & aliis, quę ſunt fidei, non ad fidẽ quærendam, quæ innititur veritati, ſed ad ipſam nutriendã, ne propter ignorantiã aliquis cõcedat repugnans fidei, vel ne-

Euchariſtia myſteria nõ tam copioſe ſcrutãda.

Heb. 11.

De Euchariſtia quare diſputetur.

 get

get conueniens ad fidem, ſicque & ipſa cognita errores caueam⁹, & cauendo in virtute perſiſtamus. Rationes quoque quæ inducuntur a ſanctis ad probanda ea, quæ ſunt fidei, ſunt perſuaſiones quædam, manifeſtantes non eſſe impoſſibile, quod in fide proponitur. Conſideremus potius finẽ, ob quẽ ipſum ſacramentum a Chriſto inſtitutum eſt. is autem eſt triplex. ¶ Primus vt hac ſumptione adiuti recordemur paſſionis, & reſurrectionis Chriſti, & hoc teſtimonio ſides confirmetur, nempe vt certus ſis nunc impletũ eſſe quod Iſaias prædixit, Ipſe vulneratus eſt. ſanati ſumus. vt certus ſis, inquã, Chriſti corpus pro te traditũ in mortẽ, tua culpa flagellatũ, conſputũ, cæſum, perfoſſum, & in cruce immolatũ, & ſanguinẽ ipſius pro tuis delictis extergendis effuſum, te a peccatis, & peccatorũ maledictione redemptũ, patrique cæleſti reconciliatum, paſſionẽ, & meritũ Chriſti tuã eſſe: inquit enim, quod pro vobis traditur, ſanguis pro vobis effunditur. De hoc fine concionatur Chriſtus dicens, Hoc facite in meã cõmemorationẽ: vult nos retinere memoriã paſſionis, & promiſſi beneficij, nec vult tãtum hiſtoriæ memoriam conſeruari, ſed vult vt hæc beneficia in vſu Sacramenti nobis applicemus. Nobis enim iſta dicta ſũt, nobis obſeruanda, in hæc veritatis verba ſpem fixam ponere cõuenit, his enim ſe nobis donat Chriſtus cum ſuo merito, ſicut nobis natus eſt, & mortuus pro nobis, ita quoque meritum ſuæ paſſionis hoc ſacramento diſpenſat. ¶ Cibus huius menſæ eſt corpus Chriſti, quod pane exhibet.

Euchariſtiæ finis ſeu vtilitas.

Cap. 53.

¶ Potus huius cœnæ eſt ſanguis filij Dei, qui poculo offert. Vſus huius ſacramenti eſt ſanctificatio noſtri, qua noſtra cõſcientia certificatur, & fides firmatur de voluntate Dei, promiſſione gratiæ, & condonatis peccatis. ¶ Secundus finis huius Sacramenti eſt, vt viciſſim agamus gratias Deo in vſu huius ſacramenti pro tantis beneficiis, pro immenſa ſua miſericordia erga nos, & filio pro nobis dato, vt Cyprianus ait, pietas inter dona & donata ſe diuidens, gratias agit tanti bñficij largitori. ¶ Tertius finis eſt, vt facti membra Chriſti admoneremur de mutua charitate, quare Paulus ait: Sicut vnus eſt panis, ita vnũ corpus multi ſumus, ſicut vſitata cõuiuia ſunt ſymbola amicitiæ.

DISTINCTIO. XI.
Quæſt. 1. Pag. 254.

Eſt ne poſſibilis rerum tranſubſtantiatio.

RESOLVTIO.

TRranſſubſtantiatio (vt a nominis rõne exordiamur) eſt trãſitio totalis ſubſtantiæ in ſubſtantiã: Totũ aũt ſyncathegorematice hic accipit, vtputa pro qualibet ipſi⁹ totius parte, vt hoc pacto ſecernat a mutatione naturali, q̃ eſt illa, qua quidẽ totũ in totã mutat, ſed vtrobiq; eodem manente ſubiecto, de qua Ariſtoteles. Porro talis trãſitio, ſiue cõuerſio ſoli Deo cõuenit, quippe qui ſolus, & creare, & annihilare poſſit. Qui oĩa creauit Deus eſt, &c. Tu creaſti oĩa, & pp voluntatem

Tranſſtantia quid.

Li. 5. dit. Pl. et in lib de gen. & con

Tranſſtantia ſolius diuinæ potentiæ.

luntatem tuam erant, & creata ſunt. Hac de re vide latius diſt. x.4. libri. Quod ſi inquiras, ad quod genus mutationis ſecundum philoſophos refertur, Ad nullum profecto. Quandoquidem tranſſubſtantiatio non eſt mutatio proprie dicta, niſi extē ſo vocabulo mutationem accipias pro habitudine ſucceſſionis vnius ſubſtantiæ ad alterā, corporis videlicet Chriſti ad panem ipſum, nec de hac locuti ſunt philoſophi, cū eā prorſus ignorauerint. Deum aūt res ipſas ſic in alias commutare poſſe, nemo qui ſyncere de oīpotētia ſentit diuina, ambigit. Ait.n. Ambroſius, Si tanta vis eſt in ſermone dñi, vt inciperent eſſe, q̄ non erant, quanto magis operatorius erit, vt ſint quæ erant, & in aliud commutētur. Item ibidem, & hi in decreto, Non eſt minus dare nouas, quam naturas mutare rebus. Ex quo cōcludit, ꝙ ſicut Deus poteſt dare nouas naturas rebus, q̄ prius non erant, ita poteſt mutare naturas earum, quæ prius erant, & tranſſubſtantiare vnam in alteram.

DISTINCTIONIS XI. Quæſt. II. Pag. 259.

Poteſtne quoduis ens in aliud conuerti?

RESOLVTIO.

Non poteſt ſane creatura in deitatē cōuerti, nec e contrario ipſa deitas in creaturam mutari, quia nihil intrinſecū Deo ſub eſt diuinæ potentiæ, cū oē tale ſit neceſſariū ſimpl'r, & impoſſibile nō eſſe, ſed quælibet creatura in aliā ſemel cōmutari poteſt, cū ſubſit oīpotentiæ diuinæ. & quantū ad eſſe, & quantū ad non eſſe. Id aūt cōſtat ex Geneſi, de vxore ipſius Loth in ſalis ſtatuā verſa, & ex Ioanne, de vino in aquā verſo. ¶ Et quāquā diuus Augu. & Boetius aſſerant corpus non poſſe in ſpiritū conuerti, nec contra, ¶ Rūdet, ipſos intelligere de potētia creata, nō aūt diuina: aut melius innuunt plura repugnātia ineſſe ſpiritui, vt in corpus conuertat, q̄ corpori, vt in aliud commutet. Quēad modū & Chriſtus duo naturæ impoſſibilia adfert, attū vnū altero facilius eſſe aſſerit. Facili⁹ eſt (inquit) camelū per foramē acus tranſire, q̄ diuitē intrare in regnū celorū. Neceſſe tū eſt de mas reſpectus, in quibus eſt eſſentialis dependentia: qñquidē hōmi in ſua fundamenta cōuerti nequeunt, perinde ac independenter creaturam Deus efficere poteſt.

qualibet in aliā cōuerti pōt. Gen. 19. Ioan. 2. Lib. 7. ſup. Ge. ad lit. c. 4. Li. de duab. nat. & vna pſona Chri ſti. c. 7. Matt. 19.

DISTINCTIONIS XI. Quæſt. III. Pag. 263.

Conuertiturne in Chriſti corpus panis in Euchariſtia?

RESOLVTIO.

Qvemadmodū refert Innocentius, circa Euchariſtię ſacrm tres extitere opiniones. ¶ Prima, in Euchariſtia permanere panis, & vini ſubſtantias aſſerit, & nihil in eadē vere eē Chri & corpus & ſanguinē, cuius primus aſſertor fuit Berēgari⁹. Deinde aliquot poſt ſeculis Angl⁹ qdā Ioānes VViclefus, & alter

Euchariſtia veritatis tres opiniōes. De offic. miſ. par. 3. c. 20.

eiuſdem nominis Vſſita, illius diſcipulus nouitatis captatores, quorum ſentẽtia etiam placuit Luthero, ex cuius ſchola (vt qui libertatem proponit omnibus, & docet ſentiendum de dogmatibus doctrinæ Chriſtianæ, qđ cuique ex ſcripturis viſum fuerit, quod quiſque ſuo ingenio intelligit) etiam Oecolampadij, Zuinglij, Sacramentarij, atq; huiuſmodi peſtis hac in re illo peſtilentiores (quippe qui ſolum in ſigno Chriſtum in Euchariſtia eſſe aſſeuerant) prodierunt. ¶ Altera opinio fuit, ꝙ panis q-dem non remanet, nihilominus non conuertitur in Chriſti corpus, ſed deſinit eſſe, vel per annihilationem, vel per reſolutionẽ in materiam, aut per corruptionẽ in aliud. ¶ Tertia opinio eſt, ꝙ panis tranſſubſtãtiat in Chriſti corpus, & vinum in ſanguinem, Et hanc poſtremam (reiectis alijs duabus) ſemper tenuerunt fideles, quique omniũ, tam orthodoxorum, q̃ hereticorum ad Berengarium vſque vna hęc fides ſemper extitit, nempe conſecratis in menſa dñica per ſacerdotis miniſteriũ pane & vino, diuina virtute eorũ ſubſtantias in Chri corpus & ſanguinẽ conuerti opinor, pp tam clara Chriſti verba, quæ deſcribũtur ab Euãgeliſtis, & Apoſtolo, qppe qui nouiſſima cęna accepto, & bñdicto pane diſtribuiſſe diſcipulis ſacrm ſub hac aſſeueratione, & conteſtatione conſonãter, & conſtanter affirmant, Accipite, & mãducate, hoc eſt &c. ſimiliter de calice, Bibite ex eo oẽs, hic eſt &c. Accepit panem, & vini calicem, & poſt benedictionem, hoc ipſum quod porrexit diſcipulis, affirmauit eſſe ſuum corpus & ſanguinẽ, nec affirmationi veritas de fuit. Vñ euidenter conſequens eſt illud ipſum non fuiſſe ſimul panem & vinum, cum euidentem contradictionem implicet eſſe aliqua eſſentialiter & ſubſtantialiter diuerſa, atque eadem eẽ ſubſtantialiter atque eſſentialiter eadem, vt quod bos & aſinus, vtrunque manens quod erat, vnum nihilominus ſit alterum. Quando igitur ex verbis Chriſti manifeſtum euadit, hoc qđ diſtribuit diſcipulis, fuiſſe verũ Chriſti corpus & ſanguinem, ex dicto axiomate conſtat, idẽ nõ fuiſſe panẽ & vinum, cui ſnĩæ ſi demonſtrauerimus ſubſcribere fidem ab initio ꝑ orbẽ Catholicæ eccleſiæ, nec nuper excogitatum, & introductũ a ſcholaſticis, vt illi falſo perſuadent, nõ puto dubitationẽ quampiã, q mentis & rõnis compos eſt, cui potius aſſertioni aſſentiri debeat. Ita.n. ſenſerunt Clemens Papa Petri ſucceſſor, Ignatius, Dionyſius, Cyprianus varijs in locis, & maxime in ſerm. de cœna dñi, vbi ait, Hoc ſacrm aliqñ Chriſti portionem vitæ æternæ appellat, aliqñ corpus ſuũ, interdũ carnẽ, & ſanguinẽ, nonnunq̃ vero panem. Panis tñ iſte in carnem & ſanguinẽ mutatus, prodeſt vitæ non tam ſpũali, q̃ corporali & tranſitoriæ, vides ibi hoc verbo (mutatus) ipſius inſinuari a Cypriano tranſſubſtantiationẽ. Ambroſius dicit, anteq̃ conſecret panis eſt, vbi aũt verba Chriſti acceſſerunt, corpus eſt Chriſti. Hieronymus, Auguſtinus ait, cum de ſacris tractarẽ, dixi vobis ꝙ ante verba Chriſti quod offertur panis dr, vbi verba Chriſti deprompta fuerint,

Euchariſtia panis, & vinum in Chriſti corpus & ſanguinẽ tranſubſtantiant.

In epi. Iacob ... dom. a... cra. v... vel va... Rom. ... 9. c. ... Hiera... Lib. 2. ... 3. et ſ... de c... demi. ... In ſer... de my... fides Neoph... qui p... nas c... Chriſ... gitur ... lib. 4 ... ſacre. ... lib. ... verſ. ... man. ... lib. d... lutari... cumn... ſer. ... Luc. ... me. ...

rint,iam non panis dr̃, ſed corpus appellatur. Chryſoſtomus, Damaſcenus, Theophilactus ſuper illo Pauli, Calix cui benedicimus,& transformatur(inquit) verbis arcanis panis ille per myſticam benedictionem, Cyrillus, cuius ſententiam, & prædictorum cã breuitatis relinquo. Hi oẽs aſſerunt in hoc ſacramẽto, non ſolum corpus Chriſti,& ſanguinem eſſe, ſed ẽt ineffabili l ei potentia mutari naturas panis & vini in id qđ non erãt, ſcilicet in Chriſti corpus & ſanguinem. Et licet tranſubſtantiationis vocabulo poſteriores vſi ſunt, nouo quidẽ vocabulo vſi ſunt, ſed antiquam eccleſiæ catholicæ ſñiam explicante. Huc accedit quod de ſacramentis tenendum eſt, ſicut tenet ſancta Romana eccleſia, vt hr̃ in decretalibus. Atqui ipſa tenet panem tranſubſtantiari in corpus,& vinum in ſanguinem, ſicut hr̃ in ijſdem decretalibus, vbi dr̃, Ipſe Ieſus Chriſtus ſacerdos eſt,& ſacrificium, cuius corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini, veraciter continetur, tranſſubſtantiatis pane in corpus,& vino in ſanguinẽ, ptãte diuina. Huc accedit & illud Ambroſij, vbi acceſſit conſecratio de pane fit corpus Chriſti,& illud Euſebij Eniſenij, Sacerdos inuiſibilis viſibiles creaturas in ſubſtantiã corporis ſui ſecreta poteſtate commutat,& pleraque alia habẽtur in diſt.2.de conſecra. vnde hæc deſumpta ſunt. Nec arbitreris hunc intelligendi modum humana adinuentum authoritate. Eo ſiquidem ſpiritu expoſitę ſunt ſcripturæ, quo conditæ, nõ enim (vt ait D.Petrus) voluntate humana allata eſt aliquando prophetia. Idcirco D.Paulus teſtatur ſe myſterium hoc a domino percepiſſe, ne humanum inſtitutum Corinthij arbitrarent. Quamobrem neceſſe eſt nobis redigere in captiuitatem, intellectum oẽm in obſequium Chri. Si quis autem inter vos videtur ſapiens eſſe, in hoc ſeculo ſtultus fiat, vt ſit ſapiens, &cæ. Vos ſtulti pp Chriſtum. Excludenda eſt igitur naturalis ſuaſio, vt fides locũ habeat. Si alicubi reperias doctores, dicentes panẽ eẽ ſignum corporis Chriſti, vt Auguſtinũ. Non dubitauit dñs dicere, Hoc eſt corpus meum, cũ daret ſignum ſui corporis,& qđ citatur de decreto, Quod videt panis eſt,& calix &c. Reſpondetur in cœna ſignum eſt ſimul,& corpus Chriſti. Signum eſt, qđ ſenſu percipitur, corpus Chriſti quod ibi contentum credimus. Si rurſus inſtes, Scriptura ſacramentum hoc panem nuncupat, dicens, Panis quem frangimus &c. & Euangeliſtæ referunt ꝙ accepit Ieſus panem, & gratias agẽs dixit, Hoc eſt corpus meũ. duo hic exhibuit panem videlicet,& corpus ſuum. Reſpondetur ſecundum Ambroſiu, Chryſoſtomum, Auguſtinum, Theophilactum in illud Ioannis, Panis quem ego dabo, &c. ꝙ antequam conſecretur panis eſt, vbi autem verba Chriſti acceſſerũt, corpus eſt Chriſti. Attamen inquies etiam facta conſecratione dicitur ab Apoſtolo panis. Hoc proculdubio fit propter ſpeciem remanentem, & quia panis antea fuit. Solet enim ſcriptura vocare res quaſcumque nominibus earum rerum, ex quibus fiunt, vt cum dicitur ho-

1.Cor.11. *2.Cor.10.* *1.Cor.3 & 4.* *Cõtra aduerſantium. c. 12.* *De conſe. di.2. can. qui manducat.* *Euchariſtia trãſſubſtantiationi obiecta.* *1.Cor.10.* *Li.4.c.5. de ſacra* *Tom.6.in ſer. de euchar.ſerm. 27.ſup Lucã.Ioã.6.* *Euchariſt. quare panis dicat.*

Gene 19. *Exod. 7.* mini, Quid ſuperbis terra, & cinis, & cætc. Et ſtatua ſalis, vxor Loth. Sicut etiam virga Moſis dicta fuit virga, quanquam conuería fuerit in ſerpentem. In humanis videmus etiam quod in aliud mutatum eſt, ſuæ origi nis aliquando nomen retinere. Nam ſi quis tibi vinum dederit, quod iam in acetũ verſum eſt, dices, ecce vinum, quod mi hi dederas. Inſuper ſcriptura pa nem appellat, eo ꝙ comedi poteſt, quo pacto, & manna panis dictus eſt, & filius quoque Dei panis dr̃, quia ſpiritualiter man ducatus mentem reficit, vel panis dicitur hoc ſacramẽtum, ꝙ reuera panis animæ ſit, & Angelorum vitam æternam mundo miniſtrans, ¶ Et poſtremo quod adumbratum ſpecialiter in oblatione Melchiſedech, vt dicit Apoſtolus. vnde in Geneſi, At vero rex Salem, &c. Et quomodo inquis non apparet nobis caro, ſed panis? Vt non abhorreamus ab eius eſu. Condeſcen dente ſiquidem domino noſtrę infirmitati, talis apparet nobis myſticus cibus, quali alioqui aſſueti ſumus, tum vt fidẽ tuã exerceat, quæ eſt de his ꝗ non videntur. Aduerſus p̃dicta obijcies fortaſſe, ſicut obiecit Oecolampadius Echio illud Auguſtini, Chriſti corpus dicimus, quod ex fructibus terræ accẽptũ ſumimus, ſed non eſt aliq̃d acceptũ ex fructib. terræ, niſi panis, & vinum, ergo non tranſſub ſtantiatur. Reſpondetur quòd quemadmodum panis dicitur collectus ex granis, ita ſpecies remanentes dicuntur collectæ, quia ſunt aliquid collecti, & ita exponit Auguſtinus in illo loco. Deinde & obijcies Auguſtinũ ſuper illud, Vnus panis, &c. Sicut vnus panis ex multis granis, & corpus Chriſti ex multis membris, ita eccleſia ex multis perſonis. Vnde conſequitur Eu chariſtiam propter iſtam ſimilitudinem ſignificare corpus Chriſti verum, & myſticũ. Sed ex multis granis non colligitur aliquid ſignificatiuum, niſi panis, Ergo ille manet in Euchariſtia. Reſpondetur, quod ſpecies panis & vini ita repræſentãt cor pus Chriſti verum & myſticũ, ſicut panis, cum etiam ex multis granis fuerint collectæ.

Sap. 16. *Ioan. 6.* *Pſa. 78.* *Ioan. 6.* *Vide can. celo fol. 54 tit. 4.* *Heb. 7.* *Gen. 14.* *Lib. 3. de tri. c. 4.* *Euchariſtiæ trãſſubſtãtiationis argumenta.* *1 Cor. 10.*

DISTINCTIONIS XI. Quæſt. IIII. Pag. 294.

Annihilaturne panis in hac conuerſione?

RESOLVTIO.

Ex prædictis in vltima reſolutione ſatis ſuperque conſtat panis ſubſtantiam non manere conuerſione facta, nec tñ iſta conuerſione annihilatur panis, quandoquidem terminus ad quem tranſitus huius panis, ſeu conuerſionis non eſt purum nihil, ſed corpus Chriſti: quia etſi negatio panis concomitet terminum ad quem, non tñ termi nus iſte eſt omnino nihil, ſed eſt in aliquo poſitiuo, nempe corporę Chriſti, Terminus autem ad quem annihilationis non eſt purum nihil, ſicut & terminus a quo creationis, quocirca nõ dicitur panis annihilari. Porro hæc conuerſio, vt vere exprimatur per propoſitionem aliquã, oportet alterum extremorũ in aliquo accipere, addita prępoſitione

tione de,vel ex,quæ ordinem innuat extremi ad extremũ. Hoc modo ex pane, vel de pane fit corpus Chriſti,quomodo philoſophus dicit,quod ex aurora fit dies vere.Hæ autem propoſitiones debẽt addi termino a quo. Poteſt ẽt vere exprimi addita pͤpoſitione,in,termino ad quem, hoc modo panis tranſit in corpus Chriſti.Et omnes aliæ enũciationes,vt veræ ſint, ad alterã iſtarum reducẽdæ ſunt. vt illud Ambroſij,aſtruimus quomodo panis ſit corpus Chriſti, Item vinum in calicem cũ aqua mittitur,& fit ſanguis Chriſti, ſed ſecunda eſt magis propria,cum non denotet commune manere,ſicut denotat præpoſitio,ex, ſi proprie accipiatur.

DISTINCTIONIS XI. Quæſt.VI.Pag.304.

Vtrum ſolus panis triticeus ſit huius ſacramenti materia debita.

RESOLVTIO.

Materia debita conſecrationi corporis Chriſti, eſt panis triticeus aqua elementari cõpactus,vt habetur in decreto. Ratio huius pcipua eſt,quia Chriſtus ſic inſtituit, & tali materia (vt creditur)vſus eſt, ❡ Et huius congruentia accipitur ex illo Ioannis.Niſi granum frumenti, &c. vbi ſe Chriſtus grano frumenti comparat, quem locum ediſſerens Auguſtinus, & hr in gloſa ordinaria (quia in Ioannẽ non reperi) frugũ cũ ſint multa grana nulli ſe comparat ,niſi illi,vnde mos cępit eccleſiæ, de hoc ſolo grano conficere corpus Chriſti. ❡ Altera congruentia huius inſtitutionis eſt ꝙ cũ hoc ſacramentum ſit ſignũ nutritionis ſpiritualis, congrue inſtituitur in pane triticeo,qui eſt principale nutrimentum corporis,non ſufficit ad hoc paſta ẽt triticea,cum non ſit cib.vſualis, nec conueniens nutrimentum, nec ẽt amidum,aut alter panis. Quare ſi in eis conficere attentaret ſacerdos,peccaret vtique, & nihil efficeret, nihilominus ſi ex ignorantia hęc faceret,non eſſet idololatra,nec cãm idololatriæ populo traderet, quia quantum in ſe eſt, ſupponit materiã idoneã,& a ſe & alijs adorãdam.Adde ꝙ adorant ſubcõditione tacita. ❡ Sed an requiratur ꝙ panis ſit fermentatus, vel azimus maiorem hẽt difficultatem, propter diuerſas aſſertiones eccleſię Græcæ, & Latinæ. Dicunt enim Græci quod neceſſario oportet panem eſſe fermentatum, vñ & tenent ꝙ Latini nõ cõficiãt,id aũt aſtruere nituntur varijs rõnib. ❡Dicũt eñ imprimis quod chriſtus ſic inſtituit.Nam(vt aiunt) paſſus eſt luna 14.falſum eſt, immo luna 15.vt impleretur figura legis de agno paſchali, qui immolabatͬ luna 14.Dico quod illa hora immolationis agni erat initium lunæ 15.Planum autem eſt ꝙ die præcedente paſſionem, Chriſtus hoc ſacrm inſtituerit, tunc autẽ luna videlicet 13.panis fermentatus Iudæis erat in vſu. ❡Deinde hoc aſtruunt ex illo Ioannis, Iudæi non introierunt in pretoriũ, vt nõ cõtaminarentͬ, ſed vt manducarẽt paſcha. Paſcha aũt interpͤtantͬ de agno paſchali(falſa eſt

Margin notes: ...c.3. | ...ari- tráſ- antia ...t ex- ...is de ...amen ...4. | ...hari- mate | ...conſi. ...can. & ca- ...Non ...tet, et ſeq. ...ar, | Quantum ad panẽ. | De Eucharistia materia Græcorum opinio. | Ioan.18.

ſa eſt hæc interpretatio,nam intelligitur de panibus azimis) & is debebat comedi luna 14. ex quo colligunt Chriſtum eo die traditum fuiſſe Pilato,& pridie Chriſtus cœnam fecit. ¶ Afferũt & illud Ioannis, Ante diem feſtum paſchæ,&c. Et illud Matthęi, Quõ Iudæi cogitauerunt occidere Chriſtũ dicentes,non in die feſto. Ille aũt dies feſtus principalis(vt ipſi aiunt)erat luna 15. iuxta illud Numeri, Decimaquarta die primi menſis Paſcha erit, & decimaquinta die ſolennitas,ergo de illo intelligit̃ in Ioanne,cum dr̃, Ante diẽ feſtum paſchæ. Sed hęc Græcorũ opinio eſt falſa. Nam Chriſtus luna 15. paſſus eſt,ꝑ conſequẽs inſtituit ſacrm̃ 14. Quod probatur ꝑ illud Matthæi, Prima die azimorum quæſierunt diſcipuli,vbi vis paremus tibi comedere Paſcha. & Marci, Prima autẽ die azimorũ, qñ paſcha immolabant,&c. Dicebatur vero prima dies azimorum, propterea ꝙ eſſet initium ſolennis diei ſequentis, q̃ erat prima dies azimorum incipiens in veſpera lunæ 14. Iõ non erat proprie prima dies azimorũ,& Lucæ, Venit dies azimorum, &c. Ex quibus conſtat ꝙ prima dies azimorũ.ſ. luna 14. comedit Chriſtus agnum paſchalem iuxta illud Numerorũ, vt prius allegatũ eſt,& 15. dies erat ſolennitas, i. primus dies integer ſolẽnis ſolennitatis Paſchę,& illa die paſſus eſt chriſtus, & ſic hora a lege præſcripta.ſ.14.die mẽſis primi, (qua comedi debuit Agnus paſchalis) verum agnum diſcipuli comederunt, Ex quib. conſequitur Chriſtum non confeciſſe in fermento, ſed in azimo.

Ioan. 13. Mat. 26. Num. 28. Mat. 26. Græcorum opinio refellitur. Mar. 14. Luc. 22. Num. 28.

Siquidẽ azimis tunc Iudæi vtebantur. Quatenus autem obiectis Græcorum ſatisfacere valeas,obſerua nomẽ paſcæ,vt hẽt Innocẽtius,quinque modis accipi. ¶Primo pro ſolenni die azimorum, qui erat luna 15. quõ accipitur a Ioanne,cum ait, Ante diẽ paſchę,&c. Et a Luca, Appropinquabat, aũt dies azimorõ, q. dr̃ paſcha. & in Leuitico. ¶Secundo pro die,in cuius veſpera comedebatur agnus, qui erat luna 14. & hoc modo acceperunt tres Euangeliſtæ, cũ referunt Apoſtolos dixiſſe chr̃o, quo vis eamus, & paremus tibi comedere Paſcha, & in Exodo, ac in Numeris. ¶Tertio pro hora immolationis agni, quæ erat pars diei 14.& ſic accipit̃ a Matthæo, Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet. ¶Quarto pro agno, qui immolatus edebatur, vt eſt apud Lucã, Neceſſe erat occidi Paſcha. ¶Quinto pro panib. azimis,vt eſt apud Ioannẽ, vt non contaminarent̃,ſed vt manducarent Paſcha. Hęc proinde varia nominis Paſchæ acceptio, Græcis impoſuit,qua plane accommodata facile eorũ argumentationibus rñdebis. Non eſt tamẽ neceſſariũ ſimpl̃r, ſeu de neceſſitate ſacri panẽ conſecrabilem eſſe azimũ, qñquidem põt abſolute fermentatus eſſe. Nã azimus & fermentatus ſm Auguſtinũ, non differunt quantũ ad ſubſtantiam,ſeu ſpẽm. Quocirca nec negamus Græcos vere conficere. Huc accedit, ꝙ in cõcilio Florẽtino ſub Eugenio 4. fuerit ſancitũ in azimo, vel fermẽtato pane triticeo corp⁹ chr̃i veraciter cõfici, ſacerdoteſq; in altero ipſorũ dñi corp⁹ ꝯficere debere, vnũquẽq; iuxtę ſuę eccleſi

Paſchæ acceptio. De offi. Miſ. par. 3. c. 16. C. 13. Ioã. Luc. 22. Leui. 23. Exod. 12. Num. 28. Matt. 26. Luc. 22. Ioan. 18. Li. de azimo, & fermentato. An eucharistia debeat fieri in azimo. Seſſ. 16.

cleſiæ ſiue Occidētis, ſiue Oriē tis conſuetudinē.Hoc aūt factū fuit pro pace, & vnione Græcorū & Latinorū.Inſuper tpe Leonis *1*.Papæ fuit conſtitutū, ꝙ conſecraretur in fermentato, & id quidē ad extinguendā hæreſim Ebionitarū, qui aſſerebant Chriſtianos debere Iudaizare,& Paſcha ſuū more Iudæorū cōficere in azimo. Sed extinctā illa hæreſi,Occidentalis Eccleſia redijt ad primā conſuetudinē inſtitutioni Chriſti conformē,& promulgationi factę per Apoſtolos.Eccleſia enim nacta occaſione, aliqua ſtatuere poteſt, quæ ſubinde ceſſanti tali cā mutare valet. Veluti in primitiua Eccleſia baptizabant in nomine Chriſti, quo illius nomen apud omnes celeberius haberetur. Sed de neceſſitate miniſtri oportet ſacerdotē Eccleſiæ Latinæ, ſeu Romanæ in azimo conficere,ſecus grauiter peccaret.

DISTINCTIO. XI.

Quæſt.vlt. Pag.307.

Vtrum ſolum vitis vinum ſit Eucharistiæ materia debita.

RESOLVTIO.

ri- ate- tan- vi-

VInum haud dubie naturale expreſſum de vua, & nullum aliud, ſiue artificiale, ſiue pomorū, (quippe quia non ſunt vina ſimpliciter,ſed ſm quid,& æqui uoce) eſt conueniens materia conuerſionis, & in ſanguinem. Et principalis ratio huius eſt,qa Chriſtus ſic inſtituit. Congruentia autem,quia principalis nutritio,quæ eſt potus,ſi in vino cōſiſtit, iuxta illud Pſal. miſtæ, Vinum lætificat cor hominis,& de hoc habetur in decreto,vbi etiā habetur,ꝙ vinum debet eſſe de vua expreſſum. Nam quandiu liquor eſt in vua, magis habet rationem comeſtibilis, quam potabilis. Huic autem vino apponere aquam non eſt neceſſariū ſimpliciter,nec de neceſſitate Sacramenti,quia etiam quando appoſita eſt non conuertitur in ſanguinem,niſi prius ſit conuerſa in vinum. Gręci etiam non apponunt, (vt dicit Innocentius) eſt tamen propter præceptum Eccleſiæ de neceſſitate miniſtri. Nam & Chriſtus vinū aqua dilutum conſecrauit, vt habet Damaſcenus,& pie id creditur,cum in Iudæa ſint vina fortia,& Chriſtus admodū ſobrius. Congruentia autem eſt propter myſterium, vt ſignificetur populum vniri Chriſto,iuxta illud,cū in calice aqua vino miſcetur,populus Chriſto vnitur,id eſt,copulandus ſignificatur per fidem & Sacramenti perceptionem. Et in Apocalypſi habetur, Aquę multę,populus multus.

De cōſec. di.2. can. dedicim⁹, & can. ſeq.

Vino cōſecrabili dēt apponi aqua. De off. Miſſæ.

Li.4.c.14

De cōſec. di.2. can. omne.

DISTINCTIONIS XII.

Quæſt.Vnica. Pag.308.

An in Eucharistia accidentia exiſtunt abſque ſubiecto.

RESOLVTIO.

ACcidens bifaciam accipi poteſt, Primo pro per ſe ſignificato, & ſic eſt reſpectus extrinſecus adueniens inhærentis ad illud cui inhæret, cuius videlicet fundamentum eſt accidens abſo

Accidens dupliciter capitur.

abſolutum, & terminus eſt ſubiectum talis accidentis. Huiuſmodi autem accidens ſine ſubiecto eſſe nequit. Si enim actu inhæreat habet ſubiectũ actu, ſi aptitudine, aptitudine. Patet, quia reſpectus eſt habitudo eſſentialis inter duo extrema. Secundo accipitur pro fundamento talis reſpectus, vt puta pro accidente abſoluto, & huiuſmodi ſine ſubiecto, cui actu inhæreat, eſſe poteſt.

Accidens abſolutũ ſine ſubiecto eſſe poteſt.

Quod hinc aſtruitur, q̃a nulla eſt dependentia ſimpliciter neceſſaria alicuius accidentis abſoluti, ad aliquod quod non eſt de eius eſſentia, niſi ad cauſam extrinſecam ſimpliciter primam, ſcilicet Deum.

9. Meta.

Subiectum autem non eſt de eſſentia accidentis, quia tunc homo albus nõ eſſet ens per accidẽs, q̃d eſt contra Philoſophum. Ergo depẽdẽtia actualis accidentis ad ſubiectum, non eſt ſimpliciter neceſſaria. Voco autem ſimpliciter neceſſariã, cuius oppoſitũ includit contradictionem. Maior, ſeu prima Propoſitio probatur, quia actionem cuiuſcũque cauſæ extrinſecæ, reſpectu cuiuſcunque effectus p̃fecte ſupplere põt prima cauſa, quia habet in ſe omnẽ talẽ vim & actionem eminentius q̃ ſecunda cauſa.

Accidens abſolutum abſque aptitudinali inhærẽtia eſſe non poteſt.

Licet autem accidens abſolutum poſſit eſſe abſque tali inhærentia actuale ad ſubiectum, tamen non poteſt eſſe, quin habeat aptitudinem ad inhærendũ ſubiecto, quia talis habitudo eſt propria paſſio cõſequens naturam accidentis idem realiter cum ipſo.

In Euchariſtia ſũt accidẽtia ſine ſubiecto.

Ex quibus fatendum eſt accidẽtia in Euchariſtia ſine ſubiecto exiſtere, quia ibi non eſt ſubſtãtia, niſi corporis, & ſanguinis Domini, quæ non afficitur illis accidentibus. Nõ enim corpus Chriſti talem in ſe formã habet, ſed qualis in iudicio apparebit, nec afficiunt aerem, quia ipſorum non eſt capax. Remanent ergo illa accidentia per ſe ſubſiſtentia ad myſterij ritũ, ad guſtus fideique ſuffragium, quibus corpus Chriſti habens formã ſuã, & naturam, tegitur. Obſerua tamen duplex eſſe accidentis ſubiectum: Quoddam quod vltimate terminat eius dependentiam, ſeu ipſam ſuſtẽtat, ſic quod nihil aliud terminet, & ſic ſubſtantia dicitur ſubiectũ accidentis, & hoc modo omne accidens eſt ibi ſine ſubiecto. Alio modo ſubiectum accidentis dicitur, quod proxime terminat eius dependentiam, ſeu illud cui immediate inhæret, licet non vltimate, & hoc modo non omne accidens eſt ibi ſine ſubiecto. Albedo enim inhæret immediate quantitati, & ſecundum eius extenſionem extenditur. Si enim virtute diuina fieret ſine quantitate, eſſet indiuiſibilis, & inſenſibilis potentia propinqua, quia nõ eſſet ſub mõdo conuenienti ad diuiſionem, & ſenſationem, eſſet tamen diuiſibilis, & ſenſibilis in potentia remota, quia eſſet accidens natum informare corpus. Æqualitas enim vnius quantitatis ad aliam fundatur immediate in quantite, & ſimilitudo vnius qualitatis ad aliam fundatur in albedine. Habent enim accidentia ſeparata a ſubſtãtia actionẽ in ſenſum, ſicut & in coniuncta, cum ſint principale, & totale ſenſationis in ſuo ordine obiectũ. Vnde viſus videt albedinẽ panis conuerſi in corpꝰ Chriſti, & olfactus p̃cipit odorem, & guſtus ſaporẽ.

Non

Non autem habebit actionem reſpectu ſubſtantiæ generandæ, cum ſint imperfectiora ipſa ſub ſtantia. Franguntur etiam accidentia ipſa, cum hoſtia conſecrata diuidit. Vnde retinent modum agendi, & patiendi, quem prius habebant. Illud autem quod dicit in decreto. Ego Berengarius verum corpus, & ſanguinē Domini noſtri Ieſu Chriſti manibus ſacerdotum frangi, & dentibus atteri, &c. debet referri ad ſpecies. Quia enim ille Berengarius fuerat infamia notatus, quòd non crederet corpus Chriſti realiter cōtineri ſub ſpecie panis, ad ſui purgationē, p verba exceſſiua contrariū aſſeruit, & ſic verum Chriſti corpus frangi dicitur, quia ſpecies, ſub qua vere continetur, frangitur, & hoc modo etiam dicit, a populo in manibus ſacerdotu videri, cum tamen ipſum corpus, vt in ſacramento non immutet ſenſum, quia nō eſt ibi mō quantiuo, vt dictum eſt in præcedentibus: diuiſa itaque hoſtia corpus non diuiditur, ſed remanet integrū ſub qualibet eius parte ſenſibili, quādiu remanent ſpecies panis, vel vini, cum ſit totum in qualibet parte. Quia vero Deus inſtituit non conſeruarē ibi corpus Chriſti, niſi quandiu manent accidentia, quæ nata ſunt efficere ſubſtantiam panis, vel vini iā conuerſa, ideo in inſtanti corruptionis huiuſmodi accidentium, ſiue per digeſtionem, ſiue aliàs, redit actione diuina talis ſubſtantia, qualis nata effici accidentibus conſequentibu., ſeu qualem generaſſet natura de pane corrupto. Hinc eſt quòd huiuſmodi ſpecies nutriunt, & ipſis corruptis

In Eucharistia qd frāgatur.

De conſecrat. diſt. 2. Can. Ego Berengarius.

generantur vermes. Hoc autem facit Deus ad meræ fidei meritum. Si enim videremus ex ipſis ſpeciebus nihil generari, experimento cognoſceremus eum eſſe ſub illis ſpeciebus panis, & vini. ¶ Obijcies fortaſſe Ariſtotelem dicentem, quod nō ſit poſſibile aliquod accidentium eſſe ſine ſubiecto. ¶ Reſpondetur, quòd hoc quidem philoſophi admitterent, qui ponunt ordinem cauſarum ſimpliciter neceſſarium, vt patet ex eodem Ariſtotele, adeo vt aſſeuerent primam cauſam non poſſe agere ſine ſecundæ cauſæ concurſu. Subiectum autem quandam efficientiam habet reſpectu accidentis, Habet enim ſe vt materia, in qua, nam naturaliter ipſum ſubſtentat. Quapropter aſſerunt ſine ſubiecto accidens non poſſe eſſe. Atqui nos non ponimus huiuſmodi ordinem cauſarum ſimpliciter neceſſarium. Concedimus enim quòd quidquid poteſt agere cauſa prima cum ſecunda, hoc poteſt ſe ſola. ¶ Deinde objicies Boetium aſſerentem quod accidentis eſſe eſt in eſſe. ¶ Reſpondetur, quod intelligit de inhærentia actuali, non autem aptitudinali. ¶ Poſtremo ratiocinaberis, poſterius eſſentialiter non poſſe eſſe ſine priori, Atqui accidens ſubſtantia eſt poſterius, Ergo non poteſt eſſe ſine ipſa. Reſpondetur quod Ariſtoteles intelligit poſterius non poſſe eſſe ſine priori, quod neceſſario actualiter præſupponit, Accidens autem non ſic præexigit ſubſtantiam, ſed tantum aptitudinaliter.

7. Meta.

1. Phyſic. c. 5.

5. Meta.

7. Meta.

DI-

DISTINCTIO. XIII. Queſtio I. & II. pag. 377.

Num ſola diuina actione, & non item a quolibet ſacerdote Euchariſtia ſacramentum confici poſſit.

Resolutio.

Euchariſtiam conficere quibus competat.

Evchariſtiam conficere bifariam alicui competere poteſt, Primo veluti cauſæ principali, & hoc pacto ſoli competit Deo, vnde illud Ioannis, Panis quē ego dabo &c. & Sapientis, Panem de cœlo præſtitiſti eis. Chryſoſtomus inquit, Humanæ virtutis non ſunt hæc opera &c. Auguſtinus, & habetur in decreto, Myſterium corporis & ſanguinis diuini perficitur virtute Spiritus ſancti. Et ſequitur, Sicut Chriſtus eſt, qui baptizat, ita ipſe eſt qui per Spiritum ſanctum hanc ſuam efficit carnem, & transfundit in ſanguinē. Gregorius, Vnus idemque Spiritus ſanctus in tota Eccleſia inuiſibiliter myſteria corporis Chriſti & operando ſanctificat, & ſanctificando benedicit. Secundo, conficere euchariſtiam poteſt competere alicui, vt cauſæ inſtrumentali, vel magis proprie, vt miniſtro: & modo conficere bifariam accipi poteſt, primo abſolute, ſiue de facto, ſic videlicet, quod ſi attentet facere, efficit quod intendit: ſecundo ordinate, ſeu de iure, ac licite, & hęc diſtinctio generalis eſt in omnibus ſacramentis. Quandoquidem plus requiritur ad licite adminiſtranda, q̃ ad ſimpliciter, & de facto. Si igitur loquamur de facto, ſeu ſimpliciter, & abſolute conficere, quiuis ſacerdos rite ordinatus, ſiue bonus, ſiue malus fuerit, ſiue fidelis, ſiue hæreticus, aut ab eccleſia præciſus, ſeu excommunicatus, ſuſpenſus, interdictus, vel degradatus, modo conſecrationis verba ſuper materiam debitam proferre poſſit, cum debita intentione faciendi quod Eccleſia facit, hoc conficere ſacramentum poteſt, & ſi præſumat, vere conficit. Hoc patet ex Auguſtino, & citatur in decreto Gratiani, vbi dicitur intra Catholicam Eccleſiam in myſterio corporis & ſanguinis Domini, nihil a bono maius, nihil a malo minus perficitur ſacerdote, quia non in merito conſecrātis, ſed in verbo perficitur creatoris, & virtute Spiritus ſancti. Item Gregorius, & citatur in decreto, Putant quidam communionem corporis minus eſſe ſanctificatam, ſi illorum fiat officio, quorum vita videtur ignobilis, Heu in quam magnum laqueum incidunt, vt diuina & occulta myſteria plus ab alijs ſanctificata poſſe fieri credant, cū vnus idemque Spiritus ſanctus in tota eccleſia inuiſibiliter ea myſteria & operando ſanctificet, & ſanctificando benedicat: ſiue ergo per bonos, ſiue p malos miniſtros intra Eccleſiam diſpenſetur, ſacramentum tamen eſt, quia Spiritus ſanctus viuificat, nec bonorum diſpenſatorum meritis ampliatur, nec malorum attenuatur in ſe: Et idem de alijs ſacramentis tenendum eſt. Quia diuina ſolummodo eſt hæc virtus, ſiue poteſtas, non humanę efficacię. Rō ad hęc adijci poteſt, Quia apud talem miniſtrum ſemp remanet character ſacer-

Ioan. 6. *Sapien 6.* *Homil 83.* *Lib. de corpo. Domini.* *1. q. 1. can. inter catholicam.* *1. q. 1 can. multi ſecularium.* *Euchariſtiā adminiſtrare de facto, aut de iure.*

Lib. 1. de corpo. domini. *1. q. 1 can. Intra catholicam* *1. q. 1. can. Multi ſecularium*

ſacerdotalis indelebilis. Nam Deus noluit miniſtros poſſe huiuſmodi characterẽ amouere, licet ipſum priuilegio ſpoliẽt clericali, quod non eſt ordini eſſentiale. Vnde Apoſtolus, Non dedit nobis Dominus poteſtatem in deſtructionem, ſed in ædificationem. ¶ Quare regula illa topica, Facilius eſt deſtruere, quã conſtruere, non conceditur de miniſterialiter agente in ſacramento, ſicut manifeſte patet in matrimonio: nam vir & mulier mutuo conſenſu contrahunt, q per diſſenſum adinuicem diſiungi nequeunt. Intelligitur ergo illa regula de cauſis eſſentialib⁹. De hoc etiam habetur in iure canonico. Nihilominus ſolus id poteſt ſacerdos, vt puta de facto conſecrare, vt patet ex decretalibus, vbi dicitur, Hoc ſacramentum nemo poteſt conficere, niſi ſolus ſacerdos, qui rite fuerit ordinatus ſecundum claues eccleſię. Quod ſi exquiras ex ſcripturis ſacris huius decreti fulcrũ, Illud ꝓculdubio ex verbo Chriſti, Hæc quotienſcunque feceritis, &c. ſolos diſcipulos alloquẽtis, colligitur. Nam illi ſoli cum eo recumbebant, vt conſtat ex eo quod ait Chriſtus in menſa, Vnus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino &c. Item cum contentio eſſet inter eos, quis eſſet maior, ſubditur, Et vt ſedeatis ſuper thronos iudicãtes duodecim tribus Iſrael. Item apud Matthæum, ait Petro, An putas quod non poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo pluſquam duodecim legiones Angelorum, quaſi dicat loco duodecim Apoſtolorum, aut ſaltem non alloquebatur alios ab Apoſtolis, q̃ diſcipulos, quorum forte aliqui miniſtrabant, (vt B. Martialis) quilibet in eccleſia non ſuccedunt, niſi ſacerdotes. Siquidem Apoſtolis ſuccedunt Epiſcopi, & diſcipulis presbyteri, vt habetur in decreto. Id etiam colligi poteſt ex illo Pauli, Panis, quem frangimus, nos videlicet Apoſtoli, & diſcipuli Domini: Si enim fidelis quilibet conficere poſſet, non oporteret aliquem alium alijs frangere, ſed quilibet ſeipſum communicaret de ſuo ſacrificio. Prętereà hoc fuit adumbratum in Ozia Rege, qui renitentibus ſacerdotibus adolere auſus fuit, & manus eius leproſa facta eſt: de Chore, Dathan, & Abiron, qui ſacerdotium ſibi vẽdicare volentes contra Dei decretum, iuſto Dei iudicio a terra abſorpti ſunt, & perierunt. Si autem loquamur de iure, vt puta quiſnam debite & licite conſecrare poteſt, ſolus vtique ſacerdos omni carens impedimento, tam ex parte ſui, quàm aliorum concurrentium ad rite celebrandum. Ex parte autem miniſtri, non tantum impedit culpa, ſed etiã pœna canonica (quę eſt ꝓhibitio alicuius actus exercendi, vel gradus recipiendi, qui aliàs non prohibito competeret) vt excommunicatio, ſuſpenſio, irregularitas, degradatio, depoſitio, ſymonia, infamia. Prohibetur etiam ſacerdotibus, qui ſunt publici peccatores, fornicarij, vſurarij celebrare. Item mutilatis, vel horribili infirmitate correptis, vt lepra, aut alio morbo, his enim prohibet eccleſia celebrare propter ſacramenti reuerentiam, vt patet ex iure canonico. Figura autem habetur in Leuitico, Homo de ſemine tuo

er. v. · *a. 1.* · *Quod … de ext. … ſum. tri … firmi … credi- … t. … us fa- … dos cõ … re po- …* · *t. 26.* · *t. 14.* · *. 22.* · *r. 26.*

Diſt. 21. can. In nouo teſtamento. · *1. Cor. 10.* · *2. Paral. 26.* · *Num. 16.* · *Euchariſtiam de iure quis cõficere poteſt.* · *Diſt. 33. & ext. de corp. vitiat.*

Leuit. 21. tuo &c. Ex parte autem aliorũ concurrentium ſunt primo ornamenta, *Miſſæ indumenta.* vt habetur in dicto iure canonico, vbi dicitur, quòd *De conſecra. diſt. 1. can. Veſtimenta.* veſtiměta eccleſiæ, quibus Deo miniſtratur, debent eſſe ſacrata, honeſta, quæ alijs vſibus applicari non debet. Quod hæreticus dixerit hoc non haberi in euangelio, falſum eſt; Ait enim Chriſtus, Hęc quotienſcunque feceritis. & Apoſtolus, Mortem Domini annunciabitis donec veniat. Quanto autem magis accedit ſacerdos ad Chriſti paſſionem, tanto amplius facit in eius memoriam, & ſignificantius exprimit paſſionem, atque indumenta proxime Chriſti repræſentant paſſionem, vt amictũ, velum, quo eius facies fuit velata, alba, veſtem qua eum induit Herodes, & ſic de ſingulis. Quare conſonum eſt euangelio, & doctrinæ Apoſtoli huiuſmodi vti indumentis. *Miſſa dicenda locus conueniens.* Deinde requiritur locus conueniens, vtpote p̄ epiſcopum ſanctificatus, eccleſia videlicet conſecrata, vel altare, & quod non ſit is locus interdictus, *De conſecrat. diſt. 1. can. Sicut et ſeq.* illud habetur in decreto, niſi in cauſa neceſſitatis, vt habetur ibidem. Si dixeris (vt hæretici) hoc non haberi ex euangelio, *1. Timo. 2.* cum Paulus velit omnes omni in loco orare, hoc ſane falſum eſt, quandoquidem ex euangelio habetur locum orationis nō *Mat. 21.* debere eſſe prophanũ. Ait enim *2. Paral. 2. & 6.* Chriſtus, Domus mea domus orationis vocabitur. Hoc autē *Exod. 40.* fuit adũbratum in templo Hie- *Geneſ. 28.* roſolymitano a Salomone dedicato, & in tabernaculo per Moſen ſanctificato. In huius etiam figuram Iacob erexit lapidem: & ſi vera ſunt, quæ a maioribus accepimus, Chriſtus dedicauit

Eccleſiã ſancti Dionyſij in Gallijs, Michael in Apulia, Angeli eccleſiam beatæ Mariæ de Angelis Aſiſij. Deſideratur & lumen. Hoc fuit adumbratum in *Ext d[…] le miſſ[…] c. vlt.* Leuitico, Ignis autem ſemper ardebit in altari meo. De qua re vide Hieronymum aduerſus Vigilantium. *In m[…] debet […] lumen[…] Leuit.* Calix enim, & patena debēt eſſe ex auro, argento, aut ſtanno, ſub quo ſecundum aliquos intelligitur plumbum. *Calix […] ſa req[…] tus.* Si obijcias Hieronymum qui laudat Exuperium Epiſcopũ Tholoſanum, quod in diſco vimineo ſacrum Chriſti corpus, & vinum vaſe vitreo adminiſtraret: *De cō diſ. 1. c. Calix Epiſt[…] vlt. ad […] ſtum[…]* Reſpondetur, tantam fuiſſe tunc Eccleſię Tholoſanę paupertatem, vt aliter fieri nequiret: non debet igitur eſſe ex ære, aurichalco, ligno, aut Vitro. Altare debet eſſe lapideum, non diminutum, aut fractum fractione notabili. Et debet eſſe conſecratum. *De c[…] diſt. 1. Eccleſ[…] & can[…]* Altari autem portatili, ceſſante neceſſitate, non licet extra Eccleſiam indifferenter vti. Conceditur tamen fratribus Prædicatoribus, & Minoribus, quòd vbicunque fuerint cum altari portatili celebrare poſſint, *Conce[…] m⁹ a[…] bus ſe[…] de pri[…] in his* modo id ſine iuris parochialis preſbyteri pręiudicio fiat, præiudicio inquam decimarum, & offertorij, quæ illi debentur. Tempus vero quo ſacrum fieri debet, eſt ab aurora ad meridiem vſque ex introducta conſuetudine. *Miſſa tēpore […] bet cel[…] ri.* ¶Congruentia adhoc pōt aſſignari, Quia lex euangelica in ſacris ordinis literis dicitur dies, Eratis aliquando tenebrę, nunc autem lux in domino: Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. *Ephe[…] Rom.* De iure tamen licet ad horam nonam vſque, iuxta Iudæorum computationem, quæ

iuxta

iuxta noſtram computationem reſpondet horæ tertiæ poſt meridiem. Iudæis eſt enim hora prima, quando nobis eſt ſexta mane, Tertia vero hora, quando nobis eſt nona, Sexta autem quando nobis eſt meridies, nona, tertia hora poſt meridiē &c. Et vbi nullum eſt ſcandalum, nihil eſſet periculi celebrare vſque ad horam nonam, ſeu tertiam horam poſt meridiem, Quia & in primitiua Eccleſia, & longo poſt tempore id fiebat, maxime in eccleſijs collegiatis in diebus ieiuniorum, & quando ordines ſacri celebrabantur. Ratione tamen conſuetudinis abſtinendum eſt, quia mos inualuit, vt ad meridiem vſque miſſe celebrentur. Poſtremo oportet celebranti aliquem aſſiſtere, qui illi in totius eccleſiæ perſona reſpondeat: Et hoc ipſo denotatur ipſum ſacrificium mediatorem eſſe inter Deum, & Eccleſiam, dum Deo pro Eccleſia illi aſſiſtente ſacrificium offert, Aduerſus prædicta obijcies illud Malachiæ, Maledicam benedictionibus veſtris. quod in malis ſacrificijs dicitur: In quem locū Hieronymus, Quidquid a vobis benedictum fuerit, a me maledicetur. Vnde cōſequitur ſacerdotes malos Euchariſtiam conficere non poſſe. Reſpondetur hoc eſſe accipiendum de benedictionibus, quas faciunt mali ſacerdotes, inquantum mali ſunt, vt puta cum adulando benedicunt, malis ſuis adulationibus in ſua malitia fouēdo, dummodo diuites ſint, nihil aliud curant. His enim haud dubie Deus maledicit. Sed ſacerdos Euchariſtiam non conficit, aut adminiſtrat, quatenus malus, ſed vt mater eccleſia habēs ipſius in conſecrando intentionem, & benedicēdo: Gregorius, Maledicam benedictionibus veſtris, ideſt his quæ in his benedictionibus poſſidetis, vel quoniam non benedicunt ſanctis in vero corde. Deinde obijcies illud, Suſpenſo ab officio vel depoſito ſacerdote, nulla ei relinquitur poteſtas: Reſpondetur id quidem verum eſſe de poteſtate ad ordinate miniſterium ſuum exequendum, non autem de poteſtate ad ſimpliciter, & de facto exequendum. Argumentor, Virtus & efficacia miſſę in ipſo Euchariſtiæ præcipue cō ſiſtit ſacramento: Si igitur malus ſacerdos æque conficiat ſicut bonus, tantum proderit ſacramentum a malo, ſicut a bono ſacerdote factū. Diſtinguo, ex parte ſacramenti & meriti eccleſiæ concedo, ex parte autem miniſtri ſeu meriti perſonalis nego, hoc eſt, miſſa quidem melioris ſacerdotis melior eſt, ac magis prodeſt, non vtique ratione ſacramenti, quod vtrobique (& dum a bono, & dum a malo adminiſtratur) æquale eſt, ſed ratione orationum eius acceptarum. Ad ſcripturas autem, quibus ſignificari videtur Deum odio habere ſolennitates, ſacrificia, & ſacramenta impiorum: Reſpondetur, quòd Deus non acceptat ea ad operantis ſalutem, licet bene ad ſalutem recipientis. Obijcies Auguſtinum dicentem, Sacramentum dat Deus etiam per malos, gratiam vero non niſi per ſeipſum, vel ſanctos ſuos &c. Reſpōdetur quòd Auguſtinus intelligit de gratia, quæ datur merito congrui, ſeu ſuffragio orationis

[Margin, left:] m ct nti ā aſ- dēt. — ıch. 2

[Margin, right:] 1. quæ. 1. can. Quod quidē parag. opponit. — Miſſa melioris ſacerdotis melior eſt, & magis prodeſt.

Degradatus de facto cõficit Euchariſtiam.

eccleſiæ, non de illa quæ vi ſanctorum datur. Argumẽtor, Degradatus non manet ſacerdos, nam clericali ſpoliatur priuilegio, & traditur ſeculari foro, ergo nequit conſecrare, ſeu conficere. Reſpondetur huiuſmodi priuilegium non eſſe ordini eſſentiale, ſed concomitans, & acceſſorium, quia fuit conceſſum ab Imperatore Conſtantino, ante cuius conceſſionem ſacerdotes eo carebant. Poteſt etiam dici ꝙ non ſpolietur priuilegio clericali, cum datur foro ſeculari, ſed quòd iudex ſecularis hac in re eſt miniſter, ſeu executor iudicis ſpiritualis, & eccleſiaſtici. Quia nullus alius a iudice eccleſiaſtico eum committere poteſt ſeculari iudici, qui vtique manente priuilegio poteſt eſſe miniſter eccleſiaſtici iudicis. Argumentor, Sacerdos hoc ſacrificium offert non in perſona propria, ſed Eccleſiæ, cuius eſt miniſter, Atqui hæreticus & ſchiſmaticus id non præſtant, cum ſint ab Eccleſia præciſi, ergo non conficiunt. Huic ratiocinationi ſubſcribit Magiſter ſententiarum. Reſpondetur quòd hæreticus, & ſchiſmaticus, quamuis ſinceram non habent Euchariſtiæ fidem, ſeu (vt aiunt) non intendant in ſpeciali, nihilominus ſi habuerint intentionem eccleſiæ in vniuerſali intendentes, valent facere quod Chriſtus inſtituit faciendum, & quod eccleſia facit, vere conſecrant. Huic ſimile eſt illud Ariſtotelis, contingit ſcire omnem mulam eſſe ſterilem, & dubitare de hac. Ideo Magiſter hic non tenetur. Adde his quod oblatio non pertineat ad rationem conſecrationis. Argui-

1.c. huius diſt.

a priorum cap. 20.

Magiſter non tenet.

tur, Conſecrationis finis eſt ipſius ſacramenti ſumptio: Quapropter eſt quid nobilius, & ſimpliciter melius, quàm conficere (nam finis eſt potior his quæ ſunt ad finem) ſed laicus Euchariſtiam ſumere poteſt, igitur & eam conficere. Reſpõdetur quod licet ſumere Euchariſtiam ſit in ſe nobilius, tamen eſt magis neceſſarium, Quocirca pluribus competit. Adde ꝙ & Chriſtus ita inſtituit, vt ab omnibus ſumeretur, Niſi manducaueritis carnem &c. Et a ſolis eccleſiæ miniſtris diſpenſaretur, vt hic docuimus. Vnde Apoſtolus, Sic nos exiſtimet homo &c. Item, Legatione fungimur pro Deo &c. Arguit, Beatus Laurentius ſanguinem diſpenſauit, vt patet ex eius verbis ad Sixtum, Mihi commiſiſti dominici ſanguinis diſpenſationem. Item in decreto dicitur, Diaconus Euchariſtiam corporis Chriſti, ſi neceſſitas cogit, eroget. Ergo non ſolus ſacerdos. Reſpondetur quòd occurrente neceſſitate diacono Euchariſtiam diſpenſare (quod eſt minoris dignitatis) permittitur quidẽ, nunquam autem conficere, quod maius eſt, Neutrum autem laico conuenit. Ratio cõgrua eſt. Nam quemadmodũ ab anima mediante corde ipſius animæ virtutes ad alia deriuantur membra, & præcipua ſedes vitæ in ipſo eſt corde, Oĩ cuſtodia cuſtodi cor tuum, quoniam ab ipſo vita eſt. Inſuper in qualibet politia eſt perſona aliqua principalis, ad quam præcipui actus talis politiæ pertinent: Sic rationi conſonum eſt, hunc adeo excellentem actum adminiſtrandæ Eucha-

Ioan.

1. Co

93. di can. I

con can. p te pre tero.

Diac occurr te nec tate chariſ diſpen poteſt

De co di 2. Perue Laicu chariſ nec co cere ne ſecrar teſt.

16. & pro

chariſtiæ reſidere apud illum, qui eſt principalis in Hierarchia eccleſiaſtica, cuiuſmodi eſt ſacerdos. Præterea non minor reuerentia, & authoritas debetur corpori Chriſti vero, quàm myſtico, Atqui ſuper corpus Chriſti myſticum ſolus ſacerdos authoritatem abſoluendi, & legandi in foro interiori habet, iuxta illud Ioannis, Accipi-
. 20. te Spiritum ſanctum &c. Habebit igitur & ſolus authoritatem adminiſtrandi corpus Chriſti verum in Euchariſtia.

DISTINCTIO. XIIII. Quæſt. 1. Pag. 407.

Requiritur ne ad peccati deletionem pœnitentia.

RESOLVTIO.

nus ar lus q d eccato manet actũ iosum le dici- pecca-

POſteaquam homo ceſſauit ab actu vitioſo & interiori, & exteriori, remanet quidē in eo habitualis iniuſtitia, q̃ nihil aliud eſt quàm gratiæ priuatio: Sed ab hac ſola non denominatur quis peccator, quia ſic peccatores omnes æque vitioſi eſſent, cum cuilibet mortali gratia tota auferatur, non magis, aut maior vnico, quàm pluribus peccatis. Non dicitur deinde peccator ab iniuſtitia actuali, quæ eſt deordinatio ipſius actus a ſuis regulis, videlicet a iudicio recto rationis, & voluntate diuina. Nam hęc deformitas, ſiue deordinatio non perſeuerat in anima ceſſante actu, qui eſt eius ſubiectum. Nec tertio dicitur quis peccator a reatu culpæ, ſeu obligatione aliqua quæ ſit relatio realis (vt aſſerit Diuus Thomas) quia nulla talis relatio manet in anima poſt peccatum, vt probat Scotus. Nec a macula quadam, quæ ſit quid abſolutum polluens animam (vt ait Magiſter ſententiarum) tunc peccatum vnũ aliud ſibi oppoſitum pelleret. Nec poſtremo dicitur quis peccator a diſpoſitione, ſeu habitu vitioſo derelicto ex frequentatione actuum vitioſorum, quia hęc in iuſtificato perſeuerant, quoadusque per exercitia virtutum expoliarit hos malos habitus. Vnde illud Matthæi, Regnum cęlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud &c. Et Apoſtoli, Sicut exhibuiſtis mēbra veſtra &c. Et Iacobi, Beatus qui ſuffert tentationem. & rurſus illud Apoſtoli, Omnis diſciplina &c. Et Sapientis, Fili accedens ad ſeruitutem Dei ſta in timore. In huius rei figura dicitur apud Neemiam, In reędificanda Hieruſalem vna manu tenebant gladium, & altera ædificabant. Adde quòd & iſta per deſitionē actuum eſſe deſinerent, etiam abſque reſipiſcentia. Illud ergo quo quis peccator poſt vitioſum actum & interiorem, & exteriorem dicitur, eſt relatio, ſeu reſpectus rationis ꝓductus ab ipſo Deo, in ipſo peccatore, quem D ei voluntas deſtinat ad pęnam debitam illius peccato, & id præuidet diuinus intellectus, donec vere reſipuerit. Hęc aſtruitur aſſertio per beatum Auguſt. Super illud Pſalmiſtæ, Beati quorũ remiſſę ſunt iniquitates &c. dicentem, videre Deum peccata, eſt ad pęnam imputare: Auertere autem faciem a peccatis,

Matt. 11. Rom. 6. Iac. 1. Heb. 12. Eccleſ. 2. Neem. 4. Tom. 8.

hoc eſt ad pœnam non reſeruare. Simile habetur apud Eſdrã, Ne operias peccata eorum. Cõfirmatur item a ſimili de eo qui bonis operibus plura meretur, cui tamen fortaſſe Deus tunc non addet gratiam, maxime ſi remiſſe operaturo, ordinatur tamen ad maius præmium, quæ ſane ordinatio nihil eſt aliud, ꝙ reſpectus rationis. Item, de eo qui principem aliquem offendit, cui deinceps eſt inimicus, licet nihil reale in ſe receperit. Hęc autẽ relatio rationis, quatenus eſt ipſi animæ diſconueniens, dicitur macula, Beatus vir ꝙ inuentus eſt ſine macula &c. Non habens maculam &c. Quatenus autem eſt obligatio ad pęnam, dicitur reatus, vt habet Auguſtinus, Peccata quæ tranſeũt actu, manent reatu. Quatenus vero hæc obligatio eſt actus voluntatis diuinæ, dicitur offenſa. Siquidem offendi, vel iraſci in Deo nil aliud eſt, quã vellle vindicare iſta pęna reatus, Deinde hic reatus deleri poteſt accedente Dei miſericordia, qui ait, Ego qui deleo iniquitates &c, Confide fili &c. Dimiſſa ſunt ei peccata multa &c. Patet & in Dauide, Petro & Paulo. Licet autem Deus omnipotentia ſua abſoluta abſque quocunque hominis actu hũc reatum, ſeu obligationem remittere poſſit, tamen ex ſacris literis conſtat ꝙ abſque pęna, vel æquiualente non remittat. Quare dicitur iraſci, velle vindicare peccata &c. Pęna autem (authore Boetio) eſt ordinatiua culpę, & ita vt in pluribus culpa per pęnam auferatur: Poteſt nihilominus, & per feruentem actum dilectionis Dei remitti, vt patet ex Luca, Dimiſſa ſunt ei peccata &c. & ex Petro, Charitas operit multitudinem peccatorum &c. Et per martyrium, Vnde illud Matthęi, Omnis qui confitetur me coram hominibus &c. Patet & in Bonifacio, qui fuerat & infidelis, & adulter, & euęſtigio proſilijt ad martyrium. Non deletur autem hic reatus per quancunque pęnam, quia ſi inuoluntaria fuerit (qualis eſt in damnatis) aut contracta, quæ ſequitur culpam, de qua Hieremias, Arguet te malitia tua &c. Et Iſaias, Vermis terrę non morietur. Hieronymus in illud Ezechielis, Porta ignominiam tuã, Portat ignominiam ſuam, qui propria torquetur conſcientia. Auguſtinus, Iuſſiſti, Domine, & ita eſt, vt pęna ſibi ſit omnis inordinatus animus. per illam nõ remittitur, Hilarem enim datorem diligit Deus &c. Voluntarie ſacrificabo tibi, ait Pſalmiſta, & Apoſtolus, Eſau non inuenit pęnitentiæ locum, huc ſpectat, & illud Machabæorum, Orabat ſceleſtus, quoniam &c, Hi ſiquidẽ moleſte patiębantur has peccatorum pęnas. Licet vero pęna quæuis inuoluntaria ſit, ſi ſpectes affectionem commodi, & appetitus ſenſitiui, propter qđ & Chriſtus refugiebat mortem, & Petro dicebat, Ducet te quo tu non vis, &c. Tamen affectione iuſtitiæ voluntaria eſſe poteſt, cũ aut peccator libere propter peccata ſe affligit, aut gratanter pęnas ſibi inflictas acceptat, vt Chriſtus & Petrus. Vnde quadrifariam quidpiam dici poteſt voluntarium. ¶ Primo quia patiendo ſuffertur, vt de bono latrone legimus, & de fratribus Ioſeph, Merito hæc patimur &c.

¶ Se-

Margin notes (left column): *2. Eſdra 4.* — *Eccleſ. 21.* — *Epheſ. 5.* — *Lib. 6. ad-uer. Pelag. c. 8.* — *Secundus articulus. Reatus deletur per punitionẽ.* — *Iſa. 43.* — *Matt. 9.* — *Luc. 7.* — *Luca 7.* — *1. Petr. 4.*

Margin notes (right column): *Matt.* — *3. articulus nõ quãcũque pœnã voluntariã remittit pœnam.* — *Hier.* — *Iſa. vlt.* — *Ezech.* — *Lib. 1.* — *2. Cor.* — *Heb. 1* — *2. Mac. 9.* — *Ioan. vlt.* — *Voluntarium dicitur quadrupliciter.* — *Luc. 23.* — *Gen. 4*

¶Secundo quia voluntarie acceptatur, Vt de Iob patet dicente, Dominus dedit &c. ¶Tertio, quia voluntarie producitur a cauſa proxima partiali, vt ab iſto actu voluntatis, Nolo me peccaſſe, qui ſane actus vna cum apprehenſione peccati eſt cauſa triſtitiæ. ¶Quarto, quia voluntarie cauſatur a cauſa remota principali, vt ab iſto actu, Volo punire peccatum, qui quidem actus ſi efficax fuerit, efficit vt intellectus peccatum recogitet, & voluntas ipſum deteſtetur, ad quæ conſequitur triſtitia. Iuxta il-
de ci. lud Auguſtini, Triſtitia eſt diſ-
c. 15. ſenſio animi ab his rebus, quæ nobis nolentibus accidũt. Quo circa dicitur remota triſtitiæ cauſa. Apprehenſio vero peccati, ac eius deteſtatio, cauſę ſunt proximæ eius triſtitiæ. Ad deletionẽ proinde peccati mortalis ſecundum regulas diuinas exigitur punitio voluntaria actu, aut effectu. Et id quidem rationabile eſt, quatenus videlicet peccator (qui auerſus eſt a Deo per peccatum, & conuerſus ad creaturam, ſecundum illud Hie-
re. 2. remię, Verterunt a me terga, item, Dereliquerunt me fontẽ aquæ viuæ, Item, Deum qui te genuit dereliquiſti &c.) oppoſito motu, nempe auerſione a peccato, ſeu creatura, & conuerſione ad creatorem, adſequa-
re. 3. tur ipſius peccati remiſſionem,
ia 55. vnde Hieremias, Tu fornicata
l 2. es cum amatoribus multis &c.
ul. 50. Iſaias, Derelinquat impius viã ſuam &c. Ioel, Conuertimini ad me in toto corde veſtro &c. & Pſalmiſta, Spiritum rectũ innoua in viſceribus meis &c.

DISTINCTIO. XIIII. Quæſt. II. Pag. 417.

Eſt ne pœnitentia alicuius virtutis actus?

RESOLVTIO.

POenitere quidem ſi iuxta primam doctoris acceptationem expendatur, poteſt vtiq; actus eſſe virtutis, cũ poſſit eſſe actus cõformis rectæ rationi, ac poſſit virtutem generare, hoc eſt habitum ſtudioſum, Nec obſtat quod non ſemper a virtute eliciatur (vt patet de primo actu, quem elicit peccator) ſufficit ſiquidem, modo natus ſit a virtute elici. Cuius porro ſit virtutis actus huiuſmodi, nõ eſt primum actus virtutis intellectualis (id eſt quæ ſit in intellectu ſubiectiue,) Quia imperare peccati agnitionem, & eiuſdem deteſtationem eſt ipſius appetitus, non ſenſitiui, (cuius non eſt intellectui, aut voluntati imperare) ſed ipſius voluntatis, vt patet ex Auguſtino in libris de trinitate dicente. quod voluntas copulat parentem cum prole, hoc eſt intellectum cum obiecto, & imperare ſibiipſi. Deinde intellectualis virtus inclinat ad ſic dictandum, hæc autem ad ſic agendum, videlicet appetitiua. Nec eſt actus virtutis appetitiuæ ordinantis ad ſeipſum, quales ſunt fortitudo & temperantia, nam poteſt quis vindicare alterius peccatum, ſicut & propriũ. Nec eſt actus amicitiæ, quandoquidẽ is ſemper cedit in correctionem, & in bonum amici delinquentis.

1. articu. quod pœnitere ſit virtutis actus, et cuius virtutis ſit actus.

quentis. Vindicare aũt peccatũ non eſt præcipue propter eius, qui punitur correctionem(licet illa qñque ſubſequatur, vt patet in Dauide,& in Paulo) ſed vt ordinetur culpa per pœnam,& obſeruetur lex ipſa:fit inſuper gratia boni communis,& gratia legiſlatoris, ſi ipſe fuerit finis legis, vt eſt Deus ipſe. Quamobrẽ ſæpe iuſta fit vindicta, omnino reum exterminando. Eſt igitur actus iſte iuſtitiæ punitiuæ, & actus ipſius voluntatis, cuius ſolius eſt ſibiipſi,& intellectui imperare. Deinde pęnitere ſecũdo mõ, qđ eſt deteſtari peccatũ, eſt ẽt actus virtutis, & pœnitere tertio modo, ꝙ eſt gratanter acceptare inflictam pro commiſſo peccato pœnam, ſed non ſpecialis alicuius virtutis, ſed cuiuſcunque appetitiuæ. Pęnitere vero quarto mõ, qđ eſt patienter ferre pęnã inflictã eſt actus patientiæ virtutis. Ad deletionẽ igitur peccati nõ requiritur pęnitentia, q̃ ſit alicuius determinatæ virtutis actus, cum poſſit eſſe indifferenter plurium, nec oportet ꝙ eliciatur a virtute habituali, ſeu iam inexiſtente, cum talem poſſit hr̃e is, qui nec adhuc quidẽ habebit harũ virtutũ habitus, ſed põt dici actus virtutis, quia eſt ipſius generatiuus. Deinde obſeruandum ad peccati deletionẽ requiri actũ humanum, qui.ſ.fit cum deliberatione bifariam, videlicet, vel vt primam diſpoſitionem, vel vt concomitantem, Primo modo ſufficit actus informis, id eſt abſque charitate, vt patet in filio prodigo, de quo dicitur apud Lucam, In ſe autem reuerſus &cæ. Deinde & cum adhuc longe eſſet & cęt. Vnde conſtat

2. articu. An pœnitere, vt actus virtutis requiratur ad peccati deletionem.

Luc. 15.

ipſum non habuiſſe adhuc charitatem. Quod & manifeſtum euadit, ex eo quod pater præcepit illi dari ſtolam nouã, qua ſignificatur charitas. Item in typo leproſorum, qui a longe clamabant. Secundo modo exigitur actus formatus, id eſt habẽs ſecum charitatem, quandoquidem in inſtanti illo, in quo peccatum deletur, gratia infunditur,& ineſt. Inſuper ad maiorẽ horum declarationem obſeruã dum, quod peccator ex naturalibus cum communi influentia ſpiritus Dei, non generali, qua omnibus influit creaturis, ſed ea quam promiſit peccatorib. dicens, Ego ſto ad oſtiũ, & pulſo. De qua etiam, Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eum. Item vocaui,& renuiſtis. Item, Quoties volui congregare filios tuos &c. põt conſiderare peccatũ ipſum, vt Dei offenſiuum, impeditiuum præmij, inductiuum ſupplicij &cæ. Et ſub illis rationibus deteſtari,& continuare hanc peccati diſplicentiam, ante gratiæ infuſionem cum debitis circunſtantijs moralibus, & is actus dicitur attritio,& eſt diſpoſitio, ſiue meritum de congruo ad deletionem peccati, quæ fit poſt aliquam cõtinuationẽ talis actus. Quamuis enim peccator nõ ſit dignus, niſi ſupplicio, congruit tñ diuinæ bonitati, ac liberalitati vt bene vtenti bono naturæ, ac cõmuni inſpiratione, Deus, qui eſt maxime munificus, bona gratiæ largiatur. Secus ſi nulla prorſus exigeretur peccatoris diſpoſitio, eſſet vtique apud Deum perſonarum acceptio, dum vni culpam, & non alteri remitteret. Hæc autem diſpoſitio

Peccat[or] ex naturalibus pe[c]catum [de]teſtari [po]teſt.

Prouer. Matt. 23.

um tio,ſeu meritum congrui,quod
u. ab hæreticis prorſus reijcitur,ex
. ſacris aſtruitur literis, Præpara-
.16 tionem cordis eorum audiuit
auris tua.Item, Cor hominis di
38. ſponit viam ſuam. Item, Ho-
minis eſt præparare animam
ſuam &c. Diſpone domui tuæ,
en-- quia morieris,& non viues. Nõ
apa loquebatur autem Propheta de
ñe re domo materiali, ſed de conſciẽ
t. tia. Dominus etiam in euange-
lio laudat ſeruum vigilantem.
Patet etiam de ſeruo abſcon-
.25. dente talentum domini ſui, &
de virginibus ſapientibus, quæ
cum habuerunt oleum, intraue
i. 1. runt ad nuptias.Sic obſtetrices
Ægyptiacæ non interimentes
mares Iudæorũ,meruerunt ſibi
ædificari domos, hoc eſt dedit
illis prolem cum eſſent ſteriles.
Et Iehu vindicans peccatum
gum Achab meruit, vt perſeueraret
ſibi regnum in quartam genera
tionem. Nabuchodonoſor quo
i. 29. que meruit ſibi dari terram
Ægypti, qui ſeruiuit Dño con-
tra Cyrum, Et Cornelius mitti
10. ad ſe Angelum meruit. De hoc
ar.1. merito eſt illud Zachariæ.Con-
h. 8. uertimini ad me,& ego conuer
tar ad vos. Et illud Ezechielis,
Quacunque hora auerterit ſe
impius,& fecerit iuſtitiam, om
nium iniquitatum eius non re-
cordabor.faciente namque ho-
mine quod in ſe eſt,Deus ſuper
c. 8. addet quod ſuum eſt ex ſua li-
beralitate.Id etiam common
ſtratur ex curatione cœci,qui in
terrogatus a Domino, an vide-
ret,reſpondit,video homines ve
luti arbores. Vnde rurſus ſpuit
Dominus in oculos eius. Sali-
ua ſignificat ſapientiam,ſeu bo
nam inſpirationem, per quam
peccator non ſtatim iuſtifica-
tur,ſed cum ſubinde Deus con
fert illi ſuam gratiam.Deinde
& in cœco miſſo ad natatoria *Ioan. 9.*
Siloe, poſteaquam impoſuiſſet
illi Dominus lutum ſuper ocu-
los, Hoc enim modo & pecca-
tor præuentus Dei miſericor-
dia,mittitur ad pęnitentiã. Ad *Ioſue 2.*
hæc facit & exemplum Rahab,
quæ non perijt quod recepiſſet
exploratores,quæ tamen adhuc
non perfecte credebat.Hæc eñ
commonſtrant noſtram præpa-
rationem aliquando procede-
re ex imperfectione, Sed Deus
illam perficit,iuxta illud, Ope-
ratur in nobis velle, & perfice-
re. Si enim non eſſet requiſita
hæc præparatio, & meritum cõ
grui in peccatore, quomodo
vnus eſſet potius obſtinatus,
quàm alius? Sed(vt ait Auguſti-
nus)quemadmodum ſol indu-
rat lutum, & liquefacit ceram,
Ita Deus ſe habet erga homi-
nes ſecundum eorum diſpoſi-
tionem. Per actum igitur pœ
nitentiæ informem deletur pec
catum, vt per diſpoſitionem
præuiam, & meritum de con-
gruo: per actum autem pœni-
tentiæ formatum,qui & contri-
tio dicitur,deletur,vt per actum
concomitantem. Quod ſi in-
quiras, quis illorum quatuor
actuum ſit aptior ad peccati de
letionem, is procul dubio, qui
eſt perfectior,aut pluribus ma-
nat virtutibus,vt qui ex charita-
te elicitur,aut ex iuſtitia & cha
ritate ſimul. Si vero expetis, qs
illorum actuum triſtitiam faci-
lius ingerat,duo vltimi eã ſup-
ponunt,Duorum aũt aliorũ eſ-
ſe põt mutua quædam excellẽ-
tia, Qñque enim ex ſola Dei di-
lectione ſuboritur peccati de-
teſtatio, & conſequitur triſtitia

etiam maxima. Quandoq; vero inerit actus iuſtitiæ(is videlicet, Volo punire meum peccatum) & tñ ex illo non mouetur efficaciter intellectus ad peccati conſiderationem, & voluntas ad deteſtationem, Et quamuis aliquoties moneatur,non tamē ſemper ſubſequitur triſtitia propter complexionem peccatoris, aut habitus contrarios,aut bonum inde ſubſequens,vt de matre Magiſtri ſententiarum patet.

Vide vitā Gratiani qui compilauit Decretum.

Et potiſſimum,quia appetitus intellectiuus ſenſitiuo appetitui,quantum ad faciliter delectari,& contriſtari,cōformatur. Quare cuius appetitus ſenſitiuus non eſt natus dolere, eius voluntas non facile triſtatur.Ex quo manifeſtum eſt aliquē intenſe pęnitere primo modo, id eſt habere hunc actū intenſum. Volo punire meum peccatum, qui tamen nullam, aut modicā habebit peccati triſtitiam, quā nihilominus ſine vllo actu alius habebit ex Dei amore.Vnde cōſequitur,quod plus debet meritorie peccatum actus triſtitiæ accuſatiuus, quam triſtitia ipſa, quæ eſt paſſio conſequens ipſum voluntatis actum. Quòd ſi inſtes in oppoſitum, ꝙ is actus pęnitentiæ primo modo nō ſit abſque triſtitia ſufficiens per illud Auguſtini,Sciat ſe culpabiliter durum,qui deflet mortem amici, & dolorem peccati non oſtendit lachrymis. Verum id quidē eſt, ſi appreciatiue mortem amici defleat. Flere ſiquidem peccata non eſt omnibus datum,cum ſit donum Dei ſpeciale,Vnde Hieremias,Quis dabit capiti meo aquam &cæt. & Ezechiel, Auferam a vobis cor lapideum. Debemus ad id nihilo ſecius pro viribus conari, ſecundum illud Matthęi, Regnum cęlorum vim patitur.

Hiere. 9.
Ezec. 36.
Mat. 11

DISTINCTIO. XIIII. Quæſt. III. Pag. 427.

Eſt ne pœnitentia virtus, vnius duntaxat pœna inflictiua?

Resolvtio.

Cvm cuicunque appetitiuæ virtuti reſpondeat aliqua in intellectu regula, ſeu practicum dictamen,Siquidem aſtutus (hoc eſt ſapiens)agit oīa cū conſilio, habebit pœnitentia virtus ſm primā pęnitere acceptationem propriā regulam, iuxta quā ſequetur actus vnius, aut pluriū pęnarū inflictiuus.Ipſius porro regula eſt duplex,Prima naturaliter cognoſcibilis, de qua Pſalmiſta,Signatū eſt ſuper nos lumen vultus tui Dñe. Et Apoſtolus,Cū.n. gentes,quæ legē non hñt &c.& eſt hæc, deteſtandum eſt peccatum. Altera aūt nota eſt ſolū ex fide, ſeu reuelatione iſta,videlicet, Deteſtandum eſt peccatū,inqtū Dei offenſiuum, beatitudinis impeditiuū,& finalis miſerię inductiuum.Pnīa igitur,vt habet regulam naturaliter notā,eſt vnius tm̄ pęnæ inflictiua,videlicet diſplicentiæ peccati, & conſequentis triſtitiæ, ſed vt habet regulam ex ſacra ſcriptura notam,eſt plurium inflictiua pœnarum, quod videlicet Deus ipſe illud reuelauit,patet ex illo Iohelis, Conuertimini ad me &c. & Matth. Facite fructus dignos pœnitentiæ. Et quamuis huius virtutis regula ſit

Prouer.
Pœnitentia plurium pœnarum inflictiua.
Pſal. 4
Rom. 1
Iohel 2.
Mat. 3.

ſit duntaxat ex reuelatione, vel fide nota, nihilominus id non obſtat, quo minus ſit moralis virtus, cum ex frequentatis actibus (quæ eſt virtutis moralis rõ) generetur. Idẽ quoque dicendum de euangelica paupertate, caſtitate, & obediẽtia, humilitate, & patientia, quarũ finis (qui eſt beatitudo) & rõ non cognoſcitur naturali lumine, ſed ſupernaturali, quod in cauſa eſt, ꝙ reijciatur a ſapientibus huius ſeculi. Nec ꝑpea minus ſunt virtutes, imo excellentiores, Tũ quia practica illarũ dictamina excellẽtiora ſunt, cũ ad eas non attingat naturale lumẽ, tũ quia ſunt certiora, cum ſint ab infallibili veritate.

DISTINCTIO. XIIII. Quæſt. IIII. Pag. 430.

Vtrum pœnitentia ſacramento culpa deleatur.

RESOLVTIO.

[Pœni]ten-[tia s]acra-[ment]um

Pœnitentiæ ſacramẽtum eſt abſolutio hominis pœnitẽtis facta certis verbis, cum debita intentione prolatis, a Sacerdote iuriſdictionem habẽte, ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificantibus abſolutionẽ animę peccato. Sacramentum autem iſtud non fuit prorſus neceſſariũ, cũ abſque ipſo Deus remittere poſſit hominibus delicta, fuit tamen congruum quantum ad totam hanc nominis rationem. Primo vt eſſet aliquod ſenſibile ſignum remiſſionis peccati, ad peccatoris exercitationem, eruditionem, & humiliationem. Deinde vt eſſet a Deo inſtitutũ, qui ſolus effectiue peccata condonat, quatenus ipſe peccator huius abſolutionis certior fieret, & religioſius illud ſuſciperet. Tertio vt inſtitueretur in verbis ſignificantibus abſolutionem, quatenus iuxta Auguſtinum ſignum repræſentet ſignatum. Eſt enim pœnitentiæ ſacramentum ſententia quædam diffinitiua iudicis ſecundarij, ſeu commiſſarij, qua reus abſoluitur, vel ligatur ſecundum quod expedit. Quarto quòd fiat à ſacerdote. Conuenit enim in eccleſiaſtica Hierarchia, ſeu in eccleſia militante extrema (videlicet peccatores, quaſi nihilum ob peccata repu tati) reduci in extremum, hoc eſt in Deum ipſum, per Hierarcham, id eſt ſacerdotẽ; de quo Malachias, Angelus domini &cæt. Angelus enim Domini dicitur ſecundum Hieronymum, quod ſequeſter ſit inter Deum & hominem, quemadmodum Moyſes de ſeipſo dicebat, Ego ſequeſter &c. Vnde Apoſtolus, Omnis namque pontifex &cęt. Hoc etiam modo fit in eccleſia triumphante, vbi homines ad Deum per Angelos reducuntur, vt patet ex illo Apoſtoli, Omnes ſunt adminiſtratorij &cæt. Item, Angeli Lazari animam in Abrahæ ſinum detulere. Operæpretium ſiquidem eſt, vt hæc abſolutio a' iuriſdictionem habente præſtetur. Quandoquidem ſententia a non ſuo iudice lata nulla eſt. Vnde illud Apoſtoli, Tu quis es, qui iudicas &cæte. Nec his quadantenus obſiſtit quod hæretici aſſeuerant fideles omnes ſacerdotes eſſe ex Petro, Vos aũt genus ele-

Pœnitentia ſacramenti miniſter.

Malach. 2.

Deut. 5.

Heb. 5.

Sacerdotũ munus.

Ca. Sola, de reg. iu. in 6.

Rom. 14.

1. Petr. 2.

electum,regale ſacerdotiū, hoc enim deſumptum eſt ex textu *Exod.19.* Exodi,In quo eadē populo Iudaico dicebantur, tamen conſtat tunc ſacerdotium diſtinctū fuiſſe, & non omnibus conceſſum, ſed ſoli tribui Leui, & familiæ Aaron. Qua de re neceſſe fuerit,vt is locus de ſpirituali ſacerdotio interpretaretur.Quod etiam comprobatur ex illo, qđ ibidem ſubſequitur, Offerentes ſpirituales hoſtias Deo,ad quarum oblationem etiam Paulus nos exhortatur his verbis, Exhi *Rom.12.* bentes corpora veſtra &c. Con *Apo.1.& 5.* ſimiliter exponens quod ſcribitur in Apocalypſi,Fecit nos Reges,& ſacerdotes Adde quod in veteri lege qui præſumpſerunt ſacerdotū munus exequi, grauiſſime a Deo puniti fuere. *3.Reg.13.* Patet de Hieroboam,cuius ma *2.Parali. 26.* nus aruit,cum vellet adolere incenſum ſuper altare, De Oſia, *2.Reg.6. & 1.* qui ea de cauſa effectus fuit le *Parali.13* proſus,De Oſa,de Chore,Datan *Num.16.* & Abiron. Quanto igitur dete *Heb.10.* riora merentur ſupplicia, qui ſacerdotium nouæ legis prophanarunt? Iuxta doctrinam Apoſtoli, Irritam quis faciens &cæt. Expedit præterea,ꝙ ſuſcipiens hoc ſacramentum atteratur de *Deute.4.* peccatis,Iuxta illud Deuteronomij, Cumque quæſieris dominum.& Pſalmiſtæ, Cogitabo ꝓ peccato meo &c.Nam & ſeculares iudices leuius condemnant reum, cui ſcelus a ſe commiſſum diſplicet,quam proteruum in ſcelere. Quod autem hoc ſacramentum ita primo inſtitutū *Mat.16.* fuerit,patet ex Matthęo,Quæcū *Ioan.20.* que ligaueris,&cæt. Et Ioanne, Quorum remiſeritis &cæt.Nec eſt eadem ratio omnino Euangelici ſacerdotis,& Moſayci.Nā hic duntaxat indicat mundatos a lepra,nullum ſuis ceremonijs mundans, cum in hunc finem non eſſent a Deo inſtitutæ. Ille autem miniſterialiter peccatores mundat a peccatis, adminiſtrans inſtitutum a Chriſto ſacramentum, ſecus pœnitentia nunquam deleret, ſed neceſſe foret id prius deleri per contritionem, nec eſſet ſecunda contra naufragium tabula, contra ſanctum Hieronymum, cū nullus per eam euaderet naufragium.Quocirca aſſerendum eſt peccatorem aſſequi duplici via *Peccat. bifaria p[er]fari valet.* remiſſionem peccatorum, primo contritione vehementi & ſufficienti,abſque actuali ſacramenti ſuſceptione, ſed quæ ſolum ſit in voto.Vnde, Cor con *Pſal.50. Deuter.4.* tritum &c. Cumque quæſieris eum &c.Secundo per ſacramenti receptionem,quando contritio leuis eſt, & remiſſa, ac propterea minus ſufficiens ad deletionem peccati. Tunc enim peccator,modo non ponat obicē, & ad ſacramentum pęnitentiæ accedat cum fide, & intentione eccleſiæ,non ex ſuo merito, ſed ex inſtitutione ipſius Chr̄i, certiſſime recipit remiſſionem, & gratiā ipſam, non ſecus ac gratiam baptiſmalē obtinere valet adultus, & baptiſmo flaminis (qui conſiſtit in fide, & pęnitentia) & baptiſmo fluminis, qui adminiſtratur in aqua.Sic enim & Dei ampla bonitas (qua pluribus medijs prouidit peccatoribus) & poteſtas (quam ſacramentis nūquam alligauit) ampliſſime mortalibus apparent.

DISTINCTIO. XV.
Quæſt. Vnica. Pag. 435.

Vtrum cuilibet peccato mortali propria quadret, ſeu correſpondeat ſatisfactio.

RESOLVTIO.

SAtisfactio vtique (vniuerſaliter accepto vocabulo) redditio eſt voluntaria æquiualētis, alias indebiti. Nō eſt enim abſoluta datio, ſed redditio: quæ eſſe debet voluntaria, ſecus non ſatisfactio, ſed ſatiſpaſſio dicenda foret, qualis reperitur in dānatis, de quibus ſic Matthæus, Ligatis manibus, & pedibus mittite eū &c. Adhęc eſſe debet æquualens, nā hoc iuſtitia requirit, & tale æquiualens dēt eſſe alias indebitū. Si .n. foret alia cā debitum, iam nō eſſet huius ſatiſfactio. Verumtamen duplex eſt debitū, videlicet reſpiciens debitū, & reſpiciens pęnam. Primo debito tenetur ieiunare diebus ſtatutis, etiam is qui non tentatur carne, nec admiſit ſcelera ieiunio purganda: Nec iſtud præceptum impedit, quo minus & penæ debito idem perſoluere poſſit. Quare ieiunio ab Eccleſia indito poteſt peccator ſuo ſatisfacere peccato, cū non ſit alias debitū, vt ordinetur in ſatisfactionē pęnæ ipſorum peccatorum. Et obligatus dare eleemoſinā ſatisfacit benefaciendo ei, qui eſt in extrema neceſſitate, licet aliàs teneretur, quia non hoc fine, ſed Dei pręcepto. Veruntamen videbitur alicui fortaſſe peccatorē non poſſe hac rōne pro peccatis ſuis ſatisfacere, maxime quod illis peccatis debitū Deo abſtulerit honorē, iuxta illud Apoſtoli, Per præuari cationē legis Deū inhonoras. & Malachiæ, Si ego pater, vbi honor meus? Nihil autem æquiualens honori eius pōt a nobis rependi, quia maior eſt omni laude. Inſup malū peccati infinitū apparet, cū infinitus offendatur Deus. Omne aūt bonum quod præſtare poſſumus, finitum eſt. Huc accedit, ꝙ quidquid obſequij & honoris Deo impendere valemus, eidē debemus cā beneficij creationis, conſeruationis, redēptionis &c. Vnde & nihil non debitū ei p̄ſtare poſſumus. Hic conſideranda venit duplex Dei potētia, abſoluta, & ordinata. Peccator quidē viribus propriis ſatisfacere pro peccatis (vt indicant p̄dictæ beati Anſelmi rōnes) nequit. At accedente merito paſſionis Chriſti hoc pōt, Adeo enim accepta eſt Deo patri, vt opus peccatoris alioquin ex ſe ad id inſufficiens, cōueniens ſit ac ſufficiens delictorū ſatisfactio, nec aliter ſm potentiam Dei ordinatam, poteſt quis peccatis ſatisfacere. Ipſum enim (acclamante Apoſtolo) propoſuit Deus propitiatorem per fidē in ſanguine ipſius. Et, Factus eſt nobis propitiator &c. Cum inimici eſſemus &c. Proprio filio non pepercit &c. Et Ioanne. Sic Deus dilexit mūdū, & Luca in actibus Apoſtolorū, Non eſt in aliquo alio ſalus &c. Non enim decreuit reconciliare ſibi inimicum, niſi per obſequium magis gratū, quàm offenſa fuerit diſplicens. Et huiuſmodi fuit Chriſti paſſio, Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui &c. Nihilominus ſe-

Rom. 2. Malach. 1. Rom. 3. 1. Cor 1. Rom. 5. Rom. 8. Ioan. 3. Act. 4.

ſecundum potentiam Dei abſolutam poſſet peccator abſq; merito paſſionis Chriſti ſatisfacere. Patet ex Auguſtino, Fuit quidem & alius modus noſtrę redemptionis poſſibilis, ſed nullus noſtrę miſerię ſeruandę conuenientior. *Li. 13. de Tri. c. 10.* Et Chriſtus dicebat, An putas quia non poſſum rogare patrem &c. Et in oratione ad patrem, Omnia tibi poſſibilia ſunt. Item Paulus, In capite libri ſcriptum eſt de me, vt faciam voluntatē tuā Deus meus, volui. *Heb. 10.* & Iſaia, Oblatus eſt qa ipſe voluit. *Iſa. 53.* Potuiſſet igitur Deus abſque Chriſti paſſione attrito dare gratiā, qua poſſet pro peccatis ſatisfacere. Quod ſi non obligaſſet hominē, niſi ad decalogum, potuiſſet indebita exhibere. *3. articulus in quibus conſiſtat ſatiſfactio.* In quibus vero potiſſimū conſiſtat hæc peccatorum ſatiſfactio, Conſiſtit vtique regulariter in actibus, vel paſſionibus afflictiuis. Patet ex Pſalmiſta, Laboraui in gemitu meo, &c. *Hiere. 6.* Hieremias, Erudire Hieruſalē &c. Hæc autem eruditio fieri debet per ſatisfactionem, vt patet ex Hieremia illo loco, Filia populi mei induere cilicio. *Hieremias in ſubſequētib⁹ in fin. c. 6.* & ex diuo Paulo, Qui Chriſti ſunt &c Mortificate membra veſtra &c. *ad Galat. 5. Coloſſen. 3.* Culpa. n. per pœnam, authore Boetio, rectificatur. vnde Matthæus Si quis vult venire poſt me &c. *Mat. 16.* Ferre autem crucē, eſt pęnis pro peccatis ſatisfacere, quemadmodum & Chriſtus ſua cruce ſatisfecit pro eiſdem. Vnde Apoſtolus, Si tamen compatimur, vt & conglorificemur. Eadem quoque ſatisfactio diſciplina vocatur, vt patet ex illo Hebręorum, Quod ſi extra diſciplinam &c. *Heb. 12.* Iſti autem pœnales actus ſunt diſplicentia, ſeu triſtitia peccati. Pſalmiſta, Quia cinerem tanquam panē manducabā &c. Patet in Niniuitis, Confeſſio auricularis, ſeu verecundia ſubſequens, quæ eſt confuſio adducens peccatum. Ambroſius, Si vis iuſtificari, confitere delictum, Tunc nexus ſoluit criminum verecunda confeſſio peccatorū, oratio, ieiunium, & elemoſyna. *Lib. 2. [de pœ]niten. [...]* Quod aūt fletibus ſatisfacere debeamus peccatis, aduerſus hęreticos probatur ex Luca, Filię Hieruſalē &c. & ex Petro, Chriſtus paſſus eſt &c. Ibi veſtigia eius. *Luca [...] 1. Pet. [...]* Veſtigia hęc ſunt illa de qbus Apoſtolus, Adimpleo &c. *Coloſſ. [...]* Chriſtus item fleuit ſuper peccata Iudæorum, Videns ciuitatem &c. *Luca. [...]* Quare etiam peccator propria non deflebit peccata? Poſſum⁹ nihilominus alio actu, quàm pœnali, peccatis ſatisfacere, feruenti videlicet Dei dilectione, ad exēplū Marię Magdalenæ, vt apud Petrum. *1. Pet. [...]* Charitas operit multitudinem peccatorum, non ratione culpę, cum amplius non inſit, ſed ratione pœnę. *4. [...] non [...] bet m[...] tali p[...] correſp[...] det pa[...]* Non autē correſpondet propria ſeu determinata ſatisfactio in in ſpecie, aut in numero cuilibet mortali peccato. Nam contritione ſatisfieri poteſt cuilibet mortali peccato. vnde illud Deuteronomij, Cum tu quęſieris dominū &c. & illud Pſalmiſte, Cor contritū &c. Itē, In ſpiritu humilitatis, & animo contrito ſuſcipiamur a te. *Deu 4. Pſal. [...]* Et vnico actu pōt quis omnia ſimul deteſtari peccata, vt Manaſſes dicēs, Peccaui ſuper numerum arenæ maris. & Pſalmiſta, Multiplicatę ſunt iniquitates meæ. Veruntamen vt hęc ſufficiens ſit, debet eſſe intenſior, quàm ſi eſſet ſolum vnius peccati, aut paucorum.

ærum. Quod ſi remiſſa fuerit, ad-
datur ieiuniũ, oratio &c. & ęqui
ualebit intenſæ, Vnde Ambro-
de ſius. Reperit quoſdam ſulcaſſe
vultum lachrymis (vt de Petro le
gimus apud Clementẽ) & cor-
pus ſtrauiſſę calcantibus.

DISTINCTIO. XV. Queſtio II. pag. 443.

Vtrum alienum detinens ad reſtitutionem teneatur.

RESOLVTIO.

QVamdiu res, propter
quam peccatũ eſt,
non redditur, ſi
reddi poteſt, non
agitur pœnitentia,
ſed fingit᷑ aſſertore Auguſtino:
1.2, Nõ enim dimittit᷑ peccatũ, niſi
ce- reſtituat᷑. ablatum. vt eſt in decre
9, to. Huc accedit illud Exodi, Si
2. qs furatus fuerit. Et pręceptum
res iuris naturæ, Qđ tibi oderis fie-
22. ri &c. Et pręceptũ decalogi, Nõ
4. furtũ facies &c. Et pleraq; alia
loca. Sed vt plane noueris, qs in
iuſte rẽ alienã detineat, & pro-
inde reſtituere debeat, obſerua
varias rerũ eſſe trãſlationes, &
quę deſiderãt vt iuſte fiãt. Tria
perinde hic obſeruamus. Primũ
vnde ſint rerũ dominia diſtin-
cta, vnde hoc dicat᷑ meũ, & illud
tuũ. ¶ Secundo qũo dominia pri
mo diſtincta iuſte transferant᷑.
¶ Tertio qũo quiuis reſtituere
teneatur. ¶ Quantum ad primũ,
lege naturæ, vel diuina nõ ſunt
rerum dominia pro ſtatu inno-
centiæ diſtincta. Quia pro eo
ſtatu communis eorũ vſus plus
proderat ad pacificã conuerſa-
lis tionem, & neceſſariã ſuſtentatio
nẽ, quam rerum occupatio: Pro-
pterea ꝙ nullus recepiſſet, niſi
ſibi neceſſaria, & quę neceſſaria
alijs fuiſſent nõ occupaſſet. Poſt
lapſum aũt, illud præceptũ legis
naturæ, ꝙ omnia forent noſtra,
reuocatum fuit, dicente Domi-
no Adę, In ſudore vultus tui ve- *Geneſ. 3.*
ſceris pane tuo. Quia ſubinde
bona eſſe cõmunia, obeſſet con
uictui pacifico, & neceſſarię mor
taliũ ſuſtentationi. Quia cupidi,
& mali ſibi vltra neceſſaria ag-
glomerarent, Et fortiores alijs
vim inferent: Sicut legit᷑ de Nem *Geneſ. 10.*
broth, ꝙ eſſet robuſtus venator *Pſal. 13.*
corã domino, id eſt hominũ op
preſſor. Vnde Pſalmiſta, Qui de-
uorãt plebẽ meã ſicut eſcã pa-
nis. & Iacobus, Nõne diuites op
primunt vos. & Iſaias, Vę q con *Iacobi 2.*
dunt leges iniquas. Quamobrem *Eſa. 10.*
Ariſtotelis politia, ꝙ nõ ſint om *Lib. 1. Poli*
nia cõmunia, melior eſt quàm *ticorum.*
Socratis tenentis oppoſitum ſe
cundum illũ ſtatũ, quẽ philoſo-
phus reperit hominibus. Reuo-
cato aũt tali præcepto, prima do
miniorũ diſtinctio iuſte fieri po
tuit a lege poſitiua, iuſta, lata a
patre, vel a principe, & cõitate iu
ſte regẽte: Et ita factũ eſſe, eſt ve
ro ſimile. Nã in Geneſi legimus, *Gene. 10.*
ꝙ a tribus filijs Noe diuiſæ ſunt
inſulę gentiũ in regionibus ſuis,
quæque ſecundum linguam
ſuam, iuxtaque familias ſuas in
nationibus ſuis, & ibidẽ ab his
diuiſæ ſunt gentes in terra poſt
diluuium. & Hieronymus in
quæſtionibus Hebraicis, Sem
Aſiam occupauit, Chã Africã,
& Iaphet Europam. Hoc modo
Abraham feciſſe cum ipſo Loth *Gene. 13.*
legimus. ¶ Quantum ad ſecun- *Rerũ tra*
dum, tranſlatio rerũ fieri poteſt *latio quo*
dupliciter, vel quantum ad do- *fit.*
miniũ, vt fit in emptione & ven
ditione, vel quantum ad vſum

tan-

tantum,vt in mutui datione, & tranſlatio dominij bifariam fieri poteſt, vel authoritate publica principis,vel legis, vel authoritate priuata ipſius domini rē poſſidentis. Quod ſi tranſlatio domini fiat authoritate legis iuſte,,uſta eſt, ſicut fit in præſcriptione,& vſucapione, quæ quidem eſt acquiſitio dominij per continuationem poſſeſſionis p̃ tempus a lege difinitum.

Præſcritio & vſucapio.

Prę̨ſcriptio in immobilibus, vt agro vel vinea,&c. Vſucapio in mobilibus.Et hanc legem iuſtam eſſe patet, quia ſecus acciderent lites & contentiones inter ciues, quas ſedare eſſet impoſſibile, ꝓpter defectum probationū ſufficientium, & hoc eſſet perpetui odij inter litigantes ſeminarium.Si autem tranſlatio dominij fiat authoritate priuata perſonæ rem ipſam poſſidentis,hoc fit bifariam,vel donatione, quæ eſt tranſlatio rei mere liberalis, cum nihil expectatur ab eo cui datum eſt,vel contractu, in quo quidpiam ab altero accipitur.

Donatio iuſta.

Donatio vt ſit iuſta requirit. ¶Primo, quòd donans libere det,& non coactus¶Secundo,ꝙ recipiens velit id iuſte recipere, defectu cuius Franciſcano nequit dari pecunia.¶Tertio,quòd neuter aliqua prohibeatur lege. Idcirco filiusfamilias,ſeu q̃ non dum eſt emancipatus abſque parentis conſenſu, nec monachus abſque Abbatis conſenſu dare poteſt.Nec viſitantes a viſitatis munera accipere poſſunt, vt habetur in Decretalibus.

Extra de cenſib⁹ li. 9. t. 2. & c. Contractus triplex.

Contractus autem, quibus rerum dominia transferuntur,tripliciter fieri poſſunt. ¶ Primo commutādo rem vtilem pro alia re, etiam ſic vtili.Vt ſi vinum frumento commutetur,&c.& vocatur rerum permutatio. ¶Secundo exhibendo pecuniam, ſeu nummiſma pro alia re commoda vitæ humanæ, vel contra. Cū enim eſſet difficile res hominibus neceſſarias immediate cōmutare, idcirco inuentum eſt medium(nempe nummiſma) vt ait Ariſtoteles, quo facile talia commutarentur, & vocatur is contractus emptio, & venditio. Tertio fit exhibendo nummiſma pro nummiſmate ,& dicitur mutui datio,& mutui acceptio.

Ca. ſ. Pe tit. Emptio & venditio Mutui datio.

Vt autem prædicti contractus recte fiant obſerua. Permutatio eſt iuſta,cum domini rerum in earum permutatione ſine fraude ſeruant æqualitatem valoris in commutatis, ſecundum rectam rationem. Vnde,Ne fraudem feceris, debet enim caueri,ne ſit ibi fraus,Primo in ſubſtantia, vt non permutetur aurichalcum pro auro, aqua pro vino.Secundo in quantitate, ſiue rei quantitas menſuretur pōdere, vlna, ſextario, modio, aut alia quauis menſura, ſeruetur illud Leuit.& illud Deuter. Nolite facere iniquum quid in iudicio,in regula,&c. Tertio in qualitate, vt non exhibeatur putridum pro puro, aut corruptum vel infirmum, tanquam ſanum.

Permutatio.

Leuit. 1

Et hæc omnia probantur in Decretalibus,Qui occaſionem dāni dat,damnum dediſſe videtur. In eiuſmodi enim fraus committitur, quia commutans non commutaret, niſi crederet aliā ſubſtantiam, aut alterius quantitatis, vel qualitatis recipere. Eſt etiam æqualitas valoris ſecundum rectam rationem ſeruanda,quia habet Aug. vili velle emere, & care velle vendere

Ext. de iniurijs dam. c. ſi cu

Lib. 13 Tri. c

Prouer.

re

re vera vitium eſt. Vnde in Prou. Malum, malum eſt, &c. Illa autẽ æqualitas non conſiſtit in indiuiſibili, quia impoſſibile eſſet ad illud pertingere, ſed in quodam medio, quod quandã habet certitudinem, intra quam in quocunque gradu citra extrema iuſte fit commutatio. Hæc autem latitudo, vel ex lege poſitiua, aut ex conſuetudine innoteſcit. Lex enim reſcindit contractum, vbi contrahens decipitur vltra dimidium iuſti pretij, tamen infra illud, ſi aliunde apparea t iniuſtitia, reſtitutio fieri debet. Quandoque etiam relinquitur ipſis commutantibus, vt ſeruato illo præcepto iuris naturę, Quod tibi oderis fieri, vide ne alteri feceris, mutuò ſibi donent exceſſum. Sicut autem eſt de permutatione, ſic etiam dicendum de venditione & emptione, mutui datione, conductione, & locatione. Et in his omnibus obſeruandæ quoque tres illę conditiones de donatione. Et obſerua quòd is, qui indiget re ſua, ex cuius venditione, aut permutatione magnum incurrit damnum, poteſt illam carius appretiare, vt ſeruet ſe indemnem, non autem ſi emens ex illa magnum aſſequitur commodum, Nam propterea res nõ eſt in ſe pretioſior.

¶ *De datione mutua pecunia.*

RESOLVTIO.

.6. DAns autem pecuniam mutuo nihil præter ſortem, vi mutui recipere poteſt, iuxta illud Matthæi, Mutuum date, nihil inde ſperantes. Ratio vero eſt, quia pecunia ſuapte natura nullum profert fructum, ſecundum illud Ariſtotelis: Contra naturam eſt, quòd nummus pariat nummum: Sed tantum prouenit fructus aliquis ex alterius induſtria, quę quidem non eſt eius, q pecuniã concedit, quare nequit de aliena induſtria commodum recipere. Excipiuntur tamen duo caſus in genere. Quãdoq; enim licet recipere vltra capitale ex pacto, quandoque non ex pacto. Ex pacto tripliciter. ¶ Primo ratione pœnæ conuentionalis: Verbi gratia, Socrates indigens ſua pecunia ad negotiandum, dat eam commodato Platoni vſque ad certum diem, adijciens pœnam conuentionalem, videlicet quòd niſi eo die reſtituat, reddet decem libras, aut aliud pretium vltra capitale, pro damno, quod ipſe incurret: Hoc, inquã, licitum eſt, dum tamen nõ fiat in fraudem vſurarum. Signum autem quòd non fiat in fraudẽ vſurarum eſt, quando mercator præeligeret pecuniam ſibi reddi præfixo die, quàm in craſtino cum pœna adiecta. E contrario autem quando mallet diem præterire, & quando probabiliter ſcit debitorem eſſe pauperem, qui non poterit die præfixo reſtituere. Item, ſi habuerit infortunium aliquod, ratione cuius nõ ſit ſoluendo, & creditor non multum patiatur damnum. ¶ Secundo ratione intereſſe, hoc eſt, quando creditor incurrit notabile damnum, propterea quòd debitor pręfixo tempore nõ reſtituat pecuniam, tunc enim debitor in foro conſcientię damnum recompenſare tenetur, & iſtud etiam cum pacto fieri poteſt. Exempli gratia. Probus mercator

1. Politic.

In mutui datione an liceat vltra ſortem recipere.

cator iuſte, & vtiliter pecuniam ſuam mercantijs exponere paratus, & malens id quàm pecuniam ſuam mutuo dare, requiſitus tamen dat eam commodato proximo indigenti, cui intereſſe quod pati nollet patefacit, iſti licitum eſt vſque eſt intereſſe refuſionem & incrementum vltra ſortem recipere. ¶ Tertio quando vtrunque, nempe capitale & lucrum ſub incerto ponitur, quod non videtur magis mutabiliter in fauorem dantis, quàm recipientis: Tũc enim vltra ſortem, ratione veriſimilis dubij, recipere aliquid poteſt, quod probatur ex Iure canonico. Quia ſicut ille dubium excuſat, ita in propoſito ſine pacto etiam vltra ſortem recipere poteſt ratione gratitudinis mutuarij præęſtimatæ. Exempli gratia, ipſius mutuarij liberalitatis vires repenſari præcognoſcitur beneuolentia, non tamen huius retributionis vi mutuatur: Immo hoc circunſcripto mutuaretur ſic mutuans, lucrumque ſperans futurum non prauitate vſurę inficitur. Mutuat enim nihil inde, (id eſt vi mutui) ſperans, & ita in mutuo ſperat lucrum, & non mutuat propter lucrum. Solus enim animus ſine pacto verbali, aut alio ſigno ęquiualẽti oſtẽdere debitori, quòd creditor non mutuo daret ſine ſpe lucri, non facit recipientem vltra ſortem habere alienum, & ex conſequenti tene ri ad reſtitutionem.

Ext. de vſuris. c. Nauigan ti.

¶ *De mutui ratione rerũ venalium.*

Reſolutio Notanda.

PRædicta oſtendũt quid iuſtum & iniuſtum ſit in commutationibus ſtatim factis. Sed cũ commutationes non ſtatim fiunt quid iuris? Reſpondetur quòd propter prædicta hęc duo obſeruanda ſunt. ¶ Primum q̈ commutans non commutet vel vendat tempus, quia ſuum tempus non eſt. ¶ Secundum non ſic agat, vt ipſe ſit tutus ſemper, vel in pluribus quod lucrabitur, & damnum omnino in alterũ, cum quo cõmutat, reijciat. His modis patent multi caſus, verbi gratia, quando frumentum datur commodato in feſto Natiuitatis domini, ſi mercator erat tunc venditurus, & dat commodato, magnam facit cum proximo miſericordiam, quia expectat ſolutionem. Si autem maius vult pretium, quàm tunc vẽdatur, eſt vſurarius, quia vendit tempus. Si autem non volebat vendere frumentum in Natiuitate domini, ſed aliàs cum videret certum pretium, vel non, ſi determinet certum pretium, ſicut res tunc valet, facit miſericordiam. Si vero aſſignet maius pretium quàm tunc valeat, non tamen adeo immoderatum, cũ ſit veriſimile quòd tempore ſolutionis aliquando magis, aliquando minus venditur, ratione dubij excuſatur, quia non agit contra prædicta. Si autem determinationem pretij ex valore futuro illius rei pẽdere relinquat, aut ergo dat eam pretio, quo ven-

In commutationibus nõ ſtatim factis obſeruandum.

Ext. de vſuris. c. Cõſuluit.

Ext. de vſuris. c. Nauiganti.

venditur tempore ſolutionis determinato, aut alio tempore, in quo non cõſueuit communiter res plus valere, q̃ tempore, quo dat rẽ ſuam, & tunc miſericordiã facit, quia ſubleuat indulgẽtiam, & alter non habet damnũ. Sed ſi voluerit pretium ſic eſſe indeterminatum, vt ſit ſecurus de lucro, & alter de dãno, vtputa ſi dixerit, Dabis mihi pro hoc frumento quantum venditur carius inter feſtum Natiuitatis domini, & Ioannis Baptiſtę, vſurarius eſt, peccans contra ſecundã conditionem prædictam: Sic dices de conſimilibus.

¶ *De negotiatoribus.*

Reſolutio notanda.

IN negotiationibus mercatiuis, vltra prædicta, duo ſunt obſeruanda. Primo ꝙ talis commutatio ſeu res, quam venalem habet, ſit Reipublicæ vtilis. Expedit enim vt ſint mercatores, qui res quibus vna patria indiget, ali unde adferãt. Præterea & ꝙ ſint aliqui, qui veniales r̃es cõſeruent, vt a ciuibus, cũ indiguerint hr̃i poſſint. Hinc collige eos peccare, qui vendunt pſonas, aleas, taxillos, & alias vanitates indifferenter. Peccãt, & qui ea faciunt, quia vt in pluribus hoĩes illis abutunť. Intellige hoc (ne conijcias aliquẽ ĩ deſperationẽ) de his qui exhibent hmõi res eis, quos ſciunt abuſuros, & de his, qui praua intentione hæc faciunt, videlicet, vt hoĩes abutantur eis, ſecus excuſari poſſunt, propterea ꝙ taxillis, licet aliqñ bene vti, & in bonum finem.

¶ Secundum, quod mercator iuxta ſuam diligentiam, prudentiã, & ſolicitudinẽ, ac pericula accipiat lucrũ. Rõ eſt, quia vnũquemque in opere honeſto ſeruientẽ Reipublicæ oportet de ſuo labore viuere. Dignus eſt.n. operarius mercede ſua. Quis.n. plantat vineã, &c. inquit Paulus. Item poteſt habere rationẽ ſuæ induſtriæ, quæ magna requiritur ad deferendas, & conſeruandas merces. Inſuper etſi incurrerit aliqua damna, vt ſi amiſerit nauẽ onuſtam mercibus in mari, aut terra, &c. Et pp hæc infortunia põt carius vendere, vt vt poſſit quadãtenus reſarcire, q̃ amiſit. Ex his facile eſt videre pleroſq; eſſe negotiatores vituperabiles, vtpote illos qui nec tranferunt, nec conſeruant res venales, nec eorum induſtria meliores fiunt res ipſæ. Tales dñr gallice Regratiers, & dicuntur proprie monopolę. Huiuſmodi eſſent excludendi a republica, quia ſunt cauſa, ꝙ res carius emantur.

1. Cor. 9.

Sco. in 4. pag. 454.

C. de monopol. l. un.

¶ *Reſtitutio quomodo fieri debeat.*

Reſolutio notanda.

QVantum ad tertium articulum, quinque ſunt conſideranda. Primum, cur reſtitutio eſt facienda: Deinde quis reſtituere tenetur: Tertio quid: Quarto cui: Quinto quãdo, & qualiter. ¶ Primum cur reſtitutio ſit facienda, vtique propterea quod, ſicut auferre alienum eſt mortale, quia contra præceptum ſecundę tabulę, Nõ furtũ facies, ita tenere alienum

Cur.

inuito domino, & per cōſequēs debet ſtatim reddere actu, vel effectu, cum fuerit illi opportunum, ſecus pęnitentiam fructiferam agere nequit. ¶ Secundum, quis reſtituere debet & teneatur, patet his verſibus

Quis.

Iuſsio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus,
Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans.

Omnes iſti generali nomine fautores appellātur, & tenetur quilibet inſolidū reſtituere, ſi ſine ſuo fauore non fuiſſet res ablata, aut nō detineretur. Secus autem tm̄ teneretur de his, q̄ habuerunt ſatisfacere, vel damnū, quod ipſi per ſe, vel ſuos intulerunt, reſarcire. Quod ſi vnus in ſolidū ſatisfecerit, alij nihil debent damnificato, ſed quilibet pro rata portionis, q̄ ei contingit, ei qui ſatisfecit reſtituere tenetur. Hęc vero aſtruuntur ex canone. Notū, vbi dicitur quod facientē & conſentientē par pęna contingit, quod deſumptum eſt ex illo Pauli, Non ſolum qui faciunt, &c. Item qui occaſionē damni dat, damnum dediſſe videt. ¶ Tertiū, quid reſtitui debeat. Profecto res ipſa cum fructibus ex ipſa perceptis, & damnis, quæ per eius abſentiam dominus rei paſſus eſt. Deductis tn̄ expenſis, quæ fiunt gratia fructuū congregandorū. Vnde in Exodo: Si quiſpiā læſerit agrū, vel vineam, &c. & in Leuitico, Ipſum quod accepit damnū reſtituet, &c. Hoc tamē intelligitur, ſi res ex ſe erat fructifera, quia non tenetur fructum reddere, qui ex induſtria vtentis illa re prouenit, quemadmodum ſi res detenta, fuerit pecunia. ¶ Quartum, cui reſtitutio facienda ſit:

Can. notū. 3. q. 2.
Rom. 1.
Quid.
Ext. de re ſti. ſpol. C. Grauis.
Exod. 22
Cui.

Haud dubie illi, cui damnū illatum eſt, aut eius propinquis, ſi mortuus fuerit, aut adeo diſtet, vt non expectetur venturus, vel maiores fierent expenſæ, quàm damnū illatum ſit. Si autē ignoretur damno affectus, & eius ꝓpinqui, & non poſſit ad eū ſine maioribus expenſis mitti, reſtitutio tunc facienda eſt pauperibus pro eius anima, reddēdo ſpiritualiter, quod temporaliter reddi nequit. Vnde illud Numeri: Homo cum mortuus fuerit, &c. Et poterit ipſe conſilio viri probi illud pauperibus diſtribuere, quia dare poſſet confeſſario, qui infideliter ſe gereret. ¶ Quintū, qn̄ ſit facienda reſtitutio dubio procul ſtatim, & cū primū fieri pōt debite, quia non licet aliquo tempore rōnabiliter inuito domino alienum detinere. Poſſet tamē caſus euenire in quo differenda eſſet reſtitutio, vt ſi foret in præiudiciū communitatis. Nam bonū cōe debet præferri particulari: vel in præiudiciū ipſius recipientis, veluti ſi actu luderet, aut eſſet prodigus, &c. vel vergeret in maximū incommodū, vel infamationem reſtituentis. Damnificatus enim debet præferre famā proximi, & illius maximum damnū modico lucro, quod ipſe ſtatim obtinere poſſet. Quocirca grauiſſime delinquunt diuites, qui pauperes cogunt ſubito ad debitorum ſolutionem, licet non indigeant. In his ergo caſibus nō tenetur quis mox reſtituere, ſed ſufficit ꝙ animo id proponat facere, cū illi fuerit opportunum ſine fraude, quia Deus ſcrutatur renes, & corda. Ex his quoque manifeſtū euadit, ꝙ quando ablatio rei fuit occulta non tene-

Num.
Quan.
1. Eth.

tenetur ablator ſe prodere, aut per ſeipſum reſtituere, ſed per confeſſarium, cum crimen eſt detectum, aut aliam perſonam fidelem & ſecretam cui fidat, & poteſt differre quoadusque nactus fuerit hanc opportunitatẽ. Inſuper quando quis præ paupertate nequit reſtituere, tunc excuſatur, tenetur tamẽ poſtea, ſi peruenerit ad meliorem fortunam, reſtituere, Probatur ex Iure canonico, ſi non in totum, ſaltem in parte, prout poterit, habita ratione ne egeat, quia non eſt fraudandus quotidianis alimentis, vt ibi probatur.

¶ *De ludo.*

Reſolutio notanda.

LVdus aleæ generaliter dicitur omnis ludus, qui fortunę viribus innititur. Prohibetur autem Iure ciuili (ne videlicet fiat in pecunia, ſeu ex cupiditate) & Iure canonico, vbi ſic hr̃, Epiſcopus, p̃sbyter, aut Diaconns aleę, aut ebrietati deſeruiens, aut deſinat, aut inde dãnet, ideſt, depo natur, ſimiliter & laicus. Qui igitur tali ludo ex cupiditate deſeruit mortaliter peccat, (cũ tales pęnæ non ſint imponendæ, niſi pro graui crimine) potiſſimum ſi id traxerit in cõſuetudinem. Secus, ſi quis nõ ex cupiditate, ſed pp recreationẽ, aut vt tædiũ & triſtitiã a ſe repellat, luderet. Hoc .n. mõ conceditur talis ludus pro cõi cõmodo faciendo, & qui hoc mõ lucratur, non tenetur reſtituere, maxime qñ ꝑdens non notabiliter dãnificat, habita rõne ſui ſtatus Qui vero lucratur eo mõ, quo taxillorũ, vel alearũ ludus prohibitus eſt, tenetur ſm̃ quoſdam reſtituere, potiſſimũ qñ lucrat̃ ab his, qui rem ſuam alienare nequeunt, vt pupillli, furioſi &c. Et qui ex cupiditate lucrandi protrahit aliũ ad ludum, aut vi, dolo, vel nimia importunitate. Item qui fraudulenter lucratur, etiam ſi fiat eo mõ, quo ludus non eſt prohibitus, tenetur talibus reſtituere. Quia huiuſmodi res ſuas alienare nequeunt.

DISTINCTIO. XV.

Quæſt. 3. Pag. 461.

Aſtringiturne reſtitutioni, qui alteri damnum dedit.

Resolutio.

CVm anima ipſa aſſertore Chriſto, Nolite timere eos, &c. incorruptibilis ſit, nequit ſane vnus alterius lædere quantum ad ſubſtantiam, & naturalia, niſi per accidens, & quantũ ad vſum potẽtiarũ, vt puta verberibus cauſando maniã, aut inebriando hominem. Deinde & quantũ ad bona accidentalia, q̃ ſunt virtutes, quia videlicet retrahit eũ a bonis moribus, & pellicit ad vitia, quibus animæ virtutes corrumpuntur, iuxta illud Apoſtoli: Corrũpunt bonos mores colloquia praua, & illud Matthæi: Vę mundo a ſcandalis, &c.. Væ vobis vnũ ꝓſelitã, &c. Et rurſus illud Apoſtoli: Noli cibo perdere, &c. & illud, Peribit infirmus, &c. Aut proximũ impedit ab acquiſitione virtutũ, & ad ſalutem neceſſariorum, ſecundum illud Matthæi,

Matt. 10

Satisfactioni aſtringitur qui alium in corpore aut in anima læſit.

1. Cor. 15
Matt. 16.
Matt. 23.
Rom. 14.
Matt. 23.

thæi, Væ qui clauditis regnũ cęlorum, & Lucæ, Tuliſti clauem. *Luc. c.11* Hoc autem damnum directe, & immediate inferri nequit, cum peccatum omnino ſit voluntarium, Sub te erit &c. Nulla creatura, &c. Peccatum vobis nõ dominabitr, &c. Deus ab initio, &c. Perditio tua ex te, &c. Accedit huc beatus Auguſtinus dicens peccatum non poſſe eſſe, niſi voluntarium. *Gen. 3. Rom. 8. Rom. 6. Eccl. 15. Ozea. 13. De vera. relig. c. 14* Sed indirecte, inducendo videlicet alium ad actus (ſuo conſilio & perſuaſione) quibus virtutes corrnmpuntur, aut impediendo eaſdem generari. Et is vtique reſtitutioni aſtrictus eſt: Debet enim primũ perſuadere homini reſipiſcẽtiã, inducere ad virtutes oppoſitas: Deinde debet alios rogare (ſalua proximi bona fama) vt eidẽ perſuadeant meliorem vitam, ſi ipſe id efficere nequeat. Tertio debet pro eo orare, ac aliorum preces hac cauſa procurare. Et quanto hæc animæ bona prętãt corporis, & fortunæ bonis, tanto tenetur quis amplius ad eorundem reparationem, & cauere ne in his proximo incommodet, Quia voluntatem ſemel allectã vitijs, vix poterit retrahere ad meliora, & virtutes, iuxta illud Pauli: Hęreticum hominem, &c. *Ad Ti. 3.*

Quantum vero ſpectat ad corporis incommoda, ſi vltimũ intulerit damnum, mortẽ videlicet, vel aliud citra mortẽ, ſi pro hac re lex talionis ſtatueretur, iuſta profecto eſſet. *Lædens in corpore.* Quia vix homini aliquo dãno in corpore affecto, põt bonis fortunæ ſatiſfieri, cũ hæc illis longe ſint inferiora, ſecundum illud Matthæi, Nonne anima, &c. *Mat. 6.* Nec propterea Iudaizare diceremur Chriſtiani, cũ hæc talionis lex ſi foret inſtituta, non obſeruaretur, propterea q a Moſe eſſet olim ſancita ſed quia recenter ſancita a Principe Chriſtiano. Eſt autem inſtituta duntaxat pro homicidio in pleriſq; politiis. Quamob rẽ optime, & ſecurius ageret homicida, ſi patirntur mortẽ ſuſtineret, cũ lex illa conformis ſit iuri naturæ, legi Moſaicæ, & Euãgelicæ, Oĩs qui acceperit gladiũ, &c. *Gen. 9. Exod. Leuit. Deut. Mat.* & ſi ea lex non fuerit conſtituta, optimum erit homicidæ exponere vitam propriã pro cã iuſta, vt contra inimicos fidei. Veruntamen hoc non eſt neceſſariũ (licet ſit melius) quare ſi noluerit quouis modo diſcrimini mortis ſeſe exponere, debet in bonis ſpiritualibus ſatisfacere defuncto, orando videlicet pro illo, & procurando aliorũ orõnes. Deinde debet nutrire familiam defuncti, & amicis prouidere, nõ ſecus atq; ipſe defunctus faciebat, & quãtũ veriſimile eſt defunctũ (ſi vixiſſet) inſtruere liberos, & filias nuptui tradere, qũo veriſimile eſt defunctũ feciſſe. Quã grauis vero debeat illis imponi pęnitentia, vide Gratiani decretum, *50. d. Si quis & seq.* Diſplicet .n. ipſi Deo ſupra modum homicidiũ, quippe qui voluerit beſtiã, quę hominẽ occidiſſet interfici, & homicidam voluntarium non habere refugium, & reſpuerit templũ ædificandũ ab homicida Dauid. *Gen. Deut. 1. 22.* Is vero, qui aliud pter mortem intulit proximo dãnũ in corpore, ſiue remediabile, ſiue non, debet prrmum ſoluere expenſas omnes pro curatione illius exponẽdas, vt patet ex Decretalibus, quod deſumptũ eſt ex libro Exodi. *Ext. iniur. dã. c. Si r. 21.* Deinde tenetur eidẽ oĩa rependere damna quæ incurrit, & incurret impoſte-

rum

rum ob hanc læſionem. Quocirca ſi illi præciderit membrum aliquod, aut graue vulnus inflixerit, adeo vt non poſſit ſibi, & familiæ ſuæ acquirere, aut amicis victum, vt prius faciebat, tenetur, qui eum læſit omnibus his ea præſtare, quæ alius veriſimiliter præſtitiſſet. Poſtremo debet & illum in hac afflictione conſolari, ad quod etiã alius ex præcepto dilectionis proximi aſtrictus eſſet. Et in his eſt habenda maior ratio diuitis, q̃ pauperis, cæteris paribus.

DISTINCTIONIS XV. Quæſt. IIII. Pag. 466.

Vtrum teneatur ad reſtitutionem qui alterum infamauit.

RESOLVTIO.

mans m ad tutio- tenē- INfamare alterum quis poteſt trifariam. ¶ Primo falſum crimen imponendo, quod pluribus modis fieri poteſt. ¶ Primo verbis manifeſtis, vt accidit Ioſeph, & Suſannæ. ¶ Secundo verbis artificioſis, vt fit in cãtilenis. ¶ Tertio ſignis, qñ digito oñditur quiſpiam, qñ eſt ſuſpicio furti, aut alterius criminis.

¶ Quarto ſcripto, aut libello. Quicunque autem aliquo illorum modorum proximum ſugillauerit, dēt retractare verbũ eo mõ, quo ipſum infamauerit, ſi publice, publice, ſi corã duobus, corã duobus, &c. Secus nõ ſeruaret iuſtitiã, cuique reddẽdo quod ſuũ eſt. vnicuique vita bona neceſſaria eſt, proximo bona fama, vñ Paulus, Sine offenſione eſtote, &c. Nec oportet cõ queri, ꝙ talis hoc agendo ſeſe infamet, oñdens ſe calũniatorẽ, quia iam iniuſte retinet ſibi bonam famam, quæ iuſte debetur infamato, quare eidẽ dẽt reſtituere. Sin vero non impoſuerit proximo crimen, ſed murmurauerit de illo duntaxat, aut retulerit ſe ita audiuiſſe, proculdubio, niſi ex mõ referẽdi indicet maiorem certitudinẽ, q̃ ex cõi relatione conciperetur, non eñ infamat, neque ad reſtitutionẽ aſtringit, quia nec audientes debent illi aſſentiri, Nam qui cito credit, leuis eſt corde. & nõ ſolũ ille reus eſt, qui falſum de alio profert, ſed ẽt is qui aurem cito criminibus accommodat. Nihilominus ad euitandũ puſillorũ ſcandalũ, qui proni ſunt ad credendum mala de proximo, oportet ab his cauere, quia qui non offenderit in verbo, hic perfectus eſt vir. ¶ Deinde cõtingit infamare proximum, verum crimen, ſed tñ occultũ ei publice imponendo, & tunc nõ teneret formaliter verbũ retractare, ne mentiatur, ſed hoc mõ, aut cõſimili debet ſatisfacere dicẽs, nõ exiſtimetis hunc eſſe furẽ, male enim & inconſiderate hoc illi impoſui, ¶ Tertio quis infamat proximũ negando verũ crimẽ, ſed occultũ publice ſibi impoſitũ, quia ſic inſimul ab eũ calũniæ. Et talis non debet retractare quod negauit, ſed debet perſuadere alijs ne habeant talem pro calumniatore, quia deceptus fuit. Conſimiliter eſt dicẽdum, ſi iudex eum vrgeat ad fatendũ tale crimẽ, veruntñ ſubinde, quia bonarũ mentiũ eſt culpam agnoſcere, vbi nõ eſt, optimũ erit eũ de hac negatione in diſtincte, tanq̃ de facto, de quo

Margin notes (left): . 39 / n. 14. / õ. 5. / . non / an- / dt. / or. 21
Margin notes (right): Eccleſ. 19. / Iacob 3.

ignoratur mortale ne ſit, an veniale pœnitere.

DISTINCTIO. XVI.
Quæſt. I. Pag. 470.

An contritio, confeſsio, & ſatisfactio ſint partes pœnitentia.

RESOLVTIO.

Poenitentia partes.

POenitentia ſæpius pro ſacramento accipitur, videlicet pro abſolutione ſacramentali a ſacerdote iuriſdictionem habēte collata. Aliquando vero non eſt ſacramentum, ſed virtus: & quadrifariam accipi poteſt. Primo pro virtute habituali, ſeu pro habitu, quo quis propenſus eſt ad eliciēdum velle vindicatiuū ſui peccati. Secundo pro actu elicito a tali habitu, quo quidē actu, quis vult vindicare ſuum peccatum. Tertio pro actu imperato ab iſta volitione vindicā di peccatum ſuū, & talis actus eſt nolle peccaſſe, ſupponens conſiderationem peccati, & deteſtationem ipſius. Quarto accipitur pro pœna conſequente hunc poſtremum actum, pro triſtitia videlicet. Hæc autem quatuor adinuicem diſtinguuntur, cum ſeparari, & vnum abſque alio, & contra conſiſtere poſſit. Porro contritio, confeſſio, & ſatisfactio non ſunt partes pœnitentiæ virtutis, ſed pœnitentiæ primo horum quatuor modorum acceptæ, cum hæc ſit ſimplex forma, deinde & quid permanens. Illa autem eſſe habent in fieri. Inſuper confeſſio, & ſatisfactio ſunt quædam externa. Is aūt habitus voluntati inhæret, nec ſunt deinceps partes pęnitentiæ ſecundo mō acceptæ, quia & hic actus ſimplex eſt, & elicitus a voluntate. Illa autem ſunt actus imperati. Sed ſi capiatur pęnitentia tertio modo, nēpe pro cauſis proximis pœnæ, pquam vindicatur peccatum, vel quarto modo, videlicet pro pęna, per quam vindicatur peccatum, tunc vtique hæc tria ſunt partes pęnitentiæ, quod ſane ſic oſtenditur. Pęnitentia enim ſic accepta eſt quædam punitiua iuſtitia, quæ ſpectat ad commutatiuam iuſtitiam, quippe quæ commutat culpam in pœnam, non ſecundum æqualitatem rei (quia illa non eſt medium iuſtitiæ ſecundum Doctorem) ſed rationis, & id iuxta legem, ſecundum quam culpa venit punienda. Lex autem Euangelica, iuxta cuius præſcriptum peccata ſunt punienda, tres præſcribit pęnas, vnam interiorem, videlicet contritionem, ſeu compunctionem, de qua in Deuteronomio, Cumque quæſieris dominum &c. Et apud Ioelem, Scindite corda veſtra, &c. Pſalmiſtā, Sacrificium Deo ſpiritus contributatus, &c. Iſaiam, Ad quem reſpiciam, &c. Matthæum, Beati qui lugent, &c. & Paulum, Gaudeo quod contriſtati, &c. Duas autem exteriores, videlicet erubeſcentiam, & dolorem: vnde apud Hieremiam, Noluiſti erubeſcere, & Erubeſcere neſcierunt, &c. Ezechielem, Confundimini, & erubeſcite & Sapientē, Eſt confuſio adducens gloriā, & gratiam, & afflictionem corporis, &c. & Ioelem, Conuertimini ad me, &c. Et Matthęum, Facite dignos fruct⁹ pęnitētiæ, &c: In Deuteronomio, Pro menſura

Deu *Ioeli* *Pſal* *Iſa.* *Mat* *2. C* *Hie* *Eze* *Eccl* *Ioeli.* *Mat* *Deu*

ſura delicti erit plagarum modus, &c. Apud Barruch, Sicut fuit ſenſus veſter, &c. Atqui iſtarum trium pęnitentiarum iſta tria ſunt cauſæ immediatę, ſcilicet contitio cā triſtitiæ, confeſſio erubeſcentiæ, ſatisfactio doloris, ſiue afflictionis corporis. Quare ſubſequitur illa tria eſſe partes pęnitentiæ tertio modo captę, videlicet pro cauſis pęnarum, per quas peccatum eſt puniendum. Conſimiliter ſi pęnitētia quarto modo accipiatur, & illa tria poſſint dici partes illius, nam ſæpius ſortiuntur nomina ſuarum cauſarum, vt triſtitia dicitur contritio, opus pęnale ſatisfactio. Magis proprie tamen dicuntur partes pęnitentiæ tertio modo acceptę, & pœnitentia quarto modo dicitur conſurgere, ſeu integrari ex tribus pœnis. Pœnitentiæ vero q̃ eſt ſacramentum, non ſunt partes. Nā ea vti alia ſacrā ſuo verbo, ſuo item elemento ſacramētali, tanquam ſuis partibus eſſentialibus conſtat. Inſuper contritio eſt quid inſenſibile, ſacramentum vero ſignum ſenſibile. Deinde ſacramentū eſſe pōt abſque ſatisfactione. ergo non eſt pars illius, nec ēt confeſſio, quia fit a pęnitente, Sacramentum aūt pęnitentiæ a ſolo ſacerdote conferri pōt. Nihilominus hæc tria requiruntur neceſſario ad debitam huius ſacri ſuſceptionem. Si enim quiſpiam abſque diſplicentia accedat ad ſacramentum, iniuriam illi facit: nec poteſt ſacerdos abſoluere, niſi confeſſum. quatenus ēt pęnitens adſequatur effectum Sacramenti, requiritur ſatisfactio, vt amplius in ſubſequentibus hęc probabuntur.

DISTINCTIO. XVI.

Quæſt. II. Pag. 474.

Vtrum expulſio culpæ, & infuſio gratiæ ſint vna mutatio.

RESOLVTIO.

Remiſſio culpę, & infuſio gratiæ non ſunt vna mutatio, cum fieri nequeat quod vnum & idē multipliciter & non multiplicetur, quia duo contraria nō poſſunt de eodem verificari. Sed in habente plura peccata, quam ei dimittantur, ſunt plures remiſſiones, & vna gratiæ infuſio. Deinde hæc potentia Dei abſoluta ſeparari poſſunt abinuicem, quare non ſunt vna & eadem mutatio, veruntamen non ſunt duæ mutationes reales, quia licet gratiæ infuſio ſit realis mutatio, quia per illam acquiritur formæ realis ſpiritualis gratia, non tamen remiſſio culpæ eſt ratio realis, Quia non dicit niſi priuationem obligationis ad pœnam æternam, & hæc obligatio non eſt quid reale, ſed ſolum relatio rationis. Quod ſi dixeris non eſſe tranſitum de contradictorio in contradictorium ſine mutatione rei, & non ſufficit mutatio rationis, quia omnis mutatio rationis ad realem reducitur. Reſpondetur, quod quamuis non poſſit eſſe tranſitus de contradictorio in contradictorium reſpectu voluntatis creatæ abſque mutatione obiecti rationis, nihilominus, & voluntate diuina poteſt eſſe tranſitus de contrario in contrarium, ſine quacunque mutatione, & in voluntate, vel

Culpæ remiſſio, & gratiæ infuſio non ſunt vna mutatio.

in obiecto. Exempli gratia, ſit Petrus per totam aliquam horā in peccato, & in fine horæ remittatur illi delictum, tunc Petrus de obligato ad pœnam ad non obligatum, per hoc quòd Deus vult eum pro hora prima eſſe dignum pęna æterna, & ſecunda hora non vult eum eſſe dignū ea pęna æterna, ille tranſitus nō eſt, ꝙ in Deo prima volitio præcedat, & ſecunda ſequatur, immo vtraque eſt æterna. Nam ab æterno Deus voluit Petrum in prima hora eſſe dignū pęna æterna, & in ſecūda nō eſſe dignum. Vnde ex parte Dei non eſt mutatio, nec etiam ex parte Petri, licet de obligato fiat non obligatus. Quia non poteſt obiectum in quo eſt reſpectus rationis mutari mutatione rationis, niſi aliud obiectum mutetur mutatione reali, puta ſi intellectus vel voluntas, per cuius cognitionem, aut volitionem id obiectum mutatur mutatione rationis, ad realem ſit reducenda, Exempli cauſa, Si velim nunc Petrum currere, & poſtea non velim, Petrus tranſit de eſſe volito ad non eſſe volitum per mutationē realem mei ipſius, qui amitto velle, quod prius habebam. In propoſito autem quando quis trāſit de digno pœna æterna ad non dignum, hoc non fit propterea, quod Deus amittat volitionem, quam prius habuit, immo ab æterno habuit vtramq;. Quare nec Petrus debet dici mutari mutatione rationis. Ex quo colligo q̄d remiſſio culpæ non eſt mutatio.

DISTINCTIO. XVII.

Quæſt. Vnica. Pag. 483.

Eſt ne peccatori neceſſe omnia ſacerdoti confiteri peccata.

RESOLVTIO.

PRæcepta quæcunque, vel iuris naturalis ſunt, vel poſitiui diuini, aut poſitiui humani. Et quidem naturali iure nullatenus ad auricularem confeſſionem arctamur, cum neque ſit principium practicum ex terminis notum, neque concluſio ex illis neceſſario illata, aut eiuſdem principijs & concluſionibus conſonum omnium iudicio. Inſuper quæ ſunt naturalis iuris ſemper vniformiter obligant. Conſtat autem hoc præceptum non fuiſſe in ſtatu legis naturæ, nec tempore legis Moſaicæ, nam tametſi confeſſionis in veteri inſtrumēto ſæpius fiat mentio, vt in Leuitico, & in Numeri libro, & in Prophetis ſimiliter, vt in Iſaia, in Salomone, & in Ioele, nihiloſecius hæc intelliguntur de confeſſione interiori ſoli Deo facienda, maxime peccatorum occultorum, & deinde de confeſſione publica, quam faciebant ſacrifici veteris teſtamēti in vniuerſali, perinde ac nunc recitatur feſtis diebus in ſuggeſtu generalis confeſſio a Parochis. Inſuper intelligitur de confeſſione irregularitatis, quam committebant publice tranſgredientes præcepta legalia illius legis, vt contingendo mortuum. Hi enim publice a ſacerdotibus luſtraban-

Confeſſa[...] peccat[...] neceſſ[...]ria.

Leuiti[...] & [...] Num[...]

Iſaia[...] Prou[...] Ioel [...]

ſtrabantur aqua expiationis cõfitentes hanc tranſgreſſionem, & ſic ab ea mundabãtur, tamen his adumbrabatur ſacramentalis confeſſio, & potiſſimum in Leuitico, quemadmodum & in lege naturæ inſinuabantur, quã do Deus vocauit Adam poſt tranſgreſſionem præcepti dicens, Vbi es? quæ vox ſane interprete Auguſtino, fuit increpantis, & confeſſionem inquirentis. Conſimiliter & in alio Geneſis loco, in quo ait Caino, Vbi eſt frater tuus? Quantum ad ius poſitiuum humanum plane non defuerunt, vt interpres canonis, & Panormitanus, qui præceptum faciendæ confeſſionis ſacerdotibus aſſeruerunt huius eſſe iuris, ſed aberrauerunt ipſi tota via, cum eccleſia non poſſit Sacramentum inſtituere. Et licet ipſe Chriſtus ipſum inſtituiſſet ſacramentum, & non præcepiſſet ipſis fidelibus confiteri, maiores eccleſiæ id præcipere non potuiſſent, cum eorum authoritas non ſe extendat ad actus interiores fidelium. Vnde in Deuteronomio, Abſcondita Deo noſtro, & cæt. Et in Decretalibus, Exteriora iudicibus exterioribus, interiora vero Deo ſunt reſeruanda. Quare non potuiſſet præcipere confeſſionem, ſaltem peccatorum cordis ſecretorum. Ad de quod aſſertores huius opinionis nequeũt adferre locum huius opinionis. Nam ante illud capitulum, Omnis vtriuſque ſexus, quod ſancitum fuit in concilio Lateranenſi anno Domini milleſimo ducenteſimotertio a Chriſto paſſo, confeſſio frequentabatur a fidelibus, vt patet ex operibus Beati Clementis, dicentis, quod plebs Chriſtiana nõ conſueuerat Romæ tempore Petri accedere ad Euchariſtiam, niſi prius confeſſi fuiſſent. Cyprianus maxime ex Auguſtino, qui præceſſit Cõcilium illud per octoginta annos qui confeſſionem plurimũ prædicat. Quod vero gloſator adfert de Græcis non adſtrictis ad confeſſionem, falſum eſt. Ad hæc, & priuſquam forent ſeparati ab Eccleſia Latina confitebantur, vt patet Chryſoſtomo, Origine, & alijs doctoribus Græcis, qui meminerunt huius confeſſionis in ſuis operibus. Fatendum eſt igitur iure diuino nos ad hanc adſtringi confeſſionem, ex eo maxime quod ab Ioanne ſcribitur, Accipite Spiritum ſanctum, qui locus ſic eſt interpretandus, Accipite ſpiritum ſanctum, id eſt, authoritatem dimittendorũ peccatorum: quæ ſane authoritas donum eſt Spiritus ſancti, quomodo intelligitur de gratia, q̃ iam habebant. Nam ſecus exiſtens in mortali peccato abſoluere non poſſet. Hic ergo conceſſa eſt Apoſtolis, & in his oĩb. ſacerdotibus, poteſtas remittendorum peccatorum miniſterialiter, & arbitratiue. Vnde Ariſtoteles, Vnuſquiſque bene iudicat qui cognoſcit, & hic eſt bonus iudex. Et eo ipſo præceptum eſt fidelibus eiſdem cõfiteri in certa cauſa, qñ eadem arbitrari nequeant. Deinde nulli committitur poteſtas iudiciaria, niſi aliquis adſtringatur ſeſe ſubmittere illi, cum nullus ſit iudex illius, cuius arbitrio ſubeſt iudicari ab eo, vel non iudicari. Hoc vtique modo iudex ille nullam haberet authoritatem. Atque præ-

Left margin notes: ...ſu-...uſ. | r. de ...ent. | ...9. ...e Sy ...ca. ...nos. | ...mnis ...ſque ... De ...it. & ...iſ.

Right margin notes: 1. Epi. ad Iacobum. | Lib. de lapſis. | Li. de vera et falſ. poent. | Ioan. 20. | 1. Ethic. c. 1.

prædictis Chriſti verbis collata eſt poteſtas ſacerdotibus ligandi, & ſoluendi, Ergo alicui vt reo præcipitur, vt ſe ſacerdotis iudicio ſubmittat. Inſuper quicunque primam amiſit gratiam, tenetur illam recuperare pręcepto illo, Diliges Deū tuū ex toto corde, & cætera. Et illo, Diliges teipſum, quod in præcepto dilectionis proximi includitur. Sed exiſtens in mortali peccato amiſit gratiam, & eandem medio confeſſionis obtinere valet, cum ſit remedium
Ioan.20. efficax a Chriſto inſtitutum, quare ad illam plane obligatur. Quod ſi dixeris eſſe viam aliam, videlicet contritionem,
Deute.4. vt in Deuteronomio, Cumque
Pſal.50. quæſieris, & cætera. Et in Pſalmiſta, Cor contritum, & cætera. Attamen non eſt adeo facilis, & certa, ſicut ſacramentum pœnitentiæ, ad quod requiritur duntaxat cum aliquali pœnitentia obicem non ponere. Contritio autem, vt remiſſionē adſequatur peccatorum continuari, & intendi debet, vt oſten
Luc.11. dit Chriſtus in parabola de illo, qui adijt amicum accepturus ab eo tres panes, in qua tandem ſubinfert, Petite, & acci-
Luc.18. pietis, & cætera. Et de vidua, quæ a iudice propter importunitatem exaudita fuit, & de filio prodigo, de quo dicitur, Cū adhuc longe eſſet, & cætera. Vbi autem via eſt facilior, debet quilibet illam ingredi, ſecus ſe exponit periculo, & iudicatur ſuæ ſalutis contemptor. Addequod tale remedium multum prodeſt eccleſiæ: plerique enim, ſi non eſſet hoc præceptum, nec de peccatis, nec animæ ſalutem curarent. Et quia doctor prædictas rationes nititur diluere, idcirco alij præceptum confeſſionis eliciunt ex poſteriori ſententia, videlicet, Quorum retinueritis retenta ſunt, in hunc modum interpretantes eandē, Quorum retinueritis, id eſt, nō remiſeritis, retenta ſunt, id eſt, non remiſſa in cœlo, Vnde optime ſequitur, Quorum peccata non remittuntur a præſbytero, non remittuntur apud Deū. At quilibet adlaborare debet, vt remiſſionem obtineat peccatorum, quare ad confeſſionem adſtringitur. Quamobrem etſi Chriſtus illic expreſſe confeſſionem non præceperit, tacite tamen indicauit, veluti rem neceſſariam ſine qua ad abſolutionem ſacramentalem perueniri non poteſt. Quid enim ſoluet aut ligabit ſacerdos, ſi nihil ei confeſſum fuerit? Audi quid Beatus Bernardus dixerit, Sufficiebat infirmo oſtendere medicum, qui ſi ſanus fieri velit, illum inquirat, & Boetius, Si opera medentis expectas, vulnus tuum detegas neceſſe eſt. Huc accedit Chriſtianæ religionis machina inuincibilis, quæ vt ait Auguſtinus, cunctas hæreſes ſemel aboleuit, Hæc autem eſt traditio, ſeu definitio eccleſiæ, hoc eſt, ipſa confeſſio concors omnium Patrū ſanctorum, ſecundum ſuorum temporum ſucceſſiones concorditer reddētium teſtimonium ſcripturis ſacris, ſententijs Chriſti, & conſuetudini primitiuæ eccleſiæ. Hi enim concorditer *Ioan.* ex illis Chriſti verbis aſtruxerūt confeſſionem omnibus fidelibus neceſſariam: quorum ſententias vide apud illos, qui contra hrticos ſcripſerūt. Quare nihil

hil moramur, quæ Doctor ſub-
5. inde affert, nempe locum Iaco-
bi, aut doctrinam ab Apoſtolis
ſuſceptam, intelligo pro cõfeſ-
ſione aſtruenda, cum ex Euange
lio ſatis, ſuperque conſtet. Porro
in hoc præcepto pleraque conti
nentur. ¶ Primo quis confiteri
debet, quia adultus, ideſt, habẽs
rationis vſum, qui videlicet co-
gnoſcit quid iuſtum, quid iniu-
ſtum ſit. ¶ Deinde quid confite-
ri debet, quia peccatũ mortale,
pp quod ſolum poſt baptiſmũ
quis naufragium patitur, nõ ve-
niale, quod ſtat cũ charitate, vt
oſtendit Apoſtolus. Id etiam vi-
dere eſt in Apoſtolis ipſis, qui ẽt
poſt diem Pẽtecoſtes venialiter
aliquando offendebant. Debet
autem diligẽs præcedere inqui-
ſitio, iuxta illud Pſalmiſtæ: Exer-
cebam, & ſcopebam ſpiritum
meum, & Lucæ. Redde rationẽ
vilicationis tuæ, & iterum, Reco
gitabo tibi oẽs annos meos, &c.
Cogitabo pro peccato meo, &c.
Et illud Ezechielis, Fecerit iudi
ciũ, & iuſtitiam. ¶ Debet etiam
integre confiteri iuxta illud Au
guſtini, Quidam vni celant, qđ
alij manifeſtandum ſeruant, qđ
eſt ſe laudare, & ad hypocriſim
tendere, & ſemper venia carere,
ad quam credunt fruſtra perue
nire. Vide magiſtrum. ¶ Nec ſo-
lum peccata, ſed circunſtantias
peccatum aggrauantes quiſque
cõfiteri debet, cuiuſmodi ſunt,
quæ ſpeciẽ peccati variant, vt fu
rari ſacrũ, cognoſcere cõſangui
neam, &c. ¶ Deinde frequentiã,
& quoties admiſerit peccatum,
& id quidẽ ſi habuerit certitu-
dinẽ, vel probabilitatem, ſi non,
oportet attingere propinquita-
tem numeri, quia toties cõmiſit
nouũ peccatũ. Sũt & aliæ circun
ſtantiæ, quæ aggrauant quidẽ,
ſed non variant ſpeciẽ, aut non
ponunt in numerũ, quales ſunt
maior vel minor tẽtatio, & hoc
ex parte obiecti, quia videlicet
pulchrum, aut turpe, aut ex par-
te peccantis, quia videlicet præ-
uenit tentationem, aut tentatio
fuit maxima. De his quidem cõ
muniter dicitur, quod non ſunt
confitendæ, niſi confeſſarius in-
quirat de eiſdem, tamen tutius
eſt eas confiteri, iuxta illud, Te-
ne certũ, & dimitte incertum.
Huc accedit & Beatus Auguſti
nus dicens: Conſideret tentatio
nẽ, quia magis peccat cogno-
ſcens turpem, quã pulchrã, pro-
pter minorem tentationem. Ex
eodem etiam Auguſtino aſtrui-
tur, prædictas circunſtantias eſ-
ſe confitendas dicente, Conſide
ret qualitatem criminis in loco,
in tpe, in perſeuerantia, in varie-
tate perſonæ. Impertinẽtes aũt,
ideſt, ſine quibus peccatũ eſſet
adeo graue, & alleuiantes non
ſunt neceſſario confitendæ, niſi
ſacerdos inquirat. ¶ Tertio con-
tinet præceptum cui, quia ſacer
doti iuriſdictionem habenti, ſi-
quidem ſententia a non ſuo iu-
dice lata nulla eſt. Vñ illud Pau *De reg iu. in 6.*
li, Tu quis es, qui iudicas alienũ
ſeruũ, & cæter. ¶ Quarto, quan- *Rom. 4.*
do, quia quotieſcunque eſt in
periculo mortali, nedum in infir
mitate mortali, ſed etiam immi
net veriſimiliter mors, vt in bel-
lo, nauigio, &c. vnde Chriſtus:
Eſtote parati, quia neſcitis, &c.
¶ Inſuper quando vult admi-
niſtrare, aut recipere Sacramen-
ta, ſaltem ſi adminiſtrans Sacra-
menta in mortali fuerit, confi-
teri debet. ¶ Poſtremo qualiter,
quia cum peccati diſplicentia,
cum propoſito abſtinẽdi a pec-
cato,

cato, & obediendi confeſſario, perſoluendo ſatisfactionē, quā libere ab eo percipiet. Quod ſi noluerit aliquam acceptare, nō eſt propterea illi abſolutio neganda, cum ſi non ſatisfecerit in vita præſenti, ſuperſit huic ſatisfactioni locus in purgatorio. Non deſunt tamen qui aſſerant confeſſum debere perſoluere iniunctam ſibi pœnitentiam, modo rōnabiliter impoſita fuerit. Quid autem Eccleſia circa præceptum iſtud determinauerit, habetur in decretalibus, vbi ſpecialiter ſtatuit, cui ſit confitēdum, quia proprio ſacerdoti. Ex prima enim Eccleſiæ inſtitutione non fuerunt diſtincti proprij ſacerdotes, cum Apoſtoli iuxta Chriſti prçceptū: Euntes in mūdum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturç, &c. Tunc enim Epiſcopatus Apoſtolorum non erant diſtincti. Omnes ſiquidem ordinarij erant vbicunque applicuiſſent primo, vel poſt alium, & id verum eſt de Apoſtolis duntaxat. Nam cum fuerunt diuiſi Apoſtoli, hæc diuiſio ad ſortem ſolum prçdicationis fiebat: Veruntamen eo tempore quātum ad diſcipulos, fuerunt diuiſæ Diœceſes, & diſtincti Epiſcopi, Curati, & Commiſſarij. De Epiſcopis patet ex Paulo, Huius rei gratia reliqui te Cretæ, & ibi presbyteros, id eſt, Epiſcopos, & Ioannes in Apocalipſi ſcripſit ſeptem Eccleſijs, & Angelis illarum, id eſt, Epiſcopis. De Curatis patet ex Actibus Apoſtolorum, Paulus per vniuerſas Eccleſias inſtituebat presbyteros, id eſt, Curatos. Siquidem eſt aliud inſtituere presbyteros per vniuerſas ciuitates, & aliud eoſdē inſtituere p

Ext. de pæni. & remiſ. c. Omnis vtriuſque ſexus.

Matth. & Mar. vl. c.

Confeſſionis miniſter.

Ad Tit. 1.

Apocal. 2.

Act. 14.

vniuerſas Eccleſias. Nam in vna ciuitate poſſunt eſſe plures Eccleſiæ, & vnius ciuitatis eſt vnicus Epiſcopus, Curati vero tot, quot Eccleſiæ. De Cōmiſſarijs, ſeu priuilegiatis, patet ex Paulo ad Philippenſes, ad quos ipſe Epaphroditum miſit, qui tamē non erat eorum ordinarius, ſed commiſſarius Pauli, & promiſit etiam ſe breui miſſurum Timotheum. Apud Lucam etiam dicitur, primum deſignaſſe ſeptuaginta duos diſcipulos. Obſerua tandem pro vero intellectu capituli, Cum omnis vtriuſque ſexus, quòd per proprium ſacerdotem intelligitur habens ordinariam iuriſdictionem, qualis eſt curatus, qui eandem habet immediate. Papa quoque & Epiſcopus habentes eam mediate. Religioſi vero non ſunt proprij, ſed commiſſarij, & ex eodem quoque capite facultatem habent confeſſiones audiendi. Dicitur.n. ibidem, quòd ſi voluerit alieno confiteri, petat, & obtineat licentiam a proprio ſacerdote. Modo mendicantes habēt hoc priuilegium ab ipſo Papa, & conceſſionē a Pontificibus. Quare abſque curatorū licētia poſſunt audire confeſſiones, nam & Epiſcopi, Curati, poſſunt ſufficere in locū proprium vicariū aliquem. Quare igitur non potius Pontifex ſummus, & Diœceſani Epiſcopi id poterunt? Laico autem confiteri (licet abſit ſacerdos, & mortis periculum immineat) nullus aſtringitur, cum talis facultatem abſoluendi non habet. Poteſt enim ex intima peccatorum recogitatione tantum habere verecundiæ (in quo ſolo laicus illi prodeſſe poſſet) quantum ſi laico confiteretur.

Ad Phil. 2.

Lucæ 10.

Si

Si tamen laicus peritus eſſet, & prudens, poſſet vtique tunc ab eo ſuper peccatis conſilium expetere, ſed & hoc poſſet, licet ſe ipſum non nominet. ¶ Determinauit poſtremo Eccleſia tēpus quo confitēdum eſt, quia ſemel in anno, circa Paſcha ſaltē. Quare peccator non obligatur mox, poſtquàm dereliquit, confiteri, licet teneamur cōfiteri, & meliꝰ certe, ac tutius foret ſtatim confiteri nacta opportunitate.

DISTINCTIO. XVIII.

Queſt. Vnica pag. 408.

Vtrum clauium poteſtas temporalem, ſolum concernat pœnam.

RESOLVTIO.

ū pœ quā m re ſt. IN hæreſi fuiſſe Magiſtrum Sententiarum conſtat, quòd exiſtimauit Euangelicum ſacerdotem nullatenus virtute clauiū remittere culpam, aut æternam pœnam. Quod aſtruere adlaborat, Primum quod hęc ſolius ſit Dei, iuxta illud Pſalmiſtę: Dirupiſti vincula mea, &c. & Iſaiæ: Ego deleo iniquitates, &c. Mat-
.9. thęi: Qui pōt remittere peccata,
.10. &c. Deinde ex cura leproſi, & le-
1. proſorum, quos prius Chriſtus curauit, quàm ad ſacrificos Leuiticos mitteret, ex reſuſcitatio-
11. ne Lazari, qui vtique prius fuit reſuſcitatus, q̄ exhibitus Apoſtolis ſoluendus ab inſtitis. Hi aūt peccatorē deſignabāt, qui prius (inquit) q̄ accedat ad confeſſariū a culpa, & ęterna pęna liberatur. Et ſubinde cōfeſſarius nihil aliud illi pręſtat, q̄ ꝙ oſtēdit eū eē ſolutū a culpa, & clauiū virtute eū Eccleſię recōciliat. Adfert & Magiſter Hieronymū in illud Matthęi: Quodcūq; ligaue- *Mat. 16*
ritis, &c. Vnde colligit has claues nihil prorſus poſſe in culpā, & æternā pęnā, ſed duntaxat in tēporariā pœnā, & quidē bifariā. ¶ Primū ad eā relaxandā. Remiſſio ſiquidē (inquit) peccato, & ex cōſequēti æterna pęna per cōtritionē, ſupereſt tēporalis pęna, vel hic, vel in purgatorio explenda, & partē huius ſacerdos virtute clauium remittit. ¶ Secundo ad eandē infligendā: Confeſſarius.n. abſoluta cōfeſſione peccatori ieiunium vel eleemoſinā, &c. pœnitēti imponit. Addit pręterea, ꝙ ſi talis pœnę iniunctio nō fuerit diuino cōformis iudicio, vtpote maior, vel minor, q̄ diuina expoſtulat iuſtitia, ſm culpę exigētiā exiſtens, neutiquā in cœlis approbat̄. Magiſtro ſubſcribit Gabriel, & plerique alij. Hæc aūt aſſertio doctori ſubtili nō placet, & maiori parti parti doctorū, & prorſus primū reprobat. Nā ſi ſacerdos nihil oīno ageret ad remiſſionem culpę, nō eſſet pęnitētia Sacrm̄ noue legis, cū nunq̄ eſſet gratię cā, nec ex vi operis operati culpā remitteret, quę tñ pręſtantur a ſacris noue legis, vt cōſtat ex ſacramenti definitione, qua dr̄, ꝙ eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma, &c. Deinde & ea differētia ſacramētorū veteris legis (q̄ gratiam ſolum adumbrabāt) & noue legis, quæ ipſam dicitur cauſare. Quocirca ſi pœnitens non fuerit ſufficienter contritus, tunc virtute ſacramenti abſolutionis remittitur peccatum, quod non remitteretur virtute illiꝰ diſplicētiæ. Quare nō abſurde dr̄, ꝙ ſacerdos remittit pec-

catum,

catum, & debitum pœnę æternæ, ſed inſtrumentaliter tantũ, non quidem, quòd ſit cauſa effectiua illorum, ſed quia quidpiam operatur, nempe abſolutionem, quę eſt diſpoſitio neceſſitans ex pacto diuino, vnde illud Ioannis, Quorum remiſeritis, &c. ad talem effectum, cuius tamē principalis cauſa eſt Deus ipſe. Rationibus autem Magiſtri facile eſt reſpōdere: Id enim exequitur Euangelicus ſacerdos, quod legalis olim, ſed præterea aliud quidpiam operatur. Inſuper contingit aliquādo peccatorem eſſe in gratia, quando accedit ad confeſſarium, ex pœnitentia, ac debita contritione: Quantum ad ſecundum quod adfert Magiſter, non eſt neceſſaria exacta illa conformitas iniũctionis pœnę ad diuinam iuſtitiam, quæ non poteſt nobis, ſic ad vnguem innoteſcere. Sufficit enim quod non egrediatur latitudinem aſſignabilem, id eſt, q̃d non imponat pœnam multum excedentem aut deficientem a iuſtitia Dei. Et iſtud homini prudenti, & in lege diuina exercitato notum eſſe poteſt. Porro pœnam a confeſſario iniunctam pęnitens non adſtringitur neceſſario acceptare, ſi malit eam iuxta Dei voluntatem in purgatorio exoluere. Plerique tamē Doctori aduerſantur in hac aſſertione, quare melius eſt eam perficere, nam ſi clauis non erret, id eſt, ſi ſacerdos perficiat, quod debet ſecundum vtramque clauem, ſententia illius rata erit in cœlo, nec aliud exigetur a peccatore. Quod ſi minorem quàm par ſit īpoſuerit pęnã, niſi in hoc ſeculo pęnitēs ſuppleuerit, reliquũ ab eo exiget in purgatorio.

Ioan. 20.

DISTINCTIO. XIX.
Quæſt. Vnica pag. 498.

Conferunturne cuilibet ſacerdoti claues regni cælorum?

RESOLVTIO.

Receptum eſt ab omnibus Theologis duplicem eſſe inductam clauem, poteſtatis videlicet, & ſcientiæ. Illa quidem eſt authoritas iudiciaria, qua quis alteri peccata dimittit, & cenſet cœlum eidem eſſe aperiendũ. Hæc vero authoritas eſt cognoſcenda cauſa ipſius peccatorũ, qua videlicet quis poteſt cognoſcere, & inquirere fidelium peccata. Quamobrem licet ad debitum vſum huius clauis ſcientia requiratur, nō tamen ad poteſtatem vſus ſimpliciter. Et iſtud ſemper eſt ſeruandum, cum incidit ſermo de adminiſtratione diuinorum myſteriorum p miniſtros malos, vt videlicet diſcernamus poteſtatem vſus a rectitudine vſus, quia hęc charitati, illa vero conuenit perſonę. Porro vtraque illarum clauium triplex eſt, Prima principalis ſimpliciter, quæ ſoli Deo competit, Ego qui deleo iniquitates, &c. Qui poteſt remittere peccata, &c. Secunda non principalis, tamē pręcellens, & conuenit ſoli Chriſto, Dedit ei poteſtatem, &c. Iudicium facere, quia filius hominis eſt, &c. Qui omnium merita, & demerita nouit, &c. Omnia nuda & aperta, &c. Et cuius voluntas ſemper diuinę iuſtitiæ cōformis eſt, Ego quæ placita ſunt ei, &c. Vnde dicitur habere claues mortis, & inferni, & dicitur quòd

Primus & ſecūdus articulus.

Claues Eccleſiæ.

Poteſtas pœnitentialis tripl.

Iſa. 4[...]

Mat.

Ioan. 5

Heb. 4

Ioan. 8

Apoc. & 1.

quòd claudit, & nemo aperit. Tertia eſt particularis, ſeu miniſterialis, & collata eſt Eccleſiæ miniſtris, vnde apud Ioannem. Accipite Spiritum ſanctum, &c. Hoc autem congruum fuit. Nã Chriſto homini data fuit omnis poteſtas in cœlo & in terra ſuper peccatorum remiſſionẽ, quare cum ipſe non eſſet perpetue futurus præſens viſibiliter(licet bene inuiſibiliter) Eccleſiæ, poſt reſurrectionem, congruum fuit, vt hanc poteſtatem committeret ipſis eccleſię miniſtris, non omnibus(vt aiunt hæretici) fidelibus, vt foret ordinata Eccleſiaſtica Hierarchia, vt inquit Paulus, Omnia debite, & ordinate, &c. & vltima nempe peccatores de quibus, Longe a peccatoribus ſalus, & reducerentur ad primum, id eſt, Deum ipſum per medium, vtpote per ſacerdotem, qui per orationes, & ſacramenta fideles Deo reconciliat, Omnis namque põtifex, &c. Vnde & Moſes dicebat, Ego ſequeſter, &c. & *hæc* vltima poteſtatis acceptio diligentius eſt obſeruanda, vt plane nouerimus Chriſtum dici Eccleſiæ caput, fundamentum, mediatorem remittere peccata, &c. Aliter vero Eccleſiæ miniſtris. Siquidem Chriſto excellenter ſeu principipaliter hæc competunt, miniſtris vero minus principaliter. Huiuſmodi autem poteſtas, ſeu ſacerdotalis authoritas, clauis per ſimilitudinem dicitur, quando ſicut clauis naturalis ad hoc vtilis eſt, vt fores reſeret, atque patefaciat, ita per hanc ſacerdotũ poteſtatem hominibus clauditur & aperitur regnum cœlorum. Nam & hoc clauditur alicui per peccatum, vel per obligationem ad pœnam peccati. Aperitur autem quando vtrumque inſtar obicis retũditur. Vtraque vero poteſtas a ſacerdotali charactere (quia eſt poteſtas cõficiendi corpus Chriſti & ſanguinem) diſtinguitur. Nã Chriſtus Apoſtolis ipſis poteſtatem ſuper corpus ſuum verum in cęna contulit, alteram poteſtatem, nempe ſuper corpus ſuum myſticũ, veſperi reſurrectionis. Epiſcopus quoque ſucceſſione eiuſdẽ in ordinatione confert. Quã obrem & diſtinguitur a priori poteſtate, & abinuicem, & poſſunt diuerſi characteres dici. Ait enim Epiſcopis, Tibi dabo claues, &c. Præſupponit nihilominus ordinem presbyteratus. *4. Articulus.* Si vero inquiras an quilibet ſacerdos his clauibus quemlibet abſoluere poſſit, etiam ſi prohibitus fuerit, ſicut quilibet ſacerdos etiam degradatus ſi attentet conficit, variant dubio procul doctores. Nam Ancharanus, Marcilius, & Durandus libere fatentur quemlibet ſacerdotem ex Chriſti inſtitutione poteſtatem habere vnumquemque abſoluendi, quam tamen poteſtatem(inquiunt) Eccleſia limitare voluit, & efficere ne ſacerdos quemque abſoluat, ſi attentet, quandoquidem nullus actu peccans abſoluitur, qui autem contra Eccleſiæ præceptum confitetur ei, cui non eſt ſubiectus, trãſgreditur Eccleſiæ præceptum, quare nec abſoluitur. Nec propterea Eccleſia hæc inſtituendo ſacramenti eſſentiam immutauit. His ſubſcribit Almain. Doctor autem, & fere cœteri oppoſita autumant, aſſerentes quod non quilibet, quemlibet(etiam ſecluſa qualibet Eccleſiæ prohibitio-

bitione) abſoluere poteſt, ſed ſolum ordinarius, vel commiſſarius ab eo, nam ſententia a non ſuo iudice lata nulla eſt. Id etiã aſtruit per capitulum, Omnis vtriuſque. nec poteſt dici id eſſe ex conſuetudine, ſeu inſtitutione humana, nam hoc modo obligari poſſet conſuetudine oppoſita: Sed nulla cõſuetudine fieri poteſt, vt quilibet quemlibet ſacerdotem eligere poſſit ſine voluntate ſuperioris, vt habetur in decretalibus, ergo nedum eſſe de lege humana, ſed diuina. Hęc quidem ſacerdotum poteſtas remota eſt, cuius propterea obiectum eſt peccator contritus, confeſſus, & ſubditus. Quocirca vt hac poteſtate vti poſſint ſacerdotes, ſuſceptis ordinibus opus eſt, vt per ſuperiorem dentur inferiores. Præter has claues (quæ ſunt fori ſecreti) ſunt aliæ duę in Eccleſia pro foro publico, in quo quiſpiã excõmunicatur, aut abſoluitur eiſdẽ quidem nominibus nominatæ, ſed reipſa diſtinctæ, cum primas etiam habeant ſacerdotes ſimplices omens, non autem duas, Deinde proſtremas habere poſſunt etiam non ſacerdotes, vt patet ex iure canonico. Collatę autem fuere a Chriſto ipſis Apoſtolis, & ſucceſſoribus, iuxtà illud Matthęi: Si peccauerit in te, ibi ſoluta & in cœlo, ibi datur multiplex poteſtas Eccleſię criminis ſententiandi: Secundo poteſtas contra non obiedientes ſententiæ pęnam infligendi, ibi, ſit tibi ſicut Ethnicus, &c. id eſt excommunicatus, & ſeparatus a communione fidelium, & ſequitur, Amen dico vobis quæcunque ligaueritis. Ex quo apparet quòd Deus approbat ſolutionem, & legationem Eccleſię factam in foro publico, quam qui contemnit habendus eſt tanquam Ethnicus. Hac autem vſus eſt Apoſtolus, & tamen in his duobus locis excommunicationis ſententiam de facto tulit. Et id quidem merito, quandoquidem peccatum enorme erat, & publicum, & forma debita, quia proceſſus legitimus iuxta præſcriptum Chriſti, ac intentio debita, intendebat enim delinquẽtis correctionem, vnde & Corinthius correxit ſe, vt patet ex eodem Paulo, alij vero, quia hæretici erant, non ſe correxiſſe legũtur. Vnde de mala doctrina dicitur à Salomone, Omnes qui ingrediuntur ad eam, &c. & ab Apoſtolo, Hęreticum hominem, &c. Alias tamen legimus Apoſtolum prohibuiſſe commercium malorum, Si quis vobis Euangelizauit, &c. Si is qui frater nominatur, &c. Denunciamus vobis &c. Erunt homines, ibi, hos deuita, &c. Et de Alexandro ærario, &c. hæreticũ, &c. ſi quis venit &c. nihilominus nõ tulerunt excommunicationem, nec in Euagelio legitur a Chriſto lata, ſed tantum ferẽda. Quare abutuntur iſto genere paſſim plerique pro leuibus excommunicantes, & hęc inuexit eccleſiaſticorum auaritia, & ſigilli cenſus, &c. Quod ſi exquiras qui habent excommunicandi poteſtatem. Certe ſumus Pontifex, id propria authoritate poteſt: Epiſcopi autem authoritate ab ipſo delegata. Nam nullus poteſt prohibere cunctis fidelibus vt vitẽt aliquem (quod eſt excommunicationis ratio) niſi habuerit in omnes iuriſdictionem, qualem habet duntaxat ipſe Papa. Alij tamen

De reg. Iuris in 6. C. omnis vtriuſque ſexus. Extra de panit. & remiſſ. C. Si Epiſcopus, in 6.

Articu. 5. de excõicatione. De off. Archid. C. 1. c. Archidiacones.

Mat. 18.

1. Cor. 1. Tim. 2. Cor. Prou. Ad Tit. 3. Gal. 1. Cor. 2. Thes. 2. Tim. & 4. Ad Tit. 3. 2. Ioan.

men Doctores oppoſitum tenent, & id aſtruunt ex eo, quòd poteſtas excommunicãdi prius fuit collata omnibus Apoſtolis, quia ante Chriſti paſſionẽ. Quęcunq; ligaueritis, & quàm eſſet
[Ma]tt.18. Petrus ſummus pontifex, q̃ deſi
[Ioan.] vlt. gnatus fuit, poſt reſurrectionẽ,
[Ma]tt.16. Paſce oues meas, &c. Sed poteſt reſponderi, quòd Petro prius fuerat collata in ipſa promiſſione aſſertore Chryſoſtomo, & quod prius immediatè poteſtatem iuriſdictionis ordinariæ a Chriſto accepit, ita qui ab eo iure ordinario erant accepturi, ſi non fuiſſent a Chriſto præuenti. Pro ampliori horum declaratione nonnulla extra doctorem ſunt obſeruanda. Primũ quòd excommunicatio in genere, eſt ſeparatio a communicatione fidelium in ſacramentis, & actibus legitimis. Prohibetur ſiquidem excommunicato, ne vna cum alijs fidelibus ſacramenta ſuſcipiat, & ne cum eiſdem verſetur. Idem quoque aliis prohibetur. Eadem deinceps duplex eſt: Minor quæ ſeparat a ſacramentis tantum, & incurritur per quodcũque mortale peccatum, & per communicationem cum excommunicatis. Maior quæ ſeparat & a ſacramentis, & a communicatione cum aliis fidelibus in actibus legitimis, de qua quidẽ cõmunicatione dicitur a Paulo:
[2.] Cor.13 Gratia Domini noſtri Ieſu Chri
[He]b. vlt. ſti, &c. Et beneficentiæ, & communionis nolite obliuiſci. Hæc autem communicatio in tribus potiſſimum conſiſtit. Primo in participatione ſacramentorum,
[1.] Cor.10 Calix benedictionis, &c. In illo .n. ſacramento communicamus
[1.] Cor.12 in gratia Dei, & vnimur Deo, quoniam vnus panis, & vnum corpus ſumus, &c. Etenim in vno ſpiritu omnes nos in vnum corpus baptizati ſumus. ab iſta vero communione priuatur quiſpiam maiori excommunicatione, quandoquidem ſic excommunicatus eſt veluti Ethnicus, & Publicanus, qui vtraque ſacramentorum communione priuatur, iuxta illud Matthæi. Nolite ſanctũ dare canibus, &c.
Secundo fidelium communio conſiſtit in ſuffragiis communibus Eccleſiæ, de quo in Actibus Apoſtolis, Erant perſeuerantes, &c. Ab iſta quoq; priuatur excõicatus, cum habeatur tam quã Publicanus, & infidelis, cui aſini ſepultura debetur. Patet etiam praxi Eccleſiæ, quæ licet pro infidelibus oret in die Veneris ſancta, nõ tamen pro excommunicatis. Quòd ſi proferas illud Apoſtoli, Si quis autem non obiedierit corripite vt fratrem, vnde ſequitur ꝙ ſi liceat cum vt fratrẽ corripere, licebit & pro eodem orare. Reſpondet Apoſtolum non ferre illic excommunicationem, ſed eã cõminatur. Obſerua quoq; quod licet excõicatꝰ publicis Eccleſiæ ſuffragiis priuetur, poteſt tñ quilibet ſeorſim, & priuate pro eo orare. Tertio conſiſtit in cõmuni conuictu, ſanctorum cõicatione, in cibo, potu, & loquela, Frãgẽtes circa domos panes, &c. Hac etiam communicatione priuatur excommunicatus, ſi quis frater nominetur, &c. Prædicta autem hoc verſiculo continentur. Os, orare, vale, cõio, menſa negatur. Deinde obſeruandum qua de re quiſpiã excõmunicari poſſit. Reſolutio plane Theologorum eſt, ꝙ nullus

Matt.7.
Act.2.
Hier. 33.
2.Theſſ.3.
Act.2.
1.Cor.5.

debet vnquam excommunicari, niſi pro mortali peccato exteriori iuridice probato, cui annexa eſt cõtumacia, vel quia nõ comparet vocatus ab Eccleſia, vel diſcedit a iudicio ante probationẽ ſentẽtiæ, vel non abſtinet a peccato poſtquã illi eſt pceptũ, & intelligunt de excõicatione maiori, & lata ab homine:
Matt. 18. Et hæc colligunt ex Matthæi, Si peccauerit in te, &c. Hæc enim intelligitur de peccato mortali, vt patet ex eo quod ſubſequitur, Si te audierit, lucratus es. Si enim non eſſet in mortali, nõ lucraretur animam eius, quia non perditur niſi per mortale. Quamobrem qui minimum tribuunt legi, & mandatis, neglectis ſaluberrimis præceptis Euangelicis, ſciant ex eo loco Euangelij vbi Dominus dedit poteſtatem excommunicandi, ſolum conſequens eſſe eundem hanc poteſtatem dediſſe non pro libito, aut voluntate, non pro quolibet peccato, ſed pro contumacia, quia ab Eccleſia peccator correptus, manet incorrigibilis, & impẽnitẽs. Si vero a te vel ab Eccleſia correptus ſeſe corripuerit, eũ non eſſe habendũ ſicut Ethnicũ, & Publicanũ, ẽt ſi ſeptuageſies ſepties pec cauerit, & toties ſe correxit. Propterea ſi mortaliter quis peccauerit, & pœniteat, paratusq; ſit ſatisfacere eccleſiæ, & parti quã ſuo peccato læſerit, non eſt excommunicandus. Vnde videant illi qui pauperes excommunicant propter temporalia quando non ſunt ſoluendo &c. Videãt miniſtri Epiſcoporum qui propter pecuniam ſigilli indifferenter omnes admittunt excõmunicationes, contra præceptũ euangelicũ, Videant qui abſentes excommunicant. Hic iam ſi dixeris, ex doctrina ibidẽ, ſi ſolum ſequitur peccatorẽ pro cõtumacia eſſe excõmunicandũ: Non videtur igitur Eccleſia facultatem habere excommunicandi peccatorem crimmoſum ipſo facto, quod eſt tamen contra communem eccleſiæ vſum, & contra canones quibus eccleſia pro multis criminibus ſentẽtiam excõicationis infert tale vel tale crimẽ committentibus. Neque expectatur vlla correctio, aut admonitio, aut peccantsi contumacia, quinimmo ſi mox poſt crimen perpetratum peccans pẽniteret, maneret tñ excõmunicatus, donec per abſolutionem recõciliaretur. Reſpondetur crimen ſub excommunicationis pẽna interdictũ ipſo iure ſecum adferre voluntatis ipſum perpetrantis contumaciã. Et hanc ſolutionem fundari in ſcriptura patet, ſi cõſideremus eccleſiam non infligere excõicationis pẽnã pro vllo opere niſi pro peccato mortali. Sic aũt peccans in dolo eſt, ſcienter videlicet & ex animo opus qđ eccleſia punit perpetrans, verũtamen ius diuinum propter nullum crimen, quãtumlibet enorme videtur ipſo facto excõmunicare quemquam præter hæreticum, qui propter doctrinam hæreſis (quod eſt maximũ crimen) vitandus eſt iuxta ſententiam Ioannis, Si quis venit ad vos, & hanc doctrinã nõ adfert, nolite recipere eũ, nec aue ei dixeritis. Vñ Corinthius, qui vxorẽ patris ſui habuit, quod crimen erat maximum, & apud gẽtes abominabile, non erat ipſo facto excommunicatus, quippe

In 2. C. c. Vni

pe quem Paulus excommunicari iuſſit, & authoritate eccleſiæ auferri de Corinthiis. Quis aūt debeat excommunicatus vitari, & ſub qua pœna vide Driedonem & Summam angelicam.

bert. [.fol. x.

DISTINCTIO XX.
Quæſt. Vnica. Pag. 513.

Vtrum pœnitentia in extremis valeat ad ſalutem.

RESOLVTIO.

tētia xtre- pdeſt.

SI quis in extremis graui valetudine, vel diſcrimine (vt eſt ſubmerſio, aut aliud quiduis) cōſtitutus vere pœnituerit, & plene ad Deum, vel dolore interiori (debitis circunſtantiis adornato) vel pęnitentiæ ſacro ſeſe conuerterit, vtique ſalutē conſequetur. Exemplo aūt eſt bonus latro, de quo Auguſtinus, Multū ſera fuit latronis pęnitentia, ſed non fuit ſera eius indulgentia. Vnde Ezechiel, Quacunque hora, &c. Id autem cōtingere poſſe conſtat ex eo vel maxime, ꝙ reſipiſcere a peccatis ſit donum Dei, Ignoras quoniam benignitas, &c. Et non ſit abbreuiata manus domini, vt ſaluare nequeat, neç aggrauata auris, vt
ı. 2, non exaudiat. Nihilominus pœnitentia, quę videt̄ haberi in ex-
59. tremis (ab eo videlicet qui ſecundum naturales cauſas nequit ſubuenire) vix eſt vera, & ſufficiens ad ſalutem aſſequendam. Quia admodum difficile eſt tunc vere pęnitere, cum tunc impediatur liber vſus rationis, & voluntatis ex dolore, vel timo
l.6. re inhærentibus. Vnde Pſalmiſta: Tremor, & timor venerunt, ibi contexerunt me tenebræ, & alibi, Non eſt in morte qui memor ſit tui, & Paulus, Sicut dolor 1. Theſ. 5.
in vtero habentis, &c. Priuſquā aūt aliqua deteſtatio ſit vera, requiritur ꝙ libere eliciatur, immo ad omnem virtutis actum hoc requiritur: Sed in extremis difficile habetur talis libertas. Qn̄quidem paſſiones, q̄ ſunt a triſtantibus, ſecundum Augu- Lib. 83. q.
ſtinū, plus mouēt, quàm paſſio- q. 36.
nes quæ ſunt a delectantibus. Hinc eſt ꝙ immaniſſimæ beſtię retrahuntur a timore vel dolore a perſecutione delectabilium. Sed paſſiones delectabilium frequenter abſorbent vſum rōnis, vt ait Auguſtinus, Ergo a fortio- Lib. de ci-
ri paſſiones prouenientes a tri- uit. Dei.
ſtantibus, quæ licet tunc liberi arbitrij vſum omnino non auferunt, multum tamen impediūt, adeo vt vix debite homo reſipiſcere poſſit, iuxta illud diui Auguſtini, Cum ſera venit pęnitentia, tantus aliquando cruciatus ligat membra, & dolor ſenſum opprimit, vt vix homo aliquid cognoſcere valeat. Præterea antequā deteſtatio peccati ſit ſufficiens ad veram pęnitentiā, neceſſe eſt vt ſit adornata circunſtantiis debitis, præcipue circūſtātia finis, ideſt vt peccator deteſtetur peccata præcipua propter Deū, quē offendit, & deſiderio cęleſtiū. Is aūt qui tota vita male vixit, & in extremis conſtitutus pœnitet, videtur potius moueri timore damnationis, q̄ amore ipſius Dei. Nam ſi euadere poſſet illud diſcrimē fortaſſe non reſipiſceret, ſicut nec antea curauit. Quare apparet in eo eſſe quidpiam inuoluntarium, ſicut in eo qui merces in mare

proijcit timens naufragium. Deus autem hilarem diligit datorem. Vnde Auguſtinus, oportet non ſolum timere iudicem, ſed eum diligere, arbitrij enim libertatem quærit, vt poſſit dolere commiſſa, non neceſſitatē, charitatem non timorem. Non igitur timeat pœnam qui pęnitet, ſed anxietur pro gloria. Inſuper qui hactenus perſeuerauit in peccatis habet malos habitus qui eū impediunt a diuinis, & ſpiritualibus, & attrahunt ad tēporalia. Adeſt vxor, filij, diuitiæ, quorum omnium (etſi obſint) recordatur, & eius animū plurimum diſtrahunt. Adde q̄d ait Auguſtinus, illi autem qui cum potuerint, noluerunt conuerti confitentes, cū iam peccare nequeunt, non ſic facile acquirunt quod volunt. Et alibi de vere pęnitentibus, quod etiam refertur a Magiſtro, Si quis poſitus in extremis. Ex quibus colligitur primum, quod perſuadendum eſt, vt dum ſanus eſt reſipiſcat propter periculum cui ſe exponit, ſicut Chriſtus ſuaſit, Niſi pęnitentiam habueritis & neſcitis quādo dominus veniat ſero, an &c. Deinde ꝙ in extremis agenti ſuadendum eſt ꝙ doleat de peccatis libere, & propter Deum, non habita ratione ægritudinis, aut inſtantis mortis, & præ omnibus caueat ne deſperet de Dei miſericordia, q̄ ſuperexaltat iudiciū. Cōſideret latronem euangelicū, quem Cyprianus, & Hieronymus ad Damaſum teſtantur fuiſſe martyrem, Hic quoque ad furiam, ait fac de neceſſitate virtutem, Q̄d nobis concedat dominus noſter Ieſus Chriſtus. Amen.

De ver. et fal. pœn. c. 12. *Io. 1. hom. 41.* *Luca 15.* *Mar. 13.* *Iac. 1.* *In ferm. de cœn. domi.*

DE INDVLGENTIIS.

INdulgere ſonat cōcedere, & delicate tribuere, & indulgentia eſt delicata permiſſio. Vn̄ Quintilianus, Nobis illa educatio (q̄ indulgentiam vocamus) neruos omnes & mentis & corporis frā git, & Poeta, Blanda patrum ſegnes facit indulgentia natos. Theologi tñ in alia vtuntur ſignificatione, ꝓ venia videlicet, & remiſſione peccatorum, vt in orone, Fideliū Deus omniū, &c. Vt aūt habet ſanctus Hilarius, Non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubiectus. Indulgentiarum theſaurus fit ex ſuperabundantia meritorū (quatenus ſatisfactoria erant) Chriſti & beatę Mariæ, & ſanctorū. De ſuperabūdantia paſſionum Chriſti dicitur apud Ioannē, Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non pro noſtris tantum &c. Ex qua authoritate patet paſſionē Chriſti ſufficienter ſatisfacere pro peccato totius mundi, & pro toto ipſo mundo, ac per hoc cum executiue pro paucis tantum ſatisfaciat, quia pro obtemperantibus ſolū, Factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, &c. Infinitus eſt theſaurus ſatisfactionis Chriſti, nec tñ inaniter Chriſtus voluit mereri, nec pati illas pęnas, cum Deus nihil agat fruſtra, illud ergo reliquum derelinquitur pro nobis, quatenus in neceſſitatibus, ad multas obligati pęnas ex continuis lapſibus pro ſatisfactione recurramus ad pręfatum theſaurum. De ſanctorum autem paſſionum, meritorumque ſuperabūdantia quo ad officium ſatisfaciendi pro nobis

1. Ioan. *Heb.*

.1. bis,patet ex libro Iob,Vtinā ap-
penderentur &c. Ex his Iob ver
bis patet, ipſum plus paſſum
fuiſſe, quā pro peccatis ſuis de-
buerit pati,vt ēt habet Hyeroni
mus,exponens eundem locum,
dicitis(inquit)me peccatis hęc
facientibus hæc pati, pp hoc ve
lim.vt peccata contra calamita
tem hanc,quā patior penſaren-
tur,& illico videretis, quia hæc
ipſa calamitas velut arena ma-
ris ſupra he rū peccatorū merita
ponderaret,hęc Hyeronimus.in
ſuper, abundantia aūt paſſionū
& conſiſtit ſuper abundantia ſa
tisfactionū, & idem de multis
apertiſſimum. De ſanctorum ve
ro intentione.ſ. quod voluerint
pati,ſintque paſſi libenter, non
ſolum pro ſe,ſed & pro nobis,te
olo.1. ſtatur Apoſtolus.Nunc (inquit)
gaudeo in paſſionibus meis ꝓ
vobis, &c. Idem aūt eſt iudiciū
de Paulo, & alijs ſanctis. Expen
de qūo miſeriæ ſanctorum adiū
gendæ ſunt paſſionibus Chriſti,
ad cōem eccleſiæ vtilitatem, &
r.4. iſte eſtthesaurus. Quod Papa
hnnc theſaurum diſpenſet,patet
ex Apoſtolo, Sic nos exiſtimet
homo, vt miniſtros Chriſti & di
ſpenſatores myſteriorū Dei &c.
Cui donaſtis aliquid, ego &cæ.
non donauit culpā, ſed pęnam.
Inſuper cū ſancti, in quibus ſup
abundantia operū ſatisfactio-
nis inuenitur nec expreſſe, nec
determinate pro iſto,qui remiſ
ſione indiget,opera huiuſmodi
fecerunt ſed cōmuniter pro to-
f. 1. ta eccleſia, Apoſtolo teſte.Sequi
tur, quod prædicta merita ſunt
toti eccleſia communia,ea vero
quæ communia ſunt alicuius
multitudinis, diſtribuuntur ſin
gulis de multitudine, iuxta ar-
bitrium illius, qui multitudini
præeſt: ſummus etiam ponti-
fex,nedum clauiger eſt eccleſię
militantis,(ſed etiam triumphā
tis,iuxta illud, quodcunque li-
gaueris, & cætera. vnde liquet
quod in facultate eius ſunt the
ſauri eccleſiæ militantis dere-
licti per Chriſtum in manibus
ſuis.Indulgentiæ valent ad abo-
litionem pœnæ propter crimen
debitæ.Hæc ſic declarantur,Li-
quido conſtat Chriſtum eſſe ca
put eccleſiæ,cum igitur capitis
ſit officium dirigere membra,
concluditur Chriſtum regere
eccleſiam. Cum igitur eccle-
ſia vniuerſaliter tenuerit,teneat
que indulgentias valere, ſequi-
tur propoſitum. Præterea im-
pium eſſet dicere eccleſiam cū
ius caput,Chriſtus, & quæ ſan-
cto regitur ſpiritu, vt patet ex
actis Apoſtolorum, Viſum eſt
ſpiritui ſancto, & nobis &cæte.
Aliquid vani facere, verum ec-
cleſia vninerſalis errare non po
teſt,iuxta illud Ioannis, Roga- Ioan. 21.
ui pro tempore, vt non deficiat
fides tua, & cętera. Sed eccleſia
vniuerſalis facit, & approbat in
dulgentias,igitur &cætera. Ra-
tio cur valeant eſt vnitas corpo
ris miſtici,in qua multi in ope-
ribus pœnitentiæ, ſeu pęnalib.
ſupererogationis ad menſuram
ſuorum delictorum, & varias
anguſtias, perperam ſubierunt
patienter, per quas multitudo
pęnarum poterat expiari, ſi eis
deberet,quorū meritorū tanta
eſt copia,ꝙ oēm pęnā debitam
viuentib. excedūt. Præcipue pp
Chři meritum,cuius ſola gutta
ſanguinis ſufficiēs erat.Indulgē
tiæ tñ valent qdē,claue nō errā
te,dummodo ponantrequiſita
ad indulgentias. ¶ Primum au-
ctoritas in dante, qualis eſt in

Romano Pontifice indulgentia plenaria, quia illi commiſſa eſt plenitudo poteſtatis a Chriſto, filij vero Epiſcopi, & legati tantum hn̄t huius poteſtatis, quantum ab eo illis fuit conceſſum, & hoc in ſuis epiſcopatibus, & legati in ſuis prouincijs.

Extra de pœnit. de remiſſio. C. cum ex eo.

Secunda rationabilis cā quæ tangit honorem Dei, vt ad impugnandum fidei hoſtes, ad conſtruenda loca ſacra, & religioſa, vel hoſpitalia, vel ad ipſa interte nenda, &c. Non ſufficit proinde authoritas in concedente, & voluntas concedendi, ſed pręrequiritur ſubſiſtens cauſa rōnabilis, in iſtis relaxationibus obligationibus obligationum contractarum ex delicto, quemadmodum in relaxationibus obligationum quæſitarum ex iure vel voto, quia poteſtas conceſſa eſt Papæ in ædificationē, & non in deſtructionem. Non ſit tamē tibi curę, quæ cauſa adæquate ſufficiat, ſed ſupponas ſummū Pontificem cum ſuo conſilio te prudentiorem, ¶Tertium eſt ꝙ indulgentiam recipiens ſit in ſtatu gratiæ, quia non pōt fieri remiſſio pœnę manente culpa, & ideo cum per indulgentiam nō remittatur culpa exiſtentib. in mortali, non remittit ei per indulgentiam aliquid de pęna. Si tamen exiſtens in mortali faciat contentum in forma indulgentiarum, non perdit mercedē omnino, quia tale bonū diſponit aliquo modo de cōgruo ad pœnitentiam &c. Aliæ etiam circunſtantiæ requiſitæ ad bonum opus ſunt intelligendæ, quia ſi quis contribuat (licet ſit in charitate) ad vanam gloriam, vel alias circūſtantias deprimētes, meritum & indulgentiam perdit. Prærequiritur etiam vt conſideret intentionem donantis, quæ per verba in indulgentijs poſita colligitur. Plurimum autem dantur conditionaliter, quare obſtante conditione non cōſtant. Interdum dantur ſub hac forma (omnibus contritis, & cōfeſſis) & tunc vtrumque requiritur, prodeſt nihilominus contritis, & non confeſſis, & cætera. Volens etiam conſequi indulgentiam, & non dans ſicut in bulla continetur, non conſequitur eas, quia conditio non extat, tamen volens aſſequi eas, & non potens tantum gratiæ, & gloriæ moratur, quantum eas aſſequens, licet non ad remiſſionem pœnæ, & ſic actus exterior nihil addit interiori quantum ad vitam æternam. Duo accedētes ad locum indulgentiarum itineribus æqualibus æqualiter conſequuntur indulgentiā quantum ad remiſſionē, ſed inęqualiter merentur. Nam vnus actus eſt difficilior altero, ratione obiecti, Diues dans pecuniam ſecundum tenorem bullæ, tantū indulgentiarum conſequit̄, quā tū pauper, ſed pauper plus meretur, quemadmodum vidua euangelica. Iuſtus nullus pœnæ debitor, ſi det eleemoſynam ꝓ indulgentijs conſequendis, non conſequitur, cum nihil habeat relaxandum, non tamen perdit eleemoſynā, quia per eam meretur. Quādo indulgentię ſunt perpetuæ in aliquo loco, quolibet die locum accedens eas cōſequitur, cæteris obſeruatis, & probabile eſt, quando ſunt temporariæ, vt quoties quis ipſum adierit locum illas conſequat̄. Poteſt tamen dici, quod ſemel tantum eas conſequitur quando

do dantur plures dies, vt qui nō poteſt venire in præfinito die, veniat in alio. Quid ſonat, damus plures dies indulgentiarū, vel annum? &cæt. Reſpondetur, hoc eſt dicere, indulgentię tantum tibi proderunt, ac ſi quadraginta diebus, vel annis, pęnitentiam impleres, & tantum de pœna culpis debita diminuūt, ac ſi pęnitentiam tanto temporis cuniculo impleres, & tanto minus punieris in purgatorio, ac ſi vno anno egiſſes pœnitentiam. Sed de qua pœnitentia intelligatur feruenti, vel remiſſa nouit Deus. An etiam intelligatur de pęnitentijs iniunctis, vel quæ rationabiliter poſſunt iniūgi doctores variant. Quæ autem ſit remiſſio plenaria, Reſpondetur, quod remiſſio plenaria dicitur reſpectu pęnitentiæ iniunctæ pro mortalibus & venialibus, pleniſſima reſpectu pœnarum iniunctarum pro mortalibus & venialibus, vel iniungendarum, vel quæ poterunt iniungi. Nec oportet in indulgentijs incuſare Symoniam, quia Papa non confert indulgentias pro cauſa temporali, puta pro Symonia, &c. Sed pro pietate, & in p̄mium boni affectus, quo cupiunt homines ſubuenire fidei, pauperibus, vel fabricæ, &c. Iuxta Pontificis voluntatem, & deſiderium. Nec obſtat ſi non in omnibus æquali pietate affectis indulgentia tribuatur, quādo defuerit exterioris opus, qa ſi vni fit gratia, non fit alteri ex hoc iniuria. Cū autem indeterminate datur indulgentia tertiæ partis peccatorum, aut aliter, contribuenti fabricæ, &c. intelligi t de auxilio, qd ſit conueniens ei, q ui dat, & ſm qd accedit ad hoc plus vel minus de indulgentia conſequitur, vt pauper dans vnum denarium totā indulgentiam conſequatur, non aūt diues, quē non decet ad tā pium opus tam parū dare ſicut nec dicetur Regem auxiliū ferre, cui obulum daret. Idē dr̄ de indulgentijs Romę conceſſis, quas conceſſerunt Papæ pp peregrinos, nec exiſtimarunt dignum tanta gratia natū Romæ iuxta eccleſiam, ſicut qui de lōge venit, nec tm̄ ſuſcipit indulgentiæ, ſed aliqualē. Valent igitur indulgentiæ ex parte dātis, quantum ſonant, & permittunt, non tn̄ æqualiter oībus, ſed ſm exiſtimationem eius, quam habuit, vel hr̄e debuit, qui indulgentias dedit, q̄ non oportuit exprimere, quia oēs fideles debent in corde ſupponere, quod dona, & miſerationes ſ.ſ, donantur cum æquo libramine. Quatuor igitur requirūtur, vt indulgentię tm̄ valeant, quantum ſonant, ex parte concedentis duo, authoritas, & rationabilis cauſa, ex parte promerentis, ſtatus gratiæ, & impletio eius, ex quo conceſſæ ſunt indulgentiæ.

DISTINCTIO. XXI.

Quaſt. I. Pag 517.

Dimittitur ne peccatum aliquod poſt hanc vitam.

RESOLVTIO.

QVoniam hæc qō altius expendēda venit, maxima ob catholicę fidei infenſiſſimos hoſtes, q nullā poſt hāc vitā, quorūcūq; peccatorū recipiunt ſatisfactionem. *Venialem in alio ſæculo dimittitur.*

nem.

nem. Ideo vt irrefragabiliter eorum oſtendamus ignorantiam, & Chriſtianæ veritatis piam, & certiſſimam fidem, ac obſeruationem, qua & purgatoriũ certo credimus, & defunctos pijs iuuari operibus Chriſtiane exiſtimemus. Nonnulla imprimis, præter doctorum contextũ ſtatuenda veniunt.

Suppoſita maxime Notanda.

PRimum, non eis ſolum adhibendã eſſe fidẽ, q̃ expreſſe in ſacris ſcripturis continent̃, verũ. quoq; & illa quæ inde eliciunt̃, aut eis planè cõſona apparent. Qđ conſtat ex eo qđ articulus triũ perſonarũ in diuinis nunq̃ expreſſe hr̃, nec perſonæ nomen filio accomodari, aut beatã virginẽ Mariã poſt partũ pmãſiſ-
Tom. 1. ſe virginẽ. Nã & hac in re fœdiſſime errauit Eluidius, vt oñdit Hyeronimus. Nihilominus his fidẽ adhibere cogimur, q̃ dũtaxat ex ſacris educunt̃. Huc accedit, qđ Chr̃s Saluator noſter probaturus carnis Reſurrectionem ipſis ſaducæis, protulit eũ locũ,
Mat. 22. Ego ſum Deus Abrahã, &c. Vbi
Exod. 3. nõ fit expreſſe huius rei mẽtio.
eodem ca. conſimiliter oſtenſurus ſe eſſe
Matt. Deũ, induxit illud Pſalmiſtę. Di-
Pſal. 109. xit Dñs dño meo, &c. & illud ip-
Ioan. 10. ſum cõmoſtrare volẽs citauit il-
Pſal. 81. lud Pſalmiſtæ. Ego dixi Dij eſtis vos, &c. in neutro tñ horũ locorum hr̃ expreſſe Meſiam futurum debere eſſe Deũ. Inſuper
Ioan. 3. Chr̃s volens p̄dicare baptiſma Nicodemo, ait illi, Tu es magiſter in Iſrael, &c. Inſinuans qđ ipſe intelligere deberet myſteriũ baptiſmatis, & tamen expreſſe illud in veteri inſtrumento nuſquam continetur.

Eccleſia irrefragabilis interpret ſcripturæ.

SEcundum ſuppoſitum concernit indubitatum & irrefragabilem ſacræ ſcripturæ interpretẽ. Si enim hæreticus certet cum fideli, & vterque profeſerat locos ſacræ ſcripturæ ad propriam adſtruendam aſſertionẽ, opus eſt iudice qui litem hanc componat. Is autem non erit ſcriptura ipſa, Nam illa eſt te- Ioan.
ſtis, dicente Chriſto, Scrutamini ſcripturas, quoniã illæ teſtimonium perhibent de me. Nec erit Rom.
aliquis hominum (cũ quilibet errare poſſit) iuxta illud Apoſtoli, omnis homo mendax. Cũ igitur ſacra ſcriptura ſapientiã diuinam ſupernaturaliter nobis reuelatã contineat, quæ lumen naturalis rationis tranſcendit, erit ſolus ſpiritus diuinus proprius eius interpres, cuius eſt eam condere: teſtatur Saluator Mat.
noſter ad patrem dicens, Confiteor tibi pater, &c. Quibus verbis ſapientes in oculis ſuis, & prudentes huius mundi ab hac ſapientia diuinitus reuelata excludit, ideo defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. Secũdus interpres Pſa.
eſt eccleſia, quæ ex promiſſo ſui ſponſi, ſpiritum ſponſi certo habet directorem, & illuminatorẽ ſecũdum illud Ioannis. Ego Ioan.
rogabo patrem, &c. Habet ẽt Mat.
præſentem ſponſum ipſum, ego 1. Ti.
vobiſcum ſum vſque ad conſu- Deu.
mationẽ ſeculi. Eadem etiam dicitur ab Apoſtolo columna. Huc accedit quod & in veteri lege ambigua & difficilior cauſa ad ſacerdotes deuoluebatur, quare non potius tempore noui teſtamenti? cum igitur proferuntur loci ſacræ ſcripturæ ad ſuaden-

ſuadendũ,vel diſſuadendũ purgatoriũ, certus intellectus eorũ q̃rendus eſt ab ipſa eccleſia,hoc eſt patribus,qui ab ipſis Apoſtolis per legitimã ſucceſſionẽ ad nos vſque eccleſiæ præfuerunt, qui in concilijs œcumenicis legitime congregati, ea quæ fidẽ, & bonos concernunt mores doctore.ſ.ſ.ſtatuunt,qua in re ſicuti nunq̃ hactenus errarunt, ita nec errare aſſiſtente eis ſpiritu ſancto pñt. Huc accedit illud Matthęi,Super cathedrã Moyſi, &c.cum interpretatione Hyeronimum in illud Matthæi, q̃ vos audit,me audit, &c. & illud, Si eccleſiam non audierit, &c.

¶ *Remiſſa culpa, non ſemper remittitur omnis pœna.*

TErtiũ ſuppoſitũ qđ non ſemper remiſſa pęnitenti culpa a Deo remittatˀ oĩs pęna culpæ debita,probatur,quia ſunt duę mutationes,quę non ſemper ſe ſe mutuo concomitanˀ neceſſario,nec ex ſua natura,nec ex diuino decreto:ex ſua natura nõ, quia põt quis remittere offenſam ẽt in humanis,non remiſſo oĩ debito,vel damno illato.Nec ex diuino decreto,nã hoc decretũ nõ inuenitur in ſcriptura diuina.Quinimo contrarium indicat,vt patet in Dauide,cui Deus remiſit offenſam, dicẽte Nathã ex reuelatione Dñi, Dñs trãſtulit a te peccatũ. Graues nihilominꝰ denũciat illi pęnas, dicẽs. Quamobrẽ nõ recedet gladius, &c. Item,Quia blasſemare feciſtis inimicos, &c. Simile habes in libris Regũ de eodẽ Dauide. Frequẽter igitˀ Deus poſt reconciliationẽ peccatoris ipſum tpaliter caſtigat,pro ſua inſolentia contra ſe perpetrata, vt patet ẽt de populo Iſrael, cui cũ ad Moſis pces pro adoratione vituli eẽt placatus, Nihilominus adiecit,ego ĩ die vltionis viſitabo peccatũ eorum,&c.Item in lib. Nume.Dimiſi eis,ibi,imputabitur.Itẽ de Moſe & Aaron, quib. in pęnã incredulitatis ĩ eductione aq̃ de petra irreuocabiliter inſinuauit, qđ nõ introducerẽt filios Iſrael in terrã promiſſionis,qđ eis ingens pęna erat.põt q̃dẽ Deus dimiſſa offenſa, oẽm ẽt pœnã non mõ æternã,ſed ẽt tpalẽ laxare,verũ quia propheta canit Miſericordiã & iudiciũ cantabo tibi Dñe, & Vniuerſæ viæ dñi,miſericordia,& veritas, plurimaque in hunc modũ, ex quibus conformiter ad hyſtorias adductas,conſequitˀ ẽm cõmunẽ Dei diſpenſationem, remiſſa peccatori pęna æterna, aliquã pęnã tpalem remanere ſoluendã,in q̃ pęna æterna cõmutaˀ iuſto Dei iudicio, dulcore tñ miſericordiæ tpata.Cognoui dñe(inquit Pſalmiſta)quia ęquitas iudicia tua.æquũ eſt aũt, vt qui ſtultus fuit in culpa, ſapiẽs fiat in pęna. Æquũ eſt,vt qui inordinate in creatura cõtra Deũ eſt delectatus, ordinate & ẽm Deũ afflictiua mulcteˀ pęna,cũ pęna ſit culpæ regulatiua;p q̃.n. quis peccat,p hæc,& torquetˀ,& pro mẽſura delicti erit plagarũ modus. Et quantum ſe glorificauit & cætera.

¶ *Aliud ſuppoſitum notandum.*

QVartũ ſuppoſitũ,Regnũ cęlorũ regnũ nitidũ,& alienũ ab omni culpa, & pęna,ſummæque puritatis,&c. Teſtatur Ioannes,nõ intrabit in illud aliquid coinquinatum.

¶ *Aliud ſuppoſitum.*

Quintũ ſuppoſitũ,accidere põt

vt

vt q̃ſpiã,q̃ multa admiſit cetera, nullã ꝓ eis pęnã in hac vita perpeſſus ſit, aut ſaltem non condignam, cui Deus, ſi vere reſipiſcat in fine, non denegabit miſericordiam, remittet offenſam, & æternam pœnam, & ſupererit tẽporalis pęna perſoluenda ex tertio ſuppoſito, quã cũ non poſſit in hoc ſeculo perſoluere, feret vtique in alio. pōt deinde plerũque contingere quod quis imperfectus decedens in multis venialibus, quæ commiſit, hẽt adhuc complacentiam, a quibus ſola infirmitas, aut impaſſibilitas eum cohibet, non libera diſplicentia, ex timore, & amore Dei nata. Talia hic non dimittũtur, nec quo ad pęnam, nec quo ad culpam, & ſic moriens ſecũ ea defert in alio ſeculo purganda. Hæc doctrina ſtabilitur per

Mat. 12. verbum Chriſti. Quicunque dixerit, vbi dat tacite intelligere aliqua peccata leuiora remitti in alio ſeculo poſſe, ſic & Doctores ſacri intellexerunt, & pro illorum emendatione neceſſarium eſt purgatorium poſt hanc vitã, Et hæ ſunt duæ cauſę futuri purgatorij, nempe pęna remanens mortalium, & venialia non remiſſa. Tertia cauſa eſt vetus Homo, fomes peccati, in nata illa cupiditas, quæ eſt radix omniũ

1. Cor. malorum, ab Apoſtolo quoque vocat᷑, vetus fermentũ, lex membrorũ. Ad hanc aũt eneruandã, & expurgandã oĩs adultus tenetur. Expurgate vetus fermentũ, &c. Hãc crucifixionẽ, & mortẽ baptiſmus ſignificat, cuius ſignatũ ꝓſequi tenemur. In qua mortificatione ſi ſegnes fuerimus, purgabimur poſt vitæ curriculũ acriorib. pęnis. Siquidẽ

Matt. 22. ad deiformis regni ingreſſum exigit᷑ veſtis nuptialis, charitas ab omni cupiditate puriſſima. Obijcies forte Latronem dextri lateris crucifixi Saluatoris, qui tarde compunctus celerẽ inuenit remiſſionẽ. Perpendę in illo latrone magnitudinẽ fidei ſuę, internæ cõpunctionis, cõſtantis confeſſionis, ingentis Zeli pro innocentia Chriſti. Vidit corporeis oculis Chriſtũ iuxta ſe pẽdẽtẽ, condemnatũ, & morti adictũ, vt Latronẽ, & credidit ipſum regẽ hñtẽ in futuro ſeculo æternũ Regnum, poſſeq̃ ipſum ſaluare, & in ſuũ regnũ ſuſcipere, ſperauit in eius miſericordia, q̃ ĩplorauit, feruẽtẽ habuit de ſuis peccatis compunctionẽ. Confitebatur ipſum ore & hora qua ab hominibus blasfemabatur, & deridebatur, qua a diſcipulis fuit derelictus, & qua eum nemo publice confitebat᷑, & pro eius innocentia Zelans ſocium ipſum blaſplemantẽ increpauit. Vide quã ſtupenda pęnitẽtia, vere mutatio hæc dexteræ excelſi eſt. Vnde non indignum foret de hac celebrare feſtum, quemadmodum & de cõuerſione Pauli, Verendum tñ talẽ conuerſionẽ eſſe rariſſimam. De vno Latrone non de plurib. hanc tantam legimus in ſcripturis ſanctis, fatemur tñ Deo adhuc nõ impoſſibilẽ. Verũ de tã celeri expurgatione neminẽ certificamus. Venit Chrs in illa mirabili, & miraculoſa conuerſione, oĩb. peccatorib. ſpẽ dare, grãm cõſequi poſſe, ẽt in hora mortis, nulli aũt peccãdi indulgere fiduciam. Obijcies deinde meritũ, & ſatisfactionẽ Chriſti exuberãtiſſimã pro peccatis noſtris, & proinde nõ eẽ opus nr̃a ſatisfactione colliges. Rñdetur,

Chriſti paſſio, & ſatisfactio præcipue eſt ad placandam cæleſtis patris iram, pro hominis offenſa, ob quam æternam meruit pęnam, vnde principaliter reſpicit culpam, & æternam pęnam ſibi quadrantem, quantam conſequenter ad omnem pęnam diluendam ſit ſufficientiſſima, cũ Chriſtus eandem pro temporali pœna abolenda vult offerri patri. Verum ex ſcriptura non probatur quod paſſim pro quibuſuis eam tali offerat pacto: Nihiloſecius ſatisfactio Chriſti Ieſu omnium noſtrarum ſatisfactionum eſt fundamẽtum, per quã, & a patre cęleſti acceptantur, alioquin nec ſufficientes, nec acceptabiles, per hoc diluuntur plurima ſcripturarum teſtimonia ab aduerſariis aduerſus noſtram inducta ſatisfactionem,
1. Vnde Apoſtolus, In quo habe-
.10. mus redemptionem &c. & Lu-
an.1. cas, Huic omnes prophetæ &c.
9. & & Ioannes, Si confiteamur pec-
cata noſtra, &c. itẽ ſanguis Chri
1. ſti &c. Aduocatũ habemus &c.
.3 Lauit nos in ſanguine, &c. Quẽ
r. 2. ꝓpoſuit, &c. Peccata noſtra, &c.
3. Poſuit in eo, &c. Ex his igit̃ euidenter ſatis concludit̃, ꝙ Chriſtus ſufficienter ſatisfecit pro oĩum delictis, imo ſupfluenter, dico reconcilians patri hoĩem, expianſq; oẽs peccato debitas pœnas quantũ eſt ex parte ſui, qa plus obtulit Deo patri, ꝗ meruerint peccata noſtra, ſed non efficienter quantũ ad nos, quia Deus requirit ẽt ſatisfactionẽ noſtrã, non pp paſſionis Chriſti inſufficientiam, ſed vt qui deliquimus, ipſum ẽt delictum in nos vindicemus, vt qui in peccãdo, quantũ in nobis fuit, aliquid debiti honoris, debitæq; obediẽtiæ Deo ſubtraximus, pœnitentes aliq̃d delectabilis, vel vtilis nobis auferamus, quod Deo in honorem, ac ſacrificium offeramus. vide Bunderiũ. His 2. & 3. ar ſuppoſitis affer locos ſacræ ſcripturæ, vna cũ interpretatione ſacrorũ Doctorũ, maxime veterũ, ſicut habes in operibus eorũ, q aduerſus hr̃ticos cõſcripſerunt. *tı. Tit. de ſatisfac.* Quod ſi aduerſarius dixerit eũ non eſſe genuinũ ſenſum, obſiſtas illi, & ſcdo ſuppoſito cõprobans eũ eſſe verũ ſcripturæ ſenſum, quẽ Eccleſia hactenus ex eis locis collegit &c. Tandẽ pro feras beatũ Auguſtinũ, q vt curã pro mortuis agendã oſtẽderet, duplici vtit̃ teſtimonio, in primis locũ ex Machabeis citat, quo oſtẽdit oblatũ pro mortuis ſacrificiũ, non abſterritus ꝙ hic liber in Canonẽ Iudæorum non ſit receptus, ſed ſolo contentus ꝙ Eccleſia eũ librũ certe antiquiſſimũ, veluti impiũ non reiecerit: adde qđ & deinceps receptus fuerit in Cõcilio Carthaginenſi. Tertio præſente Diuo Auguſtino iam præteriere mille & centũ anni, & amplius. Sed (vt aiunt Gregorius Nanzianzenus, & Hieronymus) hæreticorũ mos eſt a tempore Simonis Magi, vt reijciant libros qui eorũ erroribus aduerſantur, quod practicatũ fuit, teſte Ambroſio p Arrianos, Manichæos, & alios. Manichæi reſpuebant vetus teſtamentũ. Serdon hr̃ticus ſolũ Lucæ Euangeliũ, aſſertore Tertulliano recipiebat. Ebion (vt ait Hireneus) ſolũ Matthæi Euangeliũ. Euſebius Cęſariẽſis refert Seuerũ reieciſſe oẽs Pauli Epiſ. & Actus Apoſtolorũ. De his vero, & ſimilibus B. Auguſtinus, ſic diuinas ſcripturas accipiunt, vt

De cura ꝓ mortuis agẽda Mach. 12.

li. de bono perſeuerantia. ſeu prædeſt. ſanct. c. 11

vt ſuo quodā priuilegio, immo ſacrilegio quod volunt ſumant, & quod nolunt reijciant. Deinde beatus Auguſtinus totius Eccleſiæ vniuerſalem conſenſum adducit, cuius non paruam, ſed maximam authoritatem eſſe cōtendit. Proferas nunc in mediū diuum Clementem, diuū Dionyſium Areopagitā, & alios conſequenter veteres authores, quorum locos reperies in libris aduerſus hæreticos editis. Poſtremo dicas probatam vitam alicuius, multum addere teſtimonio illius, cū & ī ciuilibus teſtis infamatus repellatꝛ. Et confers vitam hæreſiarcharum moribus Catholicorum Doctorum, & iudicet quis ſanæ mentis, quibus ſit adhærendum. Ex ſuperioribus igitur liquet peccata quędam poſt hanc vitam dimitti, non mortalia quidem quantum ad offenſam, & æternam pęnam, ſed duntaxat quantum ad temporalem pœnam. Venialia vero remittuntur & quantum ad offenſam, propterea quòd nihil ſit venialis culpę remiſſio, q̄ temporalis pœnę eidem debitæ perſolutio. Tranſeunte enim veniali actu nihil manet in peccatore, quàm obligatio ad temporalē pœnam, quare ſi hęc ſoluatꝛ, nihil prorſus reſtat. Quod ſi hęc aſſertio non placeat, dicas venialia quantū ad offenſam in morte remitti, propterea quòd Deus tunc in hunc finem acceptet bona quę egit prius, quæ q̄dē antea non acceptabat in remiſſione horum venialium, cum peccator perſeuerans in venialibus poneret hactenus obicem. Quod ſi neuter horum modorum arrideat, dic veniale peccatū remitti poſſe in alio ſeculo ꝑ merita hominum viatorum, & ſuffragia Eccleſiæ quibus non ſolū pęna tēporalis remittitur, ſed & venia le peccatū. Et ad hoc adduci poteſt illud Barruch, Dñe omnipotens Deus Iſrael, audi nūc oēs orōnes mortuorū Iſrael, & filiorū eius, q peccauerunt ante te. Bar.

DISTINCTIO. XXI. Quæſtio II.

Aſtringiturne confeſſarius detectum ſibi in confeſſione ſcelus in omnem euentum celare?

Resolutio.

Quāuis confeſſarius nō in perſona Dei, ſed in propria, veluti altiſſimi miniſter, peccatorū defectus agnoſcat, quēadmodū & in propria abſoluit pſona, nihilo ſecius iure naturę tenetꝛ ſibi hoc mō reſerata facinora ppetuo abdere. Illud aūt naturæ ius reſeratur, vbi dr̄, Oīa quęcumque vultis, &c. &, Prout vultis, &c. Vbi nobis pręcipitꝛ, vt quę vellemus ſm rectam rōnem nobis exhiberi, eadē & nos alijs viciſſim p̄ſtemus. Qūo intelligitꝛ illud Matthęi: Diliges proximū tuū ſicut teipſum. Quilibet aūt ſm rōnē vult propriā famā illęſam ſeruari, & ex cōſequenti crimen admiſſum occultari, iuxta illud Eccleſiaſtici, curā habe, ibi in æternū, &c. Et melius eſt bonū nomē, q̄ diuitię multę. ergo & ipſum alijs deſiderare debet, & facinus eorū (ne propterea infamentꝛ) celare. Huc accedit fidelitas, q̄ quilibet alteri eodē iure ſeruare dēt, Qui ambulat fraudulēter, reuelat ſecreta, &c. Deinde

Ma. Luc. Ma. Ecc. Pro. Pro.

inde & pmiſſi cuſtodiã pollicet̃, ſiquidẽ ſaltẽ virtualiter ipſi pec catori cõfeſſarius promittit ꝙ nõ deteget peccatũ, ſtet igitur polliticis, dicẽte Zacharia, Lqui mini veritatẽ, &c. Aſtringit̃ ẽt cõ feſſarius diuino iure, quo prohi bet̃ cuilibet ne alterũ ab obſer- uatione legis euãgelicę retra- hat, vnde illud Matthęi: Qui ſcã dalizauerit, &c. Retraherent̃ au- tẽ peccatores ab obſeruatione huius Euãgelici pcepti de cõfeſ ſione faciẽda, ſi cõfeſſarius pec cata reuelaret, quo fit vt hoc quo que iure ad ea celãda cõſtrictus ſit. Et qm̃ homines magis veren tur humanũ præceptũ, q̃ diui- nũ, iuxta illud Eccleſiaſtici: Et enim qa non profert̃ cito cõtra malos ſnĩa, &c. dicit Eccleſia & pœnã cõfeſſarijs hoc præce- ptũ tranſgredientibus, vt patet ex Iure canonico: Sacerdos ante oĩa caueat. de his q ei confitent̃ peccata alicui recitet, nã ſi hoc fecerit deponat̃ ne & oĩbus die- b⁹ peregrinãdo ignominiſus per gat. Itẽ, Caueat omnis vtriuſque ſexus ne verbo, vel ſigno, aut alio quouis modo prodat peccato- rẽ, quod ſi fecerit deponat̃, & in arctiſſimũ monaſteriũ ad agen- dã pęnitentiã detrudat̃. Nec ſo- lũ ſacerdos tenet̃ ſibi peccata cõfeſſa celare, ſed quicũque eo rũ habuerit notitiã aut p impru dentẽ cõfeſſariũ, aut audiendo cõfeſſionẽ ipſam. Quod ſi quiſ- piam doloſe alterius confeſſio- nẽ auſcultauerit, mortaliter pec cat. vnde, Virũ ſanguinũ, & dolo ſum abominabitur Dñs. & non ſolum dũ pœnitẽs viuit, ſed etiã ipſo defuncto, propter ſupradi- ctas rationes. Inſuper & cuique etiam ſuperiori, licet id præce- perit, non licet reuelare, quia nõ habeat authoritatem ſuper diui nũ ius: & nõ ſolũ peccatũ ipſum celare debet, ſed & circunſtãtias per quas poſſet deuenire quis in notitiã peccatorũ. Conſimili rõne tenetur quis quodcunque ſecretũ ſibi extra cõfeſſionẽ de tectũ, celare, nec ſolum qñ expri mit cõmittens ſe velle illud cõ- mittere ſecretum, ſed qũocum- que ex modo cõmittendi appa- ret, quod vellet illud eſſe ſecre- tum, vt ſi quis committat alteri literas ſigillatas, &c. Qui ſecus agit calumniator habet̃, & infa- mis. Veruntamen ſi ſecretũ hoc extra confeſſionem commiſſum vergeret in detrimentum reipu- blicę, aut tertię perſonę, vtique tũc reuelare poſſet, quia eſt bo- num cõe præferendum particu lari. Sigillo autem confeſſionis non poteſt dari maius bonum, quia eſt bonum fidei & charita tis. Quare propter quodcunque detrimentum reipublicæ, aut al terius nunquam detegi debet.

Zach. | .18. | ſ. 8. | ...nit. Can. 101. ...nit. ...iſ. om- triuſ ...xus. | Ext. de Calũniat c. cum dilectus.

DISTINCTIONIS XXII. Quæſt. Vnica. Pag. 133.

Redeuntne ſemel dimiſſa pœnitenti peccata?

RESOLVTIO.

PEccatum frequẽter actum vitioſum internum aut exter- num deſignat, pro priùs tñ deformita tẽ ſeu priuationẽ rectitudinis debitã illis actibus. Nõnunq̃ ve ro & reatũ (obligationẽ ad pœ- nã peccatis cõmeritã) denotat, vt ĩpręſentiarũ. Quocirca pecca tũ hoc tertio mõ acceptũ potẽ tia Dei obſeruata, idẽ vtiq; nu-

mero

mero redire pōt,licet p reſipiſcētiam dimiſſum fuerit, potentia tamē Dei ordinata (hoc eſt qua communiter vtitur conformiter ad ea,quæ nobis de ipſo ſacrę produnt literæ)nuſquam redit,dicente Deo per Ezechielē,
Ezec. 18. Si autem impius egerit pœnitētiā,&c.Huc accedit beatus Auguſtinus in pſalmum,Beati quo
Pſal. 3. rum,&c.Et fere bona pars doctorum in illud Nahum.Non iudicabit dominus bis &c. & non conſurget duplex tribulatio. licet Hebræi aliter interpretentur ad literam. Quod ſi dixeris bona opera mortificata reuiuiſcere in pœnitente iuxta illud
Heb. 6. Hebræorum:Non enim iniuſtus
2. Cor. 9. eſt Deus,&c. illud Corinthiorū, Diſperſit dedit pauperibus, &c. & a ſimili peccata quoque remiſſa,in recidiuante denuo imputari. Reſpondetur,non eſſe ſimile,& diſſimilitudo primum prouenit ex miſericordia Dei (Quæ ſuperexaltat iudicium) in cuius acceptatione perpetuo bona viuunt opera,vt conſtat ex prædictis duobus locis Apoſtoli, & ex facto Ezechiæ dicentis:
Iſa. 38. Etiam poſt ſuperbię peccatum memento, &c. Peccatorum autem omnino obliuiſcitur,quātū ad vindictā,iuxta illud Iſaię, De
Iſa. 44. leuit vt nubem iniquitates tuas, &c.Deinde & iſtud diuinę competit iuſtitię. Iniuſtum ſiquidē foret peccatum cui æterna debita pœna in temporalem commutata fuit, & hac perſoluta quempiam rurſus puniri. Iuſtum autem eſt, vt merces bonorum operum, quę nunquam illi exhibita fuit reſeruetur, vt poſt reſipiſcētiā eidē reddatur. Vnde Hieronymus in illud Ioe-
Ioelis 2. lis:Reddam vobis agros, &c.id eſt,non patiar perire vbertatem ſpiritualium, quam perdidiſtis per peccata. Adde quòd opera meritoria non poſſunt condigne remunerari per ſimilem cōmutationem temporalem, quare nec iuſte præmiari,niſi beatitudine cęleſti.Dices,inde ſubſequi reſurgentem a peccatis ad maiorem reſurgere gratiā, quā eſſet illa in qua erat quando cecidit.Illud ſane non colligitur, nec gratia,quam prius habebat illi reſtituitur, ſed gloria duntaxat,quæ debetur ſuis meritis. Quia adhuc illam non habuit, erat illi ſolū præordinata a Deo, & præterea habet gradum gloriæ correſpondentē bono actui, quo reſurgat a peccatis, & ſic reſurgit quidem ad maiorem gloriam,intellige de gloria correſpondente meritis ſolum, quia non reſtituitur illa, quæ reſpondebat gratię, cum & gratia illi non reſtituatur, ſed non ad maiorem gratiam. Quia illi datur iuxta diſpoſitionem reſipiſcentis intenſe, vel remiſſe. Et talis diſpoſitio eſt conuerſio in Deū, & auerſio a peccato. Vnde Pſalmiſta, Præparationem cordis eorum &c. Et Hieremias, Hominis eſt præparare animam ſuā. Ergo inquies ex peccato commodum refert, nempe gradum illum ſuperadditum glorię, immo incommodum maximum. Quia opera quę exercuit in peccato,non fuere Deo grata.Si linguis hominū loquar &c.&, Qui offendit in vno, bona multa perdit, nec redditur illi gloria præhabita gratiæ correſpondēs.Reſolutio ergo doctorū eſt, quòd reſipiſcens non ſemper reſurgit ad maiorem gratiam,ſed aliquādo ad æqualem, aliquando ad maio-

maiorem, aliquando ad minorem, ſecundum diſpoſitionem, qua diſpoſuit ſe ad illam. Cum vero dicit ꝙ ſemper reſurgit q́s ad maiorem gloriam, intelligit de gloria quæ debetur meritis ſolum, non de ea quæ debebatur gratię. Quare fieri poteſt vt ſimpliciter ad maiorem reſurgat gloriam, ſi priuſquam caderet, magnam heberet gratiā, cui plures glorię gradus debebantur, & ſubinde remiſſe reſipiſcat, propter quod & remiſſa illi dabitur gratia, & gloria eidem correſpondens minor erit gloria correſpondens gratiæ, quam habebat priuſquam offenderet. Non deſunt nihilominus interpretes Scoti qui aſſerant gratiæ ſeorſim non correſpondere aliā gloriam ab ea quæ correſpondit actui: Immo aiunt gloriam primo, & præcipue correſpondere meritis, & ſecundario, & per accidens, gratiæ: Vnde colligunt ꝙ quia peccator reſurgit ad omnia merita quæ habuit, ꝙ etiam reſurgat ad omnem gloriā quæ prius eidem debebatur. Prima tamen aſſertio contextui doctoris proprius accedit. Ex his collige aliquando damnatum habere ius maius ad maiorem gloriam, quàm aliquis ſaluatus. Cū autem doctores aſſerunt dimiſſa peccata redire, & id ex parabola illa Matthæi colligere vidētur, id plane intelligi debet, ꝙ dimiſſa peccata redeant nō quidem quantum ad reatum, aut ſubſtantiam, ſed tanquam circūſtantia aggrauans, id eſt remiſſio peccatorum præhabita aggrauat ſubſequens peccatum. Si enim dederis duos, qui ex æquo deliquerint, & vni peccatum fuerit remiſſum, alteri vero non. Si hi duo denuo offendant Deū eodem ſcelere, & æque vndique graui, prætérquam quòd vni præcedens dimiſſum fuit peccatum, hic vtique grauius offendit. Primum quia quando cuipiam immerito confertur beneficium, is lege gratitudinis magis eſt benefactori deuinctus, quàm eſſet alius qui beneficiū quadantenus promeretur. Atqui peccatori qui nihil promeretur quàm pœnam æternā, Deus gratiam confert, quare conſequitur ipſum peccatorem ratione huius beneficij plus eſſe obligatum Deo, & ex conſequenti grauius delinquere. Vnde Chriſtus arguit ingratitudinem decem leproſorum, & Apoſtolus ait, Theſaurizas tibi iram &c. Et omnes doctores aſſerunt omne beneficium ſiue temporale, ſiue ſpirituale aggrauare ſequens peccatum, dummodo non ignoretur inuincibiliter, & hoc indicauit Chriſtus, Ecce ſanus effectus es &c. Deinde quia quanto quis tenetur quippiam perficere pluribus pręceptis, ſeu obligationibus, grauius delinquit ſi tranſgrediatur: Atqui is cui ſemel fuit dimiſſum peccatum, tenetur immunem ſe a peccatis ſeruare. Primum ratione vniuerſitatis præcepti ipſius Dei, Deinde & ratione propoſiti, & promiſſionis qua decreuit in poſterum cauere peccat; Diſplicet. n. Deo infidelis, & iniuſta promiſſio. Ergo is grauius peccat. & ſic interpretanda venit parabola apud Matthæum, nempe quòd ſeruus ille nequam, & quilibet rurſus delinquens eidem pœnę adiudicatur, ad quam priuſquā reſipiſceret, fuerat obligatus, nō ad eandem quidem ſecundum in-

Matt. 18. *Luca 17.* *Rom. 2.* *Ioan. 5.* *Eccleſ. 5.* *Mat. 18.*

intentionem, ſecundum extenſionem, Quia ad æternam pœnam quæ aggrauatur ratione huius circunſtantię ingratitudinis, & infidelitatis. Ad hunc modum interpretare & illud Iacobi, Qui in vno offendit, vtique quantum ad æternam damnationem, ad quam adiudicatur quis pro vno peccato ſolo, ſed non quantum attinet ad grauitatem pœnę. Item factus eſt omnium reus in charitate, quia lęſit radicem omnium bonorum. Item factus eſt omnium reus diſpoſitiue. Nam vt ait Gregorius, Peccatum quod pœnitentia nō diluit, mox ſuo pōdere ad aliud trahit. Exemplo eſt ipſe Petrus.

Iac.2.

DISTINCTIO. XXIII.

Queſt. Vnica pag. 542.

Eſt ne extrema vnctio ſacramentum noua legis?

RESOLVTIO.

Prouer.24. 1.Ioan.9. Iaco.4. Apoc.21. Mar.6.

Sacramentum extremæ vnctionis a Christo inſtitutum.

NEmo ſanę mētis ambigit Deum poſſe conſtituto in extremis venialia remittere peccata, & ei⁹ remiſſionis inſtituere certum aliquod, & efficax ſignum (cum & homines operum ſuorum certa aliqua ſigna inſtituere poſſint.) Quod & congruum fieri cōſtat, quatenus moriturus a venialibus, quæ quaſi aſſidue quiuis committit, iuxta ſacram ſcripturam, Septies in die &c. Si dixerimus &c. In multis offendimus omnes &c. certo abſoluatur, ne eum ab ingreſſu æternæ beatitudinis remorentur, In quam nihil coinquinatū intrabit. Hoc quoque ſignum inſtitutum fuiſſe a Chriſto conſtat ex diuo Marco, qui narrat Apoſtolos vnxiſſe multos ægros, quod propria temeritate minime fecerunt, ſed ex Chriſti cōmmiſſione. Neque enim in principio prędicationis permiſit eos Spiritus ſanctus tā turpiter, immo pernicioſe errare. Huius certa probatio eſt ꝙ Deus factum eorum approbauit curans taliter inunctos etiā a langoribus corporalibus. Poſtmodum hoc ſacramentum prędicatum & diuulgatum eſt per beatum Iacobum, Infirmatur quis in vobis &c. Non enim Iacobus hoc ſacramentum inſtituere potuit, tanquam ſignum certum alicuius effectus diuini, cuius efficentia non in eius, ſed ſolius Dei dependet poteſtate: Quare fuit publicator, non inſtitutor. Solet autem hoc pacto definiri. Extrema vnctio eſt vnctio hominis infirmi pœnitentis facta in determinatis partibus corporis, cum oleo conſecrato ab Epiſcopo, miniſtrata a ſacerdote, ſimul verba certa cū intentione debita proferente, ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificans curationem finalem venialium. Circa vero iſtud ſacramentum quædam ſunt principalia, quę exprimuntur in ſacra ſcriptura, vtpote quòd eſt vnctio hominis infirmi, quòd fit per presbyteros Eccleſię, quòd fit cum orationibus, quod fit in nomine Domini, in fide, & expectatione effectus ſpiritualis a Deo. Quędam ſunt ad maiorem ſolennitatem, vti eſt, quòd oleū ab Epiſcopo ſit conſecratum. Æquum enim eſt, & iuſtum, vt omnia quę in diuinos vindicantur vſus, per verbum Dei & orationem ſanctificentur, Reliqua vero

Iacob. *E... vnct... defin...* *r.T...*

vero ſuſcipientem concernunt, & miniſtrantem.

DISTINCTIO XXIIII. Quæſt. Vnica. Pag. 545.

Vtrum in eccleſia ſint ſeptem ordines.

RESOLVTIO.

e ciu. s. 13. PRætermiſſa ordinis generali deſcriptione data ab Auguſtino, qua dicitur parium & diſparium ſua cuique tribuens loca diſpoſitio, prout præſentem deſignat materiam, iuxta mentem bonę partis theologorum negantium Epiſcopatum ordinē eſſe. Ordo vtique eſt gradus eminēs in Eccleſia diſponēs de congruo actum aliquē ad conſecrationem, vel diſpenſationē Eccleſię pertinentem. Canoniſtæ vero tenentes Epiſcopatum ordinem eſſe, reijciunt poſtremam partem, dicentes ordinē eſſe gradum eminentem in eccleſia diſponentem ad aliquem actum ſacramentalem exequendum, quorum plane aſſertio nō eſt abſona, cum Epiſcopis competant gradus aliqui, vt ordines conferre & confirmare, qui ſacerdotibus non conueniunt. Deinde poteſtas eis in conſecratione collata nequit per ſuperio-
de cō rem auferri. Quia conſecratio
cl. c. minor auferri nequit, & hoc mō
i gl. poſſet dici Epiſcopatus ſuperior alijs ordinibꝰ, ꝙ illi plures actus conueniat, in quibus nobiliſſimus continetur, qui eſt Euchariſtiam conficere. Non eſt tamē id neceſſe fateri, cum Epiſcopo ratione talis ordinis non competat actus excellentior eo qui cō petit ſacerdoti. Numerus vero ordinum iuxta prædictam definitionem ex mente theologorum eſt ſeptenarius, qui latius a Magiſtro & admodum commode explicantur. Eorundem vero ratio a doctore ſic traditur: ad conſecrationem Euchariſtię pertinet ſacerdotium, ad eius diſpenſationem ſanguinis diaconatus, ad materiæ diſpoſitionem ſubdiaconatus. Vnde iſti tres ordines dicuntur ſacri, Qui immediate diſponunt ad aliquem actum circa Euchariſtiam: alij autem quatuor remote diſponunt ad eundem, Acolithus diſponit populum quantum ad feruorem affectus deferens cereos, Lector quantum ad cognitionem intellectus, Oſtiarius arcet homines indignos, Exorciſta vero dęmones. In primitiua tamen Eccleſia, quia tunc pauci erant credentes, quare & pauci ſufficiebant miniſtri ad diſpenſandam eis Euchariſtiam, non oportuit miniſtros in ſingulis gradibus inſtitui. Vide ſolutionem tertij argumenti apud doctorem. Obſerua nihilominus ordinem non eſſe ſacramentum proprie ſic accipiendo ordinem pro gradu eminenti, cum is gradus ſpiritualis ſit, Sacramentum vero ſenſibile ſignum. Sed ordo poteſt dici ſacramentū accipiēdo ordinem pro ordinatione, ſeu inſtitutione in gradu Eccleſiæ, quę fit a miniſtro idoneo certa verba ꝓferente, cū aliquo ſigno viſibili miniſterium eius ordinis repræſentante &c. Eſt iſtud ſacramentum vnum (licet ſeptē contineat) vnitate generica: Porro eccleſiaſticus ordo non eſt humana præſumptione inuen-

tus,ſed diuina inſtitutione ordinatus. Chriſtus enim inſtituit,& inſtitutum reliquit Eccleſiæ, in optima Hierarchia ſtatui viæ competenti. Adde quòd etiã Apoſtoli nihil inſigne in actibus ſolennibus præcipue Eccleſiam concernentibus geſſerunt ſine inſtitutione, reuelatione, aut commiſſione diuina, alioquin rexiſſent eccleſiam Spiritu humano: Ipſi autem eccleſiæ miniſtros manuum impoſitionẽ inſtituerunt, ex quo concluditur eos hoc ex diuina inſtitutione recepiſſe. Quòd autẽ ſic miniſtros inſtituerint, patet ex geſtis & ſcriptis Pauli, & actis Apoſtolicis, Noli negligere gratiam &c. vbi plene loquitur de gratia ſibi ſalubriter pro epiſcopatu adminiſtrando collata. Itẽ, Admoneo te vt reſuſcites &c. Vide inſuper electionem ſeptẽ diaconorum. Facultatem autẽ inſtituendi & ordinandi miniſtros eccleſiæ ab Apoſtolis per Spiritum Sanctum eſſe datam ſucceſſoribus, clare oſtẽdit Paulus ſcribens ad Titum dicens, Huius rei gratia reliqui te Cretæ &c. Eandem quoque facultatem Timotheo dedit, quẽ Epheſinũ Archiepiſcopũ ordinauit.

2. ad Ti. 4 — *2. ad Ti. 1* — *Act. 6.*

DISTINCTIO. XXV. Quæſt. I. Pag. 551.

Impeditne ab ordinis ſuſceptione, & collatione pœna canonica.

RESOLVTIO.

Pœna canonica definitio.

POena Canonica ea vtique eſt, quæ per canones, aut ſecũdum eos infligitur, prohibens aut arcens punitum ab aliquo gradu eccleſiaſtico, qui aliàs eidẽ liceret. Sunt autem numero ſeptem, depoſitio, degradatio, infamatio, irregularitas, excommunicatio, interdictum, & ſuſpenſio. Depoſitio eſt totalis amotio a clericali ſtatu. Degradatio eſt remotio a determinato gradu eccleſiaſtico. Caue tamen ne propterea exiſtimes characterem ordinis aut ipſos ordines tolli, Sed aufertur facultas exercendi actus ipſorum ordinum & priuilegium clericale. Porro hæ duæ pœnæ nunquã de iure ſuo ipſo facto incurruntur, ſed infligendę ſunt a iudice, & hoc propter peccata enormia hæreſis, ſchiſmatis, & reuelationis confeſſionis &c. Nec poteſt hæc pęna remitti niſi per ſummum põtificem. Infamia eſt ſtatus læſæ dignitatis quantum ad vitam & mores. Incurritur autẽ a iure propter crimen publicũ publice commiſſum, vt eſt periurium, aut aliud quoduis crimen publicum pp quod ius determinat aliquem fore infamẽ. Deinde a iudice coram quo ꝓbatur crimen eius, iudicatur infamis. Peccata autem propter quæ quiſpiam infamis dicitur, hñr in iure canonico. Infamis vero dicitur qui de crimine aliquo publice accuſatur, & remedium eius eſt purgatio canonica. Remedium vero contra infamiam eſt reſtitutio in integrum ab eo quę poteſt reſtituere. Irregularitas eſt inhabilitas ad ſuſceptionem, & executionem actuum ordinum, ipſa frequentius infligitur a iure. Primo ex quibuſdam criminibus, veluti ex Symonia, quæ poteſt eſſe in ordine, vel in beneficio. In ordine dupliciter, primo

Pœna canonici septuplex — *Depoſitio quid.* — *Degradatio quid.* — *Infamia quid.* — *6. qu... can. mus.* — *Irregularitas*

imo ſcienter, quando videlicet ordinatus ſcit ſe ſymoniace eſſe ordinatum, & tunc ſolus Papa diſpenſat. Secundo ignoranter ignorantia inuincibili, vt puta qñ alius ipſo inſcio pecunias dedit vt ordinaretur: Et tamen non dicitur irregularis, niſi exequeretur actus ordinum poſtquam eſt horum certior effectus. Quare ceſſare debet, quouſque a ſuſpenſione liberetur. Symoniacus vero in beneficio non adeo grauiter punitur. Tamen poſtquam ſibi conſtat ꝙ ſymoniace illud obtinuerit, debet reſignare & reſtituere cuncta quæ accepit. Deinde fit quis irregularis ex furto in ordine, quando videlicet contra voluntatem Epiſcopi ordines ſuſcipit, aut omittit prius aliquem ordinem prius ſuſcipiendum. Quòd ſi epiſcopus id prohibeat per excommunicationem, videlicet ne quis alterius diœceſis, aut non habens dimiſſorias, ſeu non examinatus ſe ingerat, diſpenſari nequit niſi per per Papam. Si vero non adfuerit talis interminatio, per epiſcopum diſpenſabitur. Præterea incurritur irregularitas ex crimine, quando quis exercet actus ordinis, quem non ſuſcepit, vt ſi non ſacerdos celebraret, niſi haberet ignorantiam inuincibilem ordinis non ſuſcepti. Poſtremo ex contumacia in pœnis Eccleſiaſticis. Vt ſi quis excommunicatus, aut interdictus, ſeu ſuſpenſus ſacramenta adminiſtraret, vel reciperet, niſi eſſet ignorantia inuincibilis. Secundo contrahitur irregularitas ex tribus quæ non ſunt crimina in eo in quo ſunt, videlicet ex ſeruitute illa deſpotica, ſeu miſera ex illegitimatione, & mutilatione vel infirmitate enormi, vt ſi quis priuatus eſſet citra culpam aliquo membro. Tertio contrahitur irregularitas ex aliquo quod indifferenter poteſt eſſe culpa, & non culpa, vt ex homicidio, & bigamia. Ideo quicunque fuerit cauſa interfectionis voluntariè, vt eſt iudex ferens ſententiam, & tortor eam exequens, procurans, accuſans, & teſtes, irregulares ſunt. Item qui interficit in bello etiam iuſto, ſiue interficiens aggreſſorem cum moderamine inculpatę tutelæ; Et hoc propter horrorem ſanguinis effuſi. Sed ſi aliquis det operam rei licitæ, & inuincibiliter ignoret alicubi eſſe hominem, ſi fuerit cã interfectionis, non efficitur tunc irregularis. Hæc tamen irregularitas non eſt niſi ex iure canonico, & humano. Similiter qui cõtrahit cum vidua, aut cum duabus vxoribus efficitur irregularis, Vnde illud Pauli, Vnius vxoris vir &c. Quòd ſi hæc ante baptiſmum nõ fuerint peracta, nõ cauſant irregularitatem, Quia ſunt pęnæ iuris canonici, cui ante baptiſma nullus ſubijcitur, Iuxta illud, Quid mihi de his q̃ foris ſunt iudicare &c. Excommunicatio maior videlicet (q̃ ſolum eſt pęna canonica) non minor eſt ſeparatio a communicatione fidelium in ſacramentis, & actibus legitimis. Infligitur autem quandoque a iure, quandoque vero a iudice: Attamen a neutro inferri debet, niſi ob ſcelus mortale, cui iuncta eſt contumacia. Vide reſolutionem diſt. 19. Relaxatur vero per abſolutionem eius qui excommunicauit ſi fuerit a iudice: Si vero

1. ad Ti. 3

1. Cor. 5.

Excõicatio quid.

ro fuerit a iure, relaxatur per ſimplicem ſacerdotem, conſentiente D. Thoma & Richardo, modo ſuperior non reſeruauerit ſibi. Oppoſitum tamen tutatur Scotus. Sed fauores ſunt ampliandi. Item, In pęnis benignior eſt interpretatio faciēda.

Ext. de ſen. excō. c. nuper.

Interdictum eſt arctatio a quibuſdā actibus eccleſiaſticis exercendis, aut eiſdē aſſiſtendi. Interdicitur autem quandoque perſona, frequētius locus, qn̄q; vtrunque. Infligitur autem a iure, vt contra receptantes vſurarios extraneos, frequentius a iudice pp multa, communiter ꝓpter inobedientiā populi alicuius loci. Remittitur vero ab eo qui intulit, & quandoque a iure.

De reg. iu. in 6.

Interdictū quid.

Suſpenſio eſt prohibitio a diuinis per certum tempus, quare finito ſtatuto tpe, ipſo facto ſuſpenſus liber eſt. Infligitur qn̄q; a iure, quandoque iudex enim qui contra iuſtitiam, & conſciētiam quidpiam agit in iudicio, in grauamine partis, propter ſatisfactionem ad quam tenetur parti læſæ, ſuſpenſus eſt per annum ab officio. Frequenter vero infligitur a iudice. Aufertur vero per eum qui eam tulit, aut per ſuperiorem illius. Hę autem pęnæ non impediunt ordinum collationem, aut receptionē de facto, propterea ꝙ vna cum illis pęnis ſtet ratio miniſtri, ſuſcipientis intentio, & reliqua neceſſaria De iure autem prohibent, ſic quòd illicite contrarium attentatur. Quia Eccleſiæ collata eſt poteſtas ordinandi, vt patet ex præcedenti reſolutione, Quare poteſt reijcere quos merito iudicarit repellendos. De prima tamen, nempe de depoſitione, aut degradatione variant canoniſtæ, & theologi. Eorum tamen opinio habetur verior, qui & Epiſcopatum aſſerūt eſſe ordinem, & depoſitionem nō impedire ſimpliciter ab adminiſtratione ordinum.

Ext. de ſen. excō. ca. Alma mater in 6. Suſpenſio quid.

DISTINCTIO. XV.

Quæſt. 2. Pag. 558.

An ſexus muliebris, aut ætas puerilis ordinis ſuſceptionem impediat.

RESOLVTIO.

CVm ad ordinum ſuſceptionem contingat quempiam trifariam impediri, Primo quia honeſta ſeu debita cū præparatione eoſdē ſuſcipere nequit: Deinde quia non licite, ſeu abſq; peccato: Poſtremo etiam quia ſi pręſumatur, nihil præſtatur. Vtique paruulus vſus rationis carens, aut decimumquartum annum ætatis nondū attingens, primis duobus modis ſacros recipere ordines nequit: Tum quia puer non poteſt ſe diſponere, vt honeſte, & reuerenter ſuſcipiat: Tum quia etſi paruulus nō offendat, miniſter tñ ipſum ordinans peccat tranſgrediens eccleſiæ præceptum. de facto autem poteſt, quia etſi actus ordinū exequi nequeat, poteſtas tamen, ſeu gradus eos exequendi poteſt tempore actus illos præcedere, & propinquam potentiam, Nec requiritur ibi conſenſus aliquis, ſeu intentio, vt ait Durandus, Sufficit enim quod non diſſentiat. Huc accedit caput vnicum de clerico per ſaltum promoto: Ex quo elicitur primum, ꝙ ſi Epiſcopus ſuperiorem ordinē omiſſo

C. vn. ex. de cler. p. ſal. ꝓmoto.

omiſſo inferiori concedat, vere ſit talis ordinatus. Deinde quod ſi ſacerdotium, non habenti rationis vſum concedat, vel confe rat, vere confert. Ratione conſtat, quia ſacramenta, quæ non habent contractum matrimonium, nihil requirunt ex parte materiæ, niſi ipſam materiã & intentionẽ miniſtri, & formam, ſed paruulus, eſt materia debita. Quia vir, &c. Ergo ſi cętera adſunt, vere eſt ibi ordinũ collatio, Sed emergit dubiũ, an puer ille obligatur ad continentiam, ad quam nullus niſi ex proprio conſenſu obligari põt, citra proprium delictum. Reſpondetur ipſum quidem ad continentiã obligari, non ratione voti cuius ipſe non fuit capax. Sed propterea ꝙ ordini ſacro annexa eſt caſtitas, & id plane iure diuino, ſaltem ſacerdotio, Sic ꝙ ſacerdos iure diuino illegitimatur ad contrahendũ in futuro. Quare licet vxorati effecti fuerint ſacerdotes, nunquam tñ cõſtat ſacerdotem contraxiſſe, iuxta Scotum. Reſpondetur, ꝙ in obligationibus ſpecialibus, & particularibus, nullus abſque proprio conſenſu obligatur, ſed bene in obligationibus generalibus, quæ ſunt ex ſtatuto Dei, vel eccleſiæ. Sicut puer baptizatus cum fuerit adultus, tenetur ad legem Euangelicam. Sic puer ordinatus cum peruenerit ad rationis vſum debet continere ex obligatione, & ſtatuto generali ipſius Dei, & eccleſiæ & non ſit huic iniuria ab eccleſia, ſed ab Epiſcopo ordinante. Verũ tñ B. Thomas in materia de voto, aſſerit presbyteratum non illegitimare ad cõtrahendũ niſi ex iure humano. Qua de re poſſe cum tali paruulo diſpenſari, q̃a non obligatur ad caſtitatem obſeruandã. Adultus tñ, qui efficitur præsbiter, tenetur caſte viuere, propterea ꝙ vouerit eam, ſaltẽ virtualiter, & interpretatiue, cum ſumſperit illud cui caſtitas annexa eſt iure poſitiuo eccleſiæ. Paruulus autem nullo modo vouit, quia & ſi ſuſceperit ordines, quibus annexa eſt caſtitas, non tamen ſuſcepit voluntarie, cum adhuc non ſit capax voluntarij, & inuoluntarij, ꝙ ſi voluerit gaudere priuilegio clericali, debet ſeruare caſtitatem, Si noluerit, poteſt vxorẽ ducere. Mulier autem nullo modo ordines ſuſcipere valet. Nam Chriſtus inſtituens hoc ſacramentum in cœna, & veſperi reſurrectionis, cum ſolos Apoſtolos ſacerdotes inſtituerit, abundi innuit ſolos viros materiam eſſe huius ſacramenti. Adde ꝙ nec matri omnium ſanctiſſimæ vllum contulerit ordinẽ, Secus eccleſia hunc gradum mulieribus nunquam abſtuliſſet. Huc accedit Apoſtolus interdicens fœminis in eccleſia loqui, ſeu publice docere, quod tamẽ proprium eſt ordinatis. Inſuper & natura ipſa eaſdem ab eminentia hac reijcit, quæ dictat mulieres, ſaltem poſt lapſum, debere ſubdi viris ipſis. Qua ratione etiam vtitur Apoſtolus. Cũ igitur idem Apoſtolus ad Galatas inquit, In Chriſto Ieſu non eſt ſeruus, & cætera. Reſpondetur id intelligi quantum ad gratiam, & gloriam cõſequendam, non autem, quãtum ad gradum excellentem habendũ.

1. ad Cor. 14.

1. Cor. 11. ad Gal. 3.

DISTINCTIO. XXVI.
Quæſt. Vnica. Pag. 561.

Vtrum matrimonium fuerit inſtitutum immediate a Deo.

RESOLVTIO.

Cum prolem procreare non ſit actus ex ſe malus, aut ex ſe bonus, debitis vtique circunſtantijs ordinari, vt bonitatem recipiat, expetit. Harum aūt prima eſt finis, id videlicet velle procreare prolem religioſe edurandam ad ampliandum cultum diuinum, ſm illud Thobię, Et tunc domine &c. Auguſtinus ergo ſup Geneſim, Bonum prolis dr̃ nō proles ipſa, ſed ſpes, & deſiderium quo proles quæritur, vt religioſe educetur, & informetur. Altera circunſtantia, ꝙ ſint determinatæ perſonæ. Si quidem vaga coniunctio eſt contra bonū prolis, familiæ, & ciuitatis. Quare merito Ariſtoteles politiā Socratis reprehendit. Ille enim volebat communes eſſe mulieres, quemadmodum & Nicolaitæ. Tertia eſt ꝙ huiuſmodi perſonæ ſint alligatæ indiſſolubili vinculo ob prædicta tria bona, & ne onera matrimonij eos inuicem diſiungant. Porro hanc indiſſolubilem obligationem ex libera vtriuſque voluntate promanare oportet. Vnde in Geneſi, cum ſeruus Abrahæ expeteret Rebecham in vxorem Iſaac, dixerunt parētes, vocemus puellam, & quæramus ipſius voluntatem. Secus ſequeretur forte diſſenſio, ſi ſibi mutuo, non placerent, & contemptus. Vñ canone. Præſens. Quòd qui non diligit, profecto non diligit, quod autem non diligit, facile contēnit. Expedit quoque vt ibi ſit cōtractus. Vnde naſcatur hæc obligatio, quo donent ſibi inuicem poteſtatem ſuorum corporum. Et ꝙ iſti actus per certa ſigna mutuo exprimantur, Alioquin neutri conſtaret de actu voluntatis alterius. Forma igitur huius contractus eſt do, ſi des, vel do vt des. Congruum eſt etiam iſtam datione a Deo inſtitui, & approbari, nam aliter nulli vellent ſe obligare ad tam difficile. Hoc aut factum fuiſſe, patet ex Geneſi, & Matthæo. Relinquet homo &c. Obſerua tamen aliud eſſe contractū iſtum præcipi, & ſuppoſito contractu pręcipi perpetuam adhæſionē. Primum tñ cū adeſt neceſſitas expedit præcipi, ſicut factū eſt in Geneſi, Creſcite, & multiplicamini &cæ. Secundum autem oportet, pro ſemper dari, Iuxta illud Matthæi, Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. Congruit inſuper prædicto contractui (cum honeſtus ſit, & difficilis) gratiam aliquo ſigno ſenſibili a Deo inſtituto annecti, ſeu ſacramentum proprie dictum coniungi huic contractui, dicente Apoſtolo de virginitate & matrimonio, Vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo, vnus quidem ſic, alius vero ſic. Quo verbo intelligere dat, non minus eſſe neceſſarium diuinum donum, vt coniugatus bene matrimonio vtatur, quàm vt cælebs bene contineat. Sed quādo inſtitutum fuit ſacramentum matrimonij? In ſtatu innocentiæ fuit quidem inſtitutum matrimonium, vt eſt contractus, ſed non ſacramentum matri-

Marginal notes: 2. Polit. — Gen. 24. — 3. q. 3. can. præſens. — Matt. 19 — 1. Cor. 7

matrimonij, cum omnia ſacramenta habeant efficaciā a paſſione Chriſti præuiſa, vel exhibita, ſed neutrum horū tunc fuiſſet inſtitutio. Tertio hř ex verbo Chriſti, Quod Deus coniunxit,
tt. 19. homo non ſeparet & cæt. quod non modo primordinalē approbauit inſtitutionē, verū ipſam innouauit. Vt ſit ſacramentum noui teſtamenti proprie dictū, non obſtat quod expreſſe de inſtitutione huius ſacramenti nō fit mentio in ſcripturis, cum argumentum hoc nihil concludat. Sufficit enim quod ex virtute ſcripturæ efficaciter elici poſſit. Equidem ipſa quoque coniunctio maris, & fœminę primaria non probatur expreſſe ſcriptura a Deo eſſe facta, & tamē
tt. 19. Chriſto teſte a Deo inſtituta. Ex ſacris habemus quod oporteat baptizari, ſed non habetur quando formæ baptiſmi dedit talem virtutem. Cōſimiliter dicendum de alijs ſacramentis, quod fuerint quidem ab ipſo inſtituta, ſed non conſtat quando. Forma autem huius ſacramenti ſunt verba prolata a contrahentibus, aut alia ſigna mutuum conſenſum exprimentia. Si contrahentes fuerint muti, materia huius ſacri ſunt ipſi cōtrahērēs, aut is qui eſt miniſter in contractu matrimonij, hoc eſt illi qui faciunt ſigna, aut proferunt verba ipſius contractus, vt parentes, qui contrahunt pro filijs, & filiabus pñtibus. Quod ſi contraxerunt priuſquam adeant templum, ſacerdos ſubinde duntaxat ſolenniter celebrat ſacramentum iſtud, & eiſdem iterum adminiſtrat. Poteſt nihiloſecius teneri ſacerdotem ſolum eſſe miniſtrum huius ſacramenti. Quare licet aliqui cōtrahunt, non eſt tamen ibi ſacramentum, quouſque contractus ille per ſacerdotem celebretur. Et maiorem recipiunt gratiam, quam ſi ſeorſum contraherent, modo non ponant obicem, id eſt modo ſint contriti debite, aut confeſſi. Effectus huius ſacramenti propinquus eſt obligatio mutua, Remotus gratia gratum faciens, quia ibi conferuntur, modo pœnituerit. Obſerua adhæc diſcrimen inter matrimonium contractum, & ſacramentum matrimonij, matrimonium enim eſt vinculum, ſeu obligatio mutua contrahentium. Contractus matrimonij eſt mutuus conſenſus eorundē. Sacrm aūt mrīmonij eſt ſignū ſenſibile (verborū vel geſtorū) quo explicatur mutuus conſenſus ex inſtitutione diuina efficaciter ſignans gratiā conferendā contrahentib. Supereſt dubium Dubium.
diſſoluendum, cum ex prædictis colligatur matrimoniū inſtitutum ad procreandā prolē, an poſſit quiſpiam vxorem ducere ad vitandam fornicationē. Variant doctores. Qñquidē beatus Thomas, Bonauentura, & fere alij antiqui aſſerunt, quod ſi quis vxorem cognoſcat, ne ipſa fornicetur, vt puta quia ipſa debitum petit, benefacit, ſed ſi petat vt vitet fornicationem in ſe ſolo, non referens in alium finem, venialiter delinquit. Scotus vero oppoſitum ſentit, & melius, cum dicat Apoſtolus, Qui non poteſt continere &cæ. 1.Cor.7.
Item Propter fornicationem. Quocirca cum matrimonium in nouo teſtamento ſit inſtitutum nednm in officium, ſed in remedium, cum in hunc finem

eo vtitur, non peccat, cum finis rectus ſit. Sed vnde oſtenditur honeſtas & bonitas talis actus? Reſpondet non ex ratione quidem naturali, ſed ex vinculo indiſſolubili, & ſacramento concomitante. Deinde & ex eo ꝙ Chriſtus ob infirmitatem mortalium, & propenſionē ad hunc actum hoc indulſit. Quam quidem indulgentiā exiſtimamus factam fuiſſe priſcis temporib. De illo vero qui propter delectationem matrimonio vtitur, dr̄ ꝙ ſi hoc animo id agat, ꝙ ēt ſi ſua non eſſet, nihilominus eā cognoſceret, mortaliter delinquit. Si vero nollet, niſi eſſet propria vxor, eſt veniale delictum, Martinus tñ dicit hoc poſtremum abſque vitio fieri poſſe, dicens hominem poſſe vti mediocriter delectationibus abſq; offenſa, ſecus eſſet inſenſibilis, vtitur autem is mediocriter cū ſua. Quare colligitur eſſe actū virtutis, & non peccatum aliquod. Præcedens tamen opinio melior eſt.

DISTINCTIO. XXVI. Quæſt. I. Pag. 570.

Deſinitur ne conuenienter matrimonium a Magiſtro?

RESOLVTIO.

Matrimonij deſinitio.

MAtrimoniū ipſi magiſtro eſt viri & mulieris coniunctio maritalis inter legitimas perſonas vitam indiſſolubilem retinens. In qua ſane definitione vocabulum coniunctio nec actiue, videlicet pro reſpectu coniungentis ad coniungentē, nec paſſiue, nempe pro reſpectu cō iuncti ad coniungens accipitur. Hæc enim non permanent, niſi quamdiu agens agit, cum ſint relationes prædicamentorum actionis, & paſſionis, Sed accipitur cōiunctio neutraliter, vt puta pro relatione ad aliquid, nempe pro obligatione qua peracto contractu tali, manent adinuicem aſtricti coniuges, Perinde ac peccator ceſſante actu vitioſo, remanet obligatus ad æternam pęnam.

DISTINCTIO. XXVI. Quæſt. II. Pag. 571.

An conſenſus verbis expreſſus ſufficiens ſit matrimonij cauſa.

RESOLVTIO.

VT aliqui vere cōtrahant matrimoniū exigit mutuus cōſenſus interior, verbis de pſenti, aut alijs ſignis expreſſus: Is porro conſenſus non eſt cauſa efficiēs proprie illius vinculi, ſed eſt diſpoſitio præuia, ſicut baptiſmi. Et ordinis ſuſceptio eſt diſpoſitio ad characterem, qui in horum ſacramentorum receptione imponitur. Et ſi mutui conſenſus non poſſint cōiuges eſſe certi certitudine demonſtratiua, & euidenti, ſunt tamen certitudine probabili, qd̄ ſufficit.

DI-

DISTINCTIO. XXVIII.
Quæſt.Vnica.Pag.572.

An ſolus conſenſus de futuro expreſſus verbis, aut alijs ſignis ſit cauſa matrimonij?

RESOLVTIO.

IN matrimonio eſt mutua traditio po teſtatis corporum, iuxta illud, Vir ſui corporis ptātē nō hēt,ſed mulier, Qui aūt quippiam promittit, non illud tradit. Quamobrem cum conſenſus de futuro (qualis eſt in ſponſalibus) non ſit, niſi promiſſio tradendi in futurum, non ſufficit is ad verum matrimonium, ſed deſideratur præſens conſenſus, vt ſit indiſſolubile vinculū, & ſacrm̄,quod debet eſſe repræſentatiuum ſignum,& non prognoſticum. Quare licet eccleſia iudicet verū eſſe matrimoniū inter eos,qui poſt ſponſalia con grediuntur ſimul, nihilominus id non eſt ob præcedentem con ſenſum de futuro, ſed quia exiſtimat interueniſſe conſenſum de præſenti, & quod affectu ma trimoniali conuenerunt. *or.7.*

DISTINCTIO. XIX.
Quæſt.Vnica. Pag.572.

Sufficit ne ad vere contrahendum matrimonium coactus conſenſus.

RESOLVTIO.

CVm nulla potentia cognitiua,aut appetitiua ad ꝓprios actus cogi queat,ꝓpterea ꝙ ad eoſdem naturalem habeat inclinationem, Neq; voluntas ipſa (licet ad externos actus violentari poſſit) ſimplr̄,& abſolute cogi poterit ad actus ſuos elicitos,vel imperatos, ſed duntaxat ſecundum quod metu, videlicet maioris mali, quā ſit ille actus. Exemplū de proijciēte merces in mare metu naufragij, & iſtud accidere poteſt ſtudioſo viro, & citra offenſam, modo dum ſit certitudo, ſaltem probabilis ex euentu futuri mali, quod timetur, ratione cuius conſentit alicui rei, cui ſecus non conſentiret. Deinde illud malum ſit graue & enorme, quale eſt mors, mutilatio membri, perpetuū exilium. & is metus dicitur cadens in conſtantem virum, vir enim conſtans, vt hæc effugeret, multa admitteret, alias non admiſſurus. De cōſtante viro ait Apoſtolus, Ego enim didici abundare, & penuriam pati. Obſerua tamen nullum metū poſſe inducere quēpiam licite ad peccatum. Quia non poteſt eſſe maius malum ipſo peccato, Vnde, Nolite timere eos &c. Quapropter conſenſus coactus metu cadēte in cōſtantem virum, non ſufficit ad matrimoniū. qđ indicauit Deus ipſe dicens, Vir adhęrebit vxori ſuæ. Non aūt adhęret quis ei, qđ tenet inuitè. Huc accedit cōtractus Rebeccę, & qđ ait Apoſtolus, Si vult nubat tantum in Domino. Deinceps & ratio huius contractus hoc comprobat. Eſt enim datio libera corporum contrahentium. Illud etiam cedit in cōmodum prolis educandæ, & inſtituendæ, quod eſt finis ipſius matrimonij. Adde & cōſtitutionē eccleſiaſticā.

Li.3 ethi.

ad Phili. 4.

Gene.4.
Gene.24.
1.Cor.7.

Extra de ſpon.c.Cū locum & c.veniens 2 & c.con ſultationi.

DI-

DISTINCTIO. XXX. Quæſt. I. Pag. 579.

Requiritur ne ad matrimonium conſenſus ſequens non erroneam rationem?

RESOLVTIO.

Error eorum q̃ ſunt de neceſſitate, & eſſentia matrimonij impedit cõſenſum contrahentium, ẽt ſi explicetur ſigno ſenſibili, ne ſit ſufficiens ad matrimonium, Sed error eorũ q̃ nõ ſunt de neceſſitate & eſſentia matrimonij, non impedit. Sunt autẽ tria matrimonio neceſſaria, Primũ perſonæ contrahentes. Secundũ mutua corporum poteſtatũ traditio ad procreandum prolẽ. Tertium mutuus conſenſus. Primũ tollitur per errorẽ perſonæ. Vnde Iacob credens contrahere cũ Rachel, nõ cõtraxit cũ alia tunc. Secundũ auferẽ p errorẽ deterioris conditionis. Propterea contrahens cũ ſeruo emptitio, quẽ putat eſſe liberũ, nihil facit, ob id ꝙ ſeruus nõ habeat omnimodam libertatẽ ſui corporis. Tertium remouer per dolum alterius partis contrahentium, vt ſi vnus conſentiat, alter vero nequaquam, inter eos non eſt matrimonium, non propter errorem, ſed propter defectum vnius cauſæ. Quare & perſona, quæ vere conſentit, non eſſet obligata, cum non ſit hic matrimonium. Quod ſi is qui doloſe contraxit, alteri ſubinde indicauerit, non debet iſta illa credere, Quare ſe debet gerere, vt tera coniux, ille vero pœnitere debet, & recenter conſentire. Veruntamen, ſi interea aliã vere duceret, ſecunda proculdubio eſſet vera illius vxor, ſed deberet primæ ſatisfacere. Alij autem errores non impediunt, vt error qualitatis, vel fortunæ: vt ſi crederetur perſonã eſſe bona, & erit mala; diues, & eſt pauper; nobilis, & eſt ignobilis. Si tamen error nobilitatis, vel dignitatis redundat in errorẽ perſonæ, impeditur matrimonium, vt ſi quæpiam intendat contrahere cum filio regis, & alius ibi exhiberetur.

DISTINCTIO. XXX. Quæſt. II. Pag. 582.

Fuit ne verum inter Virginem ſacram & Ioſeph matrimonium?

RESOLVTIO.

Nemo Chrianus ambigere valet inter matrem Dei & Ioſeph verum fuiſſe matrimoniũ, cum Euangeliſtę id certius indicent. Ait. n. Matthęus dixiſſe Angelũ ad Ioſeph, Noli timere accipere Mariã coniugẽ tuã, & apud eundem, Genuit Ioſeph virũ Mariæ &c. Item & Lucas, Aſcendit aũt & Ioſeph cum Maria deſponſata ſibi vxore p̃gnãte. Accedũt & authoritates doctorũ, quas adfert Magiſter, Sed quare ipſa nupſerit, q̃ debebat cõcipere & parere ſalua virginitate; qũo deinde inter ipſos verum fuerit matrimonium, vtique ambigi põt. Et quidem multæ, & variæ a doctoribus adducuntur rationes, quæ tamen potius congruentiæ quædã & perſuaſiones ſunt, quàm

Mat. 1. cap. *Luc. 2.*

quàm efficaces rationes. Primò vt Ioſeph eſſet teſtis fidelis virginitatis Mariæ, vt puta quòd ipſa nec ab ipſo nec ab alio fuiſſet cognita. Deinde vt Ioſeph curam, & pueri, & matris gereret. Tertio propter honorem virginis, ne diceretur ex adulterio peperiſſe. Quarto ad morū formationem, vt detur virginibus exemplum vitādæ infamiæ. &c. Ambroſius & Origenes addunt, vt partus diabolo celaretur, myſterium videlicet redemptionis generis humani, licet hæc parum ſuadeat, quia ęque potuiſſet Dæmon integritatem virginis cognouiſſe, licet fuiſſet deſponſatā, ſicuti ſi non nupſiſſet, ſi fuiſſet a Deo permiſſum. Dicerent Ambroſius & Origenes, quòd ea quæ fiunt in corpore, latent diabolum, cum non audet appropinquare, ſicut hoc non audebat ob ſanctitatem Mariæ, ideo ſi non nupſiſſet, ſuſpicatus fuiſſet eam eſſe matrē Meſſiæ, cum non deprehendiſſet in ea peccatum: Cum igitur deſponſata eſſet, nō id exiſtimauit putans ex matrimonio ipſam concepiſſe. Quomodo autem inter ipſos verum fuerit matrimonium, dicitur a Magiſtro, & a nonnullis aliis, ꝙ ipſa virginitatem vouerat, hac conditione, niſi Deus aliter diſponeret, Contrahere vero (vt aiunt) licet repugnet voto caſtitatis abſoluto, non tamen conditionato. Sed hæc rō inualida eſt, cum hæc conditio, nedū in omni cōtractu, ſed in quocunq; opere humano includatur, & deſideretur, iuxta Iacobi, Ecce nunc q dicitis, &c. ibi, Si Deus voluerit, Quamobrem conſtat ipſam abſolute virginitatem vouiſſe, vt colligunt doctores ſacri ex interrogatione facta Angelo, videlicet, Quomodo fiet iſtud &c. Si enim ſolū non cognouiſſet tūc, nec habuiſſet propoſitum non cognoſcendi in poſterum, nulla eſſet quæſtio, Quia in futurum cognita (modo non fuiſſet ſterilis) concepiſſet. Quærebat igitur de modo ſupernaturali, ſeu (vt ait Ambroſius) de qualitate effectus, quia firmiſſime ſtatuerat virum nunquam cognoſcere: Et in hunc quoque intellectum reſpondit ei Angelus, dicens, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te &c. Item, & ecce Heliſabet cognata tua &c. Item, Nō erit impoſſibile apud Deū omne verbum. Sed verū nihiloſecius inter eos fuit matrimoniū, Quia in contractu matrimonij non eſt traditio mutua ꝑtātis corporū ad copulam carnalem, niſi ſub conditione implicita, ſi petatur rōnabiliter. Vnde ſi aliqui contrahant cū ꝓpoſito mox vouendi caſtitatē, vere contrahunt. Hæc aūt conditio non ꝑiudicat caſtitatis voto, niſi ponatur in effectu. Quocirca vbi cōſtat illā nunquā demandari executioni, ibi nullum fit ꝑiudiciū voto caſtitatis ꝑ contractū matrimonij. Siquidē votū virginitatis non ęſt de non contrahendo, ſed de non habenda copula carnali, atq; in ꝑſentia. Sicut.n. habemus apud Matthæū, Angelū inſtruxiſſe Ioſeph dicens, Noli timere &c. Ita colligit magis virginē per Angelum, vel immediate a Deo fuiſſe edoctā, priuſquā deſponſaret Ioſeph, ne ambigeret accipere Ioſeph virū iuſtū in coniugē. Ecce .n. ait (ſiuē Deus, ſiue Angelus) ad virginē, Spūs ſanctus dabit tibi eū in cuſtodem,

Verū matrimoniū fuit inter Mariā & Ioſeph.

Matt. 1.

ſtodem,& teſtẽ virginitatis tuę, qui tecum pari voto cõtineat,& in multis tibi ad cuſtodiam virginitatis obſequat cõgruentibus. His cõſentit Hieronymus. Nec mirum de iſta veriſimilitudine, Quia qdquid prēſtitũ eſt ipſi Ioſeph per viſionẽ angelicã, factũ eſt ob virginem, quæ fuit immediata in conceptione filij Dei. Exẽpla poſſunt adferri, Primo ex decretalibus. Vnde colligitur dominiũ alicuius rei poſſe ſeparari ab vſu eiuſdẽ,& quẽpiam vſum, retẽto ſibi dominio alijs conferre poſſe: Ita virgo retento vſu ex cõſenſu ipſius Dei, poteſtatem ſui corporis dedit Ioſeph. Deinde ſi quiſpiam contraxiſſet ſponſalia cum iuramento, & poſtea ingreſſum vouiſſet religionis, deberet, priuſquam ingrederetur religionem, vt ſatisfaceret iuramento, contrahere per verba de præſenti, vbi licet daret poteſtatem ſui corporis, non tamen vſum. Coniux quoque quę adultera eſt, habet poteſtatem corporis ſui, non tamen vſum, propter peccatum ſuum, iuxta illud Matthæi, Qui dimiſerit vxorem, niſi ob cauſam fornicationis &c. Multo igitur magis Spiritus ſanctus propter rationes prædictas id facere poteſt. Fuit igitur inter Mariam & Ioſeph verum matrimonium,& ratum, licet non fuerit per carnalem copulam conſummatum, neque votum coniugis præiudicabat illi matrimonio, proptetea quòd tale votum familiari conſilio Spiritus ſancti eſt factum. Decuit enim virginem Deo virginitate vniri triplici ratione. ❡ Primo, vt eſſet ei decentiſſimum habitaculum, Quia enim ſapientia candor eſt lucis ętrnę, & ſpeculum ſine macula, quod nihil inquinatum incurrit, decebat vt ex matre incorrupta,& re, & voluntate firma conciperetur. Perfecta autem incorruptio volũtatis in voto conſiſtit virginitatis. ❡ Secunda ratio eſt vt eſſet mulieribus totius virginitatis exemplar. Sicut. n. Deus pater Chriſtum viris propoſuit, ſic eius matrem propoſuit mulieribus exẽplum:& quoniam hoc eſt maxime laudandum, & imitandum, ſcilicet votum virginitatis, ideo in illa eſſe debuit. ❡ Tertia ratio eſt, quòd debet eſſe in ea totius nobilitatis & ſanctitatis priuilegium. Abſit enim quòd aliqua alia virgo beatam Mariam excellat, immo altiſſimus qui fundauit eam, omni dignitatis priuilegio ipſam adornauit, vt ſicut eam præ cæteris adamauit, ſic omnibus etiam ſanctior, & amabilior fuit vniuerſis, vnde circunſcripta maternitate Dei, adhuc ipſa præ cæteris debet amari, quare Spiritus ſanctus, qui alijs inſpirauit virginitatis votum, ei non retinuit celatum. Et prædictis etiam patet, quod admirandæ ſanctitatis, & puritatis fuerit ille beatiſſimus Ioſeph, cuius cuſtodiæ non ſolum virgo virginum in iuuẽtutis flore, ſed etiam ſaluator mundi extitit commiſſus: Cum beatus Ioannes Euangeliſta valde honorandus & extollendus prædicetur, quod eidem Chriſtus in cruce matrem virginem virgini commiſit, vnde arguimus eius ambi virginitatem, qua meruit eſſe filius adoptiuns virginis, & ipſi Chriſto prædilectus. Quid de beato Ioſeph exiſtimare non licebit? vnde & Magiſter

Tom. 1. aduer. Heluidiũ fol. 3.

De verb. ſignifi. c. exijt qui ſeminat.

Mat. 5. & 19.

giſter, Sane credi poteſt, non ſo-
nius lum Mariam, ſed & ipſum Io-
ſeph diſpoſuiſſe apud ſe virgini
tatem ſeruare velle, & id ait ex
Auguſtino, cui ſubſcribit bea-
ad tus Hieronymus, vide locum &
proſequere locum Apoſtoli, Qui
Fo. 5 ſine vxore eſt &c. Dicit autem
M. illic Hieronymus, Tu dicit Ma-
7. riam virginem non permaſiſſe,
Ego plus dico, & ipſum Ioſeph
virginem fuiſſe per Mariam, vt
ex virginali coniugio virgo filius
naſceretur.

DISTINCTIO. XXXI.
Quæſt. Vnica Pag. 586.

Suntne tria matrimonij bona?

RESOLVTIO.

MAtrimonium ſi pro
derelicto vinculo
ex mutuo contra-
ctu accipiatur, vti-
que, aſſertore bea-
to Auguſtino, tria habet bona,
ſacramentum, fidem, & prolem,
Sacramentum enim vt eſt ma-
trimonij obiectum non acci-
pitur proprie pro ſigno ſenſibi-
li gratię efficaci, Sed large, vt
puta pro ſigno rei ſacræ. Et ta-
le ſacramentum eſt indiſſolu-
bilitas vinculi matrimonialis,
a. quam Deus ipſe operatur: Vn-
de in Geneſi, Et adhærebit vxo-
ri ſuę &c. quam & Chriſtus cor-
9. roborauit eiſdem verbis: Qua-
re nec vnquam diſſolui poteſt,
& niſi per mortem alterius par-
r. tis, Quod ſi dormierit vir eius,
* ſoluta eſt a lege viri. Aut per
relaxationem, quæ fit ab ipſo
9. Deo, ſicut in matrimonio rato
non conſumato contingit, quo-
niam alter coniugum religio-
nem ingreditur, etiam altero re
tinente, quod quidem fieri ex
Dei conſilio conſtat, ex quo
Chriſtus Ioannem a nuptijs vo-
cauerit. Deinde ex facto diui
Alexij, & Macharij. Nec eccle-
ſia aliter, niſi videlicet hoc Chri
ſtus inſtituiſſet, permiſiſſet, ma-
trimonio rato non conſumato,
alterum ingredi religionem. Por
ro hęc indiſſolubilitas ſacramē
tum dicitur, quod indiſſolubi-
lem Chriſti cum eccleſia con- *Ext. de cō*
iunctionem, quę fit per charita- *uerſ. con-*
tem ſignificat, quam profecto *iug. c. ve-*
ſignificationē expreſſit Apoſto- *rum &, c.*
lus, Sacramentum hoc magnū *ex publico.*
eſt &c. Et perpetuam Chriſti cū *inſtruitur*
Eccleſia adhæſionem ipſe Chri- *Epheſ. 5.*
ſtus pollicitus, eſt dicens, Ego
vobiſcum ſum &c. Quod ſi con
ſumatum fuerit matrimonium.
deſignat etiam conformitatem
Chriſti cum Eccleſia in natura *Heb. 2.*
humana. Vnde Apoſtolus, Nuſ- *Diſt. 27.*
quam angelos apprehendit &c. *litera a.*
Vide magiſtrum. Fides vero at-
tenditur in hoc, vt ſeruet fide-
litatem in actu matrimonia-
li, vt reddat coniugi quod ſuum
eſt, & nec cum altera, aut cum
altero concubetur, cuius boni
faciendi, niſi Deus coniugi-
bus in hoc ſacramento imper-
tiret gratiam, quoties quiſque
coniux inter tot carnis, mun-
di, & Satanæ inſidias poſitus,
eam fidem corde ſinceram,
aut incommutabilem retine-
ret? Nam Chriſtus mœchatio-
nem cordis, mœchationi carnis *Mat. 5.*
ęquat, Vnde apud Mattheū, Qui
viderit mulierem &c. Proles po-
ſtremum bonum, cuius potiſſi-
mum gratia matrimonium con
trahi debet, conſiſtit in obliga-
tione ad prolē gratanter accipiē
dam

dam, religioſe educandam, & hoc ſub conditione, ſi videlicet eueniat. Huius rei habes exemplum in Thobia iuniore, cui ait Angelus, Thobia audi me, & oſtendam tibi &c. Et, Poſtquam vero cœnauerunt, vſque ibi, in ſecula ſeculorum. Quod cum ſit matrimonium, nō ſolum culpa vacat, ſed & ſummum meritum habet. Cæterum quòd tantum vitandæ fornicationis gratia cōtrahitur, magis ſecundum indulgentiā conceditur, Hoc autem dico &c.

1. Cor. 7.

DISTINCTIO. XXXII. Queſt. Vnica pag. 590.

Eſt ne neceſſarium coniuges ſibi mutuo reddere debitum.

Resolvtio.

1. Cor. 7. Cvum Apoſtolus cūctis pręcipiat, vt vir vxori debitum reddat, & vxor viro, Quia mulier non, habet poteſtatem ſui corporis, vt inquit Apoſtolus in epiſtola prima ad Corinthios, quem locum pertractans Hieronymus, Spōte quippe (ait) ſe obligauit, vt reddere cogeret, opus erit vtique, vt id a coniugibus prẹſtetur, & id duplici fine commendabitur, aut prolis procreādæ, aut fornicationis vitandæ. Quod ſi libido maneat, ſi ſtans tamen infra matrimonij finem, quia videlicet nollet non ſuam cognoſcere, veniale erit delictū, Sin fidem matrimonij exeat, ac tam effrenis fuerit libido, quòd & vxorem (licet nō eſſe ſua) cognoſceret, mortalis profecto eſt offenſa. Hęc autem debiti reddendi obligatio intelligitur, niſi alter ius petendi fornicādo amiſerit: tunc enim innocens, ſi publice id conſtiterit, non aſtringitur hac lege, vt conſtat ex Matthæo, Qui dimiſerit vxorem &c. Vnde colligitur ob fornicationem dimitti poſſe quantum ad torum, non tamen quantum ad vinculum, vt aliam videlicet ducere poſſit, dicente Chriſto, Quos Deus coniunxit &c. Sin vterque lapſus fuerit, tunc paria crimina pari vindicta ſunt delenda, conſimiliter rato matrimonio, nequit cogit quiſpiam, vt mox debitum coniugi reddat: Quia licet adhuc ei monachiſmum profiteri, & deliberare per duos menſes. Deinde ſi quiſpiā aſtringitur fortiori vinculo ad non reddendum, non tenetur tunc reddere. Siquidem maior obligatio minorem tollit, iuxta Theologorum præſcriptū, quādo incompaſſibiles occurrunt obligationes, minor plane maiori cedit. Id autem accedit cum debiti redditio cedit in detrimentum propriæ ſalutis: Deinde cum eſſe aborſus, aut occiſionis fœtus cauſa. Quare non abs re lege Moſayca cautū erat, ne quis ad menſtruatam accederet, & accedens occideretur: Quę pœna pro mortali tantum innigebatur peccato. Nec iſtud minus obſeruari debet in lege euangelica, quæ ſummā in ſuis profeſſoribus exigit puritatem, & caſtitatem. Adde quòd diebus feſtis, & ieiuniorum, ac proceſſionis monet eccleſia coniugatos, vt abſtineāt ab actu matrimoniali, iuxta illud Apoſtoli, Nolite fraudare inuicem, ibi, orationem. Vnde & Auguſtinus, Chriſtiano cum vxore ſua licet

Aduerſus Iouinianū lib. 1.

Mat. 5. et 19. c.

Ex[...] uer[...] ga[...] pub[...] ſtr[...]

Le[...]

1. [...] L[...] no[...] te[...] c.[...]

cet aliquando conuenire, aliquando non, propter proceſſionis dies, & ieiuniorum. Quia a licitis aliquando abſtinendũ eſt, vt facilius impetrari poſſit, qđ poſtulatur. Itẽ quoties vel dies Natiuitatis, vel reliquę feſtiuitates aduenerint, non ſolum a concubinarum conſortio, ſed etiam a proprijs vxoribus Chriſtianũ decet abſtinere. Conſentit Ambroſius, & Hieronymus, & referτur a Magiſtro hac diſtinct. Vide 33. quæſt. 4 per totum.

Qua. / decreto / atres. / tem C. / feſta-

DISTINCTIO. XXXIII. Quæſt. I. pag. 594.

Licuitne aliquando bigamia?

RESOLVTIO.

CVm matrimonium quidem ſit contractus, & in omni cõmutatione ſtricta iuſtitia commutatorum requirat æqualitatem, quantum fieri poteſt, & id habita ratione finis, propter quem fit commutatio; Hac in re habẽda erit quoque ratio ipſius contractus matrimonialis. Is aũt duplex eſt, prolis procreatio, & fornicationis vitatio. Et quidem habitu reſpectu prioris finis, licita plane erit bigamia, cum corpus viri, quantum ad hunc attinet finem, præſtet mulieris corpore: vir quoque plures ſimul fœcundare poteſt, non contra. Si autem ſecundum ſpectes finem, eiuſdẽ ſunt momenti vir & vxor, vt oſtẽdit Apoſtolus dicens, Propter fornicationem, &c. Quocirca habita vtriuſque finis ratione, aut poſtremi d ũtaxat, illicita erit ipſa bigamia. Deinde obſeruanda erit in hac commutatione ſuperioris inſtitutio, aut approbatio, vt completa ibi reperiatur ęquitas, & iuſtitia. Superior autem inſtituit hanc cõmutationem debere fieri vnius mulieris cum vno viro dicens, Adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo &c. Quare & idipſum perpetuo eſt obſeruãdũ, niſi ipſe reuocauerit, reuocauit vero illud ipsũ olim. Et hoc quidem congrue, quando expediebat multiplicari genus humanum ad diuinum cultum, cũ pauci eſſent vere Deum cognoſcentes & colentes, quia in ſucceſſione ſangninis erat ſucceſſio religionis. Siquidem in ſolis patrum ſucceſſoribus remanſit fides, & diuinus cultus, alij vero ad idola deſciuerant, Hinc & ſacerdotibus coniugia decreta ſunt, quia in ſucceſſione familiæ erat ſucceſſio ſacerdotij. Adde quòd etiam ex parte contrahentium eſſet illud ęquum, & iuſtum. Quando enim quidpiã ſtatuitur ob duos fines, quorũ vnus eſt præcipuus, alter vero minor, conſentaneum eſt, vti illa re eo modo, quo magis prodeſt ad principalem finem aſſequendum, licet quidpiam detrahatur fini inferiori. Exemplum ſume de cibo, qui & ad delectationem prodeſt, & ad nutritionem, & hic finis (nempe nutritio) pręcipuus eſt, quare poterit quiſpiã licite veſci cibo alioqui minus ſapido, & deſectabili, ſi magis illi proſit ad nutritionẽ, & indiuidui conſeruationem. Sic & matrimonio (quod propter duos prædictos fines eſt inſtitutum) vti licebit ſecundam rectam rationem eo modo quo habetur præcipuus finis, qui eſt prolis procreatio, etſi quidpiam adima-

Gen. 2.
…r. 7.

adimatur fini minus principali. Illud autem fit cum vir ſuperueniente neceſſitate ducit plures vxores, quamobrem & illud quoq uæ iuſtum erit ex parte contrahentium, & accedente ipſius Dei ordinatione neceſſariũ. *Gene. 16.* Sic legimus Saram compuliſſe Abraham, vt ingrederetur ad ancillam, vt ſaltem ex illa prolem ſuſciperet. Sic fecerunt Lia & *Gene. 30.* Rachel. Fuit autem hæc diſpenſatio facta Patriarchis, & Prophetis per internam inſpirationem, cæteris vero minoribus, eorum exemplo, & hoc fine cõceſſum. Huiuſmodi autem vxorum quędam concubinę dicebantur, vt Agar, eo quòd non eſſent vxores pręcipuę (legitime tamen erant vxores) nec haberent regimen domus, & familiæ. Inſuper harum proles licet dotetur a patre, non tamen debebat ſuccedere hæreditati, vt patet ex Ge- *Gen. 25.* neſi. Quare non licuiſſet Abraham Agar expellere, niſi per præceptum Dei, qui voluit ita fieri ad explicandum myſterium, quòd deſcribit Apoſtolus dicens: Quoniam Abraham duos filios habuit, &c. Nunc autem id non eſt neceſſarium, propterea quòd populus Dei ſatis ſit *ad Gal. 4.* multiplicatus, & quia Chriſtus hanc diſpenſationem reuocauit, reuocans matrimonium ad primam inſtitutionem, vt ſit *Mat. 19.* vnius cum vna ſola. Quamobrem licet bello, aut clade aliqua bona pars virorum deficeret, ſuperſtitibus, pleriſque fœminis, nec adhuc quidem id licitum foret (bigamia videlicet) præter ſpeciale ipſius Dei mandatum, aut reuelationem, quæ ipſi fieret Eccleſiæ.

DISTINCTIO. XXXIII.
Quęſtio II. pag. 597.

Poteſtne is qui bigamus ante baptiſmum fuit, ſuſcepto baptiſmo ad ſacros promoueri ordines?

RESOLVTIO.

Bigamus ante baptiſmum, ſiue poſt ſuſceptũ irregularis eſt, aſſertore Auguſtino. Cui ſubſcribit beatus Ambroſius, Homicida tñ añ baptiſmũ cũ homicida fuerit nõ eſt irregularis, vt patet ex Iure canonico. Potiſſima vero horum ratio ex mente Scoti eſt ſtatutum Eccleſię (quod ſolũ eſt irregularitatis cauſa) ita decernentis: Et quidem rationabiliter. Siquidem homicida pleẽtitur irregularitatis pœna ob effuſi ſanguinis horrorem, propter quod etiam Dauid prohibitum fuit ædificare domino templum. Porro is horror baptiſmate tollitur, cum præſumatur ex lupo agnus effectus, inſtar Apoſtoli, qui ex perſecutore effectus eſt ouis, & paſtor. Ceſſante igitur cauſa, ceſſare debet effectus. In bigamo autem non ceſſat cauſa irregularitatis, & inhabilitatis ad ordines per baptiſmum, quia ſemper in eo defectus Sacramenti, id eſt ſignificationis remanet: quando quidem ſignificatio, ſeu repręſentatio deſideratur in ſacerdote perſonam Chriſti in comparatione ad Eccleſiam referente. Chriſtus enim vnicus fuit vnicæ ſpõſæ Eccleſiæ ſponſus. Iſtud autem non refert bigamus, quippe qui aut duas habuit vxores, aut

Super ... ſto. at... tum, ... fertur ... diſt. ... Acut ... Lib. d... fic ijs ... d. diſ. ... vna ... tum. ... 50. di... can. S... vidu...

1. Re...

aut vnam quæ fuit duorum. Potius aũt repræſentaret, aut Chriſtum duas habuiſſe ſponſas, aut ipſum non fuiſſe perpetuo, & ſolum Eccleſiæ ſponſum.

DISTINCTIO. XXXIII. Quęſt. 3. pag. 600.

Fuitne licitum Moſis ſectatoribus vxores repudiare?

RESOLVTIO.

CVm Moſes, vt legis diuinæ promulgator Iudæis vxores dimittere permiſerit, id quoque licitum eidem hinc fuiſſe cõſtat, ſecus (qđ abſurdũ eſt) lex ipſa anſam peccandi præſtitiſſet, ſi videlicet illicitum aliqđ impune admiſiſſet; Nulla ẽt conceſſio eorũ quæ licent, ex ſacris literis authoritatẽ haberet, cũ calumniari poſſet aduerſarius conceſ-
. ad ſionem rei illicitæ, vt commode
quæ cõmonſtrat Auguſtinus dicens:
. In Si ad ſacras ſcripturas, &c. Huc
r. E- accedit Malachias, Cũ odio ha-
arũ. bueris vxorẽ, dimitte eã dicit
ch. domiuus Deus Iſrael. Quocirca quemadmodum Deus diſpenſauit cũ patribus in bigamia propter bonum prolis, ita diſpenſauit cum illo populo duro, & rudi in repudio ad vitandũ vxori-
. 19 cidiũ, quod & ſignificauit Chriſtus dicens: Ad duritiam cordis veſtri, &c. Quocirca cum Chri-
19. ſtus dixerit, Quicunque dimiſerit, &c. hoc accipiendum eſt pro tempore legis Euangelicæ pro quo reduxit matrimonium ad primam ſui inſtitutionẽ, & integritatẽ, nempe vt decet, & vnus cum vna, & indiſſolubile, ſicut erat tempore legis naturæ. Deinde cum ait, Ad duritiã cordis veſtri permiſit, &c. hoc non arguit illud fuiſſe illicitum, ſed ob eorũ malitiã fuit illis permiſſum vxores dimittere, quod ſecus non fuiſſet conceſſum: Sed id quod erat eis vtilius fuiſſet præceptum, perpetua videlicet adhęſio vxori. Duritia enim ſubiectorum, & intractabilitas in cauſa eſt ſæpenumero, vt quippiam eis relaxetur, quodq́ alias vtilius illis foret non abrogari.

DISTINCT. XXXIIII. Quæſt. Vnica. pag. 604.

Eſtne matrimonio ineptus, qui eius actum præſtare nequit?

RESOLVTIO.

IMpotentia in pñtia alicui bifariam ineſſe põt, vel naturaliter, vt frigiditas in viro, mutilatio, &c. & arctatio in muliere, vel accidentaliter, ſeu per maleficiũ, & vtraq; iſtarũ, ſi perpetua fuerit, cũ videlicet ꝑ naturã, aut artẽ mederi nequit, & matrimoniũ ꝓcedat, impedit contrahendũ, & dirimit contractũ. Et hoc intellige quantũ ad ꝑſonã, in qua eſt talis impotentia, ſi aũt ſubſequat̃, matrimoniũ contractũ nõ dirimit. Si vero accidat contracto, & rato matrimonio, non tñ conſummato, ſcđm Canoniſtas dirimit. Doctor tamen non videtur fauere huic aſſertioni, nec bona pars Theologorũ, qñ certo conſtat antea non fuiſſe hanc impotentiam. Maleficia autem hoc modo fiunt, dæmones enim pangunt cũ hominibus, & fiant pol-
33. Q̃. 1. Et extra. de frigid. malefi.

licitis, nõ ratione fidelitatis, ſed vt hoc modo imponant hominibus, (vide Scotum, Bonauenturam, & alios in hunc locum) & alij eis adhæreant, quod non facerent ſi nullas obſeruarent pactiones, & hi quibus ſeruant promiſſa, eos colant. Ex ſuperbia quippe ſummopere optant honores diuinos. Quos quidem permittit Deus poteſtate ſua nonnullos circa aliquos actus impedire, (quos quidem actus aliàs exercerent non impediti) ob eorum ſcelera, aut aliam cauſam nobis occultam, ſicuti Maga pangens cum Satana agit, vt quempiam impediat ab actu matrimoniali cum vxore, donec maneat hmõi maleficium acu videlicet curuata, aut quippiã ſimile. Hmõi vero maleficium, ſi proborum virorum orationibus infringi poſſit, id vtiq; optimũ erit, quas ſi Deus merito non exaudiat, ſi poteſt cognoſci maleficium, & deſtruatur, non amplius talem impedit dæmon, quippe qui non aſſiſtat ex pacto ablato iã ſigno, quod quidem nedũ licet facere (deſtruere inquam opera diaboli) ſed & meritorium eſt. Non tamen hic vlla eſt infidelitas, cum non acquieſcat deſtruens operibus malignis, ſed ſciat dæmonẽ poſſe, & velle hunc impedire ſtãte pſcripto ſigno, & eodẽ amoto ab impedimento deſiſtere. Exẽplũ potes deſumere ex beata Iuſtina & Cypriano: licet etiã diſſoluere maleficia per ſcientiã acquiſitã licet a diabolo, & hoc qñ poteſt illa vti ſine inuocatiõne, & pactione cũ dęmone, ſicut potuiſſet Cyprianus, cum fuit cõuerſus. Quare cũ q̃rit̃, nũ liçeat maleficũ adire, vt maleficium diſſoluat. Reſpondetur, ꝙ ſi conſtet ipſum habere mediũ quo poſſit ſubuenire abſque inuocatione, aut pactione cũ dæmone, licet: Si autem aliter non poſſit, niſi inuocando, aut pangendo cum dæmone, non licet, quia non ſunt facienda bona, vt veniant mala. Item non licet cooperari ad actum de ſe malũ. Dicit̃ enim in Deuteronomio, Non accedes ad Ariolos, &c. Et ab Apoſtolo, Nolo vos eſſe ſocios dæmoniorum. *Deut.* *1. Cor.*

DISTINCTIO. XXXV. Quæſt. Vnica. Pag. 607.

Impeditne adulterium matrimoniũ.

RESOLVTIO.

ADulteriũ cum promiſſione & iuramento nuptiarum mortuo coniuge, aut cũ contractu ipſo, impedit & dirimit matrimoniũ, ſi ambo conſcij fuerint huius ſceleris, cũ ſimplici autẽ promiſſione, non impedit. Sin alter tm̃ conſcius fuerit, & cõtrahant eo reclamante, non diſſoluetur cõtractũ matrimonium, ſed in pęnam ſui delicti cogetur recenter conſentire: ſi vero pars inſcia reclamarit, diſſoluet̃. Deinde adulteriũ cũ machinatione in mortẽ coniugis legitimi conſimiliter impedit ac dirimit matrimoniũ. Adulteriũ vero ſolũ non impedit, neque ẽt ſponſalia, aut contractus nuda impediunt, ẽt facta viuente legitimo cõiuge: machinatio aũt in mortẽ coniugis cũ effectu, vt cum quis propriam vxorẽ occidit, vt ducat alterã, aut alterius mulieris

ris occidit virum, aut procurat eius mortẽ,vt talẽ ducat, & impedit,& dirimit. Quod ſi nõ eo animo eum occideret, non impediret. Si quiſpiã vero adhibito iuramento promittat alicui, quòd mortua propria coniuge, aut viro illius, ſi vxorata fuerit, ducet eam in ſponſam, aut de facto cum ea contrahat, ſi non interueniat inter eos adulteriũ, aut mortis legitimi cõiugis machinatio, contrahere poterunt, peccauerunt nihilominus. Prædictorũ vero rõ eſt Eccleſiæ ordinatio, has pſonas rõne adulterij & homicidij illegitimantis,vt coniuges ab eiſdem retrahat.

DISTINCTIO. XXXVI. Qõ. 1.& 2. Pag. 610.& 613.

Seruitute impediturne matrimoniũ, & puerili ætate.

RESOLVTIO.

ET ſi lege naturę liberi naſcuntur omnes filij, tamen natura duce,& dictãte parẽtibus ſubijci debent. Vnde conſtat ſeruitutem lege poſitiua introductam fuiſſe, quæ proinde vt iuſta putetur, operæpretiũ fuit aliquos voluntarie primum ſeſe hac cõſtrinxiſſe ſeruitute, aut iuſte dominantẽ flagitioſos (qui & ſibipſis, & Reipub. ſua libertate nocebant) ob ſua ſcelera in ſeruiturẽ redegiſſe, queãdmodum Noe ſubiecit propriũ filiũ Chã, & eius poſteritatẽ. Maledictus, &c. Qui aũt in bello capiuntur non pñt in hanc deſpoticã redigi ſeruitutẽ, qui vero ſerui ſunt deſpotica ſeruitute, conſentiẽtę dño eorũ nubere pñt ſciẽti eorũ conditionem. Quòd ſi herus noluerit, nihiloſecius contrahere pñt, quia non ſe priuarunt oĩ libertate, quinimmo hñt ius in proprium corpus, quare & illud pro altero pñt commutare, & cũ libera ſciente eorũ ſeruitutẽ,& cũ ancilla ſimiliter. Sin autem libera cum qua contrahit ignoret ipſum eſſe ſeruũ, nullũ eſſet matrimonium, quandoquidem ignorantia deterioris conditionis & non melioris impedit, aut æqualis. Ex quo conſequitur, ꝙ ſi eſſet ancilla, teneret matrimonium, licet ignoraſſet ipſum eſſe ſeruũ, cum æqualis ſint conditionis. Puer vero ſpõſalia quidem inire valet, non autem matrimonium contrahere, priuſquam decimumquartum attigerit annum maſculus,& femella duodecimum, quia antea communiter nequeunt debitũ reddere: In aliquibus tamen ætatem malitia ſupplet, & complexio, ideo in talibus tenet contractus. 2. quæſt.

DISTINCTIO. XXXVII. Quæſt. Vnica. Pag. 614.

Poſſuntne ſacris initiati ordinibus vxorem ducere.

RESOLVTIO.

QVi ſacros iam ordines ſuſcepere, matrimoniũ prorſus in eccleſia Latinorũ contrahere nequeunt. In cã aũt non eſt continentiæ votũ ab ordinato emiſſum in ſacri ordinis ſuſceptione, aut ſacro annexũ ordini Eccleſiæ pcepto, ſed idcirco ꝙ Ec-

cleſia haſce perſonas omnino illegitimas fecerit, perinde ac eas quæ ſe in tertio, & quarto contingunt gradu. Quare etſi contrahere temerarie præſumant, nullus eſt is contractus. Quamuis enim cæterorum materia Sacramentorum Eccleſiæ non ſit ſubiecta, quippe quæ ab ipſo Chriſto, aut Apoſtolis eſt aut dedicata, aut præſcripta, vt baptiſmi, confirmationis, ordinis, &c. matrimonij tamen & pœnitentiæ materia ipſius Eccleſiæ facultati, ac diſpoſitioni ſubiacet, propterea quod in illo cõtractus ſit, iſtud vero iuriſdictionis concernat poteſtatem. Vnde liquet eos hæc Sacramenta non recipere, qui Eccleſiæ circa hæc ſancita negligunt præcepta. Nec abs re altaris miniſtros vxoribus carere ſancitum eſt, ſiquidem ij deputantur ſacro miniſterio, quod ſane & mentis & carnis munditiam requirit, vnde, Mundi eſtote qui fertis vaſa Domini, per perſpicacitatem intellectus, & affectus feruorem, ad quæ plane diſponit continentia, & ad horum oppoſita, nempe immunditiam mentis & carnis, intellectus hebetudinem, ac affectus tempore carnalis actus frequentia deducit. Nec poteſt quiſpiam incuſare Eccleſiam, ꝙ illi præiudicet in ſuo iure, quo poteſt vxorem ducere, quia Eccleſia neminem cogit ad ſuſceptionem ordinis ſacri, & ſatis ſuperque vulgauit ſacris initiatos ordinibus inhabiles eſſe ad matrimonium contrahendum. Quocirca quilibet libere, & omnino voluntarie hanc incurrit inidoneitatem, ſeu illegitimationem.

DISTINCT. XXXVIII.
Quæſt. Vnica. Pag. 616.

Continentia votum an matrimonium impediat.

RESOLVTIO.

Votum vtique promiſſio eſt deliberatione formata, qua quidem ſeſe quiſpiam ad aliquid faciendum, vel non faciendum Deo aſtringit & obligat. Id autẽ eſt multiplex, vt puta priuatum, & publicũ, deinde ſolẽne, & ſimplex. Porro ſolẽne dr̃, quod emittitur in ſuſceptione ſacrorũ ordinũ, aut in profeſſione alicuius religionis approbatæ: Et hi duo modi ſunt iuris tm̃. Additur aũt ſuſceptio veſtis ſacræ, quæ tantũ profitentibus dari debet. Alio aũt modo ab his emiſſum continentiæ votũ ſimplex dr̃, licet coram multis fiat, dicitur proinde ſolenne votum, non ꝙ propterea ſit publicũ, ſed quia habet in ſe quidpiam annexum, vt in publicum deuenire debeat, & quia per illud vouens redigitur in alterius poteſtatem, vt patet in ſacerdote reſpectu Epiſcopi, & in religioſo reſpectu ſui prælati. Votum autem ſimplex, licet impediat matrimonium contrahendum, quia tales nequeunt contrahere, diſplicet enim Deo infidelis & iniuſta promiſſio eius. Itẽ, Vouere & reddite, &c. *In proœ Pſalmiſta.* nõ tamen dirimit iã contractũ. Solenne verò ſimpliciter, & prorſus impedit, quare ſi huiuſmodi præſumant contrahere, nihil faciunt. Ratio autem horũ poteſt aſſignari duplex, prima quia vouens ſolenniter continentiã, dat

dat facultatē ei inter cuius manus emittit votum, vt poſſit eū cogere ad perpetuo ſeruādam continentiam. Vouens vero ſimpliciter non id facit. Qui enim emittit votum ſolenne, alienat a ſe nedum ius vtendi ſuo corpore, ſed etiam poteſtatem ipſam. Vouens vero voto ſimplici, ius vtendi ſuo corpore, a ſe quidem alienat, non autem ipſam poteſtatem, quā penes ſe retinet. Quocirca ſi eam alteri dederit, tenet, licet peccet. Quēadmodum igiť puer cōtrahere nequit, ob id ꝙ non habeat potentiam ad actum carnalem (& nemo dat qđ non hēt,) eadem rōne, nec qui ſolenniter vouet, qa non habet potentiam ad actum carnalem, ſiquidem eam iam
Ac͡t. 4. dedit Deo, & eccleſiæ, aut religioni. Hæc porro horum votorum dr̄ia elicitur ex actib. Apoſtolorum, vbi refertur quomodo fideles deferebant bona ſua ad pedes Apoſtolorum & a ſe, & vſum & dominium inter manus Apoſtolorum alienabant, vnde Ananias, & Saphira, ꝙ hoc fregiſſent votum, puniti fuere. Secunda rō (quæ eſt Scoti) eſt ſtatutum eccleſiæ vouentē ſolenniter illegitimantis, non autem vouentem ſimpliciter. Et huius cauſa fuit, qa ille ſe poſuit in poteſtate eccleſiæ, quantum attinet ad caſtitatem ſeruādam, non ſic iſte, ſed ſolū in manu Dei, iō & eccleſia relinquit eum diuino iudicio, & licet peccet mortaliter, non tn̄ illegitimat, quia ſequeretur maius malum, cum non omnia mala puniat, vide Driedonem. Quāuis
libert. riſtian. a. autem ſtatutum prædictæ illegitimationis ſit ab eccleſia, ipſa tamē illegitimatio eſt a Deo, & Spiritu ſancto aſſiſtente eccleſiæ, & tale ſtatutum approbāte, iuxta illud actuum Apoſtolorū, Act. 15.
Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis, &c. & illud Pauli, Congregatis vobis, & meo ſpiritu cū virtute Domini noſtri Ieſu. 1. Cor. 5

DISTINCTIO. XXXIX.
Quæſt. Vnica. Pag. 618.

Vtrum diſpar cultus matrimonium impediat.

RESOLVTIO.

INter infideles quidē poteſt eſſe matrimonium, & idē legitimum, cū nulla naturali, aut diuina lege prohibeatur. Nec obſtat quod in eorum coniugijs non reperiantur pfecte tria matrimonij bona, nam ea ad connubiū fidelium Chrianorū dūtaxat pertinent. Deus ēt cū primum conceſſit hoībus mr̄imonio cōiugi, eiſdē quoque conceſſiſſe putatur. Verumtn̄ eorū matrimonia non ſunt prorſus rata, & indiſſolubilia, cū ex cōuerſione alterius ad fidē Chri 1. Cor. 7
diſſolui poſſint, aſſertore Paulo, Quod ſi infidelis diſcedit, &cæ. fortius enim vinculū diſſoluit minorem obligationē, qn̄ vtrunque ſimul conſiſtere nequit. Qđ accidit qn̄ infidelis renuit cohabitare cum fideli, aut ſi velit, nō tamen abſq; iniuria, & blaſphemia Saluatoris, & cum inductione fidelis ad infidelitatē. Inter fidelem autem & infidelem eſſe poteſt matrimonium ante fidem contractū, & licite, vt oñdit Apoſtolus, Vir fidelis nō di 1. Cor. 2.
mittat, &cæt. aliàs ſuaderet ipſe

 forni-

fornicationem, aut quidpiam illicitum. Veruntamen non licet nunc fideli contrahere cũ infideli, propterea ꝙ eccleſia tales illegitimauerit perſonas, & merito quidem, quia ibi deficeret completum, & perfectum prolis bonum, quod eſt educatio ad cultum veri Dei. Deinde nõ eſſet annexum ſacramentũ proprie dictum. Poſtremo nõ eſſet inter eos indiſſolubilitas, nec eſt ſpes ꝙ infidelis conuertatur, quia ſi priuſquam contrahat noluerit conuerti, vt poſſit cum Chriſtiano contrahere, non eſt veriſimile, ꝙ poſtea conuertat̃.
Gen. 41. *Exodi 2.* *Heſter. 2.* Olim iſtud a patribus non obſeruabatur, vt a Ioſeph, Moſe, Heſter, quia nondum erat inſtitutum. Deinde neceſſe erat illis maius vitare incõueniens, eratque probabile infidelem conuerti contubernio fidelis.

DISTINCTIO. XL.
Quęſt. Vnica. Pag. 622.

Num carnalis cognatio matrimonium impediat.

RESOLVTIO.

Conſanguinitas eſt vinculum perſonarum ab eadẽ perſona carnali propagatione deſcendẽtium, A condito autem orbe fuit ſemper conſanguinitas, ſeu aliqua propinquitas matrimonium impediens. *Gen. 2.* In lege naturæ propinquitas in linea deſcendẽtiũ, & ea ſola, iuxta illud, Relinquet hõ, &cæt. In lege Moſaica fuit facta prohibitio, quantum ad aliquos gradus vlteriores, *Leuit. 18.* Omnis homo ad propinquam conſanguinei ſui non accedat, &c. Cã vero huius prohibitionis fuit ad tollendam libidinis occaſionem, quæ ſuboriri poſſet ex frequenti earum perſonarum cohabitatione, ſi cum illis contrahi poſſet matrimonium. In lege euangelica Chriſtus cõfirmauit quidem prohibitionẽ factam in lege naturæ, ſed non eam quæ erat in lege Moſis, nec aliã ſubaddit. *Matt. 1[9].* Sed eccleſia olim vſque ad ſeptimum gradum illegitimauit, cum ferueret charitas inter Chriſtianos, ſubinde reſtrinxit vſque ad quartum dũtaxat, propterea qđ refrigeſceret inter fideles charitas, ipſaque quidem vſque ad quartum gradum ratione conſanguinitatis permanet, ſed poſtea tepeſcit inter eos, perinde ac ſi eſſent extranei, ideo voluit eam ꝑ matrimonium inſtaurari. *Ext. de [conſan]guine, ca. Non de[bet].*

DISTINCTIO. XLI.
Quæſt. Vnica. Pag. 624.

Vtrum affinitas impediat matrimonium.

RESOLVTIO.

Affinitas eſt vinculũ quoddam perſonæ ad perſonam aliquã ex carnali copula, cũ perſona altera conſanguinea contractum. Quare ad affinitatem proprie dictam, q̃ impedit matrimoniũ exigit̃ carnalis cõiunctio, & nõ ſufficit ꝙ ſit vxor, nec oportet mulierem eſſe vxorem, q̃nquidem ex carnali coniunctione ẽt illicita contrahitur affinitas. Si tamen extenſius accipias vocabulum, affinitas quoque erit, cũ

vxore non cognita, & cum ea cū qua contracta ſunt ſponſalia, licet per verba de futuro. Et hæc affinitas vocatur iuſtitia publi-
. de cō cæ honeſtatis. Impedit autē ma-
ui & trimonium affinitas vtraque, &
nt ca. proprie, & extenſe ſumpta, & in
dēt, eodem gradu, in quo conſan-
n 6. de guinitas. Hoc vero intelligitur,
ſa. & ſi talis affinitas matrimonium
ri. ca. præcedit, nam ſi ſubſequeretur,
ſponſa non dirimeret, priuaretur tamē
ſ. huiuſmodi, is videlicet qui talē affinitatem induceret, iure petē di debitum, vt patet ex iure ca-
. de eo nonico. Quod autem affinitas
cogno. matrimonium impediat, in cau
n. vx. ſa non eſt niſi eccleſiæ inſtitutio
. has perſonas illegitimantis, con formiter ad ius diuinum, vnde
i. 18. in Leuitico, Vxorem fratris ſui
nt. 20. nemo accipiat, quia turpitudo eſt, &c. Qui duxerit vxorem fratris ſui, rem facit illicitam. Inde etiam elicitur hoc malum eſſe, quia nihil turpe, aut illicitum, niſi malum. In recta tamen linea affinitas cenſetur eſſe iuris naturæ, & diuini, quod colligi-
nr. 5. tur ex increpatione illius Corinthij, Omnino audit inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes, &c. Vbi innuit Apoſtolus gē tes ſolo lumine naturali abhor-
tt. 14. rere a tali cōmercio. Porro Ioānes Herodem increpabat, ꝑpea ꝙ fratre adhuc ſuperſtite eius duxerat vxorem, qđ oſtendit Ioſephus, Ioannes .n. eum arguebat anno 2. ſuæ prædicationis, q
. anti erat 16. Imperij Tyberij Cæſaris:
atū. Nam anno 15. intrauit, vt habe-
ſ. tur apud Lucam. Et Philippus obijt anno Imperij Tyberij Cæ ſaris 22. Quocirca ex hoc facto non poteſt aſtrui affinitatem in collateralibus lineis eſſe iuris naturæ, aut diuini.

DISTINCTIO. XLII.
Quæſt. Vnica. Pag. 625.

Vtrum cognatio ſpiritualis impediat matrimonium.

RESOLVTIO.

COgnatio ſpiritualis eſt vinculum contractum ex diſpenſatione ſacramentorum baptiſmi, & confirmationis, nam ſicut homo per carnalem cognationem accipit eſſe naturale, ita in regeneratione accipit eſſe gratiæ. Species aūt huius cognationis (rōne vtriuſq; ſacrī) ſic computantur. ¶ Prima dī paternitas, q̄ eſt inter regeneratum, & regenerantem, ſiue regenerans miniſtret ſacrm̄, ſiue teneat ad ſacramentum, etiam ſi tenentes ſint plures. ¶ Secunda eſt compaternitas, quæ eſt inter regenerantē, miniſtrantem, ſeu tenentes ad ſacramentum, & genitores regenerati. Et obſerua ꝙ ſi miniſtrā tes, vel tenentes fuerint coniugati, & conſummauerint matrimonium, tranſmittunt hanc paternitatem ad vxorem, ſeu virū, ſic ꝙ vxor cognita, vel vir efficitur compater genitoris leuati ab altero illorum. ¶ Tertia dicitur confraternitas, quæ contrahitur inter regeneratū, & filios regenerantis miniſtrantis, vel tenentis ad ſacramentum. Impedit autem hęc ſpiritualis cognatio in prædictis perſonis matrimonium ſimpliciter, ſi ipſum præcedat. Si vero ſequatur non dirimit, ſed impedit quo ad exactionem debiti, ſi ſine neceſſitate contrahitur. Huius autem ratio eſt eccleſiæ ſtatutū haſce

1.Cor.4. perſonas illegitimantis. Et congruitas
Galat.4. oſtenditur ex illis Apo-
Ad Phile. ſtoli, Nam ſi decem millia Pædagogorum,&c.Filioli mei, &c. Obſecro te pro filio,&cæt. Hos habebat; Paulus filios rōne fidei,& baptiſmi, & confirmationis.Porro vir,& mulier tenentes puerum ad ſacramentum,nullā contrahunt ſpiritualem cognationem, quamobrem & contrahere poſſunt matrimonium. ¶ Cognatio legalis eſt propinquitas perſonarum ex adoptione proueniens,eius ſpecies ſunt tres.¶Vna veluti deſcendentiū, quæ eſt inter adoptantem & filiam adoptatam. ¶ Secunda eſt quaſi collateralium,quæ eſt inter liberos naturales adoptantis,qui ſunt in eius poteſtate, & adoptatum. ¶ Tertia quæ eſt tanquam affinitas, quæ eſt inter adoptatum & vxorem adoptantis, & contra,inter vxorem adoptati & adoptantem. Impedit autem hæc legalis cognatio matrimonium contrahendum, & dirimit contractum ſecundum communem opinionem,prima ſpecies,& tertia ſemper, ſecunda non,niſi quamdiu ſunt in poteſtate eiuſdem patris,quare ea ſoluta,vel morte,vel emancipatione filij adoptiui ,aut naturalis vel alio modo,non eſt impedimentum.Porro cognatio legalis ex adoptione,& adrogatione conſurgit,& vtroq; modo impe-
Exod.2. dit.Iſta autem cognatione Moſes erat cognatus filiæ Pharaonis,& Nathan , ſecundū aliquos ipſi Dauidi. Aiunt enim ipſum non fuiſſe naturalem Dauidis filium,ſed legalem , ſeu adoptiuum. Vnde & aſtruunt Lucā genealogiam Chriſti deſcribere ſecundum cognationem legalem . Ex quo conſequitur olim hanc cognationem legalem a Deo fuiſſe approbatam ,& ſanctis patribus.Non eſt mirandū ſi tanta ſollicitudine hęc omnia obſeruet eccleſia in matrimonio quo Chriſtiani vtuntur, cum per illud propagetur populus Chriſtianus, ac per hoc ex pacto contrahi debeat, vt in ipſius vſu omnino caueatur quidquid charitati erga Deum,& ꝓximum derogare poſſet,ſimulque ſeruetur quidquid honeſtati congruum videri poteſt, vt ſic per honeſtum Chriſtianorū matrimonium adumbretur bñdicta illa Chriſti cum eccleſia coniunctio , de qua Apoſtolus, Ephes.
Sacramentum hoc magnū eſt, dico autem in Chriſto & in eccleſia , Quæ quidem nunc per fidem , & dilectionem exiſtens, olim per viſionem , & fruitionē perfectam futura eſt ſponſa nō hn̄s maculam,neque rugam cū ſponſo ſpecioſo præ filijs hominum , cui cum Patre , & Spiritu ſancto honor & gloria in ſecula ſeculorum,Amen.

DISTINCTIO. XLIII. Quæſt.I.Pag.632.

Eſtne futura generalis hominum reſurrectio.

Resolutio.

Reſurrectionem omnium mortalium poſſibilem oſtendit Dei opt. maxi. Luca
omnipotentia, de qua apud Lucam, Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum, id eſt, factum , vnde & illud Matthæi, Apud Deum om- Mat.
nia

nia poſſibilia ſunt. Ex parte quo que ipſorum hominum id fore poſſibile conſtat ex eo, ꝙ non implicet contradictionem, qua re & fieri poterit. Quod autem reipſa futura ſit, patet ex veritate fidei Chriſtianæ, quæ hoc ipſum veluti articulum fidei exprimit in Symbolo Apoſtolorum, Carnis reſurrectionem. In Symbolo Niceno, Expecto reſurrectionem mortuorum. & in Symbolo Athanaſij, Omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis, &c. Deinde & iſtud expreſſiſſime in plerisque ſacræ ſcripturæ locis continet,
Sicut pater ſuſcitat mortuos,
.5. & cæte. Cum autem venerit fi-
. 25. lius hominis in ſede maieſta-
Thes. tis ſuæ, congregabuntur ante eum omnes gentes, &c. Omnes
Ma- quidem reſurgemus, & cæ. Niſi
12. eos qui ceciderant reſurrecturos ſperaret &c.

DISTINCTIO. XLIII.
Quæſt. II. Pag. 638.

Apprehenditne naturalis ratio futuram hominum reſurrectionem?

RESOLVTIO.

Futuram mortalium reſurrectionem ſi quiſpiam naturali aſtruere ratione adlaborat, eam de ſumat oportet a ſpecifica hominis forma, vel operationem eidem ſecundum hanc formam competente. Siquidem a materia, aut alia corruptibili forma trahi nequit. Hoc autem fiet, ſi lumine naturali horum trium axiomatum veritatē deprehendere, ac commonſtrare poſſit, videlicet quod intellectiua anima ſpecifica ſit hominis forma, deinde quod eadem ſit incorruptibilis, tertio quod ipſa non perpetuo extra corpus remanebit. ¶ Et quidem primum naturali intellectus acumine cognoſcitur, nam & id demonſtrarunt philoſophi, vt Ariſtote- 2. de aīa.
les dicens, animam eſſe actum corporis phyſici organici, &c. & 2. de aīa.
De parte autem animæ, quæ cognoſcit, & ſapit, &c. Omnes inſuper philoſophi in hominis definitione poſuerunt rationale, intelligentes per illud animam intellectiuam eſſe eſſentialem hominis partem. Huc accedit ra
tio deſumpta ex propria homi- 2. de aīa.
nis operatione. Homo enim et 1. Eth.
intelligit proprie ſecundum philoſophum, igitur anima intellectiua eſt propria hominis
forma. Deinde philoſophus col 1. Ethic.
locat hominis fœlicitatem in intelligentia, & in contemplatione ſubſtantiarum ſeparatarum, quare ſequitur hanc operationem proprie homini competere. Adde quod cognoſcamus pleraque obiecta inſenſibilia, vt naturas communes, & relationes tam reales, quàm rationis, Item quod aſſentiamur primis principijs, & alijs euidentibus complexionibus, ſic vt non poſſimus diſſentire, quorum cognitio per ſenſum haberi nequit. Tandem experimur nos reflecti ſuper actum talis cognitionis, Quantum autem non eſt ſuper ſe reflectiuum. Ex quo oportet hæc ab intellectiua anima manare, vnde & ipſam eſſe hominis formam manifeſtum euadit. Idem quoque aſtrui poteſt ex hominis voluntate, ſiqui

dem

dem homo dominus eſt ſuorū actuum,& oblato obiecto,ſubeſt eius facultati ipſum proſeq, vel reſpuere. Hæc autē facultas non competit ſecundū ſenſum, quia appetitus nequit non proſequi conueniens ſibi obiectū, & diſconueniens nō negligere, ergo conuenit rei ſecundū animam intellectiuam, igitur & ipſa eſt hominis forma.¶Secundū autem axioma, vt puta ꝙ anima ipſa intellectiua ſit immortalis, videtur quoque naturali
2. de aīa. lumine notum. Quandoquidē Ariſtotelem plerique in locis
3. de aīa. id aſſerere apparet, Ait enim, Intellectus ſeparatur a cæteris, ſicut perpetuum a corruptibili, & alibi hoc ponit inter ſenſum & intellectum diſcrimen, ꝙ excelens ſenſibile ſenſum corrumpit, quo fit vt poſtea non adeo exacte perpendat minus ſenſibilia. Intellectus autem non ſic, quinimo intellectis ſummis intelligibilibus, perſpicacius deinde inferiora intelligit, Ex quo colligitur intellectum non debilitari operando, & ex conſequenti ipſum eſſe incorruptibi
12. metaſ. c. 1. lem. Deinceps idem ait, Si autē poſterius (id eſt, poſt ipſum compoſitum) aliquid manet, perſcrutandum eſt, in quibuſdam eñ nihil prohibet, etſi anima eſt tale, non omnis, ſed intellectus, ergo mens eius fuit quod anima maneret poſt eius compoſitū.
16 de animalibus. Inſuper dicit, Relinquitur ſolū intellectus de foris aduenieus, igitur non accipit eſſe per gñationem, ſed a cauſa extrinſeca, ergo nec deſinet eſſe per corruptionem, cum eius eſſe nō ſubſit tali cauſæ, ſed ſit a ſuperiori cauſa. Rationes etiam deſumi pñt ex aſſertione Philoſophi,

ait enim Commentator, naturale deſiderium non eſſe fruſtra, Com... ter. 3 com...
atqui anima habet naturale deſiderium ad ſemper eſſendum, ergo non erit in ea fruſtra, ſed ſatiabitur tandem. Deinde ait 7. M...
Ariſtoteles, materia eſt qua res poteſt eſſe, & non eſſe, igitur illud quod materia caret, hanc non habet potentiam, anima materiam non habet, cum ſit forma ſimplex ſecundum eum. Poſtremo aſſerit, quod fortis de 3. ...
bet ſe exponere morti pro Re- Ethi...
publicæ & hoc ait ſecutus iudicium rōnis naturalis, ergo & ſm illud poteſt cognoſci animæ immortalitas. Patet quia nullus propter quodcunq; bonum virtutis poteſt licite appetere omnino non eſſe, ſed ſi anima non eſſet immortalis, moriens prorſus amitteret eſſe. Ex his apparet philoſophum ſenſiſſe animam eſſe immortalem. In c...
Sed re vera dubius nihilomi- 7. Me...
nus fuit in hac aſſertione, nam ait formam non poſſe manere ſeparatam a parte materiali, toto non manente, anima autem eſt forma hominis ſecundum ipſum, ergo ſequitur quod non ſuperſit corrupto toto. Deinde 1. de ...
ipſe impugnans Platonem, dicit lo.
mundum incepiſſe, & non deſiturum, habet enim pro incompoſſibili aliquid incepiſſe, & eſſe perpetuum, ac incorruptibile. Ait enim omne quod incepit eſſe, deſinet eſſe, anima ſecū dū ipſum incepit eſſe (quia nō conceſſit eam perpetuo pceſſiſſe ſine corpore, nec prius in alio corpore) ergo ſequit ꝙ deſinet eſſe. Ait quoque in Phyſicis, Cuius eſt principiū, eius finis eſt, vnde dubiū eſt quid de animę 8 Phy...
immortalitate ſenſerit Philoſo- de inſi...
phus,

phus: Siquidem varie in diuerſis locis loquitur,& habet diuerſa principia, ex quorum aliquibus videtur ſequi animam eſſe immortalem, ex aliis vero quòd ſit mortalis. Quare veriſimile eſt ipſum fuiſſe dubium in hac concluſione. Deinde (& melius) dicitur quòd anima quæ aſſerebatur a Philoſophis non erat ab illis per neceſſariam rationem naturalem probata, ſed plerunque non habebāt, niſi quaſdam probabiles probationes, vel vulgarem præcedentium Philoſophorum opinionem. Vnde & Philoſophus loquens de aſtris, citat opinionem Ægyptiorum, & Babyloniorū, a quib⁹ dicit multas credulitates habendas de vnoquoque aſtrorum. Adhuc ſyncerius dici poteſt cum Rabinis Iudæorum, quòd Moſes fuerit primus præceptor omnium Philoſophorum, & Catholicorum. Quare ſi Philoſophi dixerint aliqua noſtræ fidei conformia (vt de animæ immortalitate, mundi inceptione, & conſimilibus) id non inuenerunt ratione naturali, ſed ex relatione, aut lectione codicum ipſius Moſis, aut aliorum, qui diuinitus in his edocti fuerant. Exemplo eſt Mercurius Triſmegiſtus dicens: Monas gignit monadem, & in ſe ſuum reflectit amorem, vbi exprimit proceſſionem Trinitatis. ¶ Tertium axioma, videlicet quòd anima intellectiua nō perpetuo remanebit ſeparata a corpore duobus medijs lumine naturali cōprobari videtur. Primum ꝙ pars extra totum ſit imperfecta, & non ſit vero ſimile, formam adeo nobilem ſemper manere imperfectam, ergo nec a toto ſeparatā. Deinde ꝙ nullum violentum ſit perpetuum: ſeparatio autem animæ a corpore eſt violenta, cum ſit contra naturalem eius inclinationem ex Philoſopho: Siquidem naturaliter inclinatur ad corpus perficiēdum, vnde conſequens eſt, hanc ſeparationem nō fore ſempiternā. Nihiloſecius rationes hæ minime concludunt. Prima.n. probat de partibus, quæ perfectionem aliquam in toto recipiunt, cuiuſmodi non eſt anima, quinimmo ſuam perfectionē cōicat corpori. Et ſi Philoſophus indubitato tenuiſſet animæ immortalitatē, potius aſſeruiſſet animā perpetuo manere ſine corpore, ꝙ̃ in corpore, quia ſm eundem omne compoſitum ex contrariis eſt corruptibile. Secunda ratio quoque non eſt efficax, nam (vt ait Auicenna) appetitus animæ ſatiatus eſt, quādo ſemel perfecit corpus. Nam ideo inclinatur ad corpus, vt mediantibus ſenſibus recipiat ſuas perfectiones, quas ſi ſemel receperit, non amplius corpori afficitur. Ex his liquet trium illorū axiomatū ex quibus deſumitur rō a priori ad probandā reſurrectionem naturaliter, primū duntaxat lumine naturali oſtendi poſſe, reliquā vero nequaquam, quare nec reliquum oſtendere valeat. Quòd ſi a poſteriori quiſpiā oñdere voluerit futurā mortaliū reſurrectionē, idq; lumine naturali, nihil minus efficiet. Nā ſi dixerit deſiderium naturale non poſſe eſſe fruſtra authore Philoſopho, atqui hō naturale hēt deſiderium ad ſemper eſſe, & iſtud cognoſcit per rōnem naturalem, cum naturaliter hō mortē refugiat, ergo deſideriū tale complebitur. *In Proœ. Metaphy.*

De-

1. Ethi. Deinde omnes naturaliter appetunc beatitudinem, ſed illa eſt ſempiterna. Reſpondetur non poſſe probari deſiderium naturale ad aliquid, quin prius oſtẽdatur poſſibilitas in natura ad illud conſequendum. Deinde Philoſophus non loquitur de beatitudine vera, quę conſiſtit in Dei viſione, & fruitione, ſed de ea quę etiam in hac vita poteſt haberi. Si adhuc inſtes pleroſque non pręmiari in hac vita ꝓ actibus ſuis ſtudioſis, immo probos ſæpius magis affligi, ergo remunerabuntur poſt hanc vitam. Reſpondetur, non eſſe notum per rationem naturalem, quòd ſit Heb. 10. vnus rector hominum ſecundũ legẽ iuſtitię diſtributiuę, & pu- Act. 17. nitiuæ, ſed ſola fide, Accedentẽ 26. 1. Cor. ad Deum, &c. Apoſtolus quoq; 15. oſtendens reſurrectionem, exẽplo graui & reſurrectionis Chriſti, vtitur perſuaſionibus, & non rationibus demonſtratiuis, aut aſſumit præmiſſas ex creditis, & non naturaliter notis, vnde & Philoſophi Athenienſes perſpica Act. 17. ciſſimi ingenij, cum Paulus illis aſtrueret reſurrectionem, dicebant, quòd nouorum dæmoniorum videbatur anunciator, & Feſtus magna voce dixit, inſa- Act. 26. nis Paule. non igitur per naturalem rationem probari poteſt. Ex his apparet quantæ gratiæ ſint agendę miſericordiæ creatoris, qui nos per fidẽ certiſſimos reddidit eorũ, quę ad noſtrum ſpectant finem, & perpetuitatẽ ſempiternã, ad quę ingenioſiſſimi, & erudentiſſimi viri non potuerũt peruenire. Sed ſi fides adſit, quę eſt in illis quibus dedit filius Dei, fidei nulla quęſtio eſt, quia ſuos credentes huius certiores reddidit, Ibunt hi in ſupplicium ęternum, &c. Et de reſurrectione mortuorũ, &c. Æternum glorię põdus. &c. Vide ſcutum fidei in fine, & Bunderium.

Ma. Ma. 2. C Fol. Tu ſur.

DISTINCTIO. XLIII. Quæſt. III. pag. 652.

Poteſtne natura reſurrectionis eſſe cauſa?

RESOLVTIO.

IN ea fuit Plato opinione, & eius ſectatores, vt putarint per circuitus temporum eadem redire omnino, vt puta poſt 36. millia annorum, quod ſanè ſpatium temporis magnum vocant annum. Mouebantur autem hac rõne, nam (inquiebant) redeunte eadem cauſa, redibit idem effectus, exacto autem prædicto tẽporis ſpatio, omnia cœleſtia corpora ad eũdẽ redibunt ſitũ, vt patet ex Ptolomęo aſſerente cęlũ ſtellatũ in centũ annis motu proprio contra motum diurnum moueri duntaxat vno gradu. Ex quo manifeſtum euadit illius proprium motum compleri in 36. millibus annorum, igitur eadem numero tunc redibunt. Sed hęc eorum ratio diminuta eſt, quandoquidẽ effectus non dependet ſolum a cauſa efficiente, ſed etiam a materia, quę non poterit eſſe diſpoſita in eodem cœli ſitu. Et fulcrum quod definitur in Ptolomęo, non eſt omnibus Aſtrologis approbatũ, immo plerique negant talẽ motum octauo cœlo, vt Thebit dicens ipſum moueri motu acceſſus & receſſus in quibuſdam paruis circulis deſcriptis ſuper prin-

In geſt.

principium arietis & librę noni cœli. Deinde actus liberi arbitrij non ſubſunt influentię cœli, quod tamen ex ea opinione ſubſequitur. Nam & ipſi dicebāt ſicut & in hoc ſeculo Plato, & in ſchola quæ Academia dicta eſt diſcipulos docuit, ita per im
ci- mutabilia retro ſecula, & idem
13. Plato, & eadem ciuitas, & eadē
5. ſchola, iidemque diſcipuli repe
c.4. rientur. Hanc inſuper opinionē
11. refutat Auguſtinus p locos ſa-
1. cra ſcripturę, Chriſtus reſurgens ex mortuis, &c. Semper cum domino erimus &c. Tu aūt domine ſeruabis nos, &c. Quod ſi adduxeris illud, Nihil ſub ſole nouū, &c. Hoc intelligitur ſecundum ſpeciem, non ſecundū indiuiduū, precesserūt enim ea quæ recenter fiūt alia eiuſdem ſpeciei. Deinde cunctę quę fiūt pręceſſerunt in cognitione, & ordinatione diuina, & nihil hac rōne nouū eſt. Gotfredus proinde
te- Theologus prorſus negat aliqua redire eadem poſſe numero per actionem naturalem, & adfert illud Philoſophi, Quorum ſubſtan
4. tia perijt non reuertentur eadē numero. Scotus autem ſubſcribit opinioni Richardi dicentis, Quod etſi omnia non poſſint redire eadem ſecundum numerū actione naturali, aliquid tamen redire poteſt idem numero. Nā vt ait Philoſophus, Si agens idē, & materia eadem, effectus erit idem: & ad locum Ariſtotelis adductum a Gotfredo, ait Ariſtotelem ibi aſſignare diſcrimen inter reuolutionem corporum ſupernorum, & inferiorum dicēs: Quorum ſubſtantia perrijt non reuertitur eadem numero, ſic illa quę redeunt eadem per motū circularē, quia ſubſtantia eorū nō corrumpit̃, ideo talia redeūt ſine corruptione pręcedēte, nō ea quę corrumpuntur. Quantum autem attinet ad hominis reparationem poſt mortē, licet appareat idem corpus humanū per agens naturale reparari poſſe, ſuppoſita tertia opinione, cū & electi ꝓgnati a reprobis fuiſſent ab alijs generati parētibus ſi Adam non peccaſſet, tamē nō poteſt reparari per agens naturale eo modo quo in reſurrectione reſtaurabitur: Nec anima intellectiua corpore depoſito reuniri eidem pōt ab alio, quàm a Deo, ſicut nec in prima hominis productione.

DISTINCTIO. XLIII.
Quæſt. III. pag. 662.

Vtrum Reſurrectio ſit naturalis.

RESOLVTIO.

Cum naturale diuerſis opponat̃ nēpe ſupernaturali, violēto, & libero, ęquiuoce quoque accipit̃, & pertinet aliqñ ad principiū actiuū, aliàs vero ad principiū paſſiuū. Primo mō opponit̃ libero, & ſupernaturali. Secūdo mō violēto, & neutrali. Si igitur accipiat̃ naturale in qōne ex parte paſſi, id eſt, ex parte corporis, vel materię, erit vtiq; reſurrectio naturalis, vt naturale opponit̃ violēto, qa tale paſſū ad talē formā naturaliter inclinat̃. Si vero accipiat̃ naturale ex parte agētis neutro, nō erit naturalis, qa fiet ab agēte libero, & ab agēte ſupnaturali, q viuificabit mortalia corpora noſtra. Vñ, Saluatorē expectamus Dominum noſtrū Ie

Ex.1.Topic.c.12.

ſum

Roma. 8. ſum Chriſtum, qui reformabit
Philip. corpus humilitatis noſtrę conſi guratum corpori claritatis ſuæ.

DISTINCTIO. XLIII.
Queſt. V. pag. 667.

Reſurrectio homini. an fiet in inſtanti.

RESOLVTIO.

CVm reſurrectio ſecundum Damaſcenum, ſit reiterata eius quod cecidit ſurrectio, & totus homo in morte ceciderit per ſeparationem animæ intellectiuæ a corpore. Deinde ceciderit & corpus ipſum, dum fuit in aliud reſolutum, operępretium eſt vt hæc duo reparentur, & prius natura corpus ipſum, quàm totus homo, & ad corporis reintegrationem opus eſt, vt partes materiæ illius diſperſę primum recolligātur. Hæc autem partium
Mat. 24. materiæ recollectio (quia fiet per Angelos, Mittet filius hominis Angelos, & cætera.) non fiet in inſtanti, quia angelus in inſtāti corpus mouere non pōt. Formatio vero corporis, quia diuina fiet virtute (cū Angelus ſubſtantiam producere nequeat) fiet in inſtanti, cum omnia ad nutum ipſi Deo obtemperent, dixit enim & facta ſunt, nec fiet hęc corporis mixti reformatio per motum, ſed per mutationem. Reparatio quoque totius hominis, ſeu vnio animæ intellectiuę cum corpore in inſtanti fiet, cū a ſolo Deo fieri poſſit, cui nihil reſiſtit. Deinde quia non poteſt eſſe ſucceſſio in receptione formæ, niſi propter partes formæ, vel propter partes corporis, quarum vna prius recipit formam, quàm altera, neutrum autem ibi inuenitur in inſtanti, ergo corpus animabitur, & in eodem inſtanti in quo formabitur. Si vero curioſius perſcruteris, an in eodem inſtanti omnes reſurgent, Beatus Auguſtinus aſſerit, quòd illi qui reperiē- 1 o.a
tur mortui in aduentu iudicis ui. c.
prius tempore reſurgent, quàm & 2
illi qui reperientur adhuc viuere, ſicut illi viui, iuxta Apoſtolum, prius rapientur obuiam Chriſto in aera, & ibi (aſſertore Auguſtino) morientur: Nam ſta- 1. Th
tutum eſt hominibus ſemel mo 4.
ri. Item omnes quidem reſurgemus, &c. Et ſubito poſtea reſurgent, & ſic eorum reſurrectio ſubſequetur aliorum reſurrectionem. Sed quo inſtanti diei Heb
naturalis reſurgēt homines? Re 1. T
ſpondetur, quòd cum quodlibet inſtans eandem habeat ad partes diei naturalis habitudinem, ſiquidem inſtans mediæ noctis vnius orizontis, eſt inſtans meridiei in oppoſito orizonte, & conformiter de ſingulis, de hoc diſſerendum erit habito reſpectu ad regionem terrę ſanctę, vbi in valle Ioſaphat iuxta vulgarem opinionem omnes congregabuntur, & dico cum Chriſto, de die illo, & hora nemo ſcit. Quod enim aliqui dicunt nos reſurrecturos hora qua Chriſtus reſurrexit, aut qua iudicatꝰ fuit a Pilato, aut qua expirauit, hoc incertum eſt. Sic & eorum aſſer
tio, qui dicunt reſuſcitationem Mat
fiendam media nocte, nā quod
aſſerunt ex Matthęo, Media au- 1. T
tem nocte clamor, &c. & ex Apoſtolo, Dies domini, ſicut fur in nocte, &c. hoc arguit, non determina-

minatum tempus, ſed potius in
certitudinem ſui aduentus. Ad-
ueniet enim cum homines ne-
que cogitabunt, neque ſpera-
bunt, tanquam latens enim ſu-
i. 2. peruenient in omnes, & ſuper om
nes qui ſedent ſuper faciē terrę.

DISTINCTIO. XLIIII. Quæſtio I. Pag. 671.

Vtrum in quolibet reſurget totum quod fuit vera pars ſua natura.

RESOLVTIO.

nchi- QVemadmodum ait
um c. Auguſtinus in En-
& 20. chiridium, & in li-
ui. c. bro de ciuitate
Dei, Caro reſtuara-
.2.li. bitur de toto, quo caro noſtra
iuit exstiterat, & Hieronymus, Certe
ia -- in reſurrectione eadem erit cor
porum ſubſtantia, qua nunc vti-
10. mur. Id quoque ſignificatiue
21. Chriſtus ipſe expreſſit, Veſtri ca
15. pilli, &c. Capillus de capite ve-
ſtro non peribit, &c. & Iob, Scio
quòd in nouiſſimo die, &c. Sal-
uatorem meum &c. nihilomi-
nus non eſt putandum id quod
toto vitæ curriculo fuit vere de
corpore alicuius, reſurgat: nam
multæ partes fluxerunt, dum vi
ueret, aliæque ſucceſſerunt, &
aggeneratæ fuerunt ipſi corpo-
ri. Quocirca ſi in vniuerſum om
nes repararentur fieret immo-
deratæ, vel immenſitatis, vel quā
titatis corpus. Vt igitur forme-
tur corpus iuſtę magnitudinis,
nempe quantæ fuit, aut fuiſſet
.4. 30. anno, in qua ætate omnes re-
ſurgemus, donec occuramus
omnes, &c. formabitur humanū
corpus iuxta eorum opinionē,
ex prioribus partibus, quæ ali-
quando fuerint partes ipſius.
¶ Primum ex omni eo quod a
parentibus contractum fuit, cū
hoc fuerit puriſſimum. ¶ Dein-
de ex alijs partibus prius geni-
tis ex nutrimento, ſiquidē iſtæ
cęteris partibus puriores ſunt
poſterius genitis. ¶ Alij vero opi
nantur corpus ipſum repara-
tum quidem prius ex eo quod
tractum fuit a parentibus, dein-
de autem ex his partibus, quę
magis fuerunt de veritate ipſius
corporis ex intentione naturæ,
vtpote ex his quæ adueniunt, vt
augeant, & producāt ipſum cor
pus ad iuſtam quātitatem, quo-
aduſque enim viuens attigerit
iuſtam quantitatem ex nutrimē
to quod ſuſcepit, pars conuerti
tur in ſubſtātiam aliti, hoc fine,
vt reſtauretur deperditū, quod
fluxit, (ecce nutritio) pars vero
vt acquiratur conueniens quan
titas, ſeu augmentatio, & iſtud
principaliter intendit natura, cū
hoc ſit propter acquirendam
perfectionem, illud vero non ita
intendit. Siquidem natura citius
vt interteneret totum, partem
conſeruaret deperditam (ſi ſub-
iaceret eius facultati) quàm in
illius vicem imperfectiorem
reſtauraret.

DISTINCTIO. XLIIII. Quæſtio II. pag. 680.

Cruciatne malignos ſpiritus ignis ille inferni?

RESOLVTIO.

NEmo fidelium am-
bigit cacodęmo-
nes infernali cru-
ciari igne, cum ex
ſacris ſatis ſuper-
que

Mat. 25. in vn. Epiſto. que conſtet, dicente Chriſto, Ite maledicti in ignem æternum, & Iuda, Angelos vero qui non ſeruauerunt principatum, &c. At quonam pacto corporeus ille ignis ſpiritus cruciet ambiguũ eſt, cum corporale vim ſuã exercere (omnium ſententia) in ſpiritua'e nequeat, & quidem dolore eos afficere nequit, cum dolor ſequatur ſenſitiuam apprehenſionem, & ſenſitiui appetitus ſit paſſio, quia appetitus in eis (cum incorporei ſint) profecto eſſe nequeat, ſicut nec in omnibus ſeparatis a corpore. *1. de aĩa.* Quocirca proprie admodum dixerit Ariſtoteles, nihil eſt dicere animam triſtari, & gaudere (quatenus ſunt paſſiones appetitus ſenſitiui) quam texere, vel ædificare. Quare conſequens eſt, vt dicamus eos triſtitia affici ex hoc igne, hoc eſt, ignem ipſum in malignis ſpiritibus generare triſtitiam, & propterea ipſos ab illo cruciari, & quoniam triſtitia eſt in voluntate ex apprehenſione obiecti diſconuenientis, & nihilominus inexiſtentis, dicente Auguſtino, ex his quę nobis triſtia nolentibus accidũt, quomodo igitur ille igni ſpiritui erit diſconueniens, non quidem ex ſuapte natura, quia ideo Michaeli eſſet diſconueniens, aut alicui bonorum angelorum, ſed ſecundum eius nolitionem, & exiſtimationem. Et id bifariam, primo eſt illi diſconueniens quatenus detinet ipſum diffinitiue, non quod talis locus (inquam) ſua natura ſit ſpiritui malo diſconueniens, qa nullus locus eſt diſconueniens locato, niſi quia alius locus contrarius eſt illi conueniens, & ipſius conſeruatiuus, vt lapidi locus ſurſum eſt diſconueniens, propterea quòd locus deorſum ſit illi conueniens. Spiritus autem, ſicut nullum habet locum ſibi conuenientem, quia is eſſet ipſius conſeruatiuus, ſic nullus eſt ei diſconueniens. Quamobrem vt ignis cauſet in maligno ſpiritu triſtitiam, in quantũ detinet ipſum, oportet illud promanare ex eo quòd ipſe ſpiritus nolit detineri in ipſo igne, & ita eſt reuera, malus enim ſpiritus plurimum abhorret detineri igne, & potiſſimum quòd ibidem detineatur effectiuè ex voluntate, decreto, & ſententia diuina. Porro ad iſtud nolle inclinat affectio commodi, quia appetit poſſe ſe facere præſentem cuius loco, aut corpori, ſicut ad quemcunque locum eſt indifferens. Promouet autem ſuperbia, ex qua appetit vti propria poteſtate, conſummat tandem inuidia, quia nollet decreto ipſius Dei determinate alicubi detineri. Iſtud deinde nolle inordinatum quidem ſubſequitur certa apprehẽſio euentus iſtius noliti, & ex hoc tandem triſtitia. Sed ſi quęſieris, an ignis ei cauſet effectiue triſtitiam. Reſpondetur, quod licet ignis non detineat ipſum effectiue, ſed ſolũ formaliter, quia nihil pręter Deum poteſt angelum contra eius voluntatem alicubi detinere effectiue, niſi eſſet angelus ſuperior. Raphael enim dęmonem religauit, voluntas autem diuina effectiue, quippe quę illum in ignem coniecit, & prohibet ne egrediatur, ignis tamen effectiue illum contriſtat, propterea quod ipſe odit, nedum quòd detineatur a Deo in igne, ſed etiã formaliter detentionẽ ignis, quare *Tob.*

re & iſta ipſum contriſtat, & ex conſequenti ipſe ignis, cum ſit obiectum triſtabile. Inſuper cũ triſtari ſit reipſa cruciari (quomodo poſſibile eſt Angelũ ſeu ſpiritum cruciari) ſequitur ꝙ ignis, vt detinens ſpiritũ cruciat ipſum, & in hunc ſenſum dicimus, quod ignis eſt inſtrm̃ Dei in cruciando, quia dæmon principalius odit detineri in igne ex voluntate diuina, quã oderit formaliter ignis detentionẽ, & ita Deus cruciat eũ principaliter, & ignis minus principaliter, & id virtute primi agentis, ac ſecũdario, & ita inſtrumentaliter. Exemplum poteſt eſſe in deſiderãtibus mori, quibus triſtis eſt vita, hoc pacto oderũt aĩam eſſe in corpore ſuo, vſque ad inſtans mortis naturalis propter aliquid odibile concomitans vitã mortalem (quale eſt paupertas, & infirmitas) & ſecundo apprehẽdunt iſtud quod nollent fore, quare tertio ſequitur triſtitia de detentione animæ in corpore, ſeu de corpore, vt detinente animam, nõ ꝙ corpus detineat effectiue animam, ſed ſicut ſuſceptiuum formæ ipſam detinet, & ſub hac ratione odio habetur, & vt ſic apprehenſum effectiue contriſtat. Secundo ignis eſt diſcõueniens Angelo, vt eſt obiectum intellectus eius. Siquidẽ intellectus Angeli determinatur a Deo, & cogitur perpetuo ignem illum conſiderare, deinde apprehendit ſic eſſe determinatum ad hanc conſiderationẽ. Tertio odit, & non vult ſic determinari, & conſtringi ſuum intellectum, & vt dictum eſt in præcedenti, iſtud odium oritur ex affectione commodi, quia vult quodcunque obiectum, ſicut libuerit contemplari. Mouetur ẽt ex ſuperbia, quia vult vti intellectu proprio ad votum. Conſummatur etiam ex inuidia, propter quam odit determinari a Deo ad aliquam conſideratione vnicam. Quarto ſequitur apprehenſio, non conſiderationis nudæ, ſed apprehenſio certa euentus huius conſiderationis intenſæ, & perpetuæ, & ex hoc tandẽ triſtitia. Sed quonã pacto ignis detinet Angelum in ſui conſideratione, cum dicat B. Auguſtinus, quòd volũtas auertit, & cõuertit intelligentiam nunc ad hoc, nunc ad aliud. Reſpondet, ꝙ ignis virtute propria nequit intellectum Angeli in ſua contemplatione remorari. Idcirco Deus eſt cauſa agens principalis detinens intellectũ Angeli contra voluntatẽ eius in intẽſa hac & perpetua ignis conſideratione, ignis vero ſecundario, & minus principaliter. Et nota ꝙ moleſtius eſt Angelo, & amplius cõtriſtať ex eo ꝙ intellectus eius ſic detineatur in hac conſideratione, quàm quòd detineatur definitiue in igne, propterea quòd illud magis contrarietur ſuæ perfectioni, quàm iſtud. Deſiderat enim amplius conſiderare pro arbitrio ſuo vnumquodque obiectum, quàm poſſe libere facere ſe pñtẽ cuiuis corpori, & loco, vnde conſequiť ipſum magis cõtriſtari ab igne, vt eſt ſic obiectũ ſui intellectus, quàm in quantũ detinet ipſum ſic definitiue. Quòd ſi dixeris ex hoc ſubſequi omnes æqualiter puniri, cum omnes detineantur illo igne, contra Auguſtinũ. Reſpondetur, licet omnes æqualiter illo igne detineantur, tamẽ non eſt æque moleſtum omni-

Li. de Tri ni. & 15. queſt.

Lib. 21. de ciui. c. 16.

bus ſic detineri, ſed moleſtius his qui grauius peccauerunt, hoc faciente diuina ordinatione. Deinde ſi arguas, poteſtati angeli ſubeſſe non cruciari ab igne, cum poſſit ſibi complacere detineri ab igne & in eius cōſideratione. Reſpondetur, hoc non ſubeſt eius facultati, Deo ita volente.

DISTINCTIO. XLIIII.
Quæſt.3. Pag.688.

Cruciabunturne damnati poſt iudicium igne infernali?

RESOLVTIO.

Satis ſuperq; ſacræ literæ commonſtrāt damnatos reſumptis corporib⁹ infernali cruciari igne, cum dicat Chriſtus: Ite maledicti, & Iſaias: Ignis eorum non extinguet, &c. B Iob, Ab aquis niuiū traſibūt ad calorē nimiū, Verumtñ controuertitur de actione ipſius ignis, an videlicet erit intentionalis ſolū, vel realis, & intētionalis quidem ſufficiet ad aliquem dolore afficiendū. Nam excellens ſenſibile in quātum hmōi natū eſt dolorē inferre, cū ſit diſconueniens potētiæ, & tñ vt tale, non agit niſi intentionali actione. Experientia deinde id oſtenditur, quia ſi qſpiam frigore contractus appropinquet igni, ſentiet ingentiſſimum dolorē, licet parum admodum caloris in ſe receperit, ſed fit hic dolor actione intētionali ignis. Quemadmodū idē obiectum conueniens a ſenſu perceptum generat delectationē, ita diſconueniens dolorē. Quocirca cōuenientius erit dicere ignem intentionali tantū actione agere poſt iudicium in damnatos, cum illa actio ſufficiens ſit ad eos cruciandos, & non ſit ponenda pluralitas citra neceſſitatem, nec in caſſum ſunt multiplicanda miracula, ſiquidem neceſſe foret præter conſeruationem a corruptione intrinſeca proueniente ex actione mutua quatuor qualitatum primarum in ipſo corpore, ipſos etiā diuinitus conſeruari, ne corrumperentur ab igne, ſi actione reali in eos ageret, qđ poſterius nō erit neceſſarium pp intentionalem actionem, nihilominus adductæ rationes non certo probant non fore immutationem realem ab igne in ipſis dānatis, quare concedi poteſt ignem ēt reipſa damnatos cruciaturum. Quod autem eos non ſit cruciaturus, aut in fauillam redacturus, erit attribuendum diſpoſitioni diuinæ miraculoſe cōſeruanti vitam illorum.

Matt.25. Iſa. vlt. Iob.24.

DISTINCTIO. XLV.
Quæſt.1. Pag.693.

Anima a corpore ſeparata intelligitne quæ prius nouerat.

RESOLVTIO.

Diuus Hieronymus libere id profitetur dicens, Diſcamus in terris, quorum nobis ſciētia remanebit in cęlis. valde ſiquidem indignum foret adeo adlaborare ad acquirendam ſcientiam, & virtutes, ſi vna cum vita perirent, & abſurdius ꝙ remaneant poſt mortem, & non poſſi-

In P... go E... rum...

mus actus eorum exequi. Adde quòd & ſcientia ex ſe nata ſit incorruptibiliter permanere, & per conſequens ex parte ſubiecti, cum ſit incorruptibilis. Idē quoque de ſpecie intelligibili omnibus eſt in confeſſo.

DISTINCTIO. XLV.
Quæſt. 2. Pag. 699.

Anima ſeparata poteſtne ſuapte virtute prius ignota cognoſcere.

RESOLVTIO.

QVamuis anima fuerit ſeparata a corpore, nihiloſecius poteſt obiecti prius ignoti cognitionē, & abſtractiuam, & intuitiuā acquirere: de illa patet, quia intellectus agens a ſenſibili obiecto, poteſt intelligibilem ſpeciem abſtrahere, perinde ac a phantaſmate propter quod ſit inſufficiens ſpeciem intelligibilem producere, quod eminētius nō extet in obiecto, cuius eſt phantaſma, intellectus autem poſſibilis cum intelligibili ſpecie abſtractiuam formabit notitiam, ſeiunctus a corpore, ſicut coniunctus. De intuitiua quoque patet. Nam cauſæ illius ſunt obiectum præſens, vna cum intellectu agenti & poſſibili, atqui hæc concurrere poſſunt anima a corpore quantumuis diſſoluta. Quare conſequens eſt, vt intuitiua quoque notitia obiecti antea incogniti, haberi poſſit.

DISTINCTIO. XLV.
Quæſt. 3. Pag. 705.

Recordaturne ſeparata anima præteritorum quæ nouit adhuc corpori coniuncta.

RESOLVTIO.

QVi propius philoſophantur, duplicem admittunt in homine memoriam, Senſitiuam nempe, & Intellectiuam, & cum hæc ſit in anima coniuncta, ſeu in parte hominis intellectiua, remanebit quoque in anima ſeparata, & per conſequens poterit memorari, & formare notitiam omnium, quæ vſque ad ſeparationem eius a corpore in ea per ſpecies intelligibiles perſeuerarunt. Quādoquidem anima ſeparata poterit exercere oēs operationes (vt cōſtat ex immediate præcedenti reſolutione) quas primo & per ſe exercet corpori coniuncta. Huc accedit illud Abrahę: Fili recordare, &c. Augu- *Luc. 16.*
ſtinus ēt in illud Pſalmiſtæ, Fiāt *Pſal. 108*
filij eius orphani, & alibi idem *9. Cōfeſſ.*
aſſeuerat, mortuos habere memoriam noſtri. Illa autem ſenſitiua memoria videlicet cum ſit totius compoſiti non perſeuerabit in anima dum fuerit a corpore ſeiūcta, perinde ac nec quæuis ſenſitiua potētia. Quòd ſi obijcias inde deduci beatos recordari peccatorū q̄ cōmiſerunt, & ex conſequenti ex hac recordatione in his aggenerari triſtitiā. Si.n. viator nequit completa deliberatione recordari cōmiſſi peccati, quin illud deteſtetur, aut diſplicentia eius conturbetur, alioquin peccat, ſaltē

omiſſione, multo minus beatus id poterit citra grauem offenſam, cum cauſa (quæ eſt perfecta Dei dilectio) propter quam quis debet deteſtari peccatum commiſſum, cum venit in memoriam, plus obliget beatum, quàm viatorem. Reſpondetur Deum ſuſpendere, & impedire, ne talis peccatorum recordatio triſtitiam pariat, Quemadmo-
Dan. 3. dum virtutem ignis fornacis Babylonicæ ſuſpendit, ne ageret in tres pueros. Sæpe aliàs dũ torquerentur Apoſtoli & martyres, & id fiet per miraculum, quod quidem ſi veneris deuitare, dicendum erit cauſam naturalem impediri per contrarium excellens a ſuo effectu, potiſſimũ cũ huiuſmodi contrarium prorſus complet paſſi capacitatem, itaq; cum gaudium de obiecto beatifico ſatiet omnino ſpiritum beatum, non erit triſtitiæ capax. Delectatio ſiquidem vehemẽs
9. Ethic. c.18. (aſſertore Ariſtotele) quamcunque excludit triſtitiam.

DISTINCTIO. XLV.

Quæſt. 4. Pag. 717.

Vtrum beati fuſas illis a viatoribus cognoſcant orationes.

RESOLVTIO.

BEati viatorum orationes, tum vocales, tum mentales naturali primum cognitione, ſeu in genere proprio (mõ immoderata diſtantia non impediat) optime norunt, ſunt enim obiecta proportionata eorum intellectibus, vt conſtat ex reſolut. ſecundæ quæſt. huius diſtinc. Et quidem de vocali oratione ſatis liquet, cum talem in corpore agẽtes per ſenſus apprehenderent, de mentali vero oſtenditur. Intellectus enim cuiuslibet omnẽ propriæ volũtatis actum cognoſcere valet, ergo & intellectus ſuperior, aut æque pfectus id poterit, dũmodo non impediatur ex determinato potentiarũ ordine (qualis eſt pro hoc ſtatu) & improportionata diſtantia. Atqui intellectus ſeparatus adeò pfectus eſt, ſicut cũ eſſet coniunctus, quinimmo pfectior in ſuis actibus, cũ corpus quod corrũpitur aggrauet animam, &c. Et non pexigit tunc operationẽ potẽtiarũ ſenſitiuarum, & fieri poteſt, vt ſit debite pñs. Quamobrem & alterius intellectus, & voluntatis cogitationes, & affectiones ſuapte cognoſcet virtute, modo non impediatur. Quocirca cũ ſcribit, Tu ſolus noſti corda filiorũ hominũ, & alibi frequenter dr̃, ꝙ ſolus Deus vniuerſaliter, & ex propria pfectione nouit abſcondita cordiũ, ſic vt nullo poſſit mõ impediri ab eorũ clara cognitione. Inſup ipſe nouit, vt vniuerſalis iudex oĩum occultorũ, quo quidẽ mõ nec angeli, boni, aut mali, nec animę ſeparatæ cognoſcũt, quinimmo Beati ob effectũ debitæ pñtiæ multa huiuſmodi ignorãt, & mali quoq; propterea ꝙ a Deo impediantur. Illud quoq; Apoſtoli, Quis. n. hominũ ſcit, &c. accipiẽdu eſt pro hoc ſtatu, qñ intellectus eſt alligatus ſenſibus. Nec obſtat illud Iſaiæ: Abrahã neſciuit nos, & Iſrael ignorauit nos, qñquidẽ patres illi tũc (cũ hæc profiteret̃ Propheta) ſedebãt in tenebris, & vmbra mortis, nõ dũ fęlices. Quare neſciebant tunc

1. Reg. & 2. Paral. 6. — 1. Cor. 2. — Iſa. 63.

filios

filios ſuos Iudæos, cum naturalẽ cognitionẽ immoderata impediret diſtantia, & ſpeciali reuelatione priuarentur, non habentes viſionem illam in verbo, ſeu eſſentia diuina, quam communiter hæc concomitatur reuelatio. Adde quod ait Hyeronimus in hunc locum, Neſciuit nos Abrahã, & ignorauit Iſrael, q̃a nos offendimus, nec cognoſcunt filios, quos a Deo intelligunt non amari. ad hæc vide Peresium adducẽtem illud Lucæ, Gaudium eſt in celis, &c. Deinde proſpiciunt ipſi ſancti orationes noſtras ſupernaturali cognitione, hoc eſt, in verbo diuino. Congruum namque eſt beatos eſſe Dei coadiutores in procuranda electorum ſalute, prout ipſis beatis competere põt, & vt hoc præſtent, operæpretium eſt noſtras orationes illis reuelari, quibus eorum imploramus auxilium. Quare rationi conſentaneum fuerit Deum illis eaſdem manifeſtare, & quas dirigimus ipſis ſanctis, & quas fundimus Deo nomine ſanctorum. Huc accedit Hieronymus, qui aduerſus Vigilantium ita argumentatur, Sequũtur agnum quocunq; ierit, ergo ſi agnus vbique eſt, & hi qui cum agno ſunt vbique eſſe credendi ſunt. Intellige tñ hoc non localiter, ſed celeritate percipiendi ea, quæ eos ſcire vult Deus. Sancti proinde cum videant noſtras orationes, quibus eorum imploramus auxilium, vtique pro nobis intercedunt, quia nos amant tanquam fratres, & cõmẽbra ſub capite Chro in eius corpore myſtico, qđ eſt eccleſia, nõ minus q̃ cũ nobiſcũ erant in via: quare nos iuuare parati ſunt, & de nobis ſoliciti pro modulo ſui ſtatus, & bñplaciti Dei. Apoſtolus eñ corpus Chriſti myſticum corpori comparat naturali. (Vide de imploratione ſanctorũ) in quo ſunt multa membra quæ diuerſos habent actus, naturalem habent colligantiam, vno vegetantur ſpiritu, mutuo ſe diligunt, iuuant æque in depulſione malorum, atque in promotione bonorum, vt ſi patitur vnum, &cę. Sic eſt in corpore Chriſti myſtico, quod eſt eccleſia. Conſtat autem ꝙ corpus Chriſti myſticũ complectitur electos, ſiue ſint in via, ſiue in patria, nam conditio mortalitatis, vel immortalitatis eſt ipſis membris accidentalis, vnde membra nõ variat in ipſis, nec ea ab inuicem diſtinguit in vera coordinatione, & inter ſe, & ad caput, vnde & Paulus mortalibus ait, Nõ eſtis hoſpites, & aduenę, &c. Quod ſi obijcias ſanctos non poſſe mereri, & per conſequens orare, cũ tñ oratione conſiſtat meritum. Rñdetur, ꝙ oratio fuſa a viatoribus duplicem habet effectum, vnum, quia eſt meritoria oranti, Si quis indiget ſapientia, &cæt. Petite, & accipietis, &c. Itẽ quia eſt meritoria ēt alijs pro quib. fit, Quorũ fidem, &c. Et de Cananea orante pro filia: & in beatis quidem non eſt primus orationis effectus, ſed ſecundus. Videmus enim in politijs, quod is qui aſſecutus eſt ſummũ dignitatis gradum, licet nihil poſſit ſibi apud regem amplius mereri, poteſt tñ alijs, potiſſime qñ ipſe princeps vult quippiã alias indigno per interceſſionem eius, qui eſt illi acceptus concedere, Sic & ſancti cum iam ſunt in termino, nihil ſibi impetra-

[Left margin: ...cultu ...ctorũ ...131. ...c. 15.]

[Right margin: 1. Cor. 12. Rom. 1. Epheſ. 4. Epheſ. 2. Iac. 1. Luc. 11. Matth. 9. Mat. 15.]

petrare.aut mereri poſſunt, ſed bene nobis indignis exaudiri. Quod autem ob ſanctorum hominum ēt hac vita defunctorū merita, multa bñficia Deus contulerit alijs, vniuerſa ſcriptura teſtis eſt. Ita legimus ad Iſaac lo-
Gene.26. cutum Deum, Ne extendas (in-
Cōtrouerſ. quit) in Ægyptum, &c. Eſt autē
1ſ. folio. rationabile, vt ſancti velint ſua
Pag.2. merita illis valere, qui pp illa Deū inuocant, nec hoc beatitudini repugnat. Nã pōt is q ſuū gradum in aula regis adeptus eſt, p aliqua obſequia velle orare pro alijs, vt per eadem obſequia, & ipſi permaneant ad gratiam Regis, & id quidē ſuppoſita Regis liberalitate acceptantis ea, non ſolū pro eo, ſed pro alijs, ex ſua largitate, qua minori bono retribuit, non ſolū maius bonū, ſed & plura bona, dū tñ plures illud bonū ſibi applicent, & faciant veluti ſuū, Ita & ſancti in gloria cōſummati velle pñt, & orare, & eorum merita alijs proſunt ex bñficio Dei acceptãtis, nec oportet beatos ſcire eū, qui eos inuocat eſſe exaudiendū, aut non exaudiendum, nã pōt eis Deus orationē viatorū reuelare, ſed exauditionem orationis, aut oppoſitū non manifeſtat. Et quãuis ſancto innoteſcat viatorē exaudiendū, nihiloſecus non conſequitſanctum fruſtra orare pro viatore. Nã ſicut Deus vult ipſum viatorē exaudire, & ſaluare, ita vult per determinata media, vtpote p interceſſionē ipſius ſancti viatorem idipſum cōſequi. Si aūt reueleſ ſanctis viatorē nō eſſe exaudiēdum, non orabunt, ſi neutrū reueleſ, vtique orant expectantes, vel reuelationem exauditionis, vel quod exaudientur.

DISTINCTIO. XLVI. Quæſt.I. Pag. 721.

Vtrum ſit in Deo iuſtitia.

RESOLVTIO.

Cum iuſtitia propriè ſit rectitudo voluntatis quaſi habituatę, & per conſequens, quaſi naturaliter inclinans ad alterum, vel ad ſe quaſi ad alterum, & voluntas diuina non habeat rectitudinem inclinantem determinate ad aliquid, niſi ad ſuam bonitatem, quaſi ad alterum (nam ad alia obiecta mere contingenter ſe hēt) ſequitur ꝙ nullam habet iuſtitiam, niſi ad reddendū ſuæ bonitati, aut volūtati, quod eam condecet. Siquidem ex parte ipſius creaturæ, non eſt iuſtitia, nec quippiam dicitur propriè iuſtum (ſicuti nec bonum, *Mat. 1*
Nemo bonus, &c.) niſi relatum ad primam iuſtitiam, vnde, Nō ſumus ſufficientes ex nobis, tanquam ex nobis aliquid cogitare, & cætera. Non iuſtificabitur *2.Co* *Pſal. 14*
in conſpectu tuo omnis viuens. Quocirca Deus ipſe nulli eſt ſimpliciter debitor, præterquã bonitati ſuæ, vt diligit eã. Creaturis autem debitor eſt ex liberalitate ſua, vt communicet eis quod natura earum exigit, quæ exigentia in eis ponitur quoddam iuſtum (& dicitur iuſtitia laxato vocabulo) quaſi ſecundū obiectum iuſtitiæ diuinæ, Deinde dicitur debitor creaturæ ex pacto, & cōpromiſſo legis, de quo vide Sagerum. *Tit.de c… re mer… ter. dogm.*

DI-

DISTINCTIO. XLVI. Quæſt.II. Pag.726.

Vtrum in Deo ſit miſericordia.

RESOLVTIO.

MIſericordia in nobis ea eſt, qua alterius miſeriam quã cunque, ſeu ſpiritualem, ſeu corporalem nolumus,& eadem in nobis duplicẽ hẽt effectũ, primus quo proximum leuamus a miſeria in qua conſtitutus eſt, aut ſi illi immineat eum præſeruamꝰ,Oculus fui cęco, & pes claudo,pr̃ erã pauperũ,&c. Alter effectus compati,& triſtari ob alterius miſeriã, cũ nõ poſſumus eũ liberare, triſtitia enim eſt ex his,quæ nobis nolentibus accidũt,& de hoc effectu dr̃, Factus ſum infirmus,&c. Si quid patir̃ vnũ membrũ,&c.Quis infirmatur,& ego non infirmor,&c.Vinctis cõpaſſi eſtis, &c. Et miſericordia quidem iuxta hunc effectũ,non eſt in Deo, quia is non eſt capax triſtitiæ doloris,& huiuſmodi paſſionũ , Sed eſt in eo primus effectus . Nã ſicut ipſe eſt cã oĩs boni,Oẽ datum optimum, &c.ita ipſe prohibet mala nobis aduenire,Miſericordię dñi,quia non ſumus cõſumpti, &c.deinde & ipſe a pñtibus miſerijs nos miſericorditer eripit. Hæc aũt miſericordia,ſeu nolle alterius miſeriam,eſt in Deo duplex Antecedens videlicet,& cõſequẽs ,eo mõ quo Auguſtinus ponit in ipſo velle duplex,& ſic ſemper hẽt velle antecedẽs, ſeu ſemper vult bonũ creaturæ antecedẽter,ita & non vult eius malum,iuxta illud,Vult oẽs homines ſaluos fieri,&c.De hoc ẽt dicitur, Quis dat eos talem habere mẽtem,&c. Sed ſicut nõ ſemper velle conſequens , nec nolle conſequens reſpectu mali. Quare licet ipſe poſſit oẽm auferre miſeriã, non tñ eam ſemper aufert exigentibus hominum demeritis,vt innoteſcat eius iuſtitia. Nã & in nobis recta rõ dictat improbos non eſſe prorſus liberandos a pęnis , iuxta illud, Quia non cito proferetur contra malos ſnĩa, &c.Præterea miſericordia in Deo eſt duplex, Liberans , cum oẽ prorſus aufert malũ,vt beatis. Abſtergit Deus oẽm lachrymam,&cæ. Parcens, ſeu mitigans , cum partẽ tollit malorum,ſicut accidit damnatis,& his qui in hac vita affligũtur ob ſua ſcelera.Et de miſericordia liberante intelligir̃ illud Iacobi,Iudicium ſine miſericordia,&c.Et illud, In inferno nulla eſt redemptio. Porro miſericordia,& iuſtitia(vt elicir̃ ex ſubſequẽti qõne) formaliter ĩ Deo diſtinguuntur, non aũt reipſa.

Margin: 19. — or.9. — r.12. — r.12: — . 10. — c. 1. — m.5. — 1. Tim.2. — Deutr. 5. — Prouerb. — Apoc.

DISTINCTIO. XLVI. Quæſt.III. Pag.729.

Vtiturne Deus in malorũ punitione miſericordia, & iuſtitia.

RESOLVTIO.

Damnatorum punitio qua.

MAlorum punitio eſt pceptibilis conuenientis boni carentia,aut diſcõuenientis mali pñtia ẽt pceptibilis, inde ſuborir̃ in ipſis quadruplex triſtitia , duplex de priuatione boni duplicis, ¶ Prima de priuatione boni honeſti. i.grẽ p culpã:triſtant̃.n.peccato

quod in vita commiſerunt,& in quo derelicti ſunt, nõ quatenus eſt Dei offenſa, ſed quia demeritorium pęnę æternæ,& hęc triſtitia dr̃ pęna vermis in ſcripturis,Vermis eorum,&c.vel triſtitia ex remorſu peccati commiſſi. ¶ Secũda triſtitia eſt ob carẽtiam boni commodi. ſ.beatitudinis, cuius deſideriũ maximũ ineſt creaturæ rõnali potiſſimũ ſine fręno iuſtitiæ derelictæ ,& vocat̃ triſtitia abſorptiua . Duplex vero eſt in eis triſtitia de poſitiuo diſconueniente, vt puta de igne: prima cãtur in eis ex perpetua eorum in igne detentione,qui eos definitiue locat, & vocatur pęna incarcerationis. Altera vero manat ex detentione intellectus illorum in intenſa ignis(vt obiecti finis. Porro iſtius quadruplicis triſtitiæ (cũ ſint effectus poſitiui) Deus eſt cã,ſed mediante apprehẽſione obiecti quadruplicis noliti. Duorum aũt primorũ obiectorum,ſeu pęnarum,nempe priuationis gratiæ,& beatitudinis(cũ non habeant poſitiuã cauſam) Deus ipſe non eſt cã, niſi negatiua , quia videlicet nõ confert illis gratiã & beatitudinem,ſed huius negationis ipſi ſunt cauſa,quia id demeruerunt cũ peccarent,& non reſpuerunt. Poſteriorum vero Deus non eſt cã,& quidem poſitiua,ſiquidẽ Deus eos in ignem coniecit, & ibidẽ eos detinet ſuo decreto, & volũtate , vt non poſſint ignẽ neque egredi , neq; non intenſe ipſum contemplari, qđ tñ nollent , ſed cupiunt pro arbitrio poſſe quẽuis adire locũ , & vnumquodq; conſiderare obiectũ. In hac vero punitione concurrit iuſtitia, ſm̃ vtramque acceptionẽ poſitam in Reſol.1.huius diſ. Quia & condecet diuinam bonitatẽ ſic punire , & creatura quoque id exigit.¶Et de prima quidem pęna patet.Iuſtè.n. Deus peccatori ſuam denegat gratiã, & nõ remittit peccata , quia hoc ipſe demeruit peccando,in via,& in malitia perſeuerando abſq; reſipiſcentia toto tp̃e ad pœnitendum illi conceſſo.Deinde offendit eum,a quo ſolo liberari poterat , quare merito in peccato ſuo obſtinatus derelinquit̃.quẽadmodũ ſi quis libere ſe in foueam proijceret,a qua liberari, nec per ſe, nec per alium poſſet quouis modo,niſi iuuamine illius , quem dum ſic in foueam proijcit,grauiter offendit, iuſte in eadem derelinqueretur. ¶De ſecunda pœna oſtendo, nã quẽadmodum bonum honeſtum, ſeu opus virtutis iuſte expoſcit bonum commodum, ſiue mercedem,&c.ita peccatũ priuans honeſtate, iure reqrit priuationem boni cõmodi,hoc eſt beatitudinis, & hæc priuatio peccatum ordinat eo modo,quo ſtante offenſa ordinari põt,ſicut putredo alicuius membri(quę eſt contra bonũ ordinẽ corporis) ſi non tollatur , debet impediri per aliquid, qđ prohibeat cõicationem talis membri cũ alijs,& de hoc ait Boetius, Infęliciores ſunt improbi iniuſta impunitate damnati, q̃ iuſta punitate puniti.Nec mirum, quia in primo nullã eſt bonũ,niſi naturæ,in ſecundo vltra bonum naturæ eſt aliquod bonũ reformans culpã, ſ.iuſta correſpondentia pœnæ ad culpam. ¶In tertia pęna ſatis apparet iuſtitia , qa ſicut bonis congruit collocari in loco amœniſſimo cum facultate adeundi libero

Iſa. vlti.

Damnatorum punitio an ſit a Deo.

4. P[...] de co[...]latione[...]

libere alia loca, ita conuenit improbis conſtitui in loco viliſſimo, quod eſt terra in cuius centro eſt infernus, & ꝙ vetentᷣ exire eum locum, quia ſi poſſent egredi abuterentur hac facultate. ¶In quarta pœna cõſtat eſſe iuſtitiam, nam ſicut intellectui beatorum conceditur contemplatio nobiliſſimi obiecti, videlicet eſſentiæ diuinæ, & voluntati eiuſdem fruitio, cum facultate conſiderandi, aut amandi alia obiecta, ſic intellectus damnatorum determinatur ad cõſiderandum obiectum diſconueniens, quia nolitum, & imperfectum, quia corporale, & voluntas ad nolendum aliquid, qđ tñ aſſiſtit, & eſt contriſtatiuũ, & aufertur facultas conſiderandi, & proſequendi alia obiecta, ꝑ qđ punitio illa minueretur. Et rõ eorum tam in beatis, ꝗ in damnatis eſt, quia per intellectũ, & voluntatem ꝑciſe meruerũt. Et hę ſunt nobiliſſimæ potẽtiæ naturæ intellectualis, in quarum ꝑ conſequens perfectione, vel imperfectione præciſe conſiſtit talis naturæ perfectio, vel imperfectio. In quatuor alijs pœnis. i. triſtitijs, conſtat quoque eſſe iuſtitiam, quia conſummatio pœnæ triſtitiam requirit. Hominibus inſuper dãnatis reſumptis corporibus adijcienter hę pœnæ, quia & ardebunt in igne illo, & ſubſequetur ingens dolor in appetitu ſenſitiuo, & ibi quoque erit iuſtitia ex correſpondẽtia illius acerbitatis ad inordinatam delectationem, quam habuit in peccato. Veruntñ in his omnibus afflictionibus concurret Dei miſericordia non liberans, ſed parcens (de qua 2. q. huius diſt.) iuxta illud Iacobi, Sup *ibi 2.* exaltat aũt, id eſt, commendat miſericordia iudicium. Quanto.n. ad aliquod opus plures cõcurrunt virtutes, tanto eſt illud perfectius, ergo ſi ad iudicium concurrant iuſtitia, & miſericordia, erit perfectius. Quod autẽ concurrant patet ex Pſalmiſta, Vniuerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas, &c. Iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit, &cæt. Non obliuiſcetᷣ miſereri Deus, nec continebit in ira miſericordias. Qđ ſi ex Deuteronomio arguas, ibi eſſe iniuſtitiam, cum ibi dicatur, ſm modum delicti, &c. Sed delictum eſt tpale, & finitum, ergo & pęna debet eſſe talis. Rñdetur ꝙ multi perpetuo peccaſſent, ſi ſemper vixiſſent, alij vero qui peccauerunt cum propoſito reſipiſcendi, expoſueruntſe periculo perpetuo manẽdi in peccato, maxime cũ noluerunt tpe oportuno reſipiſcere. Melius autem dṙ, ſecundũ Auguſtinum, quod non requirit iuſtitia pęnam infligi perpetuam, vt ſit ſufficiens culpæ, ſed eſt perpetua de per accidens, propterea ꝙ perſona ſit perpetua, & perpetuo manet in culpa. Si vero ex Iacobo dixerit ibi nullam eſſe miſericordiam, cũ dicat, iudicium ſine miſericordia, &c. Reſpondetur eum locũ intelligi de miſericordia liberãte, & non de parcente.

Pſal. 24. *Pſal. 10.* *Pſal. 76.* *Deute. 25.* *21. De ci ui. c. 11.* *Iac. 2. 24.*

DISTINCTIO. XLVII.

Quæſt. I. Pag. 740.

Eſtne futurum vniuerſale iudicium.

RESOLVTIO.

GEnerale iudicium fore demonſtrari nequit per naturam

turam, eſt enim minus notũ, ꝙ reſurrectio ipſa, quã tñ naturales ignorauerunt Philoſophi, vt patet 43.diſt.Inſuper eſt vnũ futurum contingens dependens a ſola diuina voluntate,quo circa cognoſci nequit, niſi voluntas ipſa cognoſceret, congruentiæ tñ aliquæ aſſignari pñt.¶Prima, congruũ eſt oẽs malos tandem ſeparari ab oĩbus bonis iuxta parabolam,Simile eſt regnũ cęlorum ſagenæ,ibi,ſeculi,&c.Nõ enim mali commixti ſunt bonis,niſi vt vel malus corrigatur, vel bonus per eum exerceatur ſm Auguſtinum in illud Pſalmiſtæ,Contriſtatus ſum in exercitatione mea,&c Sed hęc non fient poſt hanc vitam,ergo congruit eos ſeparari. ¶Et licet in morte particulari cuiuſlibet hęc ſeparatio fuerit facta, congruit tñ vt fiat gñaliter in iudicio,vt manifeſtetur omnib. Dei iuſtitia, quæ fuit in ſecretis iudicijs cuiuſlibet particularis pſonæ,& hęc eſt ſecunda cõgruẽtia. ¶ Tertia congruentia, ſicut res ſunt a primo efficiente, ita reducentur in ipſum, vt in finẽ, vnde in Apocalypſi, Ego ſum α & ω. Atqui pręter ſpãles exitus, ſeu productiones rerum, ꝙ fiũt quotidie iuxta illud Ioannis,Pater meus vſque modo operat̃, fuit vnus exitus vniuerſalis in prima rerum creatione,Qui viuit in æternum creauit omnia ſimul,&c. Congruum eſt igitur a ſimili, vt præter ſingulares reductiones,ſit vna vniuerſalis reductio omnium bonorũ in finẽ ſuũ,& per conſequens vna finalis & vniuerſalis ſnĩa diſcretiua malorũ,q nõ reducunt̃ ¶Quarta congruentia,quia pter hoc ꝙ vnuſquiſq; adſcribat̃ regno, vel carceri ſeorſum dẽt tota multitudo ordinata ad regnum, aliqũ determinari ad illud poſſidẽdum,& mitti in poſſeſſionẽ regni, & vniuerſa alia multitudo relinqui carceri,vt ſic fiat ſequeſtratio duarũ familiarũ,ſeu ciuitatũ, de quibus Auguſtinus de ciuitate Dei per totum. In illo aũt iudicio erit aliquid pręmiũ, nempe clara cognitio meritorũ,& demeritorũ cuiſlibet, iuxta illud Apoſtoli, Qui & illuminabit,&c. Qđ quoquo mõ fiat, relinquitur ptãti diuinę. Erit & aliud completiuum.ſ.latio ſententiæ,& eiuſdem executio. De loco vero dr̃, ꝙ erit vallis Ioſaphat,ſm illud Ioelis, Adducam oẽs gentes in vallem Ioſaphat, &c.Apoſtolus ait ꝙ boni rapientur obuiã Chr̃o in aera,&c.mali relinquentur in terra in valle illa,vel in circuitu,Chriſtus vero exiſtimatur deſcenſurus in aere ad loca vbi transfiguratus corã Apoſtolis, oſtendit eis ſignum futuræ gloriæ.

Mat. 13. Tom. 8. in Pſal. 34. Apoc. 1. Ioan. 5. Eccle. 18. 1. Cor. Ioel. 1. Theſ. Mat. Marc. Luc.

DISTINCTIO. XLVII. Quæſt.II. Pag. 744.

Utrum mundus ſit purgandus per ignem.

RESOLVTIO.

Pſal. 96. 2. Pet.

POrro mundus creditur per ignẽ prius purgandus iuxta illud Pſalmiſtę,Ignis ante illum pręcedet,&c.& Petri,Cęli ardentes calore ſoluentur. & patet ex alijs locis Prophetarum. Quomodo autem id fiet, nouit Dominus, & cui voluerit reuelare.

DI-

DISTINCTIO. XLVIII. Quęſt. 1. pag. 746.

Iudicabitne Chriſtus in forma humana.

RESOLVTIO.

CVm iudicium ſit cõpleta determinatio eius quod reddendum eſt alicui pro meritis, & hæc completa inquam determinatio includat perfectum dictamẽ intellectus huius rei, & velle pfectũ, ac efficax voluntatis, conſequitur ꝙ principaliter iudicare includit dictare, & principaliter hr̃e, velle efficax. Nihil autem dr̃ principaliter quidpiã agere, qđ in agendo depẽdet ab alio principali. Vnde colligitur ꝙ principaliter iudicare ei ſoli competat cuius intellectus non ſubordinatur, ſeu dependet ab alio in iudicando, nec voluntas in efficaciter volendo, & imperando, ſic vt ad illud imperiũ mox ſequať effectus. Intellectus aũt animæ Chriſti ſubordinatus diuinę voluntati in dictando, & voluntas eius diuinæ voluntati in volendo. Nã licet quippiã efficaciter velit, & illud eueniat, ſubordinať tñ neceſſario diuinæ voluntati, quia eius voluntas non eſt oĩpotens. Iõ fieri nequit, vt Chriſtus ſm humanam naturã principaliter iudicẽt. Adde ꝙ fieri nequeat, vt aliqua creatura efficaciter imperet, & efficiat vt quiſpiã videat Deũ, ſed hoc fit a diuina voluntate, nec Chriſtus, vt hõ hoc pręſumeret. vnde illud, Sedere aũt ad dexteram meam, non eſt meum dare vobis. Alio mõ põt accipi iudicare non ſic oĩno principaliter, ſed cõmiſſarie, vel ſubauthoritatiue, excellenter tñ excellẽtia ſingulari, ſic vt non poſſit eſſe alia authoritas cõmiſſa ſuperior, & ſic Chriſtus vt hõ iudicat, ſicut commiſſum eſt Euchariſtiã conficere, & alia ſacra adminiſtrare. Nam etſi puræ creaturæ committi poſſet, vt iudicaret, & iudiciũ illius demandareť executioni a diuina voluntate, non tñ ei poſſet committi, vt omne eius velle impleretur ab eadem perſona, quia tunc pura creatura eſſet omnipotẽs. Quare ſuprema cõmiſſio poſſibilis eſt, ꝙ non ſolum omne determinatum a voluntate eueniat, ſed quod ab eadẽ perſona exequatur, cuius eſt illa voluntas, hoc aũt cõceſſum eſt animæ Chriſti, ergo Chriſtus ſm humanam naturam non iudicat principaliter, ſed commiſſarie, & ſubauthoritatiue, poteſtate tamen eminenti, & ſumma poſſibili conferri creaturę, & ſic interpretanda ſunt loca ſcripturæ, quæ videntur aſſerere iudiciariam poteſtatem collatam Chriſto homini, vt illud Matthæi: *Matt. 25.* Cum venerit filius hominis, &c. *Ioan. 5.* Ioannis, Poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis eſt, &c. Et iterũ, Filius quos vult viuificat, &c. & illud Apoſtoli, *Act. 10.* Vt viuorum, & mortuorum dominetur. *Rom. 14.* & illud Actuũ Apoſtolicorum, Iudex viuorum, & mortuorum, &c. & Matthæi, *Matt. vlt.* Data eſt mihi omnis poteſtas, &c. intelligẽda ſunt tanquã non de domino, authoritate iudiciaria, vt poteſtate principali, ſed de authoritate ſubordinata, eminentiſſima tamen, quæ poteſt eſſe ſub principali, vnde, Omnia mihi tradita ſunt a patre.

tre. Apparebit vero Chriſtus in forma glorioſa, nam poſtquàm ſemel glorificatus eſt, nunquam

Rom. 6. erit non glorioſus, ſicut poſtq̃ reſurrexit ſemper fuit immorta lis, Chriſtus reſurgens, &c. & in eadem gloria videbitur a beatis, & reprobis, nec propterea ſequitur aliqua delectatio in dãnatis Deo non concurrẽte, quinimo maior anguſtia, vel afflictio, iuxta illud: Videbũt in quẽ transfixerunt, & Adde q̃d obiectum conueniens videri poſſit abſque delectatione, & non ſit inconueniens oculum non glorioſum videre corpus glorioſum, &c.

DISTINCTIO. XLVIII. Quæſtio II. Pag. 752.

In iudicio ceſſabit ne corporum cœleſtium motus?

Resolutio.

12. Met. & 8. phy. Ariſtoteles ſicut mũdum poſuit perpetuum, ſic motum corporum cœleſtium nũquã ceſſaturum exiſtimauit. Sed hęc aſſertio, & ſacris ſcripturis, & Theo

Zach. 14. logicis aduerſatur. Ait enim Zacharias, Erit dies vna, quæ nota eſt domino, non dies neq; nox,

Abbac. 3. Et Abbachuc, Sol & luna ſteterunt in ordine ſuo, &c. Sacri quoque doctores digitũ ad hoc at-

Gen. 8. tollunt oẽs. Quocirca illud Geneſis, Cunctis diebus terrę iſtas, hyems, nox, dies nõ requieſcẽt, intelligitur pro vita mortali ho-

8. Meta. cap. 7. minum. Ad illud vero Ariſtotelis, ſemper agit ſol, & aſtra, & totum cœlum, non eſt autem timendum, nequando ſtet, quod timent qui de natura, id eſt aliqui philoſophi naturales, vt Empedocles, exiſtimant mundum deficere, ſecundum quod, nunc lis, nunc amicitia regnet. Rñdetur in ea fuit opinione Philoſophus, ſed non aſtruit ſufficiẽter ſuam opinionẽ, quia Deus contingẽter concurrit (nõ neceſſario vt putauit Ariſtoteles) cũ intelligentijs ad mouendũ cœlum. Prima autem cauſa contingenter agente, effectus eſt ſimpliciter contingens, & poteſt nõ eſſe: Quia ſi prima cauſa non agat, nulla alia producet effectum. Patet ex Daniele, de igne

fornacis Babylonicæ: ceſſabit *Da.* igitur cœlorum motus cum placuerit primo motori.

DISTINCTIO. XLIX. Queſt. I. pag. 760.

Conſiſtitne beatitudo per ſe in operatione?

Resolutio.

Inter omnia naturæ intellectualis appetibilia aliquod eſſentialiter & ſimpliciter eſt ſupremum, & illud ſupremum eſt ſolũ illud, q̃d cuilibet naturæ intellectuali ſimpliciter pp ſe eſt appetendum, nec in alio natura intellectualis vltimate, & complete perficitur, quàm habendo ſupremum appetitũ. & hoc perfecte eo mõ, quo poteſt ipſum 1

habere. Nihilominus obſeruandum eſt in omnibus eſſe duplicem perfectionẽ, primã videlicet qñ nihil deficit pertinens ad primum eſſe rei, ſcilicet eſſentiale, & ſecundum quando nihil deficit *perf.*

ficit ad eſſe ſecundum, videlicet ad bene eſſe, & in hac perfectio ne ſecunda conſiſtit beatitudo, quando videlicet natura intelle ctualis per ſuam operationem coniungitur enti perfectiori ſe-ipſa, nempe Deo. Eſt igitur bea-titudo etiã ſm philoſophos bo-num ſufficiens, (videlicet exclu dens defectum, & indigentiam) perfectũ (excludens imperfectio nem, ſeu diminutionem) vltima tum (excludens tendentiam ad aliud completius bonum) id eſt bonum, quo habito, complete bene eſt bonum habenti. Eſt au tem duplex beatitudo, videlicet Simplex, quę coniungit ſubie-cto nobiliſſimo, & Secundũ q̃d, quæ coniungit minus nobili per fectiuo. Conſiſtit vero beatitu-do in operatione, quia nõ põt alicui vltimate bene eſſe, & cõ-petere, niſi habendo illud, quod eſt ſumme appetendum, nempe Deum, iuxta illud: Satiabor cum apparuerit gloria tua. atqui ha-beri nequit, niſi per coniunctio nem naturæ intellectualis ad ip ſum: Quę ſane coniunctio non habetur citra operationem, quia nec eſſentia nec potentia Deo coniunguntur, niſi per opera-tionem. Huc accedit Ariſtote-les, fœlicitas eſt operatio opti-ma, ſecundum optimam virtu-tem, & in vita perfecta. Item ſpe cificat in qua operatione, quia in ſpeculatiua. Et alibi ait, om-nis ſubſtantia, cuius eſt opera-tio, eſt propter operationem ſuam. Auguſtinus, Summa mer-ces eſt, vt ipſo perfruamur, Deo ſcilicet, ſumma autem merces eſt beatitudo ſm ipſum, ipſo au tem perfrui eſt operatio, qua-re beatitudo ipſa in operatione conſiſtit.

DISTINCTIO. XLIX. Quæſtio II. pag. 661.

Vtrum immediatius perficit beati-tudo eſſentiam, an potentiam ip-ſius beati.

RESOLVTIO.

SIue alia ſit eſſentiæ pfectio, & alia po-tentię, ſiue eadẽ, & vnica ſit eſſen-tię & potentię per fectio, cũ beatitudo (ex pręcedẽ ti reſolutione) in operatione cõ ſiſtat, operatio autem immedia tius potentiam perficiat, quàm eſſentiam (quia non competit operatio eſſentię niſi mediante potentia ex Ariſtotele) conſequi tur beatitudinem immediatius potentiam perficere. *1. De ala & 9. Me.*

DISTINCTIO. XLIX. Quęſt. III. Pag. 778.

Vtrum beatitudo per ſe conſiſtat in pluribus operationibus ſimul.

RESOLVTIO.

VAriant plane docto-res in explicatione huius quęſtionis, nã Richardus aſ-ſerit beatitudinem cõſiſtere in actu intellectus, & volũtatis, & in duabus operatio nibus, Beatus vero Thomas in vna operatione dũtaxat. Verun-tamẽ vt exactius id explicet, ope rępretiũ fuerit obſeruare primũ hic nõ agi de beatitudine obie-ctiua, ſiue extrinſeca, q̃ eſt Deus ipſe, ſed de illo quo natura intel lectualis immediate coniungit obiecto beatifico: Et iuxta hanc ſe-

ſecundum acceptionem dupliciter intelligi poteſt, vel de beatitudine potentię, vel de beatitudine ipſius naturæ. Intellectualis beatitudo vtriuſque potentię

Beatitudo intellectualis duplex. ſeorſum conſiſtit in vnica operatione, beatitudo intellectus in clara viſione verbi diuini, volūtatis in perfecta fruitione eiuſdem. Beatitudo autem totius naturæ intellectualis eſt duplex, videlicet extenſiua, & intenſiua ¶ Prima & totalis cōſiſtit in duabus operationibus duarum potentiarum animæ, quia per vtrāque coniungitur immediate ipſi obiecto diuino. ¶ Secunda & perfecta beatitudo conſiſtit in vnica operatione ipſius voluntatis, quia ſola voluntas perfectiſſime, & vltimate vnit ipſi Deo naturam intellectualem. His cōſentit Ariſtoteles, ita definiens

1. Ethic. beatitudinem, Fœlicitas eſt operatio optima, ſecundum optimam virtutem, & in vita pfecta.

DISTINCTIO. XLIX.
Quęſt. III. pag. 782.

Beatitudo an conſiſtat per ſe in actu intellectus vel voluntatis.

RESOLVTIO.

1. De doctr. Chriſtia. 1. 6. CVm aſſeueret beatus Auguſtinus, & ex profeſſo dicat ſummam mercedem eſſe vt Deo perfruamur, &

Frui quid. frui ſit voluntatis actus (quia eſt amore inhærere) ſumma merces noſtra eſt beatitudo, & eadem in voluntate conſiſtit. Idē etiam aſtruit dicens, Solo illo illuſtrari, perfruique ſufficiet, &

1. de Tri. Beatus eſt qui habet quidquid vult. Adde quòd beatitudo cōſiſtere debet in operatione illius potētię, quæ intimius, pfectius, ac immediatius, ſeu prima prioritate pfectionis cōiungit ipſi Deo, ſed voluntas eſt huiuſmodi, Quocirca cū dixerit Chriſtꝰ, *Ioan.*

Hęc eſt vita ęterna &c. hoc accipiendū eſt inchoatiue, ſed terminatiue, & cōpletiue in viſione, & fruitione, & ī iſto pfectius cōſiſtit. Illud vero Auguſtini, Viſio *1. de ... c. po...*

eſt tota merces, &c. intelligitur de mercede, ſeu beatitudine ipſius intellectus ſolū, & non de mercede totius hominis, & conſimiliter accipiēdę ſunt oēs authoritates, & rōnes quę aſtruūt beatitudinē conſiſtere in actu intellectus, vt Philoſophus ait in *10.*

Ethicis, vbi probat fœlicitatem ſubſtantiarū ſeparatarū conſiſtere in ſpeculatione. Hoc. n. verū eſt de fœlicitate, quæ eſt in intellectu. Nec obſtat illud Philippi, Domine oſtende nobis patrem, *Ioan.*

&c. & ſufficit nobis, &c. quia nō loquebatur de viſione beata, vt patet ex reſponſione Chriſti dicentis, Tāto tempore, &c. ſed de viſione fidei, id eſt, de cognitione trinitatis, quam adhuc non intelligebat, ſed putabat plane intelligere patre ſibi oſtenſo.

DISTINCTIO. XLIX.
Quæſtio V. Pag. 791.

Beatitudo conſiſtitne per ſe in fruitione?

RESOLVITO.

INtellectualis naturæ beatitudo ī fruitione ſimpliciter conſiſtit, in fruitione inqnam ipſius Dei quę habetur in patria, non in ea, quam viator habere poteſt. *Bea... natu... intell... lis ... tion... ſti...*

teſt. Hæ porro fruitiones ſpecie diſſident, perinde ac intuitiua notitia, & abſtractiua. Amor vero duplex eſt, videlicet concupiſcentiæ, quo diligimus quippiã propter nos ipſos, ſeu propter bonum noſtrum, de quo illud Ioannis: Quæritis me, non quia vidiſtis ſigna, ſed quia ſaturati eſtis ex panibus. Et amor amicitię, quo amamus quippiã propter ſe, ſeu propter illius bonum vltimate, de quo, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde &c. ſolus autem amicitiæ amor fruitio dicitur.

DISTINTIO. XLIX. Quæſt. VI. pag. 796.

Pertinetne ad beatitudinis eſſentiam ſecuritas.

RESOLVTIO.

Beatitudinem fore perpetuam ſatis ſuperque ex ſacris colligit, dicente Christo: Ibunt iuſti in vitam ęternam, conſimiliter dicitur, quòd beati erunt ſicut angeli Dei in cœlis: Et apud Pſalmiſtam, In ſecula ſeculorum laudabunt te. Huc accedit Auguſtinus, Beata vita eſſe non poteſt, niſi ſit immortalis. Cauſa autem huius perpetuitatis non eſt ipſa forma, ſeu natura beatitudinis, vt ait Thomas, nec natura ipſarum potentiarum (intellectus videlicet, & voluntatis) quæ neceſſario perpetuo circa tale obiectum operatur, vt ait Henricus, nec habitus in potentijs (hoc eſt lumen glorię in intellectu, & charitas in volũtate) qui neceſſario determinet ipſas potentias ad perpetuo operandum, vt ait etiã D. Thomas, ſed huius perpetuitatis cauſa eſt ipſa diuina voluntas, quę ſicut beatitudinem confert, ita eandem in ipſis conſeruat perpetuo. Qd ſi hoc admiſſo, exquiras quonã pacto beati erunt impeccabiles, cum per nihil ſibi intrinſecum habeanr, quin contingenter operentur, & per conſequẽs poſſint non frui, & ita peccare, quod tamen eſt abſurdum. *Beati quo impeccabiles.* Reſpondetur, quòd beatus in potẽtia propinqua, ſeu in ſenſu compoſito eſt impeccabilis, hoc eſt, beatus nequit ſimul eſſe beatus & peccare, ſed in potentia remota, ſiue in ſenſu diuiſo peccare poteſt, ſi videlicet ab eo auferatur beatitudo. Præterea illud videlicet quòd beatus in ſenſu compoſito peccare non poteſt, bifariam intellıgi poteſt. Primum quòd hoc inſit illi per aliquid ſibi, ſeu ſuæ voluntati intrinſecum, & hoc non eſt verũ. Secundum quod per aliquam cauſam extrinſecam auferentem ab eo propinquam peccandi potentiam, & hoc eſt verum. Hæc autem cauſa eſt Deus ipſe præueniens beati voluntatem, vt ſemper fruendi actum cõtinet, & ita nunquam poſſit remotam non fruendi, & peccandi potentiam ad actum reducere: Siquidem nunquam cauſa ſecunda præuenta a cauſa ſuperiori agẽte ad vnum oppoſitum poteſt potentia propinqua in aliud oppoſitum, vt Paulus præuentus a Deo nequibat amplius eccleſiam perſequi. *1. Cor. 11* *Nota exẽplum.* Huius rei exemplum deſume ab aliquo in carcerem obſcuriſſimum detruſo, qui nihil videat, is quidem vidẽdi potentiam habet ſed remotam,

tam, propinquam vero non, ſed hoc prouenit a cauſa intrinſeca, nempe carcere impediente ipſum, non a cauſa intrinſeca, ſuppoſito quòd ſenſus viſus in eo fuerit integer, ſic eſt in beatis peccandi potentia. Hæc autem perpetuitas non menſurat̃ æternitate, (vt ait Thomas) ſed æuo, & poteſt eſſe, & non eſſe. Conſeruatur tamen a Deo, nec eſt de ratione, ſeu eſſentia beatitudinis, (licet oppoſitũ exiſtimet beatus Thomas) accipiẽdo beatitudinem intenſiue, hoc eſt, pro aliqua perfectione permanente. Quia quæcunque perfectio permanens, & quantumcunque eadem, & æqualis poteſt eſſe p inſtans, vel in aliquo breui tempore, quę & quanta poteſt eſſe in toto tempore. Æque enim perfecta eſt albedo vnius diei, ſicut vnius anni. Sin beatitudo acciperetur extenſiue, id eſt, pro aliqua perfectione permanente non ſolum intenſa, hoc eſt durãte quantum poteſt, tunc perpetuitas includeretur in eius ratione. Si quæris, an huiuſmodi beatitudinis perpetuitas poſſit mereri. Reſpondetur, quòd loquendo de ſtricta iuſtitia, Deus nulli propter quęcunque merita eſt debitor perfectionis tãtæ, propter immoderatum exceſſum illius perfectionis ſupra merita. Si etiam loquamur de illa iuſtitia Dei, quę eius liberalitati innititur, qua etiam ſuperogat in pręmijs, & ſtatuit meritis hominum conferre beatitudinem, non propterea neceſſario conſequitur propter hanc iuſtitiã, eſſe reddẽdam perennem beatitudinem, tanquam præmium, immo abundans fieret retributio in beatitudine vnius momẽti. Perpetuo igitur conſeruat Deus hanc in electis beatitudinem, non ex iuſtitia quidem, ſed ex mera liberalitate. Si vero volueris aſſerere quòd cadat ſub merito, oportet dicere coreſpõdentiam perpetuitatis beatitudinis ad meritum inniti iuſtitiæ, & liberalitati ſupereffluenti. Beati autem ſecuri ſunt, & certi, quòd eorum beatitudo erit perpetua, & hoc ex reuelatione ſola ipſius Dei, non propterea quòd videant beatitudinem eſſe neceſſariam, nec item per rationem naturalem, quia per illam non poteſt eſſe notum, ꝙ a ſola diuina pendet voluntate. Securitas idcirco (quemadmodum nec perpetuitas) nõ eſt de ratione beatitudinis, nec in eius includitur eſſentia.

1. Ethic. c. 6.

DISTINCTIO. XLIX. Quęſt. VII. pag. 808.

Pertinetne ad beatitudinis eſſentiam gaudium quod habetur de obiecto beatifico?

Resolvtio.

Beatitudo ipſa ſi proprie accipiatur non includit gaudium, cum ſit paſſio quædam, beatitudo vero in operatione conſiſtit. Nihilominus obſerua volontatem bifariam conſiderari. Primum vt potentia operatiua, & ſic ſimpliciter perficitur operatione cõiungente illam ſummo bono vltimate, & in hoc eſſentialiter cõſiſtit beatitudo. Deinde poteſt conſiderari, vt receptiua, & hoc modo eſt perfectibilis non operatione, ſed ſupernaturalibus paſſio-

Volu[ntas] bifari[am] conſid[era]tur.

paſſionibus (qualis eſt delectatio, & gaudium) quia talium eſt vltimate receptiua. Hinc colligitur aduerſus Thomam fieri poſſe, vt aliquis beatificum videat obiectum, & tamen nullum inde habebit gaudium, ſed hoc adſcribendum eſſet nõ poteſtati creaturæ, ſed diuinę.
Feſ. Cum igitur Auguſtinus aſſerit beatitudinem eſſe gaudium de vita beata, intelligit cauſaliter, non per eſſentiam, quia beatitudo eſt cauſa quietationis, & delectationis, quæ conſequuntur actus beatificos.

DISTINCTIO. XLIX.
Quæſt. 8. Pag. 812.

Vtrum humana natura ſit natura infima beatitudinis capax?

RESOLVTIO.

.11. HVmanam naturam
1. fore beatificabi-
:4. lem, ſatis ſuperque
c.22. innuit Apoſtolus,
. 14. Videmus nunc per
ri.c. ſpeculum & in ænigmate, &c.
ss 10 Videbimus eum, ſicuti eſt, &c.
Videbimus faciem, &c. Erunt ſicut angeli, &c. Eo ipſo anima Dei imago eſt, quo ipſius capax eſſe poteſt. Quid autem circa hoc philoſophi ſenſerint, videre eſt in Ethicis, & apud
c.19. Auguſtinum. Plane ignorarũt
ciuit. beatitudinem, quam nos Chriſtiani ſperamus beneficio ipſius Chriſti, ea ſiquidem natu-
46. rali ratione cognoſci nequit,
r. 2. ſed ſola fide, iuxta illud Iſaiæ, & Apoſtoli: Oculus non vidit, &c. Ibi, Nobis autẽ reuelauit Deus per ſpiritum ſuum. Adde quòd animæ immortalitas per lumen naturale cognoſci nequeat. Inſup Philoſophus exiſti- Naturaliter immortalitas co gnoſci nequit.
mauit primam cauſam poſſe a nobis cognoſci in vniuerſali dũ taxat, & notitia confuſa, obſcura 1. Poſter.
& abſtracta a ſenſibus. Aſſerit.n. 1. & 2.
quòd omnis noſtra cognitio ortum habet a ſenſu. Beatitudo Phyſic.
autem conſiſtit in notitia intuitiua, ſeu clara Dei viſione, & eiuſdem perfecta fruitione, ſecundum illud Apoſtoli. Tũc au- 1. Cor. 3.
tem facie ad faciem, &c. & Ioannis, Videbimus eum, ſicuti eſt, &c. & Pſalmiſtę, Satiabor cũ apparuerit, &c. Hinc manifeſtum euadit, nullam naturam inferiorem homine beatificabilem eſſe ſimpliciter, cum nulla talis poſſit per ſuam operationem ſummo coniungi: Quandoquidem omnis natura inferior homine excedit ſuam operationẽ per organũ, ergo nõ circa obiectũ immateriale, in quo tamen ſolo eſt beatitudo. Aliqua tamẽ natura inferior humana beatificabilis eſt ſecundum quid, vt ea quæ per ſuam operationem ſuo fini immediate coniungi poteſt, & ex conſequenti ſuo optimo, non tamen optimo ſimpliciter, qualia ſunt ſenſitiua animalia habentia operationes proprias, & immanentes, vt viſionem guſtum, &c. Per quas quidem operationes pulchro viſibili, aut guſtabili eis optimo cõiũgitur.

DISTINCTIO. XLIX.
Quęſt. 9. pag. 816.

Expetuntne cuncti mortales neceſſario, & ſumme beatitudinem ipſam?

RESOLVTIO.

Appetitus duplex in homine.

APpetitum in homine conſtat duplicem eſſe, Naturalē, qui nihil aliud eſt, quàm inclinatio ipſius naturæ ad ſuam perfectionem, & Liberum, qui eſt actus libere elicitus a voluntate. Hunc autem duplicem appetitum inde colligimus, ꝙ ſancti olim, & ipſe Chriſtus, licet naturali appetitu mortem horrerent, quia (inquit Paulus) nolumus exſpoliari, &c. Et Chriſtus orabat, vt ſi fieri poſſet tranſiret ab eo calix, tamen libere, & elicito voluntatis actu eandem eligebāt, vnde ſubnectebat Chriſtus, Verumtamen non mea voluntas, &c. &, Ibant Apoſtoli gaudentes, &c. Proinde naturali appetitu mortales quique neceſſario & ſumme beatitudinem expetunt, & hoc in particulari, id eſt beatitudinem, quam fide tenemus in clara Dei viſione & fruitione conſiſtere: Vnde Auguſtinus, Beati omnes eſſe volunt, &c. Et idem, Ardentiſſime beatitudinem omnes volunt. Nec opus eſt habere veram beatitudinis cognitionem, quia is appetitus, ſicut cęteris in rebus, ſic in homine finis, aut obiecti notitiam non præexigit. Appetitu autem libero, licet voluntas, vt in pluribus beatitudinem velit, non tamen neceſſario, & ſumme, ſed cōtingenter: quamuis enim voluntas non poſſit beatitudinem, ſeu Deum ipſum odio proſequi, aut ſummam expetere miſeriam, poteſt nihilominus omnem actum ſuſpendere, id eſt, nullum actum circa hæc obiecta elicere. Eſt ſiquidem reſpectu quorumcunque obiectorum libera, ſaltem libertate contradictionis, vt videlicet poſſit quodcunque obiectum amare, odire, aut non curare de illo.

2. Cor. 5.

Act. 6.

Li. 13. de Trin. c. 8. C. 5. d. li. 13. de Trinit.

DISTINCTIO. XLIX.
Quæſt. 10. pag. 816.

Quæcunque ab homine appetuntur an propter beatitudinem appetantur.

RESOLVTIO.

CVm naturalis appetitus innatus ſit homini ad ſuam proſequēdam perfectionem, quæcūque iuxta naturalem expetit inclinationem, propter ipſam appetit beatitudinem, non autem quæcumque appetit libero appetitu. Fieri enim poteſt, vt cum quippiam deſiderat, de beatitudine nullatenus cōſideret. Pręterea licet ipſam conſideret, poteſt nihiloſecius contraria beatitudini (qualia ſunt vitia) concupiſcere, ſecus ſi huiuſmodi liber appetitus rectus fuerit, hoc eſt conformis dictamini vero intellectus, & regulis diuinis, ſeu voluntati ipſius Dei, De quo Auguſtinus, Propter hanc quęcunque cætera appetuntur, id eſt appeti debent.

Li. 13. Trin.

DI-

DISTINCTIO. XLIX.
Quæſt. 11. Pag.824.

Vtrum homo ex puris naturalibus beatitudinem conſequi poſſit?

RESOLVTIO.

TAmetſi humana natura ſit immediatum beatitudinis ſuſceptiuum ex puris naturalibus, id eſt ſine habitu aliquo ſupernaturali ſuperaddito, non tamen eſt hoc modo ſufficiens cauſa actiua eiuſdē beatitudinis, quia nō pōt ex ſe habere Deum præſentē in rōne obiecti, licet adſit illi per illapſum, id eſt per intimam
Rom.6. præſentiam. Adde quod ait Apoſtolus: Gratia Dei vita æterna. Quocirca operæpretiū eſt ponere in beatis cōformiter ad fidē, & ſcripturas ſacras, charitatē, di
Cor.13. cente Apoſtolo: Charitas nunq̄ excidit, quia concurrente Deo fruitur: lumen vero gloriæ, licet reipſa ſit in beatis, tamen nō eſt ſimpliciter neceſſarium ad clare Deum videndum: Siquidem Dei voluntas intellectum humanum præueniens, ſic ipſum eleuare, ac iuuare præter habitum quēcunque pōt, vt poſſet beatificam comproducere viſionem, obijciens diuinitatem ipſam intellectui in ratione obiecti.

DISTINCTIO. XLIX.
Quæſt. 12. Pag.830.

Poteſtne homo in hac vita mortali beatitudinem conſequi?

RESOLVTIO.

CVm naturali lumine deprehendi nequeat fieri poſſe, vt homo Deum ipſum clare & immediate cognoſcat, & eodē ſic cognito fruatur, aſſeueraſſet propterea Philoſophus hominem ipſum actibus, quos in præſentia experimur, in hac vita beatitudinem conſequi poſſe. At fide certa oppoſitum fidelibus innoteſcit. Quocirca libere profitentur in hac mortali vita neminem beatificari poſſe, etiam aliis actibus ab his, quos nūc habemus, vñ in Exodo, Non videbit me homo, & vi
uet. Hæc autem impoſſibilitas Exod.33.
non eſt ex parte ipſius Dei. Poteſt enim homini cōcedere beatitudinem in hac vita, ſicut in alia, nec ex parte hominis ſimpliciter, hoc .n. mō nunquam beatus eſſe poſſet, ſed eſt ex parte hominis ratione mortalitatis, q̄ beatitudini repugnat, non formaliter, ſed virtualiter: Siquidē effectus beatitudinis repugnat effectui mortalitatis, & per conſequens cauſa illius effectus, Beatitudo enim eſt cā immortalitatis, nec compatitur ſecum inordinationem aliquam in appetitu intellectiuo, aut ſenſitiuo. Quia ſumma delectatio auſert triſtitiam, & immortalitas impeditur a ſuo effectu, & per conſequēs repugnat mortalitati beatitudo ratione repugnantię effectuum naturaliter conſe
quentium. Quòd ſi dixeris Chri Li.83.q.q.
ſtum in hac vita fuiſſe beatum, antepen.
deinde & Paulum, iuxta illud Auguſtini ad Oroſium, qui loquitur de raptu Pauli, ait quòd vidit Deum, eo modo, quo beati vident in patria. De Chriſto dicitur, quod fuit miraculum ſemper vſque ad mortem eius, quòd fuerit ſimul mortalis & beatus, propter repugnantiam

effectuum mortalitatis & beatitudinis, de Paulo dicitur quoquæ conſimiliter.

DISTINCTIO. XLIX. Quæſt. 13. Pag. 834.

Eruntne beatorum corpora poſt reſurrectionem impaſsibilia?

RESOLVTIO.

1. Cor. 15. Apoc. 21. Impaſsibilitas corporũ beatorum.

SAcræ literę ſatis ſuperque decantant beatorum corpora donanda fore impaſſibilitate, dicente Paulo: Mortale hoc, &c. & Ioanne, Sed neque dolor erit vltra, &c. At de huius impaſſibilitatis cauſa ambiguum eſt, ſiquidem in ipſo corpore erunt quatuor qualitates primæ conſequētes mixtum, nec anima erit effectrix huius impaſſibilitatis, quia non faciet eam Deus omnipotentem, vt poſsit pro arbitrio efficere quidquid volet: Quandoquidem nec angeli etiã ſupremi poſſunt pro arbitrio impedire actionem cauſarum naturalium, quia non obediunt angelis ad nutum. Dos quoque, ſeu qualitas aliqua exiſtens in corpore id non præſtabit, nec ceſſatio motus cęleſtis. Siquidem aſſerere, quòd ceſſante cęlo, & approximante igne ſtupis, ſtupæ non ardeant, error eſt. *Ioſue. 10.* Huc accedit factum Ioſue, qñ fiebat bellum ſole & cœlo quieſcentibus. *Cã impaſſibilitatis* Cauſa igitur talis impaſſibilitatis eſt diuina volũtas, non coagens cauſæ ſecundę corruptiuæ, perinde ac factum legimus apud Danielem circa tres *Dan. 3.* pueros, qui in fornacem igne vehementiſſimo candentem coniecti, nullatenus lęſi fuere, non concurrente Deo ipſi igni, ſed potius ſuſpendente eius actionem.

DISTINCTIO. XLIX. Quæſt. 14. Pag. 841.

Eruntne agilia beatorum corpora?

RESOLVTIO.

AGilitas, ſane ſi propius ſpectemus, habilitas eſt in aliquo toto compoſito ad prompte ſeſe mouendum ſecundum locum ex perfectione virtutis motiuæ animæ, & congrua diſpoſitione corporis, ſiquidem beatus habens ſuum corpus glorioſum, habebit agilitatem, & promptitudinem ad mouendum, quę profecto agilitas non eſt propter ſupernaturalem aliquam qualitatem corpori ſuperadditam, & ab anima defluentem, ſed eſt propter intentionem virtutis motiuæ ipſius animæ, & propter amotionem duplicis impedimenti ab ipſo corpore. Auferetur enim primo impedimentum a iuncturis & neruis ipſius corporis, deinde auferentur humores groſſi, & ſpiritus denſi, quæ reddunt hominem pigrum & tardum, & ſpiritus boni & ſubtiles glorioſis corporibus dabuntur, qui efficient corpus ipſum agile, & ad motum localem expeditum. Porro hanc agilitatis dotem beatis conferendam colligimus ex illo Salomonis: Tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent, &c. & ex illo Iſaiæ: Qui ſperant in Domino, &c. *Agilitas quid.* *Sap. 3.* *Iſa. 40.*

DISTINCTIO. XLIX.
Quæſt. XV. Pag. 849.

An glorioſum corpus clarum quoque erit.

RESOLVTIO.

orpora
rioſa
nt cla-
5.

CLaritate donãda eſſe glorioſa corpora, vel hinc ſatis liquet, quod ait ſcriptura ſacra, Fulgebunt iuſti ſicut ſol, &c. Hæc autem claritas eſt quædam præfulgentia, & addit ſuper lucem, & colorem manifeſtationẽ ſui, quomodo dicimus claram lucem, claram veritatem, id eſt manifeſtã. Corpora igitur beatorum erunt clara & fulgentia, quia habebit quilibet beatus colorem pulchrum ſecundum gradum complexionis ſuæ non vitiatæ (Æthiopes enim non habebunt nigredinem intenſam, vt nunc) iuxta enim complexionum diuerſitatem varios quoque colores habebunt, vnde & modo magis delectatur vnus in vno colore, quam in alio, propterea quod ſit magis proprie conueniens complexioni, & qui eundem habebunt ſecundum ſpeciem colorem, non erunt æque clari, dicente Apoſtolo, Alia eſt claritas ſolis, & cæt. & Chriſto, In domo patri mei, &c. Aliqui inſuper aſſerũt in ipſis beatorum corporibus fore nedum talem colorem, ſed etiam lucẽ. Is igitur color (excedens complexionis perfectionem) vna cũ refulgentia dos claritatis nuncupatur.

Cor. 15.
an. 14.

DISTINCTIO. XLIX.
Quæſt. XVI. Pag. 852.

Poteſtne glorioſum corpus per ſubtilitatis dotem ſimul eſſe cum alio corpore.

RESOLVTIO.

Duo corpora poſſunt eſſe ſimul.

PHiloſophi ignari virtutis diuinæ exiſtimarunt fieri non poſſe quadãtenus, vt duo corpora ſimul eſſent, at fide ſecus ſentim⁹, qñquidẽ Xps integris clauſtris virginis natus eſt, deinde obſerato ſepulchro reſurrexit, & clauſis ianuis ingreſſus eſt ad diſcipulos: Hæc autem fieri nequibant, niſi duo corpora ſimul fuiſſent. Quod ſi modum perſcruteris, reſpondetur, quod cauſa quare duo corpora nequeunt eſſe ſimul, eſt quantitas locum occupans. Quantũ enim alteri quãto repugnat dũtaxat virtualiter, id eſt ratione ſui effectus, qui eſt circumſcribere locum. Porro Deus ipſe poteſt cauſam a ſuo effectu naturali ſuſpendere, & impedire (vt factum eſt in tribus pueris) quocirca quia corpus glorioſum ꝓpter dotem ſubtilitatis locum non occupat, eſſe poterit ſimul cum alio corpore non glorioſo, non autem glorioſo, propterea quod hoc ab ipſo Deo non fuerit illi conceſſum, ſed poſſet, ſi Deus vellet. Quod autem corpus glorioſum ſimul cum alio eſſe poſſit, hoc illi cõpetit, & debetur (ſuppoſito Dei decreto qđ ſic ſtatuit remunerare fideles) quatenus ab hac rationali ani- *Daniel. 3.*

L 1 ma,

ma, & glorioſa informatur, & hæc poſſibilitas dos ſubtilitatis vocatur. Vnde ſicut perfectio animæ conſiſtit in Dei viſione, & fruitione, ſic corporis perfectio eſt, vt pro arbitrio animæ poſſit ſimul eſſe cum alio corpore. Hæc autem dos ſubtilitatis, ſeu talis poſſibilitas non eſt qualitas aliqua abſoluta, ſeu quidpiam inhærens corpori, ſed cauſa eius intrinſeca eſt voluntas beati, quæ id meruit, & extrinſeca eſt diuina voluntas, & potentia quæ id efficit. Et quia id de iure debetur beato ex ordinatione ipſius Dei, ideo dicitur dos, quomodo quoque ſentiendum eſt de alijs dotibus prædictis.

Perfectio corporis glorioſi.

DISTINCTIONIS L. Quæſt. I. Pag. 863.

Poteſtne quiſpiam, vt vitet miſeriā recte appetere non eſſe.

RESOLVTIO.

DVplex conſtat eſſe malum, pœnæ videlicet, & culpæ, vt autem quiſpiam malum pœnæ vitet, nequit recte nec debite appetere non eſſe, nam malum pœnæ eſt iuſtum, & bonū, quare propter ipſum vitandum nullus debet appetere non eſſe. Inſuper nullus poteſt licite aliquid deſiderare contra inclinationem naturalem, quando illa eſt conſona diuinæ voluntati, ſed quilibet propenſus eſt ſuapte natura ad eſſe, ſecundum Philoſophum, & Apoſtolum nolumus exſpoliari, ſed ſuperueſtiri, & cæte. Nemo vnquam carnem ſuam odio habuit, &c. Et is appetitus conformis eſt diuinæ voluntati, nā ipſa eam infigit, quo fit vt ob pœnam fugiendam nullus debeat expetere non eſſe. Circa vero malum culpæ, homo bifariam ſeſe habere poteſt. Primo ſic, vt velit ſe potius interimere, aut omnino annihilare (ſi poſſet) quam culpam admittere, & hoc eſt illicitum, quia contra Dei preceptum, Non occides. Secundo, vt malit tolerantiſſime mortem ab alio illatam per peti, aut quoduis ſupplicium, ēt annihilationem, quam Deum offendere, & hoc eſt admodum commendabile, voluntas enim oblatis duobus malis, minus eligere debet, tunc enim vnum habet rationem boni reſpectu alterius, ſecundum Philoſophū. Præterea, ſecundum eundē Philoſophum, propter bonum virtutis actum, debet ſe ſtudioſus morti exponere, multo magis ne legem tranſgrediatur diuinam. Adde, quod propter nullā cauſam debet quis tranſgredi diuinum præceptum, niſi fuerit reuocatum, aut ab intrinſeco directore, vt in Samſone, aut ab extrinſeco doctore, quemadmodum præceptum de non comedendis idolotitis datum, reuocatum fuit a Paulo, aut ex neceſſitate, vt cū Dauid comedit panes propoſitionis. Quod ſi dixeris, hoc aduerſari propenſioni naturali. Reſpondetur, quod quando ſunt duæ regulæ diuerſæ, eligendum eſt quod conforme eſt regulæ ſuperiori. Conſtat autem diuinam voluntatem ſuperiorem eſſe naturali appetitui, ideo debet ſe quilibet illi conformare.

Duplex malum. *Nemo dēt appetere non eſſe.* *2. De genera. & 2. de anima.* *2. Cor. 5.* *Epheſ.* *Poti⁹ mors toler ādā, quam peccatum cō mittēdū.* *3. Ethi. 6. 6.* *9. Ethic.* *Iudic 16.* *Act. 15.* *1. Cor. 8.*

DI-

DISTINCTIONIS L. Quæſt. II. Pag. 863.

An damnati vt miſeriam fugiant appetant non eſſe.

RESOLVTIO.

pœnā emus etere eſſe.

QVamuis dānati debeant ſatius velle non eſſe, quam in peccato permanere, nihilominus vero ſimile eſt, ipſos appetere non eſſe potius ob pœnam quam patiuntur, quàm propter culpā fugiendam, ſunt enim obſtinati, iuxta illud, Vbi ceciderit arbor, &c. Item, Ligatis manibus & pedibus, &c. Quod autem appetant non eſſe, patet ex illo Ioannis, Deſiderabunt mortem, &c. *oc. 9.*

DISTINCTIONIS L. Quæſt. III. Pag. 871.

Videntne beati damnatorum pœnas?

RESOLVTIO.

ar'am uid co ſci po-.

BIfariam quippiā cognoſci nulli Theologorum eſt ambiguum, videlicet in genere proprio, ſeu cognitione ſenſibili, & in verbo, ſiue in ſpeculo diuinæ eſſentiæ, & quidē primo modo beati non vident damnatorum pęnas, ob indebitam & improportionatam inter obiectum & potentiam diſtantiam. Quantum aūt attinet ad ſecundum modum, diſtinguēdum eſt de ipſis pœnis. Pęna ſiquidem damni (q̄ eſt diuinæ priuatio viſionis) & culpa (quæ eſt pęnæ cauſa) non relucent in eſſentia diuina, q̃a cum non ſint entia non habent in Deo ideam, ſeu repræſentatiuum quodpiam, ſed illa cognoſcuntur per aliud, nempe ꝑ poſitiuum cui opponuntur, dicente Ariſtotele, q̃d priuatio cognoſcitur per habitum. Aliæ vero damnatorum pœnæ, vt pœna ignis, remorſus conſcientiæ, triſtitia conſequens has pœnas, & præcedentes, quia ſunt vere entia poſitiua, & habent in Deo ideam, a beatis in verbo cognoſcuntur. Porro talis idea nihil aliud eſt ab ipſa diuina eſſentia, q̃ eſt exemplar illimitatū omnium rerum. Quomodo autem ſeſe gerant beati erga dānatos, videntes eorum pęnam, profecto non eſt vero ſimile Deū, aut beatos gaudere de afflictione eorū, vñ inquit Deus, Heu conſolabor de hoſtibus meis, &c. & alibi, Nolo mortem peccatoris, &cæt. Vult oēs homines ſaluos fieri, &cæt. Quocirca non punit eos, niſi neceſſitate quadam, propterea ꝙ aliter culpa remanens iuſte ordinari nequit, niſi per pęnam. Nolunt igitur ſimpliciter Deus, aut beati, damnatorū pęnas, ſed ſolum ſecundū q̃d, id eſt propter iuſtitiam, & reordinationem culpæ: immo, ſi placeret Deo, vellent eorum liberationem, aut ſaltem non diſpliceret eis, ſi ſoluerentur a pœnis, quia nolunt eis pęnam, niſi quatenus ita ordinatum a Deo, nec idcirco propterea triſtantur beati. Primum quia conformant ſe diuinæ voluntati, deinde quia voluntas eorum haud eſt triſtitiæ capax, propter perfectam delectationem, quæ omnem impedit iuſtitiam.

uplex a dā- ſen-

4.7. & 9. Metaph.

Eze. 18. 1. Tim. 2

Quare Deus punit damnatos.

DISTINCTIONIS L.
Quæſt. IIII. V. & VI.
Pag. 578. & 876.

Eritne omnium damnatorum pœna & electorum beatitudo æqualis?

RESOLVTIO.

Beatitudo electorum erit inæqualis. *Ioan. 14.* *1. Cor. 15.* *Pſal. 61.* *Mat. 20.*

EX ſacris liquet literis electorum diſparem fore beatitudinē. Ait enim Chrs loquens de beatis, interprete Auguſtino, In domo patris mei, &c. & Apoſtolus, Stella differt, &c. & Pſalmiſta, Reddet vnicuique, &c. Opera autem conſtat inæqualia eſſe, vnde & conſequens eſt remunerationem eſſe inęqualem. Huius autem inæqualitatis cā prima eſt Deus ipſe, qui ita ſtatuit electos remunerari, deinde & voluntas, ac charitas, quæ ſunt cauſa actuum in quibus conſiſtit bealitudo, hęc enim in diuerſis inæqualia eſſe poſſunt, potiſſimum charitas ipſa. Quocirca cum dicitur, quod ſinguli receperunt ſingulos denarios, accipiendum de ipſa beatitudine, quam quilibet accipit, aut de ipſa diuina eſſentia, quæ eſt idem beatorum omnium obiectum, illud quoque Auguſtini ſuper Ioannem, Omnium erit par gaudium, intelligitur extenſiue, non intenſiue, quia quilibet gaudebit de quolibet, & de omnibus in quibus alius; quantum autē ad corporis dotes, ſi ponantur abſolutæ qualitates inæquales, erunt propter eandē rationem. Si autem impaſſibilitas dicat, nō poſſe ab aliquo pati (ſm Scotum) & ſubtilitas facultatem poſſe eſſe ſimul cum alio corpore, ex æquo cōpetent electis pariter, & agilitas, charitas vero inæqualis erit iuxta illud Pauli, Stella differt, &c. Damnati quoque inæqualiter puniētur, nam carētia viſionis diuinæ maior erit pęna his, q grauius deliquerunt, deinde & vermis, ſeu remorſus conſcientiæ, poſtremo & ignis ipſe grauius eoſdem affliget, ita ordinante diuina voluntate, q nobis per ſacras literas innoteſcit, vnde Ioannes, Quantum ſe glorificauit, &c. & Pſalmiſta, Reddet vnicuiq;, &c. idem quoque habetur in Prouerbijs, & apud Hieremiam.

Hom. 66 *1. Cor. 1[5]* *Damnati inæqualiter puniuntur.* *Apoc. 1[8]* *Pſal. 6[1]* *Prou. 1[?]* *& Hi[er.] 25.*

FINIS.

INDEX EORVM,
QVAE IN RESOLVTIONIB. QVARTI LIBRI Sententiarum
FR. IOAN. DVNS SCOTI

Continentur, ſerie alphabetica diſpoſitus, in quo numerus paginam indicat, a, vero primam columnam, & b, ſecundam.

A

ACcidens dupliciter capitur. Pag.59.b

Accidens abſolutum abſque aptitudinali inhęrētia eſſe non poteſt. 60.a

Adulti nō cōſentientes baptiſmi effectū an recipiant. 19.a

Affinitas quid. 134.b

Amor duplex. 159.a

Anima ſeparata, cognoſcet priꝰ nota. 146.b

Anima ſeparata, ignota poterit cognoſcere. 147.a

Anima ſeparata recordabit̃ præteritorum. 147.b

Appetitus in homine eſt duplex. 162.a

B

BAptizati a Ioāne an debuerint Chriſti baptiſmate ablui. 12.a

Baptiſma Ioannis ad quid conferebatur. 12.b

Baptiſmi definitio. 12.b

Baptiſmi forma. 13.a

Baptiſmi materia. 14.b

Baptiſma qn̄ inſtitutum. 15.a

Baptiſma fuit ſub conſilio primū, deinde ſub p̄cepto. 15.b.

Baptiſma quando circunciſionem euacuauit. 16.a

Baptiſma paruulis conferendū. 17.b.

Baptiſmi effectū recipiunt paruuli. 17.b

Baptiſmate conferuntur, fides, ſpes, & charitas. 18.a

Baptiſma exiſtentibus in vtero an poſſit conferri. 18.b

Baptiſmi vicem ſupplent martyrium, & fides. 21.b

Baptiſmum ſuſcipere debet ēt iuſtificatus. ibid.

Baptiſmi effectus an ſit ęqualis omnibus. 22.a

Baptiſma etiam confertur a malis. 24.b

Baptiſma a malo miniſtro expeti poteſt. 25.b

Baptiſma an poſſit conferri inde morituris. 26.b

Baptizaturis neceſſaria. 27.a

Baptizare valet quæuis creatura intellectualis. 27.a

Baptiſmus an ab vnico conferri poſſit. 27.b

Baptizari pn̄t ſimul plures. 27.b

Beati vidēt orōnes nr̄as. 148.a

Beati ſunt impeccabiles. 149.b

Beati certi ſunt perpetuæ eorū beatitudinis. 150.a

Beati omnes eſſe volunt. 151.a

Beati; corpus eſſe poteſt cum alio. 165.b
Beatificare ſeipſum nequit homo. 163.b
Beatorum corpora erunt impaſſibilia. 164.a
Beatorum corpora erunt agilia. 165.a
Beatorum corpora erunt clara. ibid.
Beatitudo in operatione conſiſtit. 157.b
Beatitudo potentiam immediatius perficit. ibid.
Beatitudo in pluribus operationibus conſiſtit. ibid.
Beatitudo conſiſtit in actibus volnntatis. 158.a
Beatitudo conſiſtit in fruitione. 158.b
Ceatitudo perpetua erit. 159.a
Beatitudo non includit eſſentialiter gaudium. 160.b
Beatitudo electorum non erit æqualis. 170.a
Beatitudinis infimæ natura capax eſt humana. 161.a
Beatitudinis cauſa an omnia expetentur. 162.b
Beatitudinem aſſequi nequit homo in hac vita. 163.a
Bigamia an licita fuerit aliquãdo. 127.a
Bigam⁹ an poſſit ordinari. 128.b

C

CAlix Miſſæ requiſitus. 64.b
Creatura in deitatem conuerti nequit aut contra. 53.a
Creatura quælibet in aliam conuerti poteſt. 53.b
Circunſtantia peccatorum. 91.a.
Canonica pœna quid ſit. 114.a
Canonica pęna an impediat ordines. 114.b
Caracteris acceptiones. 31.a
Caracteris definitio. ibid.
Caracter aĩæ infunditur. ibid.
Caracter adũbratũ olim. 31.b
Caracteris forma. 31.b
Caracteres tres. 31.b
Chriſtus in propria perſona legem non diſſoluit. 16.b
Chriſtus in humana forma iudicabit. 155.a
Chriſti ſatisfactio quomodo accipienda. 105.b
Circuncifio in fœdus ſempiternum. 17.a
Circunciſione peccatum delebatur, & gratia conferebatur. 8.a
Claues eccleſiæ. 94.b
Clauium poteſtas quam pęnam concernat. 93.a
Cognatio ſpũalis quid. 135.b
In Commutationibus non ſtatim factis quid obſeruandũ. 80.b.
Confeſſio ſacramentalis peccatori neceſſaria. 88.b
Confeſſio in certis caſibus neceſſaria. 44.a
Confeſſionem reuelantinm pœna. 109.a
Confeſſio conditiones. 91.a
Confeſſionis miniſter. 92.a
Confeſſor debet peccatum celare. 108.b
Confirmationem Chriſtus inſtituit. 32.b
Confirmationis materia. 33.a
Confirmationis forma. 33.b
Confirmationis miniſter. 34 b
Coniecturæ quod aliquis ſit in gratia. 44.b
Conſanguinitas quid. 134.a
Contractus triplex. 79.b
Creare nõ cõpetit creaturę. 3.b
Credenda pleraq; q̃ in ſacris lr̃is non continentur. 66.a
Culpæ remiſſio & gratiæ infuſio non ſunt vna mutatio. 87.b.

Deus

D

DEus pōt rē vnam in alteram tranſſubſtantiare. 53.a
Degradatus de facto cōficit Eucharistiam. 66.a
Diaconus occurente neceſſitate Euchariſtiam diſpenſare poteſt. 65.b
Dānati cruciabūtur igne. 146.a
Dānati appetunt nō eſſe. 167.a
Damnatorum punitio. 143.b
Damnatorum punitio an ſit a Deo. 146.b
Damnatorum pœnæ a beatis cognoſcuntur. 167.a
Damnatorum pęna non erit æqualis. 153.a
Debitum quando reddendum coniugibus. 126.a
Dæmones quomodo igne infernali crucientur. 144.a
Diſtinctio rerum vnde. 77.a
Donatio iuſta. 78.a

E

EVchariſtiæ definitio. 37.a
Euchariſtiæ conficiendæ facultatem dedit Chriſtus eccleſiæ miniſtris. 37.b
Euchariſtia permanebit in eccleſia ad ſeculi vſq; finē. 37.b
Euchariſtiæ varia cōmoda. 38.a
Euchariſtiæ figuræ. 38.a
Euchariſtia, Sacramētum eſt nouæ legis. 38.b
Euchariſtia eſt vnum Sacramentum. 38.b
Euchariſtiæ ſupra cætera ſacramenta excellentia. ibidem
An Euchariſtiæ forma ſit ea quę in canone Miſſæ ponitur. 39.a
Euchariſtia a ieiunis recipi debet. 40.b
Euchariſtia quadrifariam ſuſcipi valet. 41.b
Euchariſtiam ſuſcepturis neceſſaria præparatio. 42.b
Euchariſtiam ſuſcepturus confiteri debet. 43.b
Euchariſtiæ effectus. 44.b
In Euchariſtia Chriſti corpus & ſanguis vere continentur. 45.a
Euchariſtiæ teſtimonia. 45.b
Euchariſtiæ verba non accipi figuratiue. 49.a
Euchariſtiæ nihil adimit articulus aſcenſionis. 49.a
In Euchariſtia incipit eſſe Chriſtus abſque mutatione. 50.b
In Euchariſtia aliter adeſt Chriſtus ſub ſpeciebus vini, aliter ſub ſpeciebus panis. 51.a
In Euchariſtia Chriſti corpus nō occupat locum. 50.b
Euchariſtiæ myſteria non ſunt curioſe perſcrutanda. 51.b
Euchariſtiæ finis ſeu vtilitas. 52.a
Euchariſtię veritatis tres opiniones, 53.b
Euchariſtiæ panis & vinum in Chriſti corpus & ſanguinem tranſſubſtantiantur. 54.a
Euchariſtiæ tranſſubſtantiationi obiecta. 55.b
Euchariſtiæ tranſſubſtantiationis argumenta. 56.a
Euchariſtiæ panis non annihilatur. 56.b
Euchariſtiæ tranſſubſtantiationis expreſſio. 57.a
Euchariſtiæ materia quantum ad panem. 57.a
De Euchariſtiæ materia ſecundum Græcos. 57.b
Græcorum opinio de Euchariſtia refellitur. 58.a
An Euchariſtia debeat fieri in azimo. 58.b
Euchariſtiæ materia quantum ad vinum. 59.a

In

in Euchariſtia ſunt accidentia ſine ſubiecto. 60.a
in Euchariſtia quid frangatur. 61.a
Euchariſtiam conficere quibus competat. 62.a
Euchariſtiam adminiſtrare de facto aut de iure. 62.a
Solus ſacerdos conficere poteſt. 63.a
Euchariſtiam de iure quis conficere poteſt. 63.b
Eccleſia multa ab Apoſt. docto. habet abſque ſcripto. 39.b
Eccleſia ſcripturę interpres irrefragabilis. 104.b
Excommunicatio. 93.a
Extremæ vnctionis definitio. 112.b
Extrema vnctio nouę legis Sacramentum. 112.a
Sacramentum Extremæ vnctionis a Deo inſtitutum. 112.a

F

Fictus an baptiſmi effectum conſequatur. 20.a
Forma baptiſmi. 13.a

H

Homo ſemper habuit remedium ſuæ ſalutis. 10.a
Homo an poſſit appetere non eſſe. 167.a

I

Ieiunium naturę quid. 40.b
Ieiunium Eccleſię quid. 41.a
Ignis cruciabit dæmones. 144.a
Ignis cruciabit damnatos. ibid.
Infamans alium tenetur ad reſtitutionem. 85.a
Intentio actualis & habitualis. 29.a
Intentio habitualis non ſufficit adminiſtranti ſacramenta. 29.a
Intentio actualis non requiritur. 29.b
Intentio virtualis ſufficit. 29.b
de Indulgentijs. 100 b
Iudicare bifariam accipitur. 155.a
Iudicij generalis congruentię. 154.a
Iudicium generale futurum. ibid.
in Iudicio ceſſabit motus orbiũ cœleſtium. 156.a
Iuſtitia eſt in Deo. 150.b
Iuſtitia in damnatorum punitione 151.b
In mortali peccato valet quis eſſe trifariam. 42.b

L

Laicus Euchariſtiam nec cõficere nec conſcrare poteſt. 66.b
Latronis pœnitentia. 132.a
Lex Euangelica omnium perfectiſſima. 10.b
Lex Euangelica præ cæteris habet maiora auxilia. 11.a
Ludus. 83.a

M

Miſſæ indumenta. 64.a
Miſſæ dicendi locus conueniens. ibid.
in Miſſa debet eſſe lumen. 64.b
Miſſa quo tempore debet celebrari. 64.b
Miſſam celebranti quiſpiam aſſiſtere debet. 65.a
Miſſa melioris ſacerdotis melior eſt, & magis ꝓdeſt. 65.b
Mariam fuiſſe virginem decuit. 123.a
Materia baptiſmi quæ. 14.b
Matrimoniũ Xp̃s inſtituit. 122.a

Ma-

Matrimonium quid ſit. 120.a
Matrimonium requirit conſenſem. 151.b
Matrimonium quomodo impedit coactus conſenſus. 121.a
Matrimonium an impediat conſenſus erroneus. 122.a
Matrimonium Virginis & Ioſeph verum 123.b
Matrimonium quomodo impediat impotentia. 124.b
Matrimonium quomodo adulterio impeditur. 130.b
Matrimonium quomodo ſeruitute & infantia impeditur. 131.a
Matrimonium contrahere nequeunt ſacris initiati. 131.b
Matrimonium impeditur voto. 132.b
Matrimonium impeditur diſpari cultu. 133.b
Matrimonum impedit cognatio. 134.a
Matrimonium impedit affinitas. 134.b
Matrimonium impeditur ſpirituali cognatione. 135.b
Matrimonium impeditur cognatione legali 121.a
Matrimonij conſenſus quomodo exprimendus. 125.a
Matrimonij tria bona. 126.a
Matrimonio cōpetentia. 118.b
Memoria duplex. 96.b
Meritum congrui quid. 72.a
Miniſtri malitia non impedit baptiſmi efficaciam. 24.b
Miſericordia eſt in Deo. 151.a
Miſericordia in damnatorum punitione. 151.b
Mutatio formæ baptiſmi quomodo impediat ſacramentū conferri. 13.b
in Mutui datione an liceat vltra ſortem recipere. 79.b
in Mutui datione rerum vſualium. 80.b

N

Neceſſaria ex parte miniſtrātis ſacramenta quę. 13.b
Neceſſaria ex parte ſacramentorum quæ. 13.b
de Negotiatoribus. 81.a

O

Originale in paruulis. 17.a
Ordines ſeptem. 113.a
Ordinum ſuſceptionem an impediat ſexus muliebris. 116.b
Ordines an recipiant pueri. ibid.

P

Poenitentię ſacramenti miniſter. 73.b
Principium bifariam accipitur. 156.b
Paſchę acceptio. 58.b
Paulus Petro in leegalium obſeruatione merito reſiſtit. 16.b
Paruuli recipiunt effectum baptiſmi. 17.b
Pauuli baptizandi. 17.a
Paruuli infidelium aut Iudæorum inuitis parentibus an debeant baptizari. 23.a
Peccata remiſſa non redeunt. 109.b
a Peccatis reſurgens quam gratiam habeat. 108.b
Peccator vnde quis dicatur. 67.b
Peccator ex naturalibus poteſt peccatum deteſtari. 70.b
Peccator bifariam purgari poteſt. 74.a
Peccatum deleri poteſt ſine gratiæ infuſione. 96.b
Pecuniæ mutui datio iuſta. 79.b

Per-

Permutatio quomodo fieri debet. ibid.
Potentia Dei abſoluta & ordinata quę. 9.b
Poteſtas ſpiritualis triplex. 94.b
Pœna voluntaria ſolum delet reatum. 99.b
Pœna remiſſa non ſemper culpa remittitur. ibid.
Pœnę canonicæ quę. 114.b
Pœnitentia requiritur ad peccati deletionem. 70 a
Pœnitentia plurium pœnarum eſt inflictiua. 72.b
Pœnitentię ſacramētum quid ſit. 73.a
Pęnitētia in extremis valet. 99.a
Pœnitentia pręparationem requirit. 70.b
Pœnitentię ſacramenti miniſter. 73.b
Pęnitentiæ partes. 86.a
Pœnitere cuius virtutis eſt actus. 69.b
Præſcriptio & vſucapio. 78.a
Purgatorium. 105.b
Purgatorij ponendi cauſa. 106.a

R

REatus deletur per punitionem. 68.a
Reparationem homini quę concomitentur. 11.b
Repudiū an fuerit licitū. 129.a
Rerum tranſlatio quomodo fit. 78.b
Reſurrectio hominum poſſibilis. 136.b
Reſurrectio hominum futura. 137.a
Reſurrectio naturaliter cognoſci nequit. 140.a
Reſurrectio an erit naturalis. 141.b
Reſurrectio fit in inſtanti. 142 a
Reſurrectionem efficere nequit natura. 141 b
in Reſurrectione erit idem corpus. 143.a
Reſtitutio facienda & quomodo: 81.b
Reſtitutioni aſtringitur qui in anima aut corpore alium læſit. 83.b

S

SAcramenta inſtitui neceſſum non fuit, ſed tantum congruum. 4.b
Sacramenta a quo fuerint inſtituta. 5.a
Sacramenta quando debuerunt inſtitui. 5.b
Sacramenta debebant inſtitui diuerſa. 6.a
Sacramenta non efficiunt gratiam. 6.b
Sacramenta quomodo dicantur cauſa gratiæ. 6.b
Sacramenta ſuſcipientibus confertur gratia. 7.a
Sacramenta non habent in ſe ſupernaturalem virtutem. 7.b
Sacramenta improprie dicta ex opere operante gratiam conferunt. 9.a
Sacramenta vnde habeant efficaciam. 11.a
Sacramenta a malo expeti poſſunt. 26.a
Sacramenti definitio expenditur. 4.a
Sacramenti diuiſio. 6.a
in Sacramentis quędam ſunt neceſſaria, &c. 12.a
Sacramentorum virtus quę. 8.a
Sacramentum aduerſus originale in lege naturę. 10.b
Sacerdotum munus. 73.b
Satisfactio quid ſit. 75.a
Satisfactio peccatorum in quibus conſiſtat. 76 b
Satisfactio propria nō correſpōdet cuilibet mortali. 77.a

Secre-

Secretum celandum. 108.b

T

TRanſſubſtantiatio qd. 52.b
Tranſſubſtantiatio ſolius eſt potentiæ diuinę. ibid.
Tranſſubſtantiatio non eſt aliqua mutationis ſpecies. 53.a

V

VIno conſecrabili debet apponi aqua. 59.b
Veniale in alio ſeculo remittitur. 103.b
Votum quid ſit. 123.a
Verbi Dei natiuus ſenſus eſt obſeruandus. 47.a
Verbum Dei non eſt ęſtimãdũ ex carnali prudentia. ibid.

Explicit Index Reſolutionũ fratris Ioãnis Duns Scoti, ordinis minorum ſuper Quartum librum ſententiarũ, quę fuerunt diligentiſſimę Recognitæ, atque emẽdatę a R. patre Saluatore Bartolucio Aſſiſiate, Scoticarum ſpeculationum dilucidatore, ac VENETIIS in ædibus magnæ domus Regente.

Sit Laus Deo omnipotenti, Virgini Glorioſæ, ac Seraphico Patri Franciſco.

VENETIIS,
Apud Hæredes Melchioris Seſſæ.
M D L X X X.

Robert Warrington New, Pa.

S. T. W. - March 5, 1922

As the corner-stone of our own esoteric library.

F. IOAN. DVNS SCOTI,

ORDINIS MINORVM, THEOLOGORVM OMNIVM EMINENTISSIMI,

Atque Academiæ ſubtilium Anteſignani,

Quæſtiones Quolibetales ex quatuor Voluminibus ſcripti Oxonienſis Super Sententias.

A R. P. SALVATORE BARTOLVCIO de Aſſiſio, eiuſdem inſtituti, artium, & ſacræ Theologiæ Doctore, doctrinæq; Scoticæ dilucidatore, fideliſſime recognitæ, collationeq; multorum exemplarium, ſummo labore emendatiores, correctioresq. nunc redditæ; Nec non variarum lectionum, atque obſeruationum dote locupletatæ, ornatæ, & illuſtratæ.

Cum compendio Quolibetorum, & Syllabo rerum memorabilium.



VENETIIS, *Apud Hæredes Melchioris Seſſæ.*
M D L X X X.

ILLVSTR.^MO VIRO IOAN. MICHAELIO,

PATRITIO VENETO,
Equiti Clariſs. Diui Marci
Procuratori digniſs.

PATAVINI GYMNASII
IIIVIRO PROVIDENTISSIMO,
Atque omnium ſtudioſorum
Tutori acerrimo,

F.Saluator Bartol. Aſſiſias conuentualis
Franciſcanus S. P. D.

CVM decem abhinc annos (ſplendidiſſime eques) Gymnaſiarchia Patauinæ Academiæ, (quam noſtrates Regentiam vocant) in ædibus Diui Antonij, mihi delata fuiſſet; auditores, qui, eo tempore, grauioribus ſacræ Theologiæ ſtudijs, accurate operam nauabant,

vno ore efflagitarunt atque maximopere ob ſecrarunt; vt quæſtiones quolibetales Ioannis Duns Scoti, Doctoris ſubtilis, cuius doctrinæ addicta eſt vniuerſa religio Franciſcana, in eorum gratiam interpretandas mihi aſſumerem; in quas (vt eruditioribus, & ſubtilioribus manifeſtiſſime patet) Doctor ſuccum in quatuor ſententiarum voluminibus ſparſim diffuſum, tanquàm in vaſculum, vndique odoribus redundans, & ſuper effluens, contulit, atque contraxit. Ego vero, vt eorum efflagitationibus, ac obſecrationibus, cumulatiſſime ſatisfacerem (quorum cauſa multo plura cupiebam) pro viribus id præſtiti. Cum autē inter legendum, plurima mihi ſeſe offerrent loca, non paucis obſtructa difficultatibus, explicationes interpretum perquiſiui, eaſque accuratiſſime, atq; diligentiſſime animo luſtraui; vt interiorem, & ſincerior ē Doctoris ſenſum eruerem: eiusq; mentem ad viuum penetrarem. Verū cum animaduerterem interpre

tes

tes egere interprete, adhibui ego quibuſdam in locis abſtruſioribus, & reconditioribus, animaduerſiones quaſdam meas, quaſi digito indicantes locos, in quibus de eiſdem rebus agitur, qui non parum luminis afferunt, ad planius intelligendum, & plenius percipiendum ſpeculationes à Doctore in huiuſmodi quæſtionibus habitas. Addidi prætereà ſyllabum, in quem contracta ſunt omnia inſigniora, atque memoratu digniora; non eo quidem animo, & conſilio, vt ederem; Sed vt apud me cuſtodirem, & vt meorum duntaxat ſtudiorum memoriæ conſulerem. Verum poſtea, cum ſuperioribus annis. CIↃ. IↃ. LXXVIII *florentiſſimi Gymnaſij magnæ domus, ampliſſimæ vrbis Venetiarum, præfectus creatus fuiſſem, (cui etiã ante annos xiiij. præfuerã) publicumq. legendi, diſputandi, & interpretandi onus eodem in loco mihi fuiſſet impoſitum; rurſus illas eaſdem, quæſtiones, diſcipulis id non ſolum exoptantibus, ſed etiam quotidie poſcenti-*

bus explanare coactus fui, quas cum minime abſoluere potuiſſem, auditores, qui illas manu ſcriptas ſeruauerãt, (qua erant in me voluntatis propenſione) certatim, vt correctiores, emendatioreſq; redderem, cohortati ſunt, & vt in ſtudioſorum commodum, in apertum, lucemq; proferrem, ſummis precibus rogarũt, ac prope impulerunt. Nam, cum eas currenti calamo ex ore excepiſſent, ob celeritatem ſcribendi, compluribus (vt aſſerebant) ſcaturiebant mendis: eorum voluntati diutius obſiſtere, idq; eis denegare, tum ob maximam probitatem, tum ob ſingularem, quem in me preſetulerunt, amorem, honeſtũ mihi viſum non fuit: præſertim, cum optime cognoſcerem, eos maxima huiuſmodi animaduerſiones habẽdi, ardere cupiditate, & opus eſſe nimis arduũ, atq; difficile, ſi tot manuſcripta exẽplaria promulgare voluiſſem. Iccirco Archetypum meum Typographo dedi, & illico formis ſubijciendum curaui: vt hac ratione quamprimum fieri poſſet, honeſtæ

amico-

amicorum petitioni, & deſiderio ſatis facerē. Horũ itaq; cohortatione, ac impulſu, ad eden dum excitatus, ſub ſplendidiſſima ac fauſtiſſima tui nominis tutela, emittendum, tibiq; potiſſimum dicandum cenſui: cui me totum, propter tuam propenſam in me voluntatem, (quę multis argumētis mihi plane eſt cognita, & perſpecta) iampridem tradidi, atq; deuoui: vt quando in maiore non poſſum, hac vna certe in re, ego gratus cognoſcerer, ac ſimul ſummum meum erga te amorem, ac ſingularem obſeruantiam, omnibus teſtatam relinquerem. Nam ſi alia ratione, parem tibi gratiam referre minus poſſum, beneuolentiam ſaltem erga me tuam, exigua hac grati amini teſtificatione, proſequar. Etenim, vbi primum præclarus vir, qui Pataui eam philoſophiæ partem, quæ diuinas mentes, ac rerum oīum cauſas priores, & altiſſimas inueſtigat, non ſine maximi nominis laude, & exiſtimatione profitebatur, à vita diſceſſit: confeſtim in eius locum me ſufficiendũ exiſtimaſti. Nec .n.

te latebat me ingenuarum artium ſtudia coluiſſe, ac in celeberrimis Italiæ vrbibus & nobiliſſimis gymnaſiis, publice docendo & diſſerendo, viginti prope iam annos, conſumpſiſſe. Nam, cum egreſſus ab vrbe veſtra, tanquàm ex alto, & turbulento mari, patauium, veluti in portum ab omni tumultu liberum, relaxandi animi gratia te recepiſſes: huius rei locupletiſſimum teſtimonium tribuerat Melchior Guilandinus, vir maximarum rerum cognitione apprime inſtructus, & propter eximiã virtutem atque admirabilem eruditionem, omni honore, præconio, & obſeruantia dignus. Is enim mihi in clientelam tuam primus aditum patefecit: ſiquidem cum officij gratia, domi te conueniſſet, atque interloquendum (vt ſit) in ſermonem de metaphyſico Franciſcano deligendo incidiſſetis memoriaque teneret vir humaniſſimus, ſæpius audiuiſſe, cupere me in ſcholis patauinis, tanquam in arena mearum virium periculum facere in interpretandis libris

Ari-

Ariſtotelis, qui de prima philoſophia inſcribuntur: adeo de me præclare, & Honorifice tecum locutus eſt, vt me illi tantũ debere putem, quãtum mihi ſemper exoptatiſſimũ ante fuit in tuam fidem, & clientelam venire, optatiuſq; nunc eſt in ea permanere. Quam obrem ex eo tempore libentiſſimo animo mei patrocinium ſuſcepiſti, meque collegis tuis, viris omni laudum genere digniſſimis, ſtudioſiſſime commendaſti, & autoritatis tuæ pondere plurimorum animos ad me amandum commouiſti. Cum enim ab ineunte ætate optimas artes excolueris, illarum ſtudioſos humaniſſime vbique locorum ſemper fouiſti, aſſidueque promouere, ac de illis benemereri ſtudes. Cuius rei illud eſt apertiſſimum, & certiſſimum indicium, quod penè puer probitatis, & ingenij mirifica quadam indole, omnium gratiam iniſti, nobiliũque animos tibi conciliaſti, ac deuinxiſti. Hinc florentibus annis, & maturiori ætate, plurimas legationes inſignes ac Honorificas ſumma cum lau-

de

de obiuiſti. Cum bis, ad ſereniſſimum Maſſimilianum Bohemiæ Regem optimum, & ad Mariam præſtantiſſimam Reginam, Caroli V. Filiam, eius vxorem, in eorum reditu ex Hiſpaniјs, orator deſignatus fueris.

Quater in Germaniam, ad Ferdinandum, Maſſimilianum. II. Iuniorem, & Rodulphum Auſtriacos, maximos, & Auguſtiſſimos Romanorũ Imperatores: ubi totos decem annos, magna cum gloria, & tui nominis celebritate, permanſiſti. Quinquies in galliam, primùm ad Henricum. II. Chriſtianiſſimum Regem: Inde ad eius filios, ſummos Reges, Franciſcum. II. Carolum. IX. ad quem (ſpretis periculis, & æſtibus, qui tunc maximi erant) citatis equis (ita Iubẽte ſenatu) aduolaſti, & ad Henricum. III. Galliæ, & Poloniæ, Regem Ampliſſimum.

Semel in Britanniam, ad inuictiſſimum Philippum, Indiarũ, Hiſpaniarumque Regem Catholicum, & ad Mariam Reginam, eius vxorem, Henrici. VIII. Anglorum

Regis

Regis filiam, firmiſſimos, conſtantiſſimoſque Reip. Chriſtianæ propugnatores. Semel in Belgicam, Ad excellentiſſimum Franciſcum Valeſium, Ducem Alanſonium, Henrici. III. Regis Chriſtianiſſimi, fratrem Germanum, ad quem pariter (ita exigente reiponde re, & magnitudine) curſim te contuliſti. Semel in Hetruriam, ſolemnitatis nuptiarum cauſa, ad potentiſſimum magnum Ducem Franciſcum Mediceum, & ad fortunatiſſimam Blancam Cappelliam Venetam, eius coniugem, quibus non minus charus fuiſti. quàm illis, vnde orator mittebaris. Quibus quidem in muneribus obeundis quàm præclare & egregie te geſſeris, qua erga omnes benignitate fueris, qua comitate, ac affabilitate, quàm officioſus, quàm humanus, quàm gratus, quàm cunctis iucundus, quàm procul ab omni ambitione, cui non eſt exploratum? Hæc ſunt ornamenta, quibus legationes tuas illuſtraſti. Hæc, quib. meruiſti à principibus, & Clariſſimis Viris amari: at

que

queob id vniuerſi immuneris te efferunt laudibus, & ampliſſimis Honoribus proſequũtur. Tu enim proprijs, ac peculiaribus quibuſdam virtutibus, latiſſimum tibimet ad ſupremam ſenatorum dignitatem iter aperuiſti. Tu animo, menteque concepiſti, vnumquemque patriæ plus debere, quàm ſibi, longeque illius ſalutem, bona, fortunas, omnia denique commoda, tuis anteponenda fore exiſtimaſti: Hinc labores, quàmuis maximos, ſubire non dubitaſti, quos tamen pro patria decoranda, leues putaſti. Neque hic ſilentio præterire poſſum Honorificentiſſimam legationem, apud Cæſarem, ad quẽ (ſummo omnium aſſenſu & approbatione) electus fuiſti, pro dirimendis tuo iudicio, ac penitus ſedandis, tua prudentia, controuerſiis, quæ de finiũ agrorum terminis ſuperiori tempore inter domum auſtriacam & Remp. Venetam fuerunt ſubortæ, & pro animis ob hanc rem diſcrepantibus, iungendis, firmius copulandis, & amicius reconciliandis. Nouit enim

vni-

vniuerſus ſenatus tuam admirabilem in rebus gerendis vigilantiam & animi magnitudinem promptitudinem, facundiam, & conſilij pondus, magnorum & illuſtrium virorum tibi tua virtute conciliatam familiaritatem, prudentiam & dexteritatem inſignem, in maximis negotijs dijudicandis, non mediocri cum humanitate coniunctam. Accedit ad hæc nobilitas generis, quæ in te relucet, Senatoria dignitas, quæ in te eminet, cognitio ſcientiarum exquiſita, quæ in te conſpicitur. Proinde, nemini mirum videri debet, ſi te procuratorem Diui Marci, omnium bonorum voces, priuſquàm ſenatorum ſuffragia, deſignarunt. At quò progredior? Equidem ſi omnes tuas virtutes, non adumbratas, ſed omnibus numeris abſolutas, & actiones egregias in Republica longe omnium præclariſſima, atque (vt ita dicam) in hoc terrarum orbis miraculo, verbis exprimere vellem, nihil amplius agerem, quàm ſi vnius riuuli anguſtijs immenſum mare propemodum reſtringere tenta-

tarem. Nam ſingulis diebus, ſingulis horis; ſingulisque momentis, prudenter, & ſapienter agendo, & maiora, magisque illuſtria opera faciendo, facultatem dicendi omnibus præcludis. Quamobrem, hic finem imponam, ſi prius illud vnum, etiam atque etiam te rogauero, vt has meas lucubrationes, firmiſſime tutelæ tuæ commendatas, eo animo accipias, quo gratiſſimo, & paratiſſimo, ad te affero; & me in eorum numerum recipere ne grauẽris, qui te, & amant, & obſeruant. Deus Opt. Max. tibi omnia ſecundet, atque fortunet. Dat. Venetijs, Idibus ſeptembr.

CIƆ IƆ LXXX.

IN QVOLIBETA IOAN. DVNS SCOTI.

CARMEN.

Quolibet hoc magni Scotus monumenta to-
nantis
Præſtitit: en lector ſtemma nitoris habes.
Quatuor inuenies comprehenſa volumina
miro.
Ingenio: poteris flore replere ſinus.

SYLLABVS SVPER QVOLIBETA IOANNIS DVNS SCOTI,

DOCTORIS SVBTILIS, COMPLEctens omnes materias, definitiones, diſtinctiones, Axiomata, enunciationes inſigniores, propoſitiones Theologicas, atque Peripateticas, à Doctore pertractatas, in gratiam atque commodum ſtudioſorum doctrinę Scoticæ in hunc ordinem redactus.

Et animaduerte ſtudioſe Lector, quod primus numerus indicat quæſtionem, ſecundus paginam, tertius columnas.

Materierum.

ACTVS naturalis, & actus dilectionis meritorię vtrũ ſint actus eiuſdẽ ſpeciei, quæſt. 17, pag. 246. col. 1.

Actus exterior, an addat aliquid bonitatis, vel malitiæ ad actũ interiorem. q. 15. p. 253. c. 2.

Actus cognoſcendi, & appetendi. nunquid ſint eſſentialiter abſoluti, vel eſſentialiter relatiui, q. 13. p. 179. c. 1.

Actus voluntatis, & ipſorũ ordo pertractantur. q. 19. p. 267.

Anima quid cognoſcat naturaliter, & ſecundum quas potẽtias, & qualiter fundet imaginẽ trinitatis, & quæ pertineãt ad memoriam, & an ſolus intellectus agens, vel etiam poſſibilis ſit actiuus intellectionis, & cuius obiecti naturaliter, & quare non cognoſcit ſeipſam, per eſſentiam ſuam, pertractatur. q. 15. p. 217.

Anima rationalis relicta ſuę naturali perfectioni, nunquid poſsit cognoſcere trinitatem perſonarum in diuinis. qõ. 14. p. 198. c. 2.

Diffinitionum.

Actus vltimus eſt cui non aduenit alius actus, dans eſſe ſimpliciter. q. 9. p. 148. c. 1.

Auerſio actualis à fine vltimo eſt actualis nolitio illius finis, q. 18. p. 261. c. 2.

Auerſio virtualis eſt acceptatio aliqua voluntatis in compoſſibilis volitionis finis ſaltem efficaci, vel conſecutioni finis. ibid.

Diſtinctionum.

Actus intellectus prima operatione eius eſt duplex, quidã eſt rei exiſtentis vt exiſtentis, & quidam eſt rei indifferenter ſe habentis ad exiſtentiã, & non exiſtentiam q. 6. p. 85. c. 1. & 13. p. 183. c. 1.

Actus dilectionis naturalis poteſt intelligi dupliciter vno modo, quia ſit elicitus à voluntate ſecundum naturalem inclinationem, alio modo qa non eſt actus ſupernaturalis, quia volũtas actu naturali poteſt habere, licet non ſit ſecũdum naturalem inclinationẽ q.17.p.246.c.2.
Agens ſecundum ſpeciale iudicium eſt duobus modis.q.18 p 255.c.2
Aliquid eſſe commune tribus poteſt eſſe dupliciter vel cõmunitate reali, vel communitate rationis.q. 10 p.162 c.1
Aliquid poteſt dici ratio duob. modis.q.3 p.43.c.2
Aliquid poteſt eſſe ratio dependentiæ dupliciter. q.19 pag. 282.c.1
Animam poſſe cognoſcere aliquod obiectum poteſt intelligi duobus modis vno modo in recipiendo notitiam, alio modo in attingendo illud. q.14.p.199.c. 1
Auerſio à fine eſt triplex quædã eſt actualis nolitio finis, quædam eſt non formalis, ſed virtualis, quædã vero eſt largiori modo quacunque malitia ſeparatus a fine efficaciter volendo vel conſequendo. q.18 pag.265.c.2

Enuncia. inſigniorum.

Actus operatiuus non habet terminum productum, ſed eſt vltimus terminus. q. 1. p. 17. c.2.
Actus productiuus ſemper eſt alicuius termini per ſe, qui accipit eſſe per ipſum.ibidem
Ad formam abſolutam nouam poteſt eſſe per ſe mutatio. q. 13.p.182.c.1
Agens actione de genere actionis nunquam eſt ſimpliciter perfectius per illam, immo ex perfectione ſua complete agit communicando alteri perfectionem.q.13 p.192. c.2
Agens omnino immutabile nõ põt immediate cauſare, aliquod nouũ alterius rationis nulla poſita diuerſitate ĩ medijs cauſis actiuis vel receptiuis.q.21.p.310.c.1

Propo. Theologicarum.

Actio naturalis in eodem præcedit actionem non naturalem, quomodo ſit vera propoſitio, q.14 p.208.c.1
Aer non eſt factus lucidus à Sole, ſed fit lucidus. Aug.11 ſuper Gen. cap.19. quomodo intelligitur, q.12.p 173.c.2
Aliæ prædicationes in diuinis quaſi rem monſtrant, aliæ vero quaſi circunſtantiam rei. Boetius.j.de trinitate cap. 10 quomodo intelligitur, q. 3.p. 40.c. 1
Anima ſeparata dicitur imperfecta in eſſendo, quomodo intelligitur.q.9 p,148.c.2
Apud deum non eſt impoſſibile oẽ verbum. Luc. 1. quomodo intelligitur, q.10.p.158.c 1

Propoſitionum peripateticarum.

Abſoluta diſtinguuntur per intrinſeca quomodo intelligitur.q 13.p.195.c.1
Acquirere cognitionẽ in principio non eſt generatio, neq; altera-

alteratio, homo enim fit ſapiens, & intelligens, quando anima eius quieſcit, & firmatur. 7. phyſi. tex. co. 20. quomodo intelligitur. q. 13. pag. 188. c. 2

Actio eſt tantum ſuppoſiti, & actiões sũt circa ſingularia. 1. meta. in prohemio, quomodo ſint propoſitiones veræ, q. 4. p. 66. c. 1

Actus eſt formalis ſimilitudo obiecti, & actualior quam ſpecies, quomodo intelligitur, q. 14. p. 202. c. 1

Actus illi differunt ſpecie, q eliciunt a principiis differentibus ſpecie, quomodo intelligitur. q. 18, pag. 252. c. 2

Ad relationem non eſt motus. Ariſt. 5. phyſ. teſt. co. 10. quomodo intelligitur. q. 11. pag. 169. c. 1

Agens immutabile non poteſt cauſare aliquid nouum immediate alterius ratiõis, quomodo ſit verum. q. 21. p. 309. c. 2

Agere non ſolum præſupponit eſſe ſed potens agere, quomodo intelligitur. q. 4. p. 66. c. 2. & 67. c. 1

Aliqua dicuntur ad aliquid ſecũdum genus, vt medicina eſt eorum quæ ſunt ad aliquid, quia ipſius genus pura ſcientia videtur eſſe eorum quæ ſũt ad aliquid. 5. met. tex. co. 20. & cap. de qualitate. quomodo intellig. q. 13. p. 198. c. 1

Anima per ſe intelligit, & operatur operatione immanente, quomodo intelligitur. q. 9. p. 146. c. 2

Anima ſpeculat quod quid eſt in fantaſmatibus, & fantaſma ita ſe habent ad intellectum, ſicut ſenſibilia ad ſenſum, & nihil intelligit anima ſine fantaſmate 3. de anima. tex. co. 11. & 39. quomodo intelligitur. ibidem.

Ars vniuerſalis eſt ſpeculatiua, & particularis eſt practica, quomodo intelligitur. q. 8. p. 131. c. 1

B

Materierum.

Bonitas actus naturalis, & actus moralis, quid ſit, & qualiter accipiatur, & à qua cauſa, & qualiter ſit meritorius, & quibus circunſtantijs requiſitis moderentur. q. 18. p. 253. c. 2

Diffinitionum.

Bonitas moralis actus eſt integritas omnium eorum, quæ recta ratio operantis iudicat debere ipſi actui, conuenire, vel ipſi agenti in ſuo actu cõuenire q. 18. p. 154. c. 1

Diſtinctionum.

Bene fortunatus vniuerſaliter poteſt intelligi duobus modis, q. 21. p. 305. c. 1

Bona fortuna poteſt accipi dupliciter. q. 21. p. 304. c. 1

Bona fortuna ſecundum effectum poteſt dupliciter intelligi, vel per ſe, vel per accidens. q. 21. p. 304. c. 2

Enuncia. inſigniorum.

Bonitas eſſentialis qua vna ſpecies eſt melior alia non eſt res addita eſſentiæ. q. 6. p. 88 c. 2

Propoſ. Theologicarum.

Beati omnes eſſe volumus, q̄d ſemper eſt verum, ſiue de beatitudine actu cogitemus, ſiue non. Aug. 13. de trini. ca. 4. & 8. quomodo intelligitur. q. 13. p. 180. c. 1

Bonum eſt, ex vna, & tota cauſa, malum autem ex particularibus defectibus. Dionyſ. de diuinis nominibus. par. 4. qualiter intelligitur. q. 18. p 257. c. 1.

Bonum ſpirituale proportionatur ſpiritui, & ſpiritus eſt vbique totus, & non per partem communicatur quomodo intellig. q. 20. p. 288. c. 1

Prop. peripateticarum.

Bona fortuna proprie eſt illorũ, quæ ſunt in poteſtate noſtra, ſicut & abſolute fortuna. phy. in libell. de bona fortuna, quomodo intelligitur. q. 21. p. 304. c. 2

C

Materierum.

Creatio qualiter, & à quo fiat, & ad quem terminum terminetur, & nunquid ſimul aliquid poſſit dici creari, & conſeruari, & nunquid aliquid creari poſſit, & non cõſeruari poſt inſtãs creationis pertractatur, q. 12, p. 171

Cognitio intuitiua, & abſtractiua, qualiter ponenda ſit in anima. q. 13. p. 184. c. 1

Cognitio intellectus ſiue intuitiua, ſiue abſtractiua, quam entitatem habeat abſolutam vel reſpectiuam, & qualiter obiectũ requirant, & quã habeat ad ipſã relationẽ, & qualiter menſuretur ab obiecto, q. 13. pag. 179. per totã quæſ.

Conuerſio accidentium præcipue quantitatis in euchariſtia quid ſit, & qualiter fieri poſſit in aliquid præexiſtens, & à quo, & vtrum ſit annihilatio pertractatur 10. q. p. 150

Corpus Chriſti qualiter poſſit eſſe in pluribus locis per diuinam potentiam ſine cõtradictione. vide. q 11. p. 163.

Corpus qualiter ſe habeat ad locum, ſiue in communi, ſiue in particulari, & vtrum poſſit eſſe ſine loco qualitercunque ſumantur corpus, & locus pertractatur. q. 11. p. 163. p totã

Diffinitionum.

Cognitio perfecta obiecti eſt illa, qua obiectum attingit ſub perfecta ratione ſuæ cognoſcibilitatis, & diſtincta. q. 14. p. 199. c. 2

Cognitio impfecta eſt illa qua obiectum per accidens attingitur vel tãtum in aliquo cõceptu communi, & confuſo. ibidem.

Cognitio diſtricta immediata eſt qua obiectum non mediãte alio obiecto intelligitur p quod vel in quo intelligatur, ita quod hic excludit mediũ cognitum, nõ autem mediũ cognoſcendi. ibidem.

Continuum eſt illud cuius motus eſt vnus ſecundum ſe, q. 20. p. 289. c. 1

Diſtinctionum.

Cauſa actiua diuiditur in naturam, & propoſitum. q. 16. p. 243. c. 1

Cauſæ concurrentes ad eũdem effectum tripliciter cõcurrũt q.15.p.222.c.1
Cognitio obiecti eſt duplex q̃dam eſt perfecta, quędam im perfecta q.14.p.199.c.2
Conuerſionẽ fieri in præexiſtẽs põt intelligi duobus modis vno modo in id quod aliquã do fuit, & nõ manet alio mo do in id quod fuit, & modo manet. q.10.p.155.c.2
Communicabile dupliciter dici tur. q.19.p.281.c.1
Communicabile alicui tanquã principium eſſendi poteſt in telligi dupliciter. ibid.

Axiomatum.

Cuicunque repugnat eſſe partem, vel excedi realiter ab ali quo, ei repugnat eſſe finitum q.5.p.68.c.2

Enuntia. inſigniorum.

Cauſa effectiua quanto eſt ſupe rior, tanto eſt perfectior in cauſalitate. q.7.p.116.c.2
Cõparatio alicuius ad alterum præſupponit entitatem ſecun dum ſe. q.3. pag.44.c.1
Communicatio perfectiſſima non eſt niſi perfectiſſimi termini communicabilis, & in magnitudine perfectiſſima ſe cundum quam omnino ſit æquale productum producen ti. q.6.p.99.c.1
Conceptus diſtinctiſſimus ſubie cti theologiæ, quod eſt deus, poteſt haberi citra cognitionem intuitiuam, & ille conce ptus virtualiter & euidenter continet omnes veritates de illo ſubiecto neceſſarias. q.7. p.106.c.2.
Cognitio diſtinctiſſima præuia actui ſcientiæ, ſiue cõceptus maxime euidẽter ĩcludẽs ve ritates principiorum, & con cluſionũ, qui poteſt haberi citra viſionem claram, ſiue co gnitionem intuitiuam alicu ius obiecti ſufficit ad haben dum ſcientiam de tali obie cto. q.7.p.105.c.2
Contingentia in agendo reduci tur ad primum non naturali ter, ſed libere actiuum. q.16. p.240.c.1
Coordinatio ſcientiæ propter quid non eſt poſſibilis intellectui, niſi habenti conceptũ de ſubiecto virtualiter, & eui denter includẽtem totam il lam coordinationem. q.7.p. 107.c.2
Contradictio ſimpliciter non eſt alicuius ad prius per hoc quod illud habet contradictionem ad poſterius natura. q.2.p.26.c.1
Contradictorium cum contradictorio, nunquam conſtituit vnum intelligibile, neq; ſicut obiectum cum obiecto, neq; ſicut modus cum obiecto, q.3.p.39.c.1
Cuicunque non repugnat infinitas intenſiua, illud non eſt ſumme perfectum, niſi ſit infinitum. q.6.p.88.c.1
Cuicunque non repugnat eſſe idem eſſentialiter alicui ſubſtantiæ, illud non conuenit ve riſſime illi ſubſtantiæ, niſi cõ ueniat ſibi eſſentialiter. q.1. p.9.c.1

Prop. Theologicarum.

Creatura nulla eſſe poteſt, niſi per ipſum, per quod omnia facta ſunt. ſcilicet verbum.

Aug.83.q.9.46. quomodo intelligitur.q.8.p.134.c.2
Cognitio naturalis de Deo, & cognitio fidei infuſæ ſunt actus differentes ſpecie, quod ſit propoſitio falſa.q.17.pag.250.c.2
Conſtitutiuum perſonę dat eſſe ſubſiſtere Aug.7. de trini. c.6.quomodo intelligitur. q.4.p.61.c.2

Propoſ. peripateticarum.

Cauſa actiua diuidit in naturã & propoſitum. 2.phyſic.49. quomodo intelligitur, q.16.p.243.c.1
Cauſatum eſt de ſe non ens, & eſt de ſe poſſibile. Auic.8. metaph.ca.4. quomodo intelligitur.q.7 pag.125.c.1
Cœlum eſt in loco per centrũ. Auer.4. phyſ.c.43.quomodo intelligitur.q.11.p.165 c.1
Cęlum eſt mobile adęquatum intelligẽtiæ. 2. cœli. tex.co.71.quomodo intelligitur. q.20.p.289.c.2
Contradictoria referuntur ad idem nunc non ſolum in ordine durationis,ſed etiam naturæ,& originis,quomodo intelligitur.q.4.p.55.c.2
Cuius eſt uiſus hoc eſt uiſibile,viſibile eſt color, hoc autẽ ſecundum ſe eſt viſibile, ſecũdum ſeipſum autem non ratione, ſed quoniam in ſeipſo habet cauſam eſſe viſibile. Ariſt.2. de anima tex. co.66. quomodo intelligitur. q.8.p.133.c.1
Cum intellectus ſingula fiat, vt ſciens dicitur qui ſecundum actum, hoc autem cõfeſtim accidit, cum poſſit operari ꝑ ſeipſum.3. de anima text co.8.quomodo intelligitur.q.15 p.219.c.2.

D

Materierum.

Demonſtratio quia & propter quid, quid ſit, & qualiter fiat,& de quibus,q.7.p.102 c.2
Deum eſſe omnipotentem nunquid naturali ratione poſſit probari & neceſſaria, pertractatur.q.7 per totam.
Deus nunquid ſit infiniti vigoris ſecundum etiam philoſophum.q 7.p.117.c.1
Deus vtrum poſſit facere angelum informare materiã pertractatur.q.9. per totam-
Deus an poſſit ſpecies in eucharistia conuertere in aliquod pręexiſtens. pertractatur. q.10 per totam.
Deus an poſſit facere,quod manente corpore, & loco corpus non habeat, vbi in loco. q.11.p.163.c.2

Diffinitionum.

Dependentia naturæ ad verbũ eſt dependentia naturæ vt cõicabilis ad perſonam propriam alterius naturæ, vt terminantem eius dependentiam.q.19.p.281.c.1

Diſtinctionum.

Demonſtratio eſt duplex quędam quia, & quædam propter quid.q 7 p.102.c.2
Dependentia eſſentialis eſt duplex quædam ex vtroque extremo, & quædam ex altero, puta fundamento.ibidem.

Dependentia poteſt dupliciter accipi.ſ. formaliter & materialiter, & hoc dupliciter vel in eodem ordine, vel in alio, q.19.p.270.c,2

Enuncia. inſigniorum.

Dependentia, vel eſt formaliter imperfectio, vel oĩno habet imperfectionem annexam. q.19.p.269.c.1

Propoſ. Theolog.

Deus eſt exiſtentia incircūſcripta, & eſt æuum ęuorū. Dionyſ. de Diuinis nominibus cap.5. quomodo intelligitur. q.6.p.91 c.2

Deus eſt reſpectu cuius omnis natura creata eſt quaſi accidēs, quomodo intelligitur. q.19 p.274.c.1

Diximus mentem noſcere ſemetipſam, nihil enim tam nouit mēs, quam illud quod ſibi præſto eſt, nec menti magis quicquam pręſto eſt, quā ipſa ſibi. Auguſt. 14 de trini. cap 4.& 9. quomodo intelligitur. q.14.p.213.c.1

Propoſi. peripat.

Delectatio non eſt motio, quia omniū motionum eſt ꝓprie velocitas, & tarditas, vel in ſe, vel in comparatione ad aliud 10. Ethic. cap.2. quomodo intelligitur. q.13.p.195.c.1

Deus eſt cauſa euentus fortuiti, & impetus Ariſt. in libello de bona fortuna quomodo ſit verum. q.21.p 309,c.1

Duo corpora non poſſunt eſſe ſimul.4.Phyſ. tex.cō.76. qūo intelligitur. quæſt.10.p.159. col.1

E

Materierum.

EQualitas qualiter ſit in entibus & in quo fundamento pertractatur. quæſt.6.pag. 83 per totam.

Equalitas in diuinis nūquid ſit relatio realis. ibid.

Eſſentia diuina vtrum moueat intellectum diuinum, & qualiter, & quæ motio ſit prior naturalis aut libera, & ad quem terminum, & cuius obiecti primarii ſit, vel ſecūdarii. q.14.p.208.c.1

Eſſentialia in diuinis nunquid ſint ĩmediatiora eſſentię diuinæ, quàm notionalia pertractatur. q.1.

Eſſentiale quid ſit, & notionale, & qualiter ſint in eſſentia, & quot modis accipiantur. ibi.

Diffinitionum.

Ens infinitum eſt quod excedit quodcunque ens finitum nō ſecundum aliquam determinatam proportionem, ſed vltra oēm proportionem determinatam, vel determinabilē. q 5.p.69.c.2

Aeternitas eſt interminabilis vitæ tota ſimul & perfecta poſſeſſio q.6.p.90.c.2

Diſtinctionum.

Effectum præexigere aliquid in ratione cauſæ poteſt eſſe dupliciter. q.8.p.135.c.1

Ens per ſe poteſt intelligi tripliciter. q,9.p 140.c.2

Eſſentia eſt res ad alterum pōt intelligi dupliciter, vel formaliter, vel per identitatem. q.3. p.45.c.2

Eſſentiale dupliciter dicitur ſe-

cundum Theologos,quoddā eſt ad intra, quoddam eſt ad extra.q.1.p.5.c.2

Eſſe poteſt intelligi dupliciter. q.9.p.148.c.1.

Eſſentiale dupliciter dicitur, vno modo ſecundum philoſophos,alio modo ſecũdũTheologos. q.1.p.4.c.2

Enuncia. inſigniorum.

Eadē eſſentia numero non pōt eſſe magna pluribus magnitudinibus eiuſdem ſpeciei, vel rationis.q.6.p.89.c.2

Effectus æquiuocus non poteſt excedere in perfectione cauſam æquiuocam,ſed neceſſario deficit ab ea. quæſt. 15. p.219.c.1

Propoſitionum Theolog.

Eiuſdem obiecti primi accepti ſecundum totam ſuam indifferentiam ad potentiam,quā primo reſpicit,acceptam ſecundum totam indifferentiā eſt idem modus ſe habēdi in mouēdo .ſ.naturaliter,vel nō naturaliter,quomodo intelligi.q.14.p.208.c.2

Eſſentia diuina eſt principium formale,& terminus formalis vtriuſque productionis, qũo intelligi.q.2.p.34.c.1

Eſt quædam imago ipſa mens, & notitia eius quæ eſt proles eius,ac de ſeipſa verbũ eius, & amor tertius.Aug.9. de tri. cap. vlt. quomodo intelligitur.q.14.p.211.c.1

Aeternitas eſt interminabilis vitæ tota ſimul & perfecta poſſeſſio Boet.de cõſol.proſa.6. quomodo intelligitur. qō.6. p.90.c.1

Aeternitas eſt modus exiſtentiæ diuinæ,ſicuti infinitas eſt modus eſſentiæ. quod ſit propoſitio falſa.q.6.p.91.c.1

Exitio à Deo eſt abſoluta natiuitas,quam paterni nominis conſecuta eſt confeſſio. Hylar.9.de trin.c.15. qũo intelligitur.q,4.p.63.c.1

Extremum inquantum extremũ terminat, quomodo intelligitur.q.6.p.97.c.1

Propoſition.Peripat.

Ea quæ ſunt communia omnibus generibus ſunt ens & res Auic.1.Met.cap.5.quomodo intellig.q.3.p.39.c.2

Aeque illuminantur plura illuminabilia ſicut vnũ qũo intellig.q.20.p.290.c.1

Eſſe animæ eſt idem , quod eſſe totius quod ſit propoſitio falſa.q.9.p.147.c.1

F

Materierum.

Fortuna quid ſit, & qualiter, & quæ cauſa ſit,& quorũ, & in quibus, & qualiter aliquis ſit bene fortunatus, & qua ratione,ſubtiliter pertractatur ſecũdum philoſophos, & Theologos.q.21.p.303.c.1

Diſtintionum.

Fortuna eſt cauſa per accidens eorum quæ eueniunt in minori parte actione agentis à propoſito. q.21.p.303.c.1

Diſtinctionum.

Facere latera diſtare poteſt intelligi dupliciter vel effectiue, vel quaſi formaliter. q. 11. p.170. c.2.

Enuncia. inſigniorum.

Forma quæ eſt in aliquo ſuppoſito principium producendi productione adæquata illi formæ non poteſt eſſe alicui alteri principium producendi, q.2.p.34.c.2

Propoſit. Theolog.

Filius eſt ars patris plena omnium rationum viuentium. Aug.9.de Trin.cap.vlt. qualiter intellig.q.1.p 17.c.1

Fortaſſe nihil aliud caſum vocamus, niſi cuius ratio ſecreta eſt. Aug.de Acad. quęſtio.in principio qualiter intelligitur. q.21.p.304. c.1

Propoſit. peripat.

Finitum, & infinitum quantitati congruunt.1.phyſi.text.co. 15.qualiter intelligitur. q.5. p.82.c.2

Forma eiuſdem rationis non multiplicatur niſi ſecundum materiam. qualiter intelligit. q.2.p. 19.c.2

Forma eſt magis ens quam compoſitum.7.met.tex.co.7.qualiter intelligitur, q. 9. p. 146. c.1.

Fortunati a Deo vecti ſine ratione impetum habent, ad operari aliquid Ariſ in lib.de bona fortuna qualiter intellig. q.21: p.306.c.2.

G

Propoſitionum Theolog.

Generatio in diuinis eſt incomprehenſibilis niſi ab intellectu infinito, & per conſequens eſt infinita Eſa. 53. generationem eius quis enarrabit? qualiter intellig. q. 5. p.79.c.1

Propoſitionum peripat.

Generatio eſt mutatio totius in totum nullo ſenſibili remanente j.de gener. tex. co. 10. & 23. quomodo intelligitur, q 10.p.151.c.1.& 2

Generatio, & corruptio nō poſſūt eſſe mutationes cōtinuæ. 8.phyſ.tex.co.61. qualiter intelligitur, q.12.p.176.c.1

H

Dffinitionum.

Habere ſimpliciter eſſe eſt entis cui primo conuenit eſſe ſic, quod non ſit alicui alteri ratio eſſendi illo eſſe.q. 9 pag.148.c.1

Enuncia. inſigniorum.

Habens eminentius virtutem actiuam videtur poſſe in effectum abſque illo, quod diminute habet virtutem illam. q.7.p.112.c.1

Habens omnino idem eſſe non videtur eſſe ſimpliciter imperfectum per hoc quod non communicat alteri illud eſſe, q.9.p.147.c.1

Propoſit. Theologicarum.

Habens principium perfectum poteſt producere qualit. intellig.q.2.p.36.c.1

Propoſit. peripat.

Habens formam nobiliorem non eſt natum recipere formam minus nobilem, qualiter ſit propoſitio falſa. q.15. pag.

pag. 232.c.1

I

Materierum.

IMago trinitatis vtrum ſit in mente, ſiue in anima rationali pertractatur,q.15.p.217
Intellectus poſſibilis vtrum ſe habeat pure paſſiue reſpectu verbi creaturæ pertractatur. q.15.p.217.c.2
Intelligentiarum productio pertractatur.q.7.p.102. & inde.

Diffinitionum.

Infinitum eſt cuius quantitatẽ accipientibus, ideſt quãtumcunque accipiẽtibus ſemper reſtat aliquid accipere, q.5. p.68.c,2
Infinitum in entitate eſt illud, cui nihil entitatis deeſt, eo modo quo poſſibile eſt illud haberi in aliquo vno. quęſt. 5.p.69.c.1
Imputabile eſt illud, quod eſt in libera poteſtate agentis.q. 18.p.259.c.2

Diſtinctionum.

Imputabile dicitur dupliciter vno modo proprie pro eo qđ eſt immediate in poteſtate voluntatis,alio modo cõmuniter pro quocunque quod eſt ſimpliciter in poteſtate voluntatis licet mediate. q. 18. p.260.c.1.
Incipit exponitur dupliciter, & ſimiliter definit. q.12.p.178 c.2
Intellectus habet duplicem operationem,quædam eſt intelligentia ſimpliciũ, & quædã eſt cognitio compoſitorum, q.14.p.200.c.1
Intellectionem eſſe operationẽ immaterialem poteſt intelligi tripliciter.q.9.p.143. c.2. & 144.c.1
Intellectio quæ eſt operatio immanens poteſt per ſe conuenire alicui dupliciter,vno modo ſicut proximo ſuſceptiuo alio modo, ſicut remoto.q.9 p.146.c.2.
Iuſtitia poteſt accipi dupliciter vno modo pro rectitudine habituali,ſiue habitu voluntatis, alio modo pro rectitudine actuali,q.18.p.263.c.1

Axiomatum.

In quocunque intellectu poteſt haberi conceptus ſimplex virtualiter includens veritatem immediatam, & vlterius mediatam, in illo intellectu haberi poteſt notitia ꝑpter qđ veritatis mediatæ.q.7.p.105. c.1.

Enunc'a. inſigniorum.

Illa non eſt perfecta originatio vnius ab alio,qua circumſcripta,nihil minus ipſum eſſet perfecte originatum ab illo, q.4.p.62. c.1
Illa operatio non eſt per ſe perfectio agentis,quam ipſum elicit, mediante aliquo accidente per accidens.q.15.pag. 222.c. 2
Ille actus non eſt propria cognitio alicuius obiecti, quę poteſt ſtare in intellectu, & tamen illud obiectum omnino non eſſe cognitum.q. 15. pa. 230.c.2
Independens tali dependentia poteſt

poteſt alicuius dependentis talem dependentiam terminare, vel priorem, & hoc vel immediate, uel ſaltem mediate, q. 19. p. 270. c. 2

Independens ſimpliciter poteſt cuiuſcunque dependentis, vel ſaltem alicuius dependentis aliquam dependentiã terminare. ibidem.

In conſeruando prius, & magis neceſſarium non requiritur tanquam medium aliquod minus neceſſarium conſeruari. q. 11 p. 165. c. 2

Intellectus potens habere conceptum virtualiter includentem omnes ueritates de ipſo neceſſarias ordinatas immediatius, ſcilicet & mediatius poteſt de illo obiecto habere ſcientiam completam. q. 7. p. 106. c. 2

Infinitum obiectum, vt infinitũ comprehendi non poteſt aliquo actu, niſi infinito vt infinito, q. 1. p. 10. c. 2

In quocunq; eſt illud quod eſt ratio formalis terminandi aliquã depẽdentiã, & hoc prius naturaliter, quam depẽdẽtia ſit determinata, ad ipſũ depẽdet depẽdẽs. q. 19. p. 268. c. 1

In tot productiones poteſt aliquod ſuppoſitum, ad quot ſe extendit principium productiuum, q. 2. p. 28. c. 2

In cuius ſubſtantia eſt relatio, illud non eſt aliquid abſolutum. q. 13. p. 182. c. 2

Impoſſibile eſt eandem potentiam comprehendere duo obiecta adæquata infinita, q. 7 p. 122. c. 1

Impoſſibile eſt idem cauſatum habere plures cauſas totales in eodem genere cauſandi a quibus dependeat. q. 7. pag. 120. c. 2

Illud nullo modo eſt plurificabile in diuinis, quod non poteſt aliquo modo determinari ad aliquam certam pluralitatem, q. 2. p. 28. c. 2

Illud quo aliquod ens habet entitatem, eo tanquam fundamento proximo vnitatis eſt vnum vnitate correſpondente tali entitati, & per conſequens diſtinctum à quocunque ente non habente illam vnitatem, q. 3. p. 42. c. 1

Illud quod de ſeipſo formaliter eſt incommunicabile ſeipſo, formaliter à quocunque cõmunicabili eſt diſtinctum. ibidem.

Illud eſt uerum demonſtrabile in ſe, propter quid per aliud verũ prius ſimpliciter quod ex terminis ſuis habet, quod ſic poſſet demonſtrari, q. 7. pag. 104. c. 1

Illud quod eſt uerum neceſſarium ex terminis ſuis mediatum ex terminis etiam habet quod in ſe ſit demonſtrabile propter quid, ibid.

Illud agens poteſt æque quemcunque terminum in quemcunque totaliter conuertere, quod in uirtute ſua actiua habet utrunque terminum æque totaliter quãtum adeſſe, & non eſſe, & etiã quodlibet neceſſario concomitãs vtrumque terminum in eſſendo, q. 10. p. 151. c. 1.

Illud quod exit de potentia accidentali ad actum non recipit aliquam formam priorem ipſa operatione, quia nõ fuiſſet prius in potentia accidentali, ſed eſſentiali, q. 13. p. 181 c. 1

Illud quod habet relationem

actua

actualem ad terminum exiſtentem, & quantum eſt ex parte ſui, ſemper vniformiter ſe habet ad illum: habet relationem aptitudinalem ad illum terminum, quando non eſt exiſtens. q.13. p 186. c 1

Illud non poteſt ſciri de cauſa p effectum demoſtratione qa, quo circumſcripto remanet in cauſa quicquid eſt neceſſarium ad cauſandum q. 14. p. 204 c.1.

Illud quod eſt alicui principiũ operandi operatione immanente, & producendi productum diſtinctum quodãmodo eſt prius principium operandi. q. 14. p. 208. c.1

Illud uidetur eſſe principium activum, per quod reducitur aliquid de potentia eſſentiali ad accidentalem. q. 15. p. 221 c.2

Illud quod eſt intrinſeca ratio ipſius potentiæ neceſſario agendi, erit etiam ratio ſemp neceſſario agendi quantum eſt ex parte potentiæ, & ita continuandi quantum ipſa potentia poteſt continuare, q.16. p.236. c.1

Propoſi. Theologi.

Idem eſt deo eſſe, & magnum eſſe. Aug.5. de Tri. c.10. qualiter intelligitur. q.6. pag. 88. c.1

Illa relatio non ineſt ex natura rei, quę æque ineſſet, ſi ineſſet ex ſola conſideratione intellectus, circumſcripta exiſtentia reali. qualiter intelligitur. q 6. p. 100. c.2

Illud eſt ſubſtantia, cui repugnat inhærere alteri. qualiter intelligatur. q 1 p. 47. c.1

Illud quod eſt cauſa repugnantiæ cuiuſcunque imperfectionis eſt perfectum, vel perfectio ſimpliciter, quod ſit propoſitio falſa. q.19. p.272. c.2

Illud quod dat eſſe ſimpliciter, non præſupponit eſſe ſimpliciter in eodem. qualiter intelligitur. q.19. p.282. c. 1

Illud qđ dicitur ſecũdum ſubſtantiam in perſonis non numeratur in eis. Aug.5. de tri. qualiter intellig. q.6. p.97. c.2

Illud qđ eſt incomprehenſibile eſt infinitum qualiter intelligitur. q.5. p.79. c.1

Imago corporis quia eſt in ſpiritu, qui eſt præſtantior corpore, ideo eſt præſtãtior imago corporis in ſpiritu, quam ipſum corpus in ſua ſubſtantia, nec ſane putandum eſt facere corpus aliquid in ſpiritu, tanquam ſpiritus corpori facienti materiæ vice ſubdatur. Aug.12. ſuper gen. cap.28. & anima conuoluit, & rapit imagines corporum factas in ſemetipſa, & de ſemetipſa, & ex.10. de tri. cap.5 qualiter intelligitur. q. 15. p. 221. c. 1

Imago trinitatis conſiſtit in anima quoad actus primos, & ſecundos. Aug.6 de trin. cap.4. & 10. qualiter intelligitur. Vide q. 15. p. 220. c.2

Incommunicabile terminans dependentiam naturæ extrinſecæ oportet eſſe informabile à tali natura, ſicut ſubſtantia informatur accidente, quomodo ſit propoſitio vera. q.19. p.274. c.1

Independens adhoc vt dependentiam terminet requirit, quod ſit prius eſſentialiter dependente qualiter intellig.

q.15.pag.272.c.1
Independens dependentia tali poteſt dependentiã cuiuſcũque dependentis terminare & independens tali dependentia poteſt alicuius dependentis talem dependentiam terminare, uel priorem, & hoc immediate, uel ſaltem mediate, quæ iſtarum propoſitionum ſit uera. q.19.p.270 c.2
Infinitas intellectus diuini eſt propter identitatem eius ad eſſentiam, qualiter ſit uerum q.5.p.80.c.2
Informatio ſenſus, quæ viſio dicitur a ſolo imprimitur corpore, quod uidetur Aug.xj.de trini.cap.2.qualit.intellig. q. 15.p.222.c.1
In poteſtate uolũtatis eſt quod ipſa non habeat actum circa aliquod obiectum determinatum, qualiter intelligitur. q. 16.p.236.c.2
Intellectualitas eſt de ratione formali eſſentiæ diuinæ. Aug. 15. de tri. cap.5. quomodo intelligitur. q.1.p.8.c.2
Intellectus habens vnum intelligere, habet unum dicere qualiter intelligitur. q. 1. pag. 9. c.1
Iuſtitia, & iniuſtitia non eſt nata eſſe niſi in volũtate Anſel. de concept. Virg. lib.1.cap.27 qualiter intelligitur. q. 18.p. 263.c.2

Propoſitionum peripat.

Idem non agit in ſeipſum, neq; idem eſt in actu & in potentia reſpectu eiuſdem 5. & 9. meta. qualiter intelligitur. q 15.p.232.c.1
Illa ſunt ſimul quorum nihil eſt medium: 5. phyſ.co. 22. & 7. phyſ. tex co.9. quomodo intellig. q.11.p.166.c.1
Ille actus non eſt propria cognitio alicuius obiecti, qui poteſt ſtare in intellectu, & tamen illud obiectum omnino non eſſe cognitum, quomodo ſit propoſitio vera. q. 15. p.230.c.2
Illud quod eſt determinate ueridicum diſtinguitur ſpecie à non determinato veridico. 6. ethic. cap. 3. quomodo intelligitur. q.17.p.250.c.2
Illud quod eſt ens per ſe ſubſiſtens non poteſt eſſe forma materię, qualiter intellig. q.9. p.140.c.2
Illud quod eſt in aliquo poteſt illud denominare, quomodo intelligitur. q.3.p.45.c.2
Intellectio eſt operatio immanens 3. phyſ. qualiter intellig. q.15 p.233.c.2
Intelligentia eſt ens formaliter neceſſarium, & cauſatum. 6. met. text. co. 17. & 2. met. tex.co.42. & inde qualit. intelligitur. q.7.p.124.c.1
Intelligere in quodam pati, & moueri conſiſtit. 3. de anima tex.co.2. & 5. & 14. quomodo intelligitur. q.13.p.194.c.2
Intellectus agẽs eſt quo eſt omnia facere. 3. de anima. tex.co. 18. qualiter expon. q. 15. pag. 224.c. 2
Intellectus agens habet duas actiones ordinatas primam, ſcilicet facere de potentia intelligibili, actu intelligibile. ſecunda vero de potentia intellecto, actu intellectum. Auerr. 3. de anima. co. 18. qualiter intelligitur q.15.p. 226. c.1.
Intellectus diſtinguitur à ſen-

ſu, quia vniuerſaliū eſt intellectus, ſingularium autem eſt ſenſus.primo poſt. tex.co. 43.qualiter exponitur, q. 13. p.183.c.2
Intellectus nullius partis corporis eſt actus. 3. de anima tex.co.4. qualiter expon.q.9. p.144.c.1
In qualitatibus primæ ſpeciei non eſt alteratio. 7. phyſ.20. qualiter exponitur . q. 13. p. 189. c.2
In relatiuis. 3. modi relatio eſt in ſubſtantia alterius extremi. 5 .meta.tex.co.120.qualiter exponitur,q.13.pag. 190. c.2

L

Materierum.

Libertas voluntatis, & naturalis neceſſitas, vtrum in eodem ſint poſſibilia, & reſpectu eiuſdem actus & obiecti q. 16.p.234.c.1
Libertas diuina qualiter ſit, & ad quæ extendatur.ibid.

M

Materierum.

Magnitudo vtrum ſit in deo ex natura rei, & ſimlliter æternitas,& poteſtas, & cuius,& in quo ſit, & ad quem terminum, & ratione cuius in diuinis comperiatur perſonis pertractatur. q. 9.p.83
Miſſa qualiter, & quantum valeat,& pro quibus,& qualiter ſoluatur debitum celebrantis cum ipſa, & quantū poſſit ſacerdos applicare perſonis bona eccleſiæ. pertractāt, q. 20.p totā quæ habet.p. 284

Diffinitionum.

Menſurare eſt quantitatē ignotam per quantitatem magis notam certificare. q. 13. pag. 185.c.1
Menſurari actualiter eſt actualiter ab aliquo dependere incognoſci,ibidem,

Diſtinctionum.

Materia dupliciter capitur. q.2 p.30.c.2
Malitia in actu poteſt accipi dupliciter,ſcilicet contrarie, & priuatiue.q.19.p.257.c.2
Medium poteſt intelligi dupliciter,vel poſitiuum,& actuale,uel priuatiuum, & potentiale.q.11.p.65.c.2
Medium in cognitione poteſt intelligi dupliciter uel medium cognitum,vel medium quod ſit ratio cognoſcēdi. q. 14.p.215.c.2
Mediatio cauſæ poteſt intelligi dupliciter,vel per mediā cauſam,vel per mediū effectum. q.7.p.110. c.1
Meritorium connotat, vel præexigit duplicem habitudinē alterā, ſcilicet ad voluntatem elicientem actum, vel imperantem, alteram vero ipſius actus ad formam ſuper naturalem, qua acceptatur ipſa perſona . q.17.p.247.c.2.

Enuncia. inſigniorum.

Modus obiecti beatifici vt obiectum eſt beatificum eſt in re ex natura rei. q. 6. pag. 86. c. 1

Propoſ. Theolog.

Melius interpretatur logos grę ce, latine verbum, quam per illud quod eſt ratio vt ſignifi cetur non ſolum ad patrem reſpectus, ſed etiam illa, quæ per verbum facta ſunt opera tiua potentia Aug. 83. q. q. 62. qualiter expo. q. 8. p. 138. c. 1.

Propoſ. Peripatet.

Motus eſt actus entis in poten tia ſecundum quod in potē-tia. 3. phy. tex. co. 9. qualiter expon. q. 3. p. 42. c. 2.

N

Materierum.

Natura vtrum eodem principio ſit indiuiduata, & perſonata. q. 19. p. 276. c. 2.

Diffinitionum.

Nihil proprie dicit illud quod includit contradictionem. q. 3. p. 39. c. 1.

Diſtinctionum.

Neceſſitas eſt duplex, quædam ineuitabilitatis, & quædam immutabilitatis. q. 16. pag. 239. c. 1.

Neceſſitas poteſt determinare actum, vt egreditur à volun-tate dupliciter. q. 16. p. 241. c. 1.

Negatio dependentiæ, vt com-municabilitatis poteſt eſſe tripliciter. q. 19. p. 278. c. 1.

Axiomatum.

Negatio per tot media poteſt de aliquo propter quid con-cludi, quot poſſunt eſſe in ipſo cauſæ repugnantię ad affirmationem oppoſitā, & ſi aliquod vnum ſit cauſa adęquata repugnantię illud erit medium adęquatum ad oſtendendum talem negatio nem. q. 7. p. 125. c. 2.

Nihil dicitur competere ſecun-dum. a. ſi. a. ſit ratio tranſcen dens, & hoc ſiue ſit ratio for-malis ſiue fundamentalis. q. 6. p. 97. c. 2.

Nomen abſtractum ſignificans principium agendi conſtru-ctum cum gerundiuo ſigni-ficāte aliquam actionem, na-tum eſt haberi à ſuppoſito, vt ſit illi principium agendi illa actione. q. 2. p. 35. c. 2.

Non oportet ꝙ prædicatum eo modo conueniat determi nationi, quo conuenit alicui intellecto ſub tali determina tione, quando illa determina tio non notatur eſſe ratio in hærentiæ prædicati ad ſubie ctum. q 3. p 45. c. 2.

Non poteſt maior identitas cō cludi in concluſione extre-morum, quam ſit identitas eorum ad medium in præ-miſſis. q. 5. p. 71. c. 2.

Enuncia. inſigniorum.

Nihil habetur limitati ī aliquo, niſi habeatur ab aliquo agē te determinante illud ad cer tum gradum. q. 7. p. 118. c. 1.

Nihil eſt ſumme perfectum, cui deficit aliqua perfectio ſim-pliciter. q. 5. p. 72. c. 1.

Nihil poteſt omnino determi-nari ad certam pluralitatem inferiorum eiuſdē rationis, quod non neceſſario præexi-git aliqua plura alterius ra-tionis,

tionis, per quæ determinentur ad certam pluralitatem. q.2.p 29.c.1.
Nihil prohibet quorundam neceſſariorum eſſe alteras cauſas.q.7.p.125.c.1.
Non eſt per ſe vnum ex quibuſcunque diſtinctis, niſi vnum ſit ſicut actus,& reliquum ſit, ſicut potentia.q.1.p.4. c.2.
Non videtur probabile quod oppoſitum imperfectum ſit in entibus ex natura rei, & non poſſit ibi eſſe oppoſitũ perfectum ex natura rei. q.6. p.100.c.1.
Non poſſunt eſſe plura formaliter infinita, & realiter diſtincta.q.4.
Notitia eius, quod eſt propriiſſimum ſubiecto non continetur virtualiter primo, & euidenter niſi in per ſe, & proprio conceptu ſubiecti, vel in ipſo ſubiecto ſic concepto. q.14.p.204.c.1.
Nulla habitudo adueniens cuicunq; ſiue abſoluto ſiue reſpectiuo, ſiue etiam illa habitudo ſit realis, ſiue rationis, deſtruit illud, cui aduenit, ſed potius præſupponit. q. 3. p.41.c.2.
Nulla entitas vna,& ſignata poteſt eſſe extra animam, quin ſit,vel formaliter ad ſe, vel formaliter ad alterum.q.4.p. 59.c. 1.
Nulla negatio eſt propria alicui ſubiecto,niſi per aliquam affirmationem propriam ei, quàm ſequitur talis negatio. q.4 p.54.c.2.
Nulla negatio poteſt eſſe eadẽ alicui primo ſicut ipſum eſt ipſum primo.q.4.p.55.c.2.
Nulla perfectio ſimpliciter eſt incompoſſibilis alteri perfectioni ſimpliciter.q.5. pag. 72.c. 1.
Nulla perfectio ſimpliciter eſt formaliter in communicabilis.q.5.p.75.c.2.
Nulla imperfectio eſt ratio agẽdi, ſed eſt magis impedimentum actionis. q. 7. pag. 112. c.1.
Nulla forma abſoluta diſtinguitur ſpecie ab alia per ſolam relationem, ſed per aliquam differentiam abſolutam eiuſdem generis.q.17. pag. 243. c.2.
Nulla potentia habet pro obiecto beatifico & quietatiuo illud,quo circumſcripto nihilominus quietaretur, & beatificaretur.q.5.p.74. c.1.
Nulla potentia habet ſuum primum eſſe per operationem ſuam. q.1.p.10.c.2.
Nullus habitus eleuans potentiam poteſt habere obiectũ quod tranſcendat primum obiectum potentiæ. q. 14. p. 206.c.1.
Nullus intellectus habet eſſe actuale proprium, & primũ intellectus per aliquem actũ intelligendi conuenientem ſibi,vel ſuppoſito ſecundum ipſum.q.1. p.9.c.2.
Nullus intellectus,neque etiam voluntas in aliquo obiecto pfecte quietatur, niſi ſit in eo tota plenitudo primi obiecti quanta,ſ.eſt compoſſibilis primo obiecto. q.6.p.87.c.2.
Nullum cauſatum ab alio eſt eiuſdem cum eo, quod eſt à ſe.
Nullum dependens à pluribus poteſt eſſe perfectioris conditionis quocunq; illorum. q.14.p.203.c.1.
Nullum per ſe ſubſiſtens poteſt eſſe

eſſe forma informans aliquā materiam.q.9.pag.140,c.2.
Nullum ſuppoſitum accipiens formam per productionem adęquatam illi formæ poteſt per illam formam producere.q.2.p.35.c. 1.

Propo. Theologicarum.

Naturæ eiuſdem rationis competit vniuerſalis ratio dependendi & ad ſimilem terminum;vel ad eundem terminū quando non eſt niſi vnicum natum terminare talem depē dentiam, qualiter ſit verum. q.19.p.285.c.2.
Natura ſubſtantialis eſt nata dare ſuppoſito eſſe ſimpliciter, & non præſupponit eſſe ſimpliciter qualiter ſit verum.q. 19.p. 184.c.1.
Negatio non eſt ratio terminande dependentiam,qualiter ex pon.q.19.p.225.c.2.
Nihil eorum, quæ plantauit in noſtra natura Deus verbum à principio plaſmans nos de fecit,ſed omnia aſſumpſit, totus.n.toti vnitum eſt mihi, vt totum toti tribuat, quod.n. eſt in aſſumptibile eſt incurabile.Damaſce.cap.55.qua.ex pon. q.19.p.277.c.1.
Nihil eſt tam in poteſtate volūtatis,quàm ipſa volūtas. Aug. I.retract.cap. 22. qualiter expon.q.18.p.260.c.2.
Non eſt idem dicere hoc ingenitum,quod eſt dicere patrē, quia & ſi filium non genuiſſet, nihil prohiberet ipſum eſſe ingenitum.Aug.V. de trin. cap.6. qualiter expon.q.4. p. 54.c.2.
Non poteſt filius a ſe facere quicquàm, niſi quod viderit patrem facientem. Ioan. V. qual.expon.q.8.p.135.c. 1.
Non ſic videtur fides in corde, in quo eſt, ab eo, cuius eſt, ſed eam tenet certiſſima ſciētia, clamatque conſcientia, & illud quod credere iubemur, videre non poſſumus, ipſam tamen fidem,quando eſt in nobis, videmus in nobis. Aug.13.de trin. cap.1.qualiter exponitur.q.14. pag.203. c.2.

Propoſi.peripatet.

Natura determinatur ad unum. 12. met. tex. co.30.& 2. de gen. tex. co. 56. qualiter expon.q.2.p.24.c.1.
Natura nihil producit vt ſtatim non ſit.8.phyſ.tex. co. 65.&.1. cęli.138.qualiter expon.q.12. p.177.c.2.
Non eſt accipere vltimum non eſſe ipſius corrumpendi, ſed primum in eſſe generandi, & cum hoc etiam primum in nō eſſe corrumpendi.8. phyſ. tex. co. 63. qualiter expon. q. 12.p.177.c.2.
Non manente eadem ratione ordinis, non manet idem ordo,qualiter expon.q.1. p. 15. col.2.
Nullum ſuppoſitum formaliter agit, niſi ſit in actu per illud quod eſt ſibi ratio formaliter agendi, quomodo expon.q.8. 128.c.1.

O

Materierum.

Obiectum primum intellectu.

*** quid

quid ſit,& qualiter intellectui ſimpliciter ſumpto aſſignetur aut coniuncto, & hoc vel ex natura potẽtiæ paſſiuæ, vel actiuæ.q.14.p. 205.c.1

Obligatus ad dicẽdum miſſam pro vno, obligatus ẽt ad dicẽdum miſſam pro altero nunquid ſufficienter ſoluat debitũ dicẽdo vnam miſſam pro ambobus. q.20.pag. 284. per totam.

Omnipotentia quid ſit, & quot modis capiatur, & ad quæ ſe extendat terminatiue, & in quo ſit tam ſecundum philoſophos quã Theologos pertractatur.q.7.per totam.

Diffinitionum.

Obiectum primum primitate adęquationis eſt illud quod potentiam nõ excedit,neque à pǫtẽtia exceditur. quæſt.5. p.73.c.2

Obiectum primum primitate virtutis eſt illud virtute cuius omne aliud intelligitur, vt cognoſcitur à tali potẽtia.ibid.

Obiectum primum primitate perfectionis eſt illud,quod in ſe continet tanquam in ſummo perfectionẽ omniũ obiectorum,& virtutem perficiendi potentiam.ibid.

Obiectum Beatificum eſt illud in quo ſumme perficitur & quietatur, & ſatiatur intellectus & voluntas.ibid.

Omnipotentia eſt actiua potentia creatoris reſpectu cuiuſcũq; creabilis.q.7.p.103.c.2

Diſtinctionum.

Obiectum eſſe primum poteſt intelligi duobus modis.q.5. p.73.c.2

Obiectum eſſe per ſe poteſt dupliciter intelligi.ibid.

Omnipotẽs poteſt duobus modis intelligi.q 7.p.103.c.2

Omnipotentia poteſt capi dupliciter,vno modo pro potentia cauſatiua omnis cauſabilis, alio modo pro potentia productiua omnis producibilis,q.7.p 119.c.1

Oratio poteſt intelligi valere alicui,ſiue pro aliquo in triplici gradu.q.20.p.284.c.2

Ordo in cauſando poteſt intelligi duobus modis, vel vt actio reſpicit producẽs, vel vt reſpicit productũ. quæſtio.8. pag 135.c.2

Enuncia.inſigniorum.

Obligatio non eſt ad impoſſibile ſolui.q.20.pag 302.c.1

Omne notionale eſt actio productiua ſecundum aliquam potentiam in natura diuina, vel præſupponens illam. q.1. p.14.c. 1

Omne quod põt eſſe ſine alio, ſine contradictione, & non econuerſo eſt prius illo.q.2. p.21.c.1

Omne quod conuenit huic, & repugnat alij eiuſdẽ ſpeciei, nõ conuenit huic per ſe, ſecũdum illud,quod eſt commune iſtis vel ſaltem præexigit diſtinctionem in iſtis neceſſario,ſ.huius ab illo. q.2. pag. 21.c 2

Omne quod eſt verum neceſſarium non euidens ex terminis habens tamen connexionem neceſſariam, & euidẽtẽ, ad aliud vt neceſſarium euidens

dens ex terminis pōt demōſtrari per illud verū euidēs. q.7.pag.102.c.2.
Omne quod eſt actiuū per propriam formam, & virtutē habet virtualiter ſuam actionē, & quando non actualiter producit.q.7.p.114.c.1.
Omnis habitudo cōſequens extrema realia, & realiter diſtincta, & hoc ex natura rei, eſt realis.q.3.p.40.c.2.
Omnis habitus factiuus eſt practicus.q.8.p.131.c.1.
Omnis relatio realis neceſſario conſequitur ſuum fundamētum proximo, vel rationem fundandi proximam & hoc poſito termino.q.13.p.181.c.1.
Omnis relatio realis nō mutua nec æquiperantiæ, vel eſt quędam dependentia, vel requirit dependentiam relati ad illud quod refertur.q.19.pag.268.c.1.
Omnis doctrina concluſiones proprias reſoluit in principia propria, niſi ſit ſubalternata alicui ſuperiori, cuius concluſiones habet pro principiis.q.8.p.131.c.2
Omnis forma abſoluta cum ſit terminus actionis habet aliquod principium effectiuū, per quod accipit eſſe.q.15.p.218.c.2.
Omnis potentia operans circa vnum obiectum, non abſolute ſed in ordine ad aliud eadem eſt operatiua circa vtrūque obiectū.q.16.p.240.c.1.
Omnis potentia ponens differentiam inter vnum obiectū, & aliud nata eſt cognoſcere vtrumque obiectum in ſe, ibidem.
Oīs pluralitas neceſſario finita, vel eſt alterius rationis, vel ſi non eſt alterius rationis neceſſario præexigit aliquam alterius rationis per quàm determinatur.q.2.p.29.c.2.& q.6.p.93.c.2.
Ordo naturæ ſiue eſſentialis neceſſario includit imperfectionem in altero extremorum.ſ. in poſteriori.q.4.p.52.c.2.
Ordo cauſalitatis non cōcludit quod cauſa ſuperior poſſit cauſare effectum ſine inferiori in quem poteſt cum inferiori.q.7.p.113.c.1.

Propoſitionum Theolog.

Obiectum creatum naturaliter mouet, qualiter ſit vera propoſitio,q.14.p.209.c.2.
Obiectum poteſt cognoſci per illud quod eſt naturalis eius imago licet non cognoſcatur relatio imaginis qualiter expon.q.14.p.216.c.1.
Omne corpus in omne corpus poſſe mutari non defuerunt qui aſſererent, corpus autem mutari in animam fieri naturam incorpoream, nec quemquàm ſenſiſſe ſcio, neq; fides habet. Aug.7. ſuper gen, cap. 4.& cap 10.& 24.& Boetius de duabus naturis contra eu ticem idem ſenſit, qualiter intellig.q.10.p.151.c.2.
Omne dependens habet intrinſece aliquid, quod eſt ſibi ratio dependendi, quomodo intelligitur.q.19 p.282.c.2.
Omnis actio adęquata principio, & termino infinito eſt infinita, qualiter ſit verum.q.5, p.78.c.1.
Omnis mutatio habet pro per

ſe termino formam abſolutã qualiter ſit propoſitio falſa. q.19.p.283.c.1.

Omnis res ad ſe ſubſiſtit, quanto magis Deus. Aug.7.de trini.cap.6.qualiter intellig. q.4.pag.60.c.2.

Omnis res quãcunq; cognoſcimus congenerat in nobis notitiã ſui. Aug.9.de tri.cap.vlt. qualiter exp.9.14.p.22.c.2.

Omnis reſpectus Dei ad creaturã habet pro fundamẽto proximo aliquid commune tribus qualiter intelligitur.q.8. p.136.c.1.

Operatio eſt vltima perfectio in quãtum connectit cum obiecto qualiter. intelligitur. q. 13.p.187.c.1.

Ordo principiorum eſt prior ordine terminorum,qualiter ſit vera propõ.q.14.p.208.c.2.

Propoſit. peripat.

Officiũ intellectus agentis eſt transferre obiectũ de ordine ad ordinem. Auerr. 13.de anima.co.18. qualiter expon.q. 15.p.225.c.2.

Omnis numerus minor eſt pars maioris vel partes. Euclides lib.7.concluſione.4. qualiter expon.q.5.p.81.c.2.

Omnis ſcientia eſt de re nõ preciſe vt eſt exiſtens.9.met.tex. co.53.qualiter exp. q.7.pag. 106.c.1

Oportet tot eſſe ſubſtantias ſine magnitudine propter cauſas prædictas.12.met.tex.co. 43. qualiter expon.q.7. pag. 126.c.2.

P

Materierum.

Ponens mundi æternitatem ſecundum philoſophum nunquid ſuſtinere poſſit aliquẽ eſſe vniuerſaliter bene fortunatum.q.21.p.301.c.2.

Productiones in diuinis nunq̃d poſſint eſſe plures eiuſdẽ rationis.q.2.p.19.c.1.

Productiones in diuinis qualiter & per quid diſtinguãtur, pertractatur.q. 2.p.19.

Productio qualiter ſit ad intra in diuinis & ad extra, & ſecũdum quem ordinem, & in quo eſſe,& à quibus, pertractatur.q.14 p.199.

Diſtinctionum.

Paſſio ordinata ĩ intellectu poſſibili eſt duplex prima eſt receptio ſpeciei intelligibilis à fantaſmate per primam actionem intellectus agentis,ſecũda vero eſt receptio intellectionis per ſecundam actionem intellectus agẽtis.q. 15. p.227.co.1.

Potẽtia actiua poteſt accipi dupliciter,vno modo pro potẽtia cauſatiua, cui correſpondet cauſabile, alio modo pro potentia productiua. q. 7. p. 119.col.1.

Propoſ. inſigniorum.

Perfectio virtutis actiue in habendo effectum,totaliter nõ limitat ipſum reſpectu producibilium.q. 2. pagina, 24. c.2.

Prædicatio nunquam eſt neganda in diuinis per identitatem abſtracti de abſtracto, niſi quia neutrum extremũ eſt formaliter infinitum. q.5. p.77.c.1.

Prin-

Principium productiuum vnius rationis non determinat ſe ad certam pluralitatem productionum eiuſdem rationis.q.2.p.36.c.1.

Propria perfectio,& pręcipue beatifica naturæ habentis eſſe viuum ex natura rei non poteſt eſſe ens rationis, neque per ſe includens ens rationis.q.1.p.2.c.2.

Proprium potentiale non diſtinguitur ſpecie à perfecto habente vltra illud potentiale propriam perfectionem.q.17.p.251.c.1.

Propoſitio mediata non poteſt cognoſci propter quid niſi per propriam immediatam, neque illa poteſt ſimpliciter cognoſci niſi ex terminis. q. 7 p.107.c.2.

Propoſit. Theolog.

Pater eſt equalis filio ſecundum ſubſtantiam,non ſecundum relationem,Aug.5. de trin. cop.7. quomodo exponitur.q.6.p.97.c.2.

Paternitas comparata ad eſſentiam eſt res ad alterum, qualiter ſit verum. q. 3. pag.45. c.1.

Perfectio ſimpliciter eſt illa quæ melius eſt in quolibet ipſum quàm non ipſum.Anſelm.monolog.cap. 15. qualiter exponitur.q.1.p.7.c.1. & q.5.p.75.c.1.

Perfectio ſimpliciter eſt realiter eadem cuicunque compoſſibili ſibi in eodem ſuppoſito qualiter expon. q.5.p.75.c.2.

Prima pluralitas neceſſario finita eſt alterius rationis qualit. exponitur.q.2.p.37. c.1

Primus actus intelligendi in diuinis eſt principium propriũ producendi uerbum. quod ſit propoſitio falſa.q.1.p.17. c.1.

Principium naturale non poteſt magis determinari,quam qđ neceſſitetur. qualiter exponi. q.16.p.244. c.2

Propoſit. peripat.

Poſteriora generatione ſũt priora perfectione.q.13.p. 188.c.1

Potentia infinita ſi eſſet in magnitudine moueret in inſtanti.8.phyſic.text.co.78. & 79. qualiter exponitur.q.7.p.102 c. 1.

Potentia operatiua non eſt factiua ſui obiecti qualiter exponitur.q 15.p.228. c.1

Potentiæ diſtinguuntur per actus & actus per obiecta.2.de anima.tex.co.33. qũo intelligitur.q.13.p.195.c.2

Primum ens non habet materiam,quia eſt actu purus. 12. met.tex.co.49. qualiter exponitur.q.2.p.31.c.2

Q

Axiomatum.

Quandocunque aliqua quocũque modo diſtincta conſtituunt aliquod tertium non conſtituunt illud niſi, vt aliquo modo ſe habent adinuicem, uel aliquo modo vniuntur.q.3.p.41. c.1

Quandocũq; aliqđ cõuenit alicui,ſic qđ omnimoda contradictio ſit illud eſſe ſine illo, illud eſt idem realiter

illi, & per oppoſitũ, vbi non eſt omni moda contradictio nõ oportet eſſe illud omnino idem illi. q.3.p.47.c.1.

Quandocunque in concretis eſt prædicatio per ſe primo, ſequitur quod abſtractũ prædicatur de abſtracto, per ſe primo modo reſeruata concernentia quidditatis ad ſuppoſitum, vel infinitatem. q.13.p.182.c.1.

Quandocunq; ſunt duæ naturę abſolutæ ſic ſe habẽtes quod prior eſſentialiter non dependet à poſteriori, tunc talis natura prior poteſt eſſe ſine poſteriori abſq; contradictione. q.16.p.235.c.2.

Quandocunq; ſunt duę formæ quæ naturaliter inclinãt ad actum in eodem operante, vtraq; quantum eſt de ſe neceſſario, & ſemper inclinat ad actum, & ideo quandocunq; actus elicitur, elicitur ſecundum inclinationem vtriuſq;. q.14.p.201.c.2.

Quandocũq; ſunt duę cauſæ ordinatæ concurrentes ad agẽdum. Vna illarum.ſ.ſecunda non eſt in potentia propinqua, niſi alia.ſ.prima concurrente. q.15.p.228.c.2.

Quandocũq; ſunt duo agentia eſſentialiter ordinata, aut ſm accipit eſſe à primo, aut ſm licet non capiat eſſe à primo, tamen accipit aliquam influentiam, aut tertio modo, ambo attingunt eundem effectum immediate, ſed ordine quodam, primum.ſ.principalius, & ſecundum minus principaliter, tamen eundẽ effectũ attingit. q.7.p.123.c.2.

Quandocunque ſunt aliqui ordines alterius rationis, quorũ vnus non includit alium, neq; coexigit, neq; præexigit neceſſario illum poteſt eſſe iſte ſine illo, immo cũ ſimultate oppoſita illi ordini. q.4.p.52.c.1.

Quandocunq; alicuius intellectus eſt aliquod primũ obiectum primitate virtutis, per illud quodlibet aliud obiectum intelligitur ſecundum ordinem, quem vnumquodque obiectum habet ad illud primum. q.5.p.78.c.2.

Quandocunq; alicuius intellectus eſt aliquod primũ obiectum primitate virtutis immediatius intelligitur virtute eius illud quod eſt per ſe idẽ illi, quàm illud, quod eſt illi per accidens idem. q.5.p.78.c.2

Quãdocũq; aliquid ab aliquo dependet aliqua dependẽtia ſi illa ſit ſufficienter terminata non dependet ab eo, alia dependentia eiuſdem rationis. q.12.p.172.c.1

Quando aliqua forma actiua ineſt alicui ſubiecto, actio ſecundum illam formam per accidens competit eidem. q.15.p.229.c.1.

Quando ab eodem principio vnum ſimpliciter neceſſario producitur, & aliud contingenter, non poteſt producere illud ad quod contingenter ſe habet, niſi prius producto illo, ad quod neceſſario ſe habet, & maximè quando eadẽ eſt neceſſitas producti, & producentis. q.8.p.133.c.2.

Quanto aliquod mediũ magis recedit ab vno extremo, tãto magis nõ ſolũ accedit ad alterum, ſed dicitur habere rõnem

nem alterius.q.8. p. 131.c.3
Qualis eſt ordo realis inter aliqua diſtincta realiter, talis eſt ordo cognoſcibilitatis inter eadẽ qualitercunq; diſtincta in eſſe cognoſcibili. q. 7.p. 104.c.1.
Qualis eſſet ordo per ſe realis inter aliqua. ſi eſſent diſtincta realiter, talis p ſe ordo eſt inter illa correſpõdẽs illi diſtinctioni, quam habent, vtpote rationis. ſi ratione diſtinguãtur, & hoc ſiue rõne ſumpta ex parte rei, ſiue mere cauſata per actum intellectus.q.1. p.13.c.1.& q.6.p.93.c.2.
Quæcunq; potentia circa obiectum perfectiſſimũ ſibi præſentatũ, & non circa aliud neceſſario operatur, neceſſario circa idẽ continuat operationẽ, q̃ non põt.q.16.p.236.c.1.
Quæcunq; potentia circa obiectum pręſens neceſſario quieſcit, ad illud abſens neceſſario mouetur, quantum non eſt de ſe ibidem.
Quicquid neceſſario & omnino conſequitur aliquid, ſicut exiſtens ſiue ſm exiſtentiam conſequitur illud vt exiſtens, ita illud, vt intellectum neceſſario conſequitur ipſum vt intellectum.q.6.p.101.c.1
Quicquid dependet ab illo, q̃d eſt alicui rõ eſſendi depẽdet vlterius ab illo, cui ipſum eſt rõ eſſendi.q.19.pag.275.c.1
Quicquid reale conuenit alicui conſiderabili ſm ſe, & ſecundum aliquã habitudinẽ rõnis, ſi dicatur ſibi competere vt tale, ſ. vt proprietas, vel differẽtia, non deſtruitur per ſe rõ illius, quod ſubeſt illi habitudini, neq; illa habitudo eſt rõ formalis alicuius prędicati realiter inhærẽtis, ſed tm̃ modo eſt ratio, ſub qua illi quod ſubeſt competit tale prædicatum.q.4.p.60.c.1.

Propoſit. inſigniorum.

Quãdo obiectũ eſt incõprehẽſibile propria incõprehẽſibilitate eſt ẽt infinitũ propria infinitate.q.5.p.79.col.1.
Qñ obiectũ eſt actu cognitũ eſt actu volibile.q.15.p.227.c.2.
Quæcũq; natura eſt ſimpliciter in potentia obedientiali ad dependendum ad perſonam diuinam.q.19.p. 277.c.2.
Quæcunq; ſimul ſunt in potentia actiua agẽtis, nec inter ſe repugnant, illa poſſunt ſimul eſſe in effectu.q.2.
Quælibet relatio ſaltẽ perſonalis eſt ipſa formaliter incommunicabilis.q.3. p.42.c. 1.
Quicquid eſt actu intellectuale, ſiue viuens vita intellectuali, & hoc mere ex natura rei habet actu, vel p̃t habere actu intellectũ, vt intellectũ, & ĩtelligere, vt ĩtelligere.q.1.p.11.c.1
Quicq̃d nõ repugnat priori naturaliter, niſi per illud q̃d eſt poſterius naturaliter ſimpl̃r ſibi ñ repugnat.q.2.p.26.c.1
Quicquid eſt pluriſicabile eiuſdẽ rõnis, vel ad plura eiuſdẽ rationis ſe habens, non determinatur ex ſe ad certam pluralitatem.q.2.p.28.c.1.
Quicquid in diuinis nõ præexigit pluralitatẽ alterius rõnis, illud ẽ de ſe hoc.q.2.p.35.c.1
Quicquid põt realiter eſſe idẽ ſimpliciter perfecto, ipſum non poteſt aliquo mõ eſſe imperfectum, & tamen non

oportet, quod quodcunque tale ſecundum rationem ſuam formalem ſit ſimpliciter perfectum, qō. 19. p. 272. c. 2

Quodlibet obiectum ſcientiæ poteſt eſſe cognitum ſimpliciter diſtinctiſſima cognitione abſtractiua obiecti circa intuitiuam. q. 7. pag. 105. c. 1

Propoſ. Theologicarum.

Qualis eſt ordo inter aliqua, vbi diſtinguūtur ſecundum rem, talis eſt ordo vbi diſtinguūtur ſecundum rationē, qualiter exponitur. q. 1. pag. 13. c. 2

Quæcunque conſtituunt ſuppoſita alicuius naturæ ſunt immediatiora ipſi naturæ, quā illa, quæ ſunt proprietates naturæ qūo expon. q. 1. p. 18. c. 1

Quæcunque ille. ſ. pater fecerit, hæc & filius ſimiliter facit. Ioā. 5. qūo exp. q. 8. p. 127. c. 2

Quæcunq; ſunt eadem in re ſimpliciter ſunt eadem in terminando relationem. quomodo ſit propoſitio vera. q. 19. p. 276. c. 1

Quibuſcunq; repugnat aliqua imperfectio, cuiuſmodi eſt inhærere, vel dependere ad ſubiectum eius repugnat per aliquid idem ipſis. qūo ſit verum. q. 3. p. 49. c. 2

Propoſi. peripat.

Quando entia non habebunt actiones proprias non habebūt eſſentias proprias. Auer. 9. met. c. 7. qūo exponitur. q. 7. p. 114. c. 1

Quæcunq; ſunt numero multa, vnum autem ſpecie habent materiam. 12. met. tex. co. 49 qūo exponitur, q. 2. p. 30. c. 1.

Quidam ſunt reſpectus intrinſecus aduenientes, & quidā extrinſecus, quomodo explicatur. q. 11. p. 169. c. 1

Quod per ſe operatur, eſt per ſe ſubſiſtens, quomodo exponitur. q. 9. p. 147. c. 1

Quod prius eſt cauſatum non poteſt poſterius cauſari, quia tunc idem bis cauſaretur. qūo expo. q. 8. p 135. c. 2

Quorum non eſt aliquod aliud opus præter actionē, in iſtis exiſtit àctio, vt uiſio in uidente, & ſpeculatio in ſpeculante 9. met. tex. co. 16. quomodo exponitur, q. 13. p. 194. c. 1

R

Materierum.

Relatio diuina vt comparata ad oppoſitum nunqd ſit res, & cōparata ad eſſentiā diuinam ſit ratio. q. 3. p. 38. c. 2.

Relatio originis vtrum ſit res, & quę res. q. 3. p. 38. c. 2

Relatione originis abſtracta vel ſeparatà a prima perſona nūquid prima perſona remaneret, & conſtituta, & diſtincta. q. 4. p. 51. c. 1

Relatio qualiter poſſit conſtituere aliquam perſonam diuinam, & præſertim primam, & qualiter ſe habeant relationes perſonarum adinuicē in pluribus, perſonis, & plures in vna perſona, & cum qua abſtractione illarum. ibidem. c. 2

Relatio originis vtrum ſit formaliter

maliter infinita. q.5.p.68.c.1
Relatio creationis,& conſeruationis rei creatæ vtrum ſit vna & eadem relatio ad deum creantem & conſeruantem. q. 12.p.171.c.2

Diffinitionum.

Ratio in ſe falſa eſt quę habet partem contradictionis repugnantiam includentes. q. 14. p 201. c.1
Recedere primo a non eſſe eſt habere aliquam entitatem extra intellectum, & extra potētiam ſuę cauſæ.q.9.p. 148.c.1
Reſpectus intrinſecus aduenięs eſt ille, qui neceſſario conſequitur ambo extrema ī actu poſita.q.11.p.169.c.1
Reſpectus extrinſecus adueniens eſt qui non neceſſario ſequitur extrema ſimul actu poſita. ibidem.

Diſtinctionum.

Ratio poteſt duobus modis accipi.q.3.p.50.c.1
Reduplicatio.ſ. ly, inquantum ſumit̃ dupliciter.q.3.p.42.c.2
Relatio actualis in actu ad deũ eſt duplex. altera eſt menſurabilis ad menſuram, & altera eſt relatio formaliter vniẽtis.q.13.p.184. c.2
Relatio rationis in cognitione abſtractiua poteſt dupliciter intelligi.q.13.p.186. c.1
Relatio poteſt tribus modis ſe habere ad abſolutum, vno modo contingenter, alio modo neceſſario,& tertio modo ſecundum ueram identitatē. q.13.p. 191,c.1
Relatio eſt duplex quędam eſt realis,& quædam rationis, & relatio rationis dupliciter accipitur proprie, & communiter. quæſt. 17. pag. 247. c.2
Relatio, vt comparata ad eſſentiam,quod ſit res intelligitur duobus modis. q. 3.pag.44 c.1
Relationem tranſire in eſſentiã poteſt intelligi dupliciter. q. 3.p.50.c.2
Relatio perſonæ poteſt multipliciter conſiderari & accipi. q.4.p.63.c.1
Res accipitur dupliciter vno modo pro re creata, finita, poſſibili, & ab alio habente eſſe,alio modo pro re increata, à ſe, infinita, & neceſſaria, & aliter ſic. q. 1. pag. 1. c. 1
Res tripliciter accipitur.ſ. communiſſime, communiter, & ſtrictiſſime.q.3. p.39.c.1
Res communiſſime ſumpta dicitur dupliciter.ibidem.

Propoſi. inſigniorum.

Ratio recta non dictat actui debere conuenire, quod impoſſibile eſt ſibi conuenire. q.18 p.261.c.2
Relationes quæ fundantur in aliquo fundamento, vt ipſa eſt vnum, non magis requirunt diſtinctionē eius, quam illæ quę fundantur in aliquo non ut eſt vnum, & hoc loquendo hinc inde æqualiter, ſcilicet quantum ad illud, quod eſt eſſe relationem realem. q.6.p.91. c.2.
Relatio realis actualis requirit per ſe terminum realem actualem.q.13 p.185.c.2

Relatio non poteſt habere verius eſſe, quam terminus ad quem eſt. quæſt.13. pag.186 c.1

Relatio naturaliter cognoſci non poteſt, niſi naturaliter vtrumque extremum cognoſcatur, vel poſſit cognoſci, q.14.q.214 c.1

Res ab illo dependet eſſentialiter in eſſendo, quod eſt ſibi ratio habendi.q. 12.pag.172. c.2

Propo. Theologicarum.

Ratio ſuppoſiti vltra ſubſtantiã ſingularem non addit niſi negationem, quomodo explicatur.q.19 p.27.c.1

Relatio vt comparatur ad eſſentiam eſt res. quomodo exponitur.q.3.p 45.c.1. & pag.50. c.2

Res poteſt habere reſpectum ad Deum creantem, & tamẽ nunquam habere reſpectum ad Deum conſeruantem, quo modo ſit vera propoſitio. q.13.p.179.c.1

Propoſ. peripateticarum.

Relationes ſecundi modi fundantur ſuper actionem & paſſionem.3.met.tex.co.20.quo modo exponitur.q.12.p.173 c 1

Relatio tertij modi eſt menſura ti ad menſuram, 5. met. text. co.20.& 12.met.tex.co.4.qũo exponi.q.13.p.185.c.1

S

Diſtinctionum.

Subſiſtere dicit dupliciter, p ſe eſſe, qđ excludit inhærere, alio modo pro incommunicabiliter exiſtere. q.4.p 61. c.1

Axiomatum.

Suppoſitum non tribuit aliquã rationem cauſalitatis ipſi rationi formali agendi, ſed ipſum habet rationem formalẽ cauſæ agentis præciſe p hoc quod habet rationem formalem agendi. q.8.p.129.c.2

Enuncia. inſigniorum.

Si alterum incompoſſibilium repugnat, alterum neceſſario ineſt, q 16.p.237. c.2

Sicut nulla relatio, ita nec vlla actio de genere actionis, neque paſſio de genere paſſionis eſt perfectio vltima agentis, uel operantis.q.13.p.192 c.1.

Simultas oppoſita ordini eſſentiali ſufficit ad ſimultatem correlatiuorum.q.4. pag. 52. c.2

Sola cognitio intuitiua diuinæ eſſentiæ eſt illa, quæ ponit hominem extra ſtatum viæ, ſi ſimpliciter; ſimpliciter. ſi quoad tempus, quoad tempus.q.7.p.106.c.1

Suppoſitis eiuſdem rationis, & naturæ non repugnat habere proprietates hypoſtaticas, quæ ſint ſimul natura. q. 4.p. 51.c.2

Suppoſita eiuſdem naturæ non habent inter ſe prioritatem naturæ, ſiue prioritatem eſſentialem. ibidem.

Pro-

Propoſ. Theolog.

Si diffiniatur illa neceſſitas eſſe ſecundum quam dicimus, neceſſe eſt; vt ita ſit aliquid, aut ita fiat, neſcio, cur eam timeamus, ne nobis auferat libertatem voluntatis, neque enim & vitam Dei, & præſcientiam dei ſub neceſſitate poni mus, ſi dicamus neceſſe eſt ſemper deum viuere, & omnia præſcire. Aug. 5. de ciuit. dei, cap. 10. quomodo exponitur. q. 16 p. 234. c. 2. & 245. c. 1.

Si eſſent duo omnipotentes alter faceret alterum nulli potentem. Ric. 12. de trini. cap. vltimo, quomodo exponitur. q. 7. p. 120. c. 1

Si pater non poteſt generare filium, vel non æqualem filiũ, non eſt omnipotens. Aug. contra praximinum. quomodo expon. q. 7. p. 119. c. 2

Sicut filio præſtat eſſentiam de patre generatio, ita Spiritui ſancto de vtroque proceſſio. Aug. 15. de trin. cap. 7. qualiter exponitur. qõ. 2. pag. 32. 1

T

Materierum.

TRanſubſtantiatio panis in corpus Chriſti præexiſtens qualiter fiat, pertractatur. 10 q. quolibet. p. 150

Diſtinctionum.

Tranſire in aliud poteſt intelligi tribus modis, ſiue per corruptionem, ſiue per reſolutionem inſeparatam potentiã, ſiue per confuſionem. q. 6. p. 88. c. 2

Propoſ. Theolog.

Terminus in conuerſione eſt hic eodẽ modo eſſendi, quomodo fuit hoc illud quod cõuerſum eſt. quod ſit propoſitio falſa. q. 10. p. 157. c. 2

V

Materierum.

VErbum diuinum vtrum habeat aliquam propriam cauſalitatem reſpectu creaturæ. q. 8. p. 126. c. 2

Verbum diuinum, vel filius vtrum habeat cauſare ſecundum aliquam propriam rationem, vel ordinem. Et vtrũ aliquis reſpectus ad creaturã includatur in ꝓprietate eius conſtitutiua. q. 8. pag. 127. c. 1

Vnitas naturæ humanæ ad verbum in Chriſto vtrum ſit ſola dependentia naturæ aſſumptæ ad perſonam verbi. q. 19. p. 267. c. 1.

Diffinitionum.

Verum per ſe notum eſt illud quod ex rationibus terminorum eſt per ſe notum, q. 7. p. 104. c. 1

Vti eſt obiectũ ordinare ad aliud, vt ad finem. q. 17. p. 247 c. 1

Diſtinctionum.

Verbum neceſſario præexigit in ratio-

ratione cauſæ ad productionem creaturę poteſt intelligi dupliciter, vel tanquam cauſalitatem perficiens, vel tanquam in eadem cauſalitate cum primo præexacto conueniens. q. 8. p. 134. c. 2
Voluntatem neceſſario velle poteſt intelligi duobus modis. q. 16. p. 241. c. 1
Voluntarium dicitur tribus modis, uel quia eſt ſubiectiue in uoluntate, vel quia eſt elicitum ab ipſa, uel quia eſt imperatum à uoluntate. q. 18. p. 266. c. 2
Vnitas poteſt dici maior dupliciter vel intenſiue quantum ad minorem rationem diſtinctionis, vel extenſiue quantum ad maiorem paucitatē. & intenſiue adhuc dupliciter f. per ſe per accidens, q. 2. pag. 37. c. 1. & 2.

Axiomatum.

Vbi eſt ordo eſſentialis, ibi non poteſt aliquid eſſe proximū imperfectiſſimo niſi ipſum ſit aliqualiter imperfectum. q. 7. p. 112. c. 2

Propoſit. inſigniorum.

Vbicunque manet prima per ſe ratio ordinis eadem, ibidem manet idem per ſe ordo. q. 1. p. 15. c. 2
Virtus actiua cuiuſcunque cauſæ ſecundæ eminentius eſt in prima cauſa, & in primo agēte, quam in ipſa cauſa ſecunda. q. 7. p. 112. c. 1
Vnicum obiectum infinitum intenſiue, adæquatur vnicę cōprehenſioni. q. 5. p. 74. c. 1

Propoſitio. Theolog.

Verbum eſt expreſſiuum omnium, quæ in eſſentia diuina quaſi inuolute continentur. Aug. 6. de trini. cap. vlt. qualiter expon. q. 1 p. 16. c. 2
Verbum gignitur de memoria, & verbum gignitur de ſcientia, quam memoria tenemus, & uerbum gignitur de remota. Aug. 15. de trin. cap. 10. qualiter intelligitur. q. 15. p. 223. c. 2.
Videmus nunc per ſpeculum in enigmate, tunc autem uidebimus facie ad faciem. ad cor. 13. qualiter intellig. q. 6. p. 87. c. 2
Virtutes morales ſunt informes ſine charitate, & formantur per charitatem. Aug. & Paulus ad Rom. qualiter intellig. q. 17. p. 250 c. 1
Voluntas neceſſario uult illud, cuius participatione vult, qc quid uult. qualiter intelligitur. q. 16. p. 238. c. 2
Vbi eſt una auerſio, & vna libido, ibi uidetur eſſe una ratio formalis peccati. Aug. 83. q. q. 36. q. 18. p. 265. c. 1. & 2.
Vbi non poteſt eſſe niſi vnicus actus intelligendi, ibi non poteſt eſſe niſi vnicum verbū qualiter intelligitur. q. 2. pag. 23. c. 1
Vnitati eſt immediatior diſtinctio minor, quam maior, qualiter intellig. q. 2. p. 37. c. 1
Vna auerſio voluntatis eſt in actu interiori, & exteriori qualit. expon. q. 18. p. 265. c. 2

Propoſitionum peripateti.

Vbi eſt aliud per ſe medium, ibi eſt

ibi eſt alia per ſe diſtantia. q. 11. p.170.c.2
Virtus infinita non agit in tempore. 8. phyſ. tex. co. 79. qualiter intellig. q.12.p.176. c.2
Vniuerſalia quodammodo ſunt in anima, vnde intelligere in ipſa quidem eſt cum velit. 2. de anima. tex. co. 60. qualiter expon. q.15.p.221.c.2
Vtrum ſit ponere vnam talem ſubſtantiam impaſſibilem, & inalterabilem, vel plures? vtique plures inquit Ariſt. 12. met. tex. co. 42. qualiter ſit verum q.7.p.125.c.2
Vnum uni nō repugnat, niſi per vnam rationem repugnantię. quod ſit propoſitio falſa. q.9 p.149.c.1

Explicit Syllabus ſuper quolibeta Ioannis Duns Scoti, Doctoris ſubtilis; collectus, atque in hunc ordinem redactus per Saluatorem Bartolucium de Aſſiſio, artium, ac ſacræ Theologiæ, Doctorem; atque in florentiſſima magnæ domus Venetiarum Academia Regentem. M D LXXX.

F. IOAN. DVNS SCOTI,

DOCTORIS SVBTILIS, ORDINIS MINORVM, Theologorum omnium Principis.

Quæſtiones Quolibetales ex quatuor voluminibus Sententiarum.

CVNCTÆ res difficiles, ait Salomon Ecclę.j.& * cur intelligat eas eſſe difficiles, ſubdit. Non poteſt eas homo explicare ſermone. ſecundum igitur diſtinctionem rerum, poteſt accipi diſtinctio difficilium queſtionum. Res autem prima ſui diuiſione diuidi poteſt in rem creatam & increatam, ſiue in rem a ſe & in rem ab alio habentem eſſe, ſiue in rem neceſſariam & rem poſſibilem, ſiue in rem finitam, & infinitam. Res autem increata, a ſe, infinita, & neceſſaria, Deus eſt. Res autem creata, ab alio, poſſibilis, & finita, communi nomine, dicitur creatura. De vtraque re propoſitæ ſunt aliquæ quæſtiones. ¶ Iterum in diuinis res accipitur eſſentialiter, & notionaliter, iuxta illud Auguſtini, 1. de doctrina chriſtiana. cap. 1. Res quibus fruendum eſt ſunt pater, filius, & ſpiritus ſanctus, eademque trinitas, vna quædam ſumma res cõmunis omnibus fruentibus ea. In prima parte auctoritatis, accipitur res perſonaliter. In ſecunda eſſentialiter. Fuerunt igitur aliqua quæſita in diuinis de re eſſentiali, aliqua de notionali ſiue perſonali, vnicum autem quæſitum erat de ordine eſſentialium ad notionalia. Illud vnicum primo ponitur, vt pote ex cuius ſolutione patebit ordo procedendi circa alia queſita. Eſt igitur.

(Left margin, cut off:) o in / to. / .11. / .Me / duer. / olog. / 2. / .5.

Poſſet diuidi in 7. quoli. quorũ primũ 6. ſm. 5. tertiũ 4. quartũ 3. & quolibet aliorũ vnicã qõnẽ continet.

QVÆSTIO. I.

An in diuinis eſſentialia ſint immediatiora eſſentiæ, vel notionalia?

VTrum in diuinis eſſentialia ſint immediatiora eſſentiæ diuinæ, vel notionalia. ¶ Quod notionalia probatur, quæ conſtituunt ſuppoſita alicuius naturæ, ſunt immediatiora ipſi naturæ, quàm illa quæ ſunt proprietates noſtræ. Notionalia autem in diuinis conſtituunt ſuppoſita naturæ diuinæ. Eſſentialia non, ſed ſunt quaſi proprietates illius naturæ. igitur &c. Probatio maioris, Natura immediate ſe habet ad ſuum ſuppoſitum proprium, quia de illo dicitur in primo modo dicendi per ſe, nõ autem de aliqua proprietate, nec econuerſo, ſed tantum ſecundo modo. igitur illud, quo ſuppoſitum conſtituitur formaliter, immediatius ſe habet ad naturam, quàm proprietas aliqua. Probatio minoris. Eſſentialia ſunt communia tribus perſonis, & per conſequens, per nullum eſſentiale conſtituitur ſuppoſitum. igitur per notionale, ſunt etiam eſſentialia proprietates naturæ ſecundum Damaſcenum. c.3. Si bonum inquit, ſi iuſtum, ſi ſapiẽs, ſi quodcunque aliud dicas, non naturam dicis Dei, ſed quæ circa naturam. Et Auguſtinus 15. de Trin. cap. 5. vel 9. Si * dicam æternus, immortalis, iuſtus, bonus, beatus, ſpiritus: horum omnium nouiſſimum, quod poſui, videtur ſignificare ſubſtantiam, cætera vero huius ſubſtantiæ qualitates. ¶ Ad oppoſitum, ipſi eſſentiæ * immediatiora ſunt illa, quæ ſunt perfectiones ſimpliciter, quàm quæ non ſunt huiuſmodi, eſſentialia ſunt perfectiones ſimpliciter, notionalia non, ergo &c. probatio maioris, primæ perfectioni immediatiora ſunt illa, quæ magis habent rationem perfectionis ſimpliciter, quàm quę non habent, eſſentia autẽ diuina eſt prima perfectio, perfectiones autem ſimpliciter habent magis rationem perfectionis, quàm illa quæ non ſunt perfectiones ſimpliciter, probatio minoris. Anſelmus monologio. 15. eſſentiale eſt in quolibet melius ipſum, quàm non ipſum, ſed tale dicitur perfectio ſimpliciter: notionale non eſt huiuſmodi, quia cum quælibet perſona careat aliquo notionali, careret aliquo, quod eſſet in quolibet melius ipſum, quàm non ipſum, & ita quęlibet perſona nõ eſſet ſimpliciter perfecta, quod eſt inconueniens.

a.l. ſi dinis, vel dicamus.

B. arg Sco di. ¶ p ſ.1

RESPONDEO. ¶ Primo, ad intellectum quęſtionis ſunt aliqua neceſſaria pręmittenda. ¶ Secundo, quęſtio ſoluenda, ¶ Tertio, contra ſolutionem quęſtionis dubia occurrentia excludenda.

DE PRIMO, hic quęritur de ordinatione immediationis iſtorum duorum eſſentialis, & notionalis in comparatione ad eſſentiam diuinam. Videatur ergo primo intellectus iſtorum quatuor terminorum, qui ponuntur in titulo quęſtionis. ¶ Scilicet, Eſſentia. ¶ Eſſentiale. ¶ Notionale. ¶ Et immediatius. De primo, in diuinis neceſſario eſt aliqua entitas realis, ſiue ex natura

natura rei, & hoc in exiſtentia
actuali, alioquin nihil eſſet ibi
reale in actu. Illa entitas rea-
lis, actualis ſiue ponatur omni-
no vnica, ſiue ponatur aliquo
modo diſtinctio rei, vel ratio-
nis, ſemper erit ibi ponere de
neceſſitate aliquam entitatem
realem, primam vnicam, q̃ non
cap. praexigat aliquam priorem. Si
.n. quęlibet pręexigeret priorē,
nulla eſſet prima, & per conſe-
quēs nec aliqua alia eſſet poſte-
rior. Illā ēt primā entitatē opor
tet eſſe abſolutā, ſiue ad ſe, quia
ſm Auguſt. 7. de trin. c. j. vel 5.
omnis eſſentia, quę relatiue dr̄,
t hoc aliquid excepto relatiuo. Et ſm
multi ipſum ibidem in principio. 3. ſi
t qd non eſt aliquid ad ſe, non eſt om
ntia nino ꝙ relatiue dicatur. ¶ Habe
qd- tur ergo iſta concluſio, quod in
Dei diuinis oportet ponere aliquam
infra entitatem realem in exiſtentia
actuali, & aliquam vnicam pri-
mam, & illam eſſe ad ſe. ¶ Iſta
realis entitas, quae eſt in Deo, cū
ſit prima ratio eſſendi ſimplici-
ter, rationabiliter a ſanctis voca
tur eſſentia, vnde Augu. 7. de tri.
c. j. in fine, Quod eſt ſapientię ſa
pere, & quod eſt potentię poſ-
ſe, & ęternitati ęternum eſſe, &
iuſtitię iuſtū eſſe, hoc eſt eſſen-
tię ipſum eſſe, & infra. c. 4. vel. 13.
Ab eo quod eſt eſſe appellatur
eſſentia, propter quod Deus ip-
ſe, cui proprijſſime & veriſſime
conuenit eſſe, veriſſime dicitur
eſſentia, & hoc primo, dicente
Aug. ibidem. c. 5. vel. 13. Manife-
ſtum eſt Deum abuſiue vocari
ſubſtantiam, vt nomine vſitatio-
ri intelligatur eſſentia, quod ve-
.s tri. re ac proprie dicitur, ita vt for-
taſſe ſolum Deum oporteat dici
eſſentiam. Eſt enim vere ſolus,
quia incommutabilis, idq; no-
men ſuum ſuo famulo enuncia
uit Moyſi, cū dixit. ego ſum qui
ſum: ſed tamen ſiue eſſentia di-
catur, quod proprie dicitur, ſiue
ſubſtantia, quod abuſiue dicit, Exo. 3.
vtrunque ad ſe dr̄, non relatiue
ad aliquid, hęc ille. ¶ De iſta eſ-
ſentia, ſiue minus proprie ſub-
ſtantia, ꝙ ipſa ſit ſola rō ſimpli-
citer eſſendi in diuinis, cuicūq;
habetur ibidem. c. 6. vel. 14. ſub-
ſtantia patris ipſe pater eſt, non
quo pater eſt, ſed quo eſt, hęc il-
le: & intelligit, ꝙ in eſſentia nō
eſt ratio formalis patri eſſendi
patrem, ſed eſſendi ſimpliciter.
Huic concordat Damaſcenus.
c. 12. dicēs ſic, Videtur quidem
principalius omnium, quę de
Deo dicuntur, nominum eſſe,
qui eſt, & hoc probat per illud
Exodi. 3. qui eſt &c. & ſubdit, to-
tum enim in ſe comprehendens
habet eſſe velut quoddam pela-
gus ſubſtantię infinitum, & in-
terminatum, hęc ille. Recte er-
go in diuinis in comparatione
ad eſſentiam, tanquā ad entita-
tem ſimpliciter primam, & ab-
ſolutam conſideratur omnis or
do cuiuſcunque, ſiue quorum-
cunque q̃ in diuinis ſunt. ¶ Con
tra iſta q̃ dicta ſunt de iſto ter-
mino eſſentia poteſt obijci du-
pliciter. ¶ Primo ſic per aucto-
ritatē Damaſc. adductam. totū
in ſe &c. ergo ſm iſtam aucto-
ritatem eſſentia includit totam
perfectionē diuinam, ſed tota
perfectio diuina conſiſtit in om
ni perfectione ſimpliciter, quia
quacunque non incluſa, non ha
betur totalis perfectio. non er-
go eſſentia eſt precise iſta pri-
ma entitas diſtincta qualiter-
cunque contra eſſentialia, im-
mo eſt vna totalis entitas vniti-
ue includens omnia eſſentia-

lia. cui videtur concordare illud vocabulum quod dicit, pelagus, propter immenſitatem cõtinentiæ vnitiuæ. ¶ Hoc confirmatur per illud Anſel. Deus eſt quo maius excogitari non põt, ſed quacunque vnica perfectione ſimplici non includente omnem perfectionem ſimpliciter, poteſt aliquid maius excogitari, vt puta entitas aliqua omnẽ perfectionem continens vnitiue. ergo eſſentia diuina eſt talis entitas includẽs vnitiue omnem perfectionem ſimpliciter. ¶ Secũdo ad idem arguitur ſic. In omni creatura eſſentia, eo modo quo diſtinguitur ab exiſtentia, videtur eſſe prior illa, ſicut potentiale & ſuſceptiuũ eſt prius actu ſuſcepto, ergo vr̃ ſimilis in Deo: ſed ſm dicta Auguſtini, & Damaſceni iã adducta, eſſentia accipitur pro exiſtentia actuali, ſicut apparet per illã auctoritatẽ Exodi, qua ambo vtuntur. qui eſt &c. ergo ſm iſtas auctoritates exiſtentia eſt prima entitas, & non eſſentia, vt eſſentia, vel ſaltem illæ auctoritates hoc non oſtendunt. ¶ Ad primum * quære ſuper primum diſtin. 8. q. 3. de attributis.

a.l ſolutio nẽquære.

¶ Ad primum, dici poteſt ꝙ eſſentia includit totam perfectionem diuinã vnitiue, & identice, licet non formaliter cõprehẽdat omnes perfectiones diuinas, & ſic intelligendum eſt dictum Damaſceni, vt patet in 1. di. 8. q. 3. principali circa finem qõnis. perfectiones illæ & ſi ſint identicæ, eſſentia tamen diſtinctæ ſunt ex natura rei, & formaliter. ¶ Ad confirmationẽ de Anſelmo patet pariter, ꝙ eſſentia eſt vnitiue, & identice omnis perfectio, non tã formaliter, & ex natura rei. vnde licet quælibet perfectio ſimpliciter ſit formaliter infinita, non tamen radicaliter cuiuſmodi eſt eſſentia, & exiſtentia Dei. ¶ Ad ſm dici poteſt, ꝙ eſſentia & eius exiſtentia in creaturis ſe habent ſicut quidditas & motus. & ideo diſtinguuntur. In diuinis autẽ exiſtentia eſt de conceptu eſſentiæ, & prædicatur in primo modo dicendi per ſe ſic, ꝙ propoſitio illa per ſe eſt prima, & immediata, ad quam omnes aliæ reſol uuntur, vt patet in primo diſt. 2. q. 2. Quære in 4. 46. diſt. q. 3. & primo reportationum diſt. 45. quæſt. 2. & diſtinc. 2. parte. 2. q. 2. & infra. q. 5. art. 3. & 2. diſtinc. 1. q. 2. plura ad propoſitum harum obiectionum.

¶ Aliter dicitur hic, ꝙ iſta ratio ſi quid valet videtur eſſe cõtra illud quod. q. ſupponit, ſcilicet aliquam eſſe immediationem eſſentialis ad eſſentiam, * quo ſuppoſito quærit quæ, & quanta. pro iſto autem ſuppoſito arguitur, quia omnis perfectio ſimpliciter eſt ſimpliciter ſimplex. probatur. ſi eſt aliquo modo reſolubilis in diſtincta. ſint. a. & b. neutrum poteſt eſſe perfectio ſimpliciter ſimplex, qa tunc vnum non faceret per ſe vnum cum reliquo, quia nõ eſt per ſe vnum ex quibuſcunque diſtinctis, niſi vnum ſit ſicut actus, & aliud ſicut potentia.

a.l. deinde quærit quæ

DE ALTERO termino, ſcilicet eſſentiale, duplex diſtinctio videtur. ¶ Vna, ꝙ aliter vtuntur communiter hoc nomine eſſentiale philoſophi, & aliter theologi, ſpecialiter in diuinis. ¶ Nam in philoſophia accipitur cõiter eſſentiale, vt diſtinguitur contra accidentale, prout accidentale

dentale continet ſub ſe omne accidens per accidens, ſiue acci dens cõe, & accidẽs per ſe, ſiue propriũ. Vñ ibi eſſentiale dr̃, ꝙ per ſe includit̃ in eſſentia, quem admodum in compoſito reali, materia, & forma dñr ſibi eſſen tialia, & in compoſito rõnis, vel in ipſo diffinito genus & dña dicuntur partes eſſentiales rationis, ſiue rei diffinitæ. ❡Theologi vero aliter vtuntur hoc nõ mine, eſſentiale, in diuinis. Cũ enim eſſentia ſit omnino primum, vt iam dictum eſt, & ſimi liter eſt commune communita te reali, quia dr̃ de qualibet per ſona, & de omnibus ſingulariter, & ideo quodcũque ẽt aliud prædicetur ſimili modo in diui nis, dr̃ eſſentiale, quia ſimili eſſentiæ in modo prędicandi, ſiue in communitate reali. Et per oppoſitũ notionale dr̃ illud, qđ nec ſic prædicatur, nec hẽt talẽ cõitatem, ſed quod pertinet ad notitiam diſtinctionis perſonarum. Sic ergo diſtinguit theologus eſſentiale contra notionale. ❡De hoc Auguſtinus. 5. de tri ni. c. 5. In rebus creatis, atq; mu tabilibus, qđ non ſm̃ ſubſtantiam dr̃, reſtat vt ſm̃ accidens dicatur. In Deo autem nihil ſm̃ accidens dr̃, nec tñ omne quod dr̃ ſm̃ ſubſtantiam dr̃, dr̃. n. ad aliquid, ſicut pater ad filium, & filius ad patrem, hæc ille. Vult ergo quod in creaturis diſtinguitur eſſentiale contra accidẽ tale. In diuinis autem non diſtinguitur contra accidentale, ſed contra relatiuum ad intra, quod ſ. dicit relationem perſonæ ad perſonam, & per conſequens pertinet ad diſtinctã notitiam perſonæ a perſona, & iõ vt datur regula ibi. cap. 4. de dictis de Deo ſubſtantialiter, & relatiue, communiter dr̃ notionale, licet Auguſtinus hoc vocabu lo non eſt vſus, ſed ſit vſus voca bulo relatiui, vel ad aliquid. ❡Ex iſto ſecundo patet breuiter de tertio vocabulo, quid ſit notionale, quia omne notionale eſt relatiuum ad intra, & * econuerſe: eſſentiale autem non eſt relatiuum ad intra, quia tunc eſſet commune, & non commune. ❡Secunda diſtinctio huius vocabuli, qđ eſt eſſentiale, prout in diuinis ſpecialiter accipit̃, poteſt poni talis. ❡Quod aliqđ eſt eſſentiale quod importat reſpectum ad extra. ❡Et aliquod non. ❡Iſtius diſtinctionis primo primum membrum exponatur, poſtea ſecundum probat̃, quia forſitan ab aliquib. poſſet negari. ❡De primo certũ eſt, quia ſi Deus dicatur relatiue ad extra, oportet ꝙ illa relatio conue niat Deo ſm̃ aliquod fundamẽ tum proprium, quia nõ comparatur Deus ad extra, niſi ſm̃ aliqđ intrinſecum ſibi, & illud põt dici fundamẽtum. ❡Ex iſto fun damento intrinſeco cum ſit reale, & reſpectu ad extra, cum ſit rationis non poteſt eſſe aliquid habens conceptum per ſe vnũ. ergo ſi aliquod nomen ſimul importat illud intrinſecũ Deo, quod eſt fundamentum comparationis ad extra, & cum hoc illam comparationem ad extra, illud nomen, vel non ſignificabit conceptum per ſe vnum, vel non ſignificabit ambo illa, ſed tantum alterum ſignificabit, & alterum connotabit. ❡Eſſentiale ergo in diuinis, quod ſcilicet habet conceptum per ſe vnum, non includit ſimul, & per ſe abſolutum, & reſpectũ ad extra, & per

B. Nota quod ly, econuerſo poteſt conſtrui cum litera præcedenti, et cũ ſequenti, iõ ſpeculare, & Scotiza.

per cõſequens, ſi includat reſpe ctum ad extra, non per ſe illum includit, ſed principaliter, & pri mo, & per ſe includit abſolutũ, quod eſt fundamentum, illum autem reſpectum connotando includit, & hoc modo intelligi tur primũ membrũ huius diſtin ctionis. ¶ De ſcdo mẽbro huius diſtinctionis, dices forte, quod nullum eſt eſſentiale non inclu dens reſpectum ad extra, ſed ſo la eſſentia eſt huiuſmodi, quod cunque autem aliud commune tribus, vel eſt reſpectus ad ex tra, vel includens reſpectum ad extra. ¶ Quia vero ſolutio quæ ſtionis dependet ab iſta diſtin ctione eſſentialis prius poſita, quod ſcilicet, aliquod eſſentia le eſt abſolutum ad intra. ali quod vero dicit reſpectum ad extra. Ideo probo ſecundum membrum, quod negandũ forſi tan alicui videretur. ¶ Scilicet ꝙ aliquod eſſentiale non inclu dit aliquem reſpectum ad ex tra. ¶ Primo, per rationem fun datam in auctoritate ſumpta ex ratione pfectionis ſimpliciter. ¶ Secundo, per rationẽ ſumptã ex rõne diuinæ eſſentiæ. ¶ Ter tio, per rationẽ ſumptã ex ratio ne intellectus diuini. ¶ Quarto, ex ratione actus, vel operationis diuinæ. ¶ Prima ratio talis eſt, Quod eſt perfectionis ſimplici ter non includit per ſe relatio nem ad creaturam, ſed aliquod eſſentiale in diuinis eſt perfe ctionis ſimpliciter. ergo & cæte. probatio maioris, perfectio ſim pliciter non includit aliquid p ſe, cui repugnat per ſe ratio per fectionis ſimpliciter, quia *tunc non eſſet in quolibet melius, cũ includat aliquid, cui repugnat ratio perfectionis ſimpliciter.

a. l. quia tunc eſſet in quoli- bet meli'

Sed relationi ad creaturam re pugnat, quod ſit perfectio ſim pliciter, cum ſit ad terminum imperfectum & potẽtiale, quod autem neceſſario coexigit ali quod ens potentiale, eo modo quo relatio coexigit terminum, tanquam ſcilicet aliquid ſecum ſimul natura, vel prius, illud ſic coexigens non eſt ſimpliciter neceſſarium, nec per conſequẽs ſimpliciter perfectũ. minor pa tet ex intentione Anſelmi. mo nologio. 15. ponit talem diſtin ctionẽ, Quicquid eſt præter re latiua, ¶ Aut eſt tale, vel omnino melius ſit ipſum, quam non ip ſum, ¶ Aut tale, vt non ipſum in aliquo ſit melius, quam ipſum. Et expoſita, & declarata iſta di ſtinctione concludit, ſicut ne phas eſt putare, vt ſubſtantia ſummę naturæ ſit aliquid quo melius ſit aliquo modo non ip ſum, quam ipſum, ſic neceſſe eſt, vt ſit omnino quicquid me lius eſt ipſum, quam nõ ipſum. Et poſtea infert in ſpeciali, quid non eſt. Non eſt ergo inquit cor pus, nec aliquid eorũ quę cor porei ſenſus diſcernunt. Et poſt ſubdit in ſpeciali quid, vel qua le eſt, quare, inquit, neceſſe eſt ipſum eſſe viuentem, ſapientẽ, omnipotentem, verum, iuſtum, æternum, & quicquid abſolute eſt melius ipſum, quam non ip ſum. Planum eſt autem ꝙ mul ta iſtorum ſunt eſſentialia in di uinis. Habetur ergo iſta minor, ꝙ aliquod eſſentiale in diuinis eſt perfectio ſimpliciter, quia melius eſt in quolibet ipſum, q̃ non ipſum. Iſta ſententia Anſel mi videtur poſſe accipi ab Au guſtino. 15. de tri. c. 4. vel. 5. Viuẽ tia non viuentibus, intelligen tia non intelligentibus, iniuſtis iuſta,

eũ feci plic non in bu

Idem ei. c. 1[...] 12. mo[...] c. 99. 5. & Gen. a[...] lib. 1. c.

iuſta, beata miſeris, præferenda iudicamus: ac per hoc, quoniã rebus creatis creatorẽ ſine dubitatione præponimus, oportet vt eum ſumme viuere, & cuncta intelligere, iuſtumque & beniginiſſimum, & beatiſſimum fateamur. hæc ille. Tenet autẽ hęc conſequentia per propoſitionem hanc, Neceſſe eſt vt creator ſit quicquid in entibus præfertur ipſum quod non ipſi, vel vt Anſelmus dicit, melius eſt ipſum, quam non ipſum.

f to'a li ra Doc.

¶ Pro iſta ſententia poteſt adduci Hilarius. 12. de tri. c. penultimo, qui loquens ad patrẽ, ait, Perfecti Dei, qui & verbũ tuũ, & ſapientia, & virtus eſt, abſoluta generatio eſt, vt inſeparabiliter a te ſit ſemper, q in his ęternarum proprietatum tuarũ nominibus ex te natus eſt, hęc ille. Nihil autem Dei filius per natiuitatem accepit, quod dicat reſpectum ad extra. ¶ Item ſecũdo, ex eodem medio poteſt argui accepta pro maiori extremitate, hoc eſt quod relatio rationis, vt ſit maior iſta, perfectio ſimpliciter non includit relationem rationis, minor, q̃ prius, & ſequitur concluſio, quod aliquod eſſentiale non includit relationem rationis, omnis autẽ reſpectus Dei ad creaturam eſt rationis tantum. ¶ Ex ſecunda quæſtione ordinaria de reſpectu ad extra eſt quæſtio. 8. infra, vel. 2. diſtinctio. 30. primi, ergo aliquod eſſentiale non includit reſpectum ad extra. Maiorem iſtam de reſpectu probo, ſicut primam de reſpectu ad extra, quia relationi rationis repugnat perfectio ſimpliciter, quia ens diminutum, minus habens de entitate quam quodcunque reale, quia tantum in conſideratione intellectus eſt habens ſuũ eſſe. ¶ Item tertio, ex eodem medio poteſt argui accipiendo pro maiori extremitate relationem in communi ſic. perfectio ſimpliciter non eſt relatio aliqua, nec includit per ſe relationem aliquam, vltra vt prius. hæc maior probatur, quia relatio originis non eſt perfectio ſimpliciter, ſi tamen aliqua relatio eſſet perfectio ſimpliciter, maxime de illa videretur. ¶ Ad iſtas rationes, quæ procedunt ex eodem medio poteſt ſic reſponderi, quod aliud eſt dicere aliquid eſſe perfectionẽ ſimpliciter, & aliud, aliquid eſſe perfectionis ſimpliciter: primum importat quod illud eſſentialiter, ſiue quiditatiue ſit perfectio ſimpliciter, ſecundũ importat non quod eſſentialiter ſit perfectio, ſed quod omne tale denominatiue ſoli perfectioni ſimpliciter conueniat. ¶ Ipſum ergo perfectionis ſimpliciter eſt quam requirit in illo de quo prædicatur *denominatiue, & quam oſtendit ſibi in eſſe, vtpote quam vniuerſaliter conſequitur, & ſic eſt perfectionis ſimpliciter triplici modo. ſ. præexigendo, oſtendendo, ſiue manifeſtando, & perfectionem ſimpliciter conſequendo. ¶ Cõſimiliter exponatur illud Anſel. ſic, in * quolibet eſt melius ipſum, quam nõ ipſum, quia hoc verum eſt intelligendo de prædicatione denominatiua, & præexigendo, oſtendendo, & conſequendo, vel in quolibet eſt melius ipſum, quã non ipſum, quẽadmodum eſſe ipſum, denominatiue ponit illud eſſe ſimpliciter perfectum, non quidẽ ſicut aliquid

a. l. vltimo.

B. Quæra 2. di. 1. q. 7. pa. 159. col. 2. et 8. diſ. eiuſd. q. 1. pag. 191. col. 2. & 5. q. 9. ar. 2. rõne. 2. principalis.

aliquid eſſe album, ponit idem eſſe coloratum: ſed ſicut aliqd eſſe album,vel coloratum ponit idem eſſe ſuperficiatū , vnde ſi in aliquo non eſt melius ipſum eſſe ſuperficiatum,nec per conſequens erit melius ipſum eſſe album. Conſimiliter exponat dictum Augu.de præferri. Quæ autem ſit intentio Anſel. quære c.17 vbi ait.Eodem mō , & vna cōſideratione eſt,quicquid eſt, & omnia illa nomina idem ſignificant. Nomina inquam de quibus locutus eſt prius bonus, iuſtus &c. ¶ Item inſtatur contra rationem , quia concludit quodcunque eſſentiale eſſe ad ſe , quia quodcunque illorū eſt perfectionis ſimpliciter ; ſed illud illatum eſt falſum,vt patet in exemplis Anſelmi,& Auguſtini: quia Auguſtinus ponit potentiſſimum,iuſtiſſimum.& Anſelmus ponit omnipotentē , iuſtum &c. & tamen iſta dicunt reſpectum ad extra.

¶Secunda ratio ad concluſionem talis eſt . In Deo eſt eſſentia ſub completa actualitate eſſentiæ , & hoc mere ex natura rei,ſic intelligendo , quod nec eſſentia,nec aliquid per ſe incluſum in illa ,vel actualitate eius ſit ibi præciſe ex conſideratione cuiuſcunque intellectus . Hæc propoſitio ſic intellecta ſatis patet ex dictis in principio iſtius articuli,exponendo quid intelligendum ſit per iſtum terminū, qui eſt eſſentia.¶Ex hac propoſitione ſequitur iſta,quæ eſt maior rationis ſ. ꝙ ſi aliquid eſt idem eſſentialiter eſſentiæ , illud eſt actu in Deo mere ex natura rei,& hoc ſiue ſit idem eſſentialiter identitate adæquata, ſicut in creatureis eſt illud idem quod intelligitur per diffinitionem ei, quod intelligitur per diffinitum,ſiue ſit idem tanquā incluſum eſſentialiter in illo, quomodo illud quod intelligitur per partē diffinitionis poſſet dici idem ei, quod intelligitur per diffinitum.

¶Nam licet aliquid poſſit eſſe in re ex natura rei , licet eius diffinitio , vel pars diffinitionis non ſit actu completo in re, ſed tantum intellectū conſiderāte, tamen illud , ꝙ intelligitur per diffinitionem, vel partem diffinitionis , ſicut ſignificatum per ipſum ſignum, neceſſario eſt in re actu,ſi illud qd intelligitur p diffinitum,ſit in re actu.

¶ Nam cōtradictio vr eſſe ꝙ aliquid ſit realiter actu, & ꝙ illud quod eſt idem ſibi eſſentialiter hoc modo vel illo, non ſit realiter in actu. Nunc autem intellectualitas,ſiue vita intellectiua, vel intellectualis eſt idē eſſentialiter eſſentiæ diuinæ , ſic intelligendo, ꝙ non tantum eſt idē realiter ipſi eſſentiæ, & hoc identitate ſimplici, ſicut forte quodcunque attributum ponitur idem ipſi eſſentiæ , ſed hoc modo eſt idem ſibi, ꝙ ſi ipſa eſſentia diuina diffiniretur vita intellectualis,ſiue intellectualitas non eſſet extra eius diffinitionem,ſicut ſapiens,vel bonū. Specu notab ¶Ex parte eſſentiæ arguitur ſic. quicquid per ſe includit in eſſentia diuina,eſt in Deo ex natura rei,& per conſequens ſine reſpectu ad extra , intellectualitas eſt huiuſmodi.ergo &c.¶Maior patet. Nam ſecūdum iam dicta in principio iſtius articuli,eſſentia eſt ibi ex natura rei. ergo qcquid includitur in ratione eſſentiæ.Minor ſic intelligitur, ꝙ intelle-

intellectualitas quidem non ha
bet rōnē attributi, quaſi actus
ſecundi aduenientis ipſi, ſed rō
nem perfectionis omnino inti-
mæ, quemadmodum vita ēt in
Deo eſt actus, non attributus
ſiue adueniens,ſed omnino intu
mus,& idem eſſentiæ.Iſta ēt vi-
ta perfecta,quæ ſoli Deo conue
nit, cuiuſmodi eſt vita intelle-
ctualis, eſt idē eſſentialiter ipſi
primæ eſſentiæ.¶Hæc minor ſic
intellecta, probatur auctorita-
te,& ratione,auctoritate Augu-
ra. ſtini.15.de tri.c.5.vel 7.Quæ vi-
t.c. ta inquit dr̄ in Deo, ipſa eſt eſ-
ſt. ſentia eius, atque natura. hæc
autem vita non talis eſt, qualis
ineſt arbori,nec qualis ineſt pe-
cori,quod hēt ſenſum, ſed nul-
lum habet intellectum,at illa vi
ta,quæ Deus eſt,ſentit: atque in
telligit omnia, & ſentit mente,
non corpore, quia ſpiritus eſt
Deus.hæc ille. vult ergo dicere,
ꝙ illa vita,quæ eſt eſſentia diui
na eſt per ſe intellectualis.Idem
6 de tri. c. vlti. loquens de Deo
t.de ait ſic.Vbi eſt prima, & ſumma
t. vita, cui non eſt aliud viuere, &
7. aliud eſſe;ſed idē eſſe, & viuere,
quia intellectuale ſubdit pri-
mus,ac ſummus intellectus,cui
non eſt aliud viuere,aliud intel-
ligere.hæc ille.¶Minor ēt iſta ra
tione probatur ſic. Cuicunque
nō repugnat eſſe idē alicui ſub
ſtantiæ eſſentialiter, illud nō cō
cui. uenit veriſſime * illi ſubſtantiæ,
niſi conueniat ſibi eſſentialiter,
ſed intellectualitati non repu-
gnat eſſe idem ſubſtantiæ (cui
conuenit)eſſentialiter, ſicut pa-
ter in creaturis, quia quæcun-
que ſubſtantia eſt intellectua-
lis,intellectualitas eſt intra ra-
tionem eſſentialem eius, ſicut
etiam in ſpeciali patet in homi
ne, in cuius ratione ponitur ra-
tionale,& per cōſequens iſta in-
tellectualitas, quæ per ſe intelli
gitur per rationale eſt idem ho
mini eſſentialiter, immo vt
actualiſſimum, & completiſſi-
mum in eſſentia. ergo cū Deus
veriſſime ſit intellectualis, eius
intellectualitas erit idem eſſen-
tialiter eius eſſentiæ.

¶Tertia ratio ſumitur ex par-
te intellectus diuini ſic. Nul-
lus intellectus habet eſſe actua
le proprium,& primum intelle-
ctus per aliquem actum intel-
ligendi, conuenientem ſibi, vel
ſuppoſito ſecundum ipſum.hoc
patet,quia omnis actus intelli-
gendi,vel naturaliter præexigit
intellectum,cuius eſt,habētem
proprium actuale eſſe intelle-
ctus, vel ſaltem coexigit, ita ꝙ
nullo modo tale eſſe actuale ꝓ
priū intellectus, vt intellectus,
nec aliquid per ſe incluſum in
tali eſſe actuali per actum intel
ligendi ipſi intellectui attribui-
tur,quia omnis actus eſt poſte-
rior, & ideo præexigit ſuum
prius.ergo in Deo intellectus,vt
intellectus, ſuum primum eſſe
actuale,nec aliquid per ſe inclu
ſum in illo eſſe non habet præ-
ciſe per intelligere diuinum.
Sed comparatio eſſentiæ diui-
næ ad quodcunque extra,habet
proprium, & primum eſſe ſuū
actuale per intelligere diuinū.
ergo intellectus in Deo, vt actu
intellectus, non includit aliquā
comparationem ad extra. ¶Pro
batio minoris, comparatio cu-
iuſcunque intrinſeci in Deo ad
quodcunque extrinſecum,cum
ſit reſpectus rationis habet eſſe
ſuum primum & proprium per
actum alicuius intellectus cō-
parantis, ſed qdcunq; intrinſe-

cum poteſt ad quodcunque extrinſecum per quemcunq; actũ intellectus creati comparari, illud ad idem comparari poteſt per actum intellectus diuini, quia intellectus ille poteſt obiectum illud ſub omni ratione ex parte obiecti intelligere, ſub qua eſt intelligibile, cum ſit ei adæquatus, & eius comprehenſiuns, ſed quicquid intellectus diuinus poteſt ad quodcunque comparare intelligendo, hoc actu intelligendo comparat, qa nulla eſt ibi potentia ſine actu ad quodcunque intrinſecum. ergo per actum intellectus diuini actu comparatur quodcũque intrinſecum ad quodcunque aliud, ad quod poteſt intelligendo comparari, & per conſequens comparatio cuiuſcunque talis ad quodcunque tale, habet eſſe ſuum propriũ actuale per actum intellectus diuini comparantis, non dico quæcunque comparatio huius ad hoc, quia non formaliter illa, qua intellectus creatus comparabit, ſed aliqua cõparatio huius extremi ad hoc extremum.

3. phyſi. t. c. 32.

¶ Ex hoc vlterius patet ſecunda pars minoris, ſcilicet quod comparatio alicuius intrinſeci ad aliquod extrinſecum hẽt ſuum primum eſſe, & proprium per illud intelligere, quia illud intelligere eſt primum intelligere reſpectu huius obiecti, & primitate eſſentiali, ſiue perfectionis, & primitate durationis, quia æternum, nec enim eſt ſimul perfectione cum intelligere creato, nec poſterius, quia vtroque modo ſequitur, quod eſſet limitatum, & menſuratum, nec eſt ſimul, nec poſterius duratio ne quocunque intelligere creato, quia tunc ſequeretur, quod intelligere in Deo, vt intelligere eſſet nouum.

¶ Vel ſic poteſt formari ratio. Nulla potentia habet ſuum primum eſſe per operationẽ ſuã. hoc patet de ſe, quia nihil ſeipſum producit ad eſſe, vt ſit. 1. de trini. nec per conſequens aliqua potentia per operationem, quæ eſt ab ipſa accipit ſuum eſſe primum, ſed omne intelligere eſt operatio intellectus, vt intellectus. ergo intellectus, vt intellectus non habet primum eſſe in Deo per operationem ſuam, ſed quicquid eſt in Deo per comparationem ad extra, inquantum huiuſmodi habet ſuum eſſe per intellectus operationem, ſiue intellectionem, quia eſſe eius conſiſtit in conſideratione intellectus, cum ſit eſſe relationis rationis. ergo & cætera.

¶ Quarta ratio ſumitur ex parte operationis, ſeu actus intelligendi, & hoc ſic. Actus ille, quo Deus comprehendit eſſentiam ſuam, vt obiectum beatificum, ſub ratione qua talis, eſt in Deo ex natura rei, ſed Deus per intelligere, vt intelligere cõprehendit eſſentiam ſuam, vt obiectum beatificum, ergo maior probatur, quia infinitas intenſiua non competit alicui enti rationis, ſed ſolum enti reali, quod arguo, quia omne ens rationis, eſt ſola relatio rationis, ſed nulli relationi infinitas competit, etiam reali, vt patebit infra. q. 5. Illud autem quo Deus comprehendit eſſentiam ſuam, vt infinitam, ſub ratione qua eſt comprehenſiuum, eſt infinitum, quia infinitum obiectum, vt infinitũ, cõprehẽdi nõ poteſt

poteſt aliquo actu, niſi infinito, vt infinito. ergo cum infinitum ſimpliciter in perfectione non includat per ſe aliquid, cui intrinſece repugnat infinitas, ſequitur ꝙ infinitum ſimpliciter nõ eſt ens rationis, nec includit per ſe primo ens rationis. ¶ Iſtas propoſitiones expoſitas, & probatas coniungendo loco maioris, & minoris in ſyllogiſmo arguitur ſic. Illud quod eſt eſſentiæ diuinæ idem eſſentialiter, eſt actu in Deo mere ex natura rei, ſed intellectualitas, ſiue vita intellectualis eſt huiuſmodi. ergo eſt in Deo mere ex natura rei. ¶ Ex hoc vlterius. Quicquid eſt actu intellectuale, ſiue viuens vita intellectuali, & hoc mere ex natura rei, habet actu, vel poteſt habere actu intellectum, vt intellectum, & intelligere, vt intelligere, Deus autem eſt actu intellectualis, ſiue viuẽs vita intellectuali mere ex natura rei (ſicut concluſum eſt in primo ſyllogiſmo) ergo Deus habet actu, vel actu poteſt habere intellectum, vt intellectum, & intelligere, vt intelligere, ſed nõ poteſt habere actu aliquod ens reale, ſiue ex natura rei, quod iam nõ habet ex natura rei, quia hoc eſſet contra eius ſimplicitatem. ergo Deus actu habet intellectum, vt intellectum, & intelligere, vt intelligere, & hoc mere ex natura rei. Sed nullus reſpectus Dei eſt ad extra, nec aliquid per ſe includens talem reſpectum, eſt in Deo actu ex natura rei, quia reſpectus eius ad extra non poteſt eſſe, niſi relatio rationis. ergo aliquod eſſentiale, puta intelligere eſt ſic abſolutum, quod nec eſt reſpectus ad extra, nec per ſe talem reſpectum includens. ¶ Maior ſecundi ſyllogiſmi probatur ſic, Natura viuens vere, habet realiter, vel habere poteſt operationem vitalem, quæ ſit ens reale, ſic intelligendo, quòd nec ſit ens rationis, nec per ſe tale ens includens, quia operatio talis, eſt propria perfectio naturæ intellectiuæ, vnde & in iſta ponitur conſiſtere beatitudo talis naturæ, propria autem perfectio, & præcipue beatifica natura habentis eſſe viuum ex natura rei, non poteſt eſſe ens rationis, nec per ſe includens ens rationis, quia ens rationis eſt ita diminutum, quòd non poteſt eſſe perfectio per ſe entis realis, nunc autem intellectio, vt intellectio eſt propria operatio naturæ viuentis vita intellectuali. Et ſi proteruiendo negetur hoc in Deo. philoſophus videtur ſpecialiter hoc concedere de ipſo 12. Metaph. vbi tractans quæſtionem de intellectu & intelligere diuino ait ſic. Si nõ intelligat, ſupple Deus actu, ſed habet ſe quemadmodum, vt ſit dormiens, quid vtique inquit eſſet inſigne, & venerabile, ſiue intelligat. non eſt autem hoc, quod ſua intelligentia, ſed potentia, non erit itaque optima ſubſtantia, per intelligere enim ei honorabile ineſt. Ioan. 10. Ethic. cap. 10. perfecta fęlicitas, quoniam ſpeculatiua quædam operatio apparet, & hinc vtique apparebit, deos enim maxime ſuſpicati ſumus beatos, & felices eſſe, actiones autem quales attribuere debitum eſt ipſis, & poſt excluſis ab eis actionibus virtutum moralium, ſubdit, ſed tamen viuere omnes ſuſpicati ſunt eos, & operari. non

Speculatio ſingularis.

t. c. 51.

nõ enim oportet dormire,& paulo poſt concludit,quare Dei operatio beatitudine differens,ſpeculatiua vtique erit, & humanarum vtique quæ huic cognatiſſima feliciſſima.

a l. Vel ita quod ipſum non ſit mediũ inter illa tamẽ magis excluditur medium inter ipſum & primũ quam inter aliud et primũ & tũc eſt immediatius negatiue.

DE QVARTO termino ſcilicet immediatius eſt diſtinguendum,quia dicitur immediatius aliquid dupliciter. ¶ Vel ita, quòd ipſum ſit medium inter primum & vltimum , & tũc eſt immediatius poſitiue. ¶ Vel ita quòd inter ipſum & primũ non ſit medium. aut pauciora ſunt media,quàm inter tertium & primum , & ſic eſt immediatius negatiue.Exemplum. ſuperficies eſt immediatior ſubſtantiæ,quàm color,ita quod habet rationem medij poſitiue inter illa,ſed riſibile eſt immediatius homini, quàm color negatiue. non enim mediat inter illa extrema poſitiue,ſed magis excluditur medium inter hominem & riſibile , quàm inter hominem & colorem.Vt ſic breuiter dicatur illud eſſe immediatus poſitiue,quod tanquàm medium inter extrema includitur, & illud immediatius dicatur negatiue, vbi aliquid tanquàm medium magis excluditur. ¶ Poſſet autem alio modo diſtingui de immediatiori ſecundum rem & rationem, quia immediatius, & minus immediatum,vel mediatius non ſunt ſine ordine, ordo autem non videtur poſſe intelligi ſine diſtinctione. ſed quia hic non quæritur qualis eſt, diſtinctio eſſentialium a notionalibus, vel vtrorumque ab eſſentia,ideo iſta diſtinctio immediationis non tractatur ad præſens, ſed qualiſcunque ſit diſtinctio eſſentialium a notionalibus, vel vtrorumque ab eſſentia , ſecundum * iſta dicetur, quod iſtorum ſit immediatius ipſi eſſentiæ,puta eſſentiale, aut notionale. ¶Itaque + recolligendo de iſto primo articulo , eſſentia eſt illud,ad quod fit eorum comparatio,quorum quæritur ordo. eſſentiale autem & notionale ſunt illa , quorum quæritur ordo in comparatione ad eſſentiam : de immediatione autem iſtorum ad illud primum, eſt quęſtio,& principaliter requiritur propter ſolutionem duplex diſtinctio poſita in hoc articulo,vna de eſſentiali,alia de immediatiori.prima de eſſentiali talis eſt, alicuius eſſentialis ratio, ſiue actualitas totalis , eſt mere ad intra, alicuius autẽ ad extra.ſecunda de immediatiori talis eſt quod aliquid dicitur eſſe immediatius poſitiue, ita ꝙ ipſum ponitur medium , aliqd priuatiue,ità.ſ.ꝙ non requiritur mediũ aliquod inter ipſum & primum,ſicut inter aliud extremum & primum.

a. ... di... H... ep...

DE SECVNDO articulo,dico tres concluſiones, quarum duæ ſunt breues,tertia principalis ¶Prima eſt iſta , Nullum notionale eſt immediatius ipſi eſſentię diuinæ aliquo eſſentiali,& hoc loquendo de immediatione primo modo. hoc probatur ſic , quod eſt immediatius primo non exceditur a tertio. cum ſit per ſe medium inter ipſum primum & tertium,ſed omne eſſentiale excedit quodcunque notionale,quia eſſentiale eſt commune tribus notionale vero non. ergo &c. ¶ Secunda concluſio eſt talis , omni eſſentiali includente reſpectũ ad extra, immediatrius eſt eſſentiæ

ali-

aliquod notionale. & hoc loquē do de immediate ſecúndo modo.hoc probatur, quia tale eſſentiale non conuenit ipſi Deo, niſi per operationem intellectus comparantis ad extra, notionale autem conuenit eſſentiæ ex natura rei abſque omni comparatione intellectus ad extra. ergo minus requiritur medium inter eſſentiam & notionale, quàm inter eſſentiam & tale eſſentiale, vbi neceſſario mediat actus intellectus. ❡ Tertia cōcluſio eſt, Omni notionali eſt aliquod eſſentiale immediatius eſſentiæ vtroque modo immediationis, hoc probatur dupliciter. ❡ Primo ſic, qualis * ordo per ſe realis eſſet inter aliqua, ſi eſſet diſtincta realiter, talis p ſe ordo eſt inter illa, correſpondens illi diſtinctioni, quam habent, vtpote rationis, ſi diſtinguantur ratione, & hoc ſiue ratione ſumpta ex parte rei, ſiue mere cauſata per actum intellectus. Nunc autem ſi eſſet diſtinctio realis inter iſta, ſcilicet, eſſentia, memoria perfecta, & dicere perfectum, memoria eſſet per ſe in ordine reali immediatior ipſi eſſentiæ, quàm dicere. ergo, & quocunque modo ſit diſtinctio inter illa, eo modo eſt immediatio correſpondens. maior probatur a poſteriori ſic, vbi eſt diſtinctio rationis, ſiue vno modo, ſiue alio accipiendo rationem, ibi concludimus ordinem ſic diſtinctorum ex hoc, quòd illa ſic diſtincta haberent talem ordinem, vbi eſſent diſtincta realiter. ❡ Nec iſta maior inuenitur habere inſtantiam. niſi forte in aliquo, quod non eſt ad propoſitum. Et illud ſufficienter excluditur per exceptionem iſtam, ſi addatur in maiori ſic, qualis eſt ordo realis, talis & rationis, niſi forte in diſtinctione reali, illud quod eſt poſterius aliquo in diſtinctione minori, haberet verius eſſe illo & illu quod ſibi correſpondet. ❡ Secundo probatur a priori illa maior, per ſe ordinem intelligo, qui eſt ex per ſe rationibus extremorum. & hoc accipiendo per ſe rationem eſſentialem, ſiue quiditatiuam non determinando illud cuius eſt ratio ad eſſe in re, vel in intellectu, ſiquidem illud quod indifferenter poteſt hr̄e vtrūque eſſe, videt̄ hr̄e rōnē quiditatiuā intelligibilē, non * determinando ad hoc, vel illud eſſe. Ex hoc patet maior, nam vbi manet per ſe ratio ſimilis ordinis, ibi manet ſimilis ordo. ſed in iſtis diſtinctis in tali, vel in tali eſſe manet per ſe eadem ratio conſimilis ordinis, quia ratio quiditatiua. a. & ratio quiditatiua. b. ergo &c. nō enim eſſe in intellectu dat ipſi. a. rationem quiditatiuā. Minor patet, quia ſi illa ibi poſita eſſent realiter diſtincta, eſſet talis ordo realis, quod, quia eſſet eſſentia natura intellectualis perfecta, ideo haberet intellectū pfectū, & vlterius haberet, vel habere poſſet obiectū actu intelligibile proportionabiliter ſibi pſens. & vltra ideo eſſet, vel eſſe poſſet memoria perfecta nam hæc eſt ratio memoriȩ perfectȩ intellectus habens obiectum intelligibile proportionatum actu ſibi præſens, & ex hoc vlterius ſi ipſa eſſet, vel eſſe poſſet ſuppoſito habenti eam perfecte principium exprimendi exprimeret, vel exprimere poſſet notitiam declaratiuam, correſpondenden-

in margin: * in

in margin: * l. determinatam, vel determinantē.

dentem illi memoriæ, nunc autem primum notionale, ſaltem quod includit primum reſpectū poſitiuum ad aliquam perſonā eſt dicere. ergo primum notionale habet eſſentiale aliquod immediatius eſſentiæ vtroque modo. & per conſequens quodcunque aliud notionale, ſicut autē argutum eſt de memoria, & dicere, ſimiliter poſſet argui de voluntate obiecto ſibi præſente, & actu ſpirandi. ¶Secundo ad idē ſic, eſſentiæ immediatior eſt potentia, quam actio realiter productiua ſecundum illam potentiam, omne autem notionale eſt actio productiua ſecundum aliquam potentiam in natura diuina, vel ſupponens illam, quia eſt productio alicuius ſuppoſiti, vel ſupponens productionem, omnis autem talis actio eſt alicuius potentiæ, quę habet rationem eſſentialis, vel quia eſt ipſius intellectus, vel quia eſt ipſius voluntatis, ergo &c. ¶ Sic * igitur ad iſtum articulum patet, ꝙ eſſentiali ad extra notionale eſt immediatius ſecundo mō. nullo autem eſſentiali eſt aliquod notionale immediatius vtroque modo, quolibet autem notionali eſt aliquod eſſentiale ad intra immediatius vtroque modo, q̃a ſaltem intellectus eſt immediatior, quàm dicere, quod eſt primum notionale, & ita per conſequens quocunque notionali, voluntas etiam immediatior eſt ipſo ſpirare, & per conſequens quocunque pertinente ad proceſſionem ſpiritus ſancti.

Epilogus.

DE TERTIO articulo, inſtatur contra iſtas duas rationes poſitas in 2. arti. pro tertia concluſione, contra primam ſic. vbi non manet eadem ratio ordinis, non oportet ponere eundem ordinem, vel conſimilem, ſed in diuinis, vbi iſtorum eſſentia. ſ. memoria, dicere, eſt ſola diſtinctio rationis, non manet eadem ratio ordinis, quæ eſt vbi iſta ſunt diſtincta realiter. ergo &c. probatio minoris, In creatura rationali ideo memoria præcedit dicere, quia ipſa eſt principium dicendi, non ſic autem in Deo, loquendo de memoria, vt memoria, ſiue vt diſtincta ab eſſentia, immo ratio principiandi emanationem perſonalem eſt eſſentia diuina ſola ſub ratione eſſentiæ, vt ei coniungitur reſpectus realis, quod probatur dupliciter. ¶ Primo ſic. verbum eſt expreſſiuum omnium illorum, quæ in eſſentia diuina, quaſi inuolute continentur. ergo i verbo diuino intelligit Deꝰ quodcunque diſtinctè intelligit. ergo non poteſt aliqualis diſtinctio actualis accipi inintellectu diuino inter eſſentiā & memoriam præcedens quodammodo productionem verbi. primū probatur per Aug. 6. de trin. c. vlt. vbi dicit, ꝙ verbum eſt ars patris, plena omnium rationum viuentium. ¶Item, diſtinctio ſecundum rationem non pōt eſſe, niſi ſecundum aliquem actū intelligendi. In Deo autem primus actus intelligendi eſt principium emanationis verbi ſuppoſita proprietate perſonali, cū verbum producitur naturaliter, & actu naturali ipſius intellectus. ergo nullo actu quaſi præcedente productio nō verbi poteſt haberi diſtinctio ad extra, vel ad intra. ¶ Et ſi quæratur ab eis, quomodo ergo diſtinguit' in Deo intelllectus & voluntas, ſi non prçſupponitur in Deo diſtin-

Hen. ſum. 27. q. quol. 5. 1. ar. 1.

ſtinctio productionibus perſonarum. ¶ Dicunt, ꝙ poſitis iſtis ꝓductionibus, diſtinctione, & ſpiratione, & hoc per ſolam eſſentiam, vt principium formale reſpectu vtriuſque productionis poteſt intellectus diuinus comparare eas ad aliqua ſimilia in creaturis. vni autem ſimilis eſt productio intellectus in creatura, quia ipſa eſt nulla præſuppoſita, alteri ſimilis eſt productio voluntatis, quia ipſe altera præſuppoſita, & ita ex tali comparatione ad extra intellectus concipit iſtas productiones, vnam quaſi intellectus, & aliam quaſi voluntatis, propter ſimilitudinem iſtarum ad iſtos actus, & propter illud iſtarum productionum principium productiuum concipit intellectus ſub ratione iſtorum duorum principiorum. ſ. intellectus, & voluntatis: per hoc impeditur ſecunda ratio, quia memoria, vt memoria, vel intellectus non habet rationem principij reſpectu dicere, ſed ipſa eſſentia, & bene conceditur, ꝙ eſſentia, vt eſſentia prior eſt notionali, ſed non habetur per hoc, ꝙ aliquod eſſentiale aliquo modo diſtinctū ab eſſentia eſt immediatius, quàm aliquod notionale.

* CONTRA, iſta rō poſſet multipliciter improbari, q̄a duarum productionū alterius rationis, non videtur poſſe poni idem principium formale productiuum, & ſpecialiter talium productionem, quare vna non poteſt poni, niſi iam altera ponatur. Nō videtur etiam ratio quare productione ſint alicuius determinatę pluralitatis, reſpectu quarum vnum eſt principium formale eiuſdē rationis. & hoc in productionibus neceſſarijs, tamen iſta vſque ad proximam quæſtionem differatur, & hoc tā tum ratio prima confirmatur. ¶ Cum enim accipitur contra maiorem primæ rationis, ꝙ non manente eadem ratione ordinis, non manebit idem ordo, cōceditur de illa, quę eſt prima, & per ſe cauſa, & ratio ordinis, ſicut vniuerſaliter tenetur de primo per ſe ordine quocunque: & iuxta hoc arguendo ad oppoſitum, aſſumo hanc maiorem. vbi manet prima per ſe ratio ordinis, eadem ibidem manet idem per ſe ordo, ſed prima per ſe ratio iſtorum ordinis. ſ. memorię & ipſius dicere, eſt ex per ſe rationibus iſtorum. ſ. ꝙ memoria eſt memoria, & dicere eſt dicere. In quocunque ergo eſſe reali, ſiue diminuto iſta concipiuntur ſtatim habetur ex rationibus iſtorum, ꝙ memoria eſt immediatior ipſi eſſentię, quàm dicere. ergo manentibus per ſe rationibus iſtorum duorum extremorum ocurrentium intellectui, ſiue habentium eſſe reale, ſiue rationis quodcunque, ſemper manet eadem, vel ſimilis per ſe ratio ordinis. ¶ Et vlterius, cū dicitur in minori, ꝙ in diuinis non manet iſta ratio memorię, & dicere, quę in creaturis, quia non eſt ibi ratio principij ad principiatum. eſto ꝙ illa eſſet ratio ordinis. ſ. ratio principij formalis agendi, & actionis. adhuc habebo propoſitum, quia ſecundum Auguſtinum 25. de tri. cap. 15. Sic hoc verbum noſtrum de noſtra ſcientia naſcitur, quemadmodum illud Dei verbum de ſcientia patris natū eſt. vt vbique vult ꝙ de ratione verbi eſt naſci de ſcientia, quæ

ſcien-

ſcientia eſt in memoria, & ſic vbique dicitur verbum naſci de memoria, filius autem cuius ꝓduci eſt dici, ꝙ ſecũdum ipſum verbum eſt.83.q.q. 63. vbi vult, ꝙ optime poſitum eſt illud. In principio erat verbum, quãtum ad tranſlationem nominis ſecũdæ perſonæ. eſt ergo memoria principium productiuum ſecũdę perſonæ, & ita manet iſta ratio ordinis inter memoriam & dicere. ¶ Confirmo hoc, quia ſi non procedat ſecunda perſona per memoriam, vt memoria, ſed per memoriam, vt eſſentia. non magis ergo producitur per ſe per actum memorię, quàm per actum voluntatis, quia eſſentia, vt eſſentia, non magis eſt hoc, quàm illud. ergo ꝓductio eius in ſua realitate non eſt magis dictio, quàm ſpiratio. nec ipſa magis eſt ex realitate ſuæ productionis filius, ſiue verbum, quã ſpiritus ſanctus, quod eſt patenter contra intẽtionẽ Auguſtini. ¶ Ad argumenta probantia, ꝙ eſſentia ſub ratione eſſentię vt tamen coniungitur ei reſpectus realis, eſt principium formale proximum producendi filium. ¶ Ad primum cum dicit, Deus quodcunque intellectu diſtincte intelligit, verbo iam producto intelligit. verum eſt, ꝙ verbum eſt ęternaliter productum, ſed non quæritur hic de ordine durationis, ſed originis. ſic autem intelligendo, ꝙ pater non intelligat quęcunque diſtincta in ſe, vt eſt prior origine verbo, falſum eſt, & contra rationem, & contra Auguſtinum 15. de trini. cap. 7. vbi vult, ꝙ quælibet perſona ſibi meminit, ſibi intelligit, ſibi diligit: & ſic infert, ꝙ ſi filio intelligeret pater, pater non eſſet ſapiens de ſeipſo, ſed de filio. ¶ Ex hoc formatur prima ratio ſic. quamcũque perfectionem pater habere poteſt, habet eam, vt eſt origine prior filio, qa habet eam a ſe. nullam enim ꝑfectionem poteſt habere, niſi a ſe, ergo nec a filio. ergo ſi pater poſſet noſcere diſtincte actu omne intelligibile. nouit ergo aliqua intelligibilia diſtincte præciſe in filio. hoc etiam patet pet Auguſtinum 15. de trinit. ca. 14. Nouit Deus pater omnia in ſe, nouit & in filio. in ſeipſo tanquam ſeipſum. ¶ Ex hoc formatur ſecunda ratio pater, vt eſt prior origine filio, nouit ſeipſum, non tantum per memoriam, ſiue actu primo, ſed per intelligentiam, ſiue actu ſecundo: quod probatur, quia conſimilis eſt ordo originis patris ad filium in habendo intelligentiam perfectam, qualis eſt in habendo memoriam perfectam, quia vniuerſaliter eiuſdem per ſe eſt habere intelligentiam perfectam, cuius eſt habere memoriam perfectam. ſicut ergo pater non præciſe in filio nouit ſeipſum, quaſi per memoriam, ſed per ſeipſum, vt eſt prior filio, ita & de notitia actuali per intelligentiam, & tunc vltra. ſicut ergo actuali notitia, ſiue intellectione per intelligentiam nouit pater ſeipſum prius origine, quàm in filio, ita actuali intellectione per intelligentiam ingenitam, nouit omnia diſtincta in ſe, prius quàm in filio. ¶ Ad probationem, cum dicitur ꝙ verbũ eſt expreſſiuum omniũ quę in eſſentia diuina quaſi inuolute continentur, concedo. ſed nõ præciſe verbum, nec ipſa præciſe relucent in verbo, ſed æque diſtin-

diſtincte relucent in intelligentia patris,vt patris eſt. ¶Quando aūt probatur illa præciſe eſſe relucentia in verbo,per illud. 6.de tri.de arte.ad hoc rñdet Auguſtinus 7.de trin.c.4.Ita eſt * verbum ars patris,qūo ſapientia patris,& qualiter hoc eſt,ita inquit dicitur filius ſapientia patris, qūo lumen patris eſt.vtquemadmodum lumen de lumine, & vtrunque idē lumen,ſic intelligitur ſapiētia de ſapientia, & vtraque vna ſapientia . hæc ille . ¶Si quæratur,quare verbum dicitur magis ars patris , quàm ipſemet pater. Reſpondeo , ſecundæ pſonæ ex vi ſuæ productionis cōpetit,quod eſt notitia declaratiua,quia eſt producta per actum memorię exprimentis talem notitiam,& ideo appropriate dicūtur de ea, quæ pertinent ad perfectionem cognitionis actualis, magis tamen proprie dicitur ſapiētia,ſicut loquitur apoſtolus, quàm ars, ſicut loquitur Auguſtinus , quia ex productione ſua magis eſt notitia declaratiua æternorum, quàm factibilium . ¶ Secunda ratio innititur iſti ꝓpoſitioni , primus actus intelligendi in diuinis eſt principium proprium producendi verbum. Iſta eſt falſa propter duo . ¶ Primo,quia nullus actus intelligendi eſt proprie principium producendi verbum. ¶Secundo,q̄a non eſt primus actus intelligendi , ſicut ipſe intendit loqui de illo. primum probo , quia actus intelligendi communiter accipitur pro ipſa operatione, quæ eſt intellectio. ſi ergo primus actus intelligendi eſt principium emanationis,vt ipſe accipit,hoc intelligitur altero iſtorum duorum modorum,aut ita videlicet, quòd eſt principium formale, quo verbum producitur , ſicut calor in calefaciente reſpectu calefactionis eſt principiū,aut ita, ꝙ eſt principium emanationis, ſicut actus ꝓductiuus,ſicut calefactio dicitur principium productiuum caloris producti,neutro aūt mō pōt intelligi, q̄a omne intelligere eſt ipſius intelligentiæ, ſecundum Auguſtinum 14.de trin.c.7.Intelligentiam dico,qua intelligimus cogitantes, producere autem verbum , ſiue habere principium formale producendi,non competit, niſi ratione memorię. ¶Secundum patet ex dictis , quia productionē verbi præcedit origine intellectio diſtincta, quæ conuenit patri ſm intelligentiam propriam ingenitam . non ergo producit verbum primo actu intelligendi, loquendo de primo origine, ſicut ipſe accipit . Cū probatur per hoc, ꝙ verbum naturaliter producitur . Conſequentia non valet,quia quorumcūque actuū intellectus eſt principium , eſt principium omnium illorum ꝑ modum naturę. ¶ Vel * poteſt breuiter dici ad iſtam ſecundā probationē , ꝙ licet verbū producatur in diuinis per primum actū intellectus, loquendo de primo actu productiuo, qui tamē dicitur proprie actus intelligendi,licet ſit actus intellectus, non tñ primo actu operatiuo, q̄ proprie dr actus intelligendi,ſed prior eſt origine actu intelligendi, vt eſt intelligentię paternę, & iſto,vt ſic priori, intelligit pater eſſentiam propriam diſtincte , non tantum in verbo producto . Iſta diſtinctio de actu productiuo & operatiuo patebit poſt. q. 13 . Actus enim

[Left margin, partly cut off: *Vide ... ſ.1. ... pag. ... t ai ... it. ... pag. ... o.1. ... ha- ... in r. ... liſt. ... o.6. ... ne.* — *a di- ... ſub- ... imū ... mu! ... ipiū*]

B. Hac reſpōſio ſup ponit duplicem actum intell.ſ.productiuum et operatiuū de quo vide infra.q.13.

Ca.1.& 9 c.5.& in de. Idem 9. Metap. t.c.16.

operatiuus non habet terminũ productum, ſed eſt vltimus terminus, vt patet ex 1. & 10. Ethi. Actus autem productiuus ſemper eſt alicuius termini per ſe, qui per ipſum accipit eſſe. ¶ Reſpondeo, ad ſecundam rationẽ, poſita ab ipſo excluſa eſt per hoc, quod probatum eſt eſſentiam, vt eſſentiam non eſſe immediatum principium formale productionis excludendo memoriam, vt memoriam a ratione talis principij.

AD ARGVMENTVM principale, ſupponit ꝙ perſona diuina conſtituitur per aliquod notionale, & pro nunc ſupponatur. ¶ Ad maiorem ergo reſpondeo, per diſtinctionem, ꝙ aliquando ſuppoſitum conſtituitur per aliquid eiuſdem generis cum ipſa natura, & tunc videtur poſſe concedi maior, quia non ſolum natura immediatius ſe habet ad ſuppoſitum, ſed ẽt ad illud formale, quo conſtituitur ſuppoſitum, & hoc aliqua immediatione. ¶ Si autem ſuppoſitum cõſtituatur per aliquid alterius generis, quod eſſet remotius a natura, quàm genus illius, quod eſt proprietas naturæ, tunc maior eſſet falſa. Si. n. ſortes conſtitueretur per relationem, cum relatio plus diſtet a genere ſubſtantiæ, quàm qualitas, vel quantitas, falſum eſſet, ꝙ conſtitutiuum ſortis eſſet immediatius humanitati, quàm qualitas, vel quantitas. ¶ Nunc autem ſuppoſita iſta opinione, ꝙ relatio conſtituit perſonam, ſiue ſuppoſitum diuinum, oportet dicere, ꝙ ſuppoſitum ibi nõ conſtituitur per aliquid eiuſdem generis cũ natura. eo modo quo ponitur ibi genus, ſed per illud quod eſt ad alterum, & natura eſt ad ſe. ¶ Illud autem conſtitutiuum aliquo modo magis diſtat a natura, quàm proprietas naturæ, quia ſi ibi ꝓprie eſſent genera, ſapiẽtia pertineret ad genus qualitatis, & paternitas ad genus relationis. ergo ibi ſuo modo proprietas poteſt eſſe immediatior ipſi naturæ illo, quod eſt conſtitutiuũ ſuppoſiti. ¶ Si quęratur, quare non poteſt hoc ſuppoſitum conſtitui per aliquid, quod eſt eiuſdem generis cum natura. ¶ Hæc quęſtio eſt de eo, quod q̃ſtio ſupponit, nec per conſequẽs eſt ad propoſitum, ſed ad q. de conſtitutiuis perſonarum pertinet, tamen concedo ad præſens ſuppoſitum, & tunc poteſt dici, ꝙ vbi eſt aliquid de ſe hoc, & tamen non eſt incommunicabile, non poteſt intelligi aliqua determinatio vlterior, niſi ad incommunicabile. eſſentia autem diuina eſt de ſe hæc, & tamen communicabilis, ſi ergo debet intelligi aliqua determinatio ad ſuppoſitum, cum ſuppoſitum ſit incommunicabile: oportet, ꝙ ſit per aliquid, quod eſt primo incommunicabile. tale non poteſt eſſe quod eſt ad ſe, quia q̃cquid eſt ibi ad ſe ſm̃ iſtud ſuppoſitum, eſt perfectio ſimpliciter, & ſic communicabile, & ita oportet conſtitutiuũ ſuppoſiti differre a natura gñe, non qualitercunque, ſed ea differentia, quæ eſt inter rẽ ad ſe, & rẽ ad alterũ. probatio aũt maioris principalis non procedit niſi de conſtitutiuo ſuppoſiti pertinente ad idẽ genus cũ natura. ¶ Viſo de ordine eſſentialium & notionalium in diuinis, patet ex hoc ordo procedẽdi in

Di. mi. 6ti.

quæ-

qua ñ. quæſtionibus de Deo, quia ſi aliqua fuiſſet mota de eſſentia, vel eſſentiali ad intra, illa eſſet tractanda ante quæſtiones de notionalibus. Nulla aũt eſt mota de eſſentiali, niſi quod importat reſpectum ad extra, & quodcunque notionale ſuo modo eſt prius quocunque tali eſſentiali, ideo primo tractandæ ſunt quæſtiones motæ de notionalibus. notionalia autem, vel ſunt relationes, vel productiones, ſiue illa ſint idem, ſiue non, non curo. Eſt ergo primo quęſtio talis de notionalibus, ſiue productionibus.

QVÆSTIO. II.

Vtrum in Deo poſsint eſſe plures productiones eiuſdem rationis.

QVAERITVR. Vtrum in Deo poſ- eſſe. ſunt * eſſe plures productiones eiuſdem rationis. Arguo ꝙ ſic. productio ſuppoſiti in eſſe naturæ ſubſtantialis eſt generatio, ſed in diuinis eſt duplex productio per modum naturæ. ergo duplex generatio, & per conſequens duplex productio eiuſdem rationis. Minor patet, quia omnis productio ſuppoſiti in natura diuina eſt in eſſe naturæ ſubſtantialis. Probatio maioris, nam per hoc diſtinguitur generatio ab aliis mutationibus, per philoſophum. 5. Phy. quia ipſa eſt ad ſubſtantiã, ſiue ad eſſe ſubſtantiale. ergo c.7. &c. ¶ Contra, ſi poſſunt eſſe plures productiones eiuſdem rationis, vel ergo plures generationes, vel plures ſpirationes, & per conſequens plures filij, vel plures. ſ. ſ. conſequens falſum, quia plures eſſent perſonæ, quã tres. ergo &c.

HIC CONCORDANT omnes theologi in concluſione negatiua, ſed oportet videre, an iſta ſola fide teneatur, an per rationẽ. Ad ipſam autem diuerſas afferunt rationes. ¶ Primo ergo tangentur rationes aliquorum, quæ ad concluſionem iſtã ponuntur. ¶ Secundo, dicetur quid magis circa hoc videtur eſſe tenendum. ¶ Tertio, quædã dubia occurrentia excludẽtur. *Quare in theo. c. propoſitionũ creditarũ*

DE PRIMO apponuntur ad hoc quatuor rationes. ¶ Prima eſt iſta, forma eiuſdem ſpeciei, ſiue quod magis proprie dicitur in diuinis eiuſdem rõnis, non multiplicatur niſi ſm materiam, materia aũt in diuinis eſſe non poteſt, vnde in diuinis nõ eſt niſi vnica filiatio ſubſiſtens, ſicut albedo ſubſiſtens non põt eſſe niſi vna. ¶ Secunda rõ, Deus oĩa intelligit, & vult vno actu ſimplici. ergo non põt eſſe ibi, niſi vna perſona procedens per modũ verbi, & vna per modum amoris. ¶ Tertia rõ, quia perſonæ procedunt naturaliter. natura aũt determinatur ad vnũ. ergo &c. ¶ Quarta rõ, ex hoc eſt pfectius filius, quia tota filiatio diuina in eo continetur. nõ ergo poteſt ibi eſſe aliqua alia. *Th. 1. par. q. 7. ar. 1. 44. art. 1. & q. 50. ar. 4. & ſecundo ſcripti diſ. 3. q. 4. et de potẽtia q. 2. & Ægid. quodl. 2. q. 7. 12. Meta. t. c. 50. 2. de generat. t. c. 56. 5. Phyſi. 5. et 10. Me. in diffinitione pfecti hæc habẽtur.*

PRIMA RATIO vĩ eſſe tranſcendens propoſitũ, & aſſumere dubium, ſiue falſum ſm multos. Illa. n. propoſitio maior. ſ. ꝙ forma eiuſdẽ rõnis non multiplicatur niſi ſm materiã, ꝙ ſm eos æque haberet locũ de angelo, ſicut de Deo, aut intelligit ſic, ꝙ forma ꝗcunque immaterialis ſit de ſe hęc, ſiue ex rõne ſuæ quidditatis. ſicut Deus dei-

tate eſt hic, ita quod nihil aliud intelligendo, niſi deitatē, eſt cō-tradictio formalis Deū non eſſe hunc. Aut intelligit̃ ſic, ꝙ quā-uis forma immaterialis aliqua non ſit hęc formaliter ſua quid-ditate, tñ ipſa in re multiplicari non pōt, quia vnica forma talis ſingularis, & ſignata habet in ſe totā entitatē illius formæ, & in-tenſiue, & extenſiue, vt patet de ſole. Si intelligitur primo mō, ſequitur ꝙ rō formæ ſpecificæ in angelis includit repugnantiā, immo contradictionē ad plurifi-cari realiter, & ita ſicut non ſtat cū conceptu hominis, ꝙ conci-piatur irrōnalis, vel cū cōceptu Dei, & concipiatur tanq̃ indiffe-rens ad plures Deos, ita non ſtat cum cōceptu talis ſpeciei, ꝙ cō-cipiatur plurificabilis, & per cō-ſequens quicunque poſuerunt ſpeciem angelicā poſſe plurifi-cari, habuerūt in intellectu ſuo conceptus formaliter repugnan-tes, quia conceptū talis ſpe-ciei & plurificabilis, & per con-ſequens quicunque conceperūt ibi eſſe rōnem vniuerſalis ſim-pliciter. ſ. dicibilis de pluribus, immo concipiēdo naturā in ta-li vniuerſalitate: includitur in il-lo intellectu repugnantia forma-lis inter obiectum intellectum, & modum concipiendi. Iſtud conſequens non videtur proba-bile, cum multi theologi, & ca-tholici ſic concipientes naturā angelicā, & ſpeciē, ſicut alij ſine omni repugnantia conceſſerūt ibi plurificationē, & vniuerſali-tatē pdictā. Sancti * ēt vñr ad hanc partē declinare, ſicut Da-maſcenus in elementario. c. 12. dicens. ꝙ vnicū eſt incōmutabi-le, & cōicabile, ipſius aūt ꝙ vni⁹ ſpēi cōicatio, & ipſa beata natu-

Argumētū efficaciſſimum cōtra aduerſarios Scoticæ ueritatis.

a. l. aūt.

ra in tribus cōnſiſtit hypoſtaſi-bus. Et ſequit̃ poſt hoc. Secūdū vnumquēq; ordinē angelorū, & virtutū differentes hypoſtaſes condidit: non ſolū hoc, ſed ēt ſm vnāquamq; ſpēm, vt vtique cōicantes adinuicē naturā gau-deant adinuicē, & naturali bea-titudine * copulati adinuicē ſe-cure & amicabiliter diſponant̃. Hæc Damaſcenus. ¶ Et articuli dānati tres videntur iſtū articu-lū prima facie reprobare. ¶ Vnus eſt a dño Stephano condemna-tus, qui dicit ſic, ꝙ quia intelli-gentiæ non habent materiam, Deus non poſſet eiuſdē ſpeciei facere plures. error. ¶ Secundus, ꝙ Deus non pōt multiplicare indiuidua ſub vna ſpecie, ſine materia. error. ¶ Tertius, ꝙ for-mæ non recipiunt diuiſionem, niſi * ſm diuiſionē materiæ: er-ror, niſi intelligat̃ de formis edu-ctis de potentia materiæ. ergo de formis non eductis de poten-tia materię, hoc dicere, eſt error. ¶ Si detur ſecūdus intellectus ꝓ-poſitionis, tunc ſequitur ꝙ natu-ra ſpecifica Michaelis de ſe non eſt hæc. ergo non repugnat ſibi contradictorie non eſſe hanc, vel non eſſe in hoc. per illam er-go potentiam, quæ poteſt in quodlibet, quod non includit contradictionē, poteſt natura il-lius fieri, & non in hoc. ¶ Di-cetur forte, quòd non poſſet ſtā-te illo. Hoc non excludit pro-poſitum, & tamen eſt falſum. Primum patet, quia deſtruatur iſte, & tunc fiat natura in alio, non ergo omnino eſt neceſſe Michaelem eſſe hunc vnicum. Secundum patet, quia quæ ſi-mul ſunt in potentia actiua agē-tis, nec inter ſe repugnant, illa poſſunt ſimul eſſe in effectu: hu-

huioſmodi ſunt iſte.Michael,&
iſte Michael, ſi natura non eſt
de ſe hęc.¶Eſto etiam,ꝙ ſecun-
dus intellectus eſſet verus, ſal-
tem ad propoſitum habemus,
quod iſta propoſitio, forma
eiuſdem rationis nō poteſt plu
rificari niſi per materiam, non
concludit omnimodam impoſ-
ſibilitatem plurificationis filia-
tionis in diuinis,cum tamen il-
la plurificatio ſit impoſſibilis
ſimpliciter includens contradi-
ctionē.Iſta ergo propoſitio nō
concludit propoſitū.ſ.cōcluſio
nē,quā tenemus, ſicut ipſa eſt
vera, niſi accepta ſm primū in-
tellectū,qui rōnabiliter vr̄ mul-
tis eſſe falſus,vt dictum eſt.Nō
enim eſt doctrina conueniens
concluſionē certiſſimā,& ſum-
me neceſſarium tenere pp rōnē
nimis gñalem,quæ vr̄ multis ha
bere plures inſtantias.¶Præter-
ea,inſtatur de anima intellecti-
ua,quæ prius natura eſt termi-
nus creationis,q̄ infundatur, pri-
mus aūt terminus creationis vt
talis formaliter eſt hic, ergo aīa
naturaliter prius eſt hęc,q̄ vniatur
4. materiæ: & pari ratione de alia,
anima prius natura eſt hæc,quā
vniatur materiæ, vnde autē iſta
aīa eſt hęc ſua propria ſingulari
tate,inde eſt hęc & non illa, & p
conſequens prima diſtinctione
ſingularitatis diſtinguitur a ſin-
gulari diſtincta ab illa,ergo di-
ſtinctæ ſunt iſtæ aīæ prius natu-
ra,q̄ vniantur materiæ,nō ergo
per ſe & primo diſtinguuntur
ſua materia.prima propoſitio p
batur,quia illud qđ ſine contra-
dictione pōt eſſe ſine alio,& nō
econuerſo, eſt prius naturaliter
5. illo.hoc accipitur.5.meta.ca.de
priori.Aliqua inquit ſm naturā
& ſubſtantiā ſunt priora quæcū
quę contingit eſſe ſine alijs,& il
la non ſine illis, & in fine capitu
li ad iſtum modū reducit oēs
modos prioris.& in 7.met. eſſe *t.c.4.*
inquit ſubſtantiæ eſt primum
omnium, & hoc probat, aliorū
enim nullum eſt ſeparabile a
ſubſtantia.ſ.potens eſſe ſine ſub
ſtantia, hæc aūt ſubſtantia pōt
eſſe ſine alijs, quantum eſt de
ſe,concludit ergo ſm philoſo-
phū ſeparabilitas iſta prioritatē
ſm naturam.anima aūt non ſo-
lum ſm ſubſtantiā & eſſentiā,
ſed ſm exiſtentiam, & vt termi-
nus creationis diuinæ pōt eſſe
ſine materia,ergo poteſt eſſe ſi-
ne hoc,ꝙ vniatur materiæ, nul-
lo modo aūt poteſt eſſe in ma-
teria, nec per creationem, nec
aliquo modo qualitercunque,
niſi ipſa ſit hęc propria ſingula-
ritate,ſequitur ergo iſta propoſi
tio prima,quæ fuit hic proban-
da. ¶ Si dicatur,ꝙ non eſt hęc *vide Aul.*
ſic per materiam.ſ.per vnionem *6. natura*
actualem,vel per eſſe actuale in *lium par.*
ipſa.ſed per aptitudinem eſſen- *ſ.c. 5.*
di in ipſa materia,& ipſa non eſt
prior illa aptitudine.Iſtud non
euadit argm̄, quia natura ipſa
abſoluta eſt prior natura ipſa a-
ptitudine, & hæc omnia habet
aptitudinem hanc ad hoc cor-
pus,& illi animæ repugnat apti
tudo huiuſmodi ad corpus hoc,
& cōuenit ſibi alia aptitudo ad
aliud corpus.

¶Tunc arguo ſic,quod con-
uenit huic,& repugnat alij eiuſ
dem ſpēi non cōuenit huic p ſe
ſm illud,qđ eſt cōe iſtis, vel ſal-
tem præexigit diſtinctionem in
iſtis neceſſario,ſcilicet huius ab
illo: hæc aptitudo conuenit
huic, & repugnat illi, ergo ne-
ceſſario præexigit diſtinctio-
nē huius ab illo,ergo prima di-

ſtinctio non eſt per aptitudinem,nec prima ſingularitas huius,& illius.¶ Cõfirmatur, ratio aptitudinis formaliter loquendo non eſt ad ſe, nec eſt rõ entis in actu. primum probatur, quia ſi intelligeretur ad ſe,ergo poſſet intelligi, & non ad aliud vt ad terminum, ſecundum ẽt ex hoc patet, quia aptitudo poſſet eſſe ad terminum non exiſtẽtem,quod autem neceſſario exigit aliquid non exiſtens, ipſum eſt non exiſtens in actu, nunc autem hæc anima eſt ſingulare abſolutum, & ſingularitate abſoluta, & ſingulare in actu,& ſingularitate actuali,ergo aptitudo non eſt ratio formalis ſuæ ſingularitatis. ¶ Ex iſta inſtantia de anima hic habetur,quod non eſt omnino neceſſarium,hoc eſt cuius oppoſitum includit contradictionem, quod forma eiuſdem rõnis nõ põt plurificari ſine materia realiter, & licet habeat aptitudinẽ ad materiam, tamen prius natura habet plurificationem, ergo prima ratio plurificationis non eſt materialitas generaliter.¶ Et quod immaterialitas nõ ſit prima ratio formæ eiuſdem rationis eſſendi hanc, nec materialitas prima ratio plurificationis in forma,probatur,quia quo aliquid eſt in actu extra cauſam & intellectum, eo eſt hoc primo,quia ſic eſſe non competit niſi huic, immo vniuerſalitas, ſiue non hoc, non poteſt alicui competere,niſi intellectu. nunc autem quæcunque entitas præcipue abſoluta,ſeipſa primo eſt in ſuo eſſe,quia ſeipſa primo recedit a non eſſe ad eſſe, quia licet multa concurrant ad ſuum eſſe, ſicut materia ad eſſe formæ,& forma ad eſſe materiæ,& tamen nullum concurrens eſt ſibi prima ratio eſſendi in ſuo eſſe, ergo ſeipſa primo eſt hæc, & per conſequens filiationem diuinam eſſe hanc accipietur primo ex ratione filiationis talis,non ex immaterialitate,quæ tantum aliquid ponit,vel excludit aliquid annexum propriæ ſingularitati. Confirmatur hoc per auctoritatem, quia materia non eſt per ſe cauſa formæ,licet ſit materia formæ ſecundum Auicen. & nullo modo videtur aliquid eſſe hoc per illud,quod non eſt per ſe eius cauſa,& hæc eſt intentio phi.12.met.c.3. vbi vult quod tam cauſa materialis,quam formalis, & efficiens habent vnitatem,& diſtinctionẽ ſpecificam, & numeralem, proportionatam ipſis principiatis, horum inquit quæ ſunt in eadẽ natura diuerſa non ſpecie, ſupple ſunt principia, & ſubdit,ſed quia ſingularium aliud tua materia, & mouens & ſpẽs & mea, ratione autem vniuerſali eadẽ. hæc ille, vtrunque enim per ſe principium compoſiti oportet habere, indifferentiam conſimilem indifferentiæ compoſiti,& determinationem ſimilem determinationi cõpoſiti, qa neqꝫ indifferens cõſtat ex determinatis,neqꝫ determinatũ ex indifferentib. in dr̃ia vniuerſalitatis. ergo fruſtra quæritur ratio ſingularitatis, & hoc prima ratio ſingularitatis determinatæ per aliquid extrinſecum, tanque per principium formale qũocunqꝫ extrinſecum ſit cã aliqualis concomitans,quia ſemper oportet, ꝙ prima ratio formalis ſingularitatis ſignatę ſit per aliquid ꝑ ſe intrinſecum ſingulari.

DE SECVNDA ratione, conſequentia eſt enthymematica, & videtur iſti propoſitioni inniti, vbi non poteſt eſſe niſi vnicus actus intelligendi, ibi non poteſt eſſe, niſi vnicum verbum, ſiue vnicum dicere. hæc propoſitio gratia materiæ veritatem habet in intellectu creato, non quia illo actu intelligendi producitur verbum, ſicut alias dicetur, immo actu dicendi, qui non eſt aliquis actus intelligendi, ſed quia omne intelligere in nobis expreſſum eſt per actum dicendi, & per omne dicere exprimitur aliquod intelligere, & per aliud dicere, aliud intelligere. ideo ſi vnicum eſt intelligere, vnicum eſt dicere, ſed iſta propoſitio omnino non habet rationem veritatis in Deo, quia non omne intelligere diuinum eſt per aliquod dicere, immo intelligere paternū reſpectum cuiuſcunque obiecti non eſt per aliquod dicere, & ideo poſſet pater, quantum ad hoc habere intelligere vnicū reſpectu omnium obiectorū, licet haberet ſingula dicere reſpectu ſingulorum obiectorum, ſi ſingula obiecta haberent propria verba. ¶ Vel breuiter hæc propoſitio non videtur neceſſaria gratia formæ, quia licet in vno non ſit niſi vna forma abſoluta eiuſdem rationis, ipſum tamen poteſt habere plures productiones actiuas plurium terminorum. Exemplum, Licet ſol vna luce ſit luminoſus, tamen poteſt habere plures actus illuminandi. Intelligere autem eſt perfectio intelligentis, & forte forma abſoluta, ſaltem eſt perfectio inexiſtens operanti. non autem productio alicuius termini, dicere autē dicitur actio productiua termini. non ergo gratia formæ ſequitur. ſi intelligere non plurificatur, ergo nec dicere. ¶ Sed dices, ꝙ dicere nō eſt actus tranſiens, ſicut illuminare, immo terminus eius etiā manet in eodem intellectu, ſi ergo intelligere, quia immanēs, non eſt niſi vnicum in intellectu diuino, pari ratione nō erit niſi eſt vnicum dicere.

¶ Iſtud quidem verum eſt. quod eſt vnum dicere in intellectu diuino, ſicut vnum intelligere, ſed quærenti rationē, oportet probare conſequentiā: qui enim poneret filium in diuinis dicere, poneret duo dicere, vnum patris, & alterum filij, quia non eodem actu dicendi filius producitur, & producit, & tamen non poneret niſi vnum intelligere, quia intelligere eſt communicabile in diuinis, ſicut & quodlibet eſſentiale, & ideo per quoſcunque actus notionales communicaretur, ſemper ipſum eſſet in diſtinctum & tamen ibi actus notionales eſſent diſtincti, ſicut modo eſſentia eſt omnino eadem, quāuis communicetur plurib. productionibus magis diſtinctis, ꝙ eſſent duo dicere, quia diſtinctis ſm rationem formalē. Iſta tñ propoſitio intellectus habēs vnum intelligere, habet vnum dicere, vera eſt in intellectu creato, gratia materiæ, pro tāto ꝙ intelligere eſt ibi terminus formalis actus dicendi, & ita verum eſt ibi, ꝙ alterius actus exprimendi. alius eſt terminus formalis pp limitationē ipſius termini, iſta aūt rō non tenet in diuinis, quia terminus formalis actus exprimendi eſt illimitatus.

tus,& ideo non oportet, ꝙ diſtinguat̃ ẽm diſtinctionẽ actuũ exprimendi.qui ſunt actus perſonales.Vñ vr̃ ꝙ iſta propoſitio. vbi eſt vnum intelligere, ibi eſt vnum dicere, poſſet hr̃e aliquã euidentiã, cõparando ad obiecta,quia ille intellectus,qui põt vno actu intelligendi comprehendere plura, pari rõne poteſt vno actu exprimendi exprimere notitiam declaratiuam plurium, & tunc tamen mõ ex illa conſequentia hr̃, ꝙ in diuinis non eſt aliud & aliud dicere pp diſtinctionem obiectorũ, ſicut nec aliud intelligere. Sed vltra ad habendũ totũ propoſitum, oportet probare ꝙ non eſt ibi aliud dicere reſpectu eiuſdem obiecti,& hoc vel alterius perſonæ dicentis, vtpote ſi ponatur filium dicere ſuum verbum,vel eiuſdem perſonæ, vtpote ſi ponatur patrem dicere aliud verbum.

DE TERTIA ratione. iſta propoſitio. natura determinatur ad vnum, non concludit, ꝙ tñ poſſet vnica perſona naturaliter,ſiue per modum naturæ produci: quia non ſolum natura ſpecifica eadem, ſed natura vnica in vno ſingulari poteſt eẽ principium productiuum plurium naturaliter, ſicut de igne producente plures ignes naturaliter. Eſt ergo intellectus huius propoſitionis,natura determinatur ad vnũ,non quidẽ ad vnũ producibile,vnum inquam numero,ſiue ſingulare, ſed determinatur ad vnum determinatũ modum producendi, quia non eſt ibi principium indeterminatum reſpectu oppoſitorũ, ſicut eſt voluntas.¶ Si dicatur,ꝙ ideo natura poteſt eſſe principium plurium productorum per modum naturæ, quia producit de pluribus materijs, & iõ ꝑexigit plura oppoſita. de quibus producit. hic aũt producens nõ ꝑducit de aliquo oppoſito,nec ẽt põt plures eſſe materiæ, de quibus fiant productiones. ¶ Hoc non obſtat,quia ſi agens naturale,quod hẽt in virtute ſua actiua effectum ſuum partialiter,q̃tum ad formam põt in plura producibilia,multo magis agẽs illud qd̃ in virtute ſua actiua habet effectum totaliter,nullã materiam præſupponendo, põt in eadem, vel in tot producibilia, quia perfectio virtutis actiuæ in habendo effectum totaliter, non limitat ipſum reſpectu producibilium. Nunc aũt per te agens naturale,quod hẽt in virtute ſua actiua effectum ſuum, partialiter.ſ. quãtum ad formã poteſt idẽ manens plura producibilia vnius ſpeciei producere. ergo ſiĉ poſſet, ſi hr̃et effectũ ſuũ totaliter in virtute ſua actiua,nulla ſcilicet materia ꝑſuppoſita.Et illud patet manifeſte, quia ſicut agens vnius ſpẽi poteſt gñare multa ſimul, ita & Deus creare, non ergo ſolum ꝑ hoc eſt poſſibilitas reſpectu plurium poſſibilium ab eodem productiuo ad eadem producenda,quia producit, vel producere poteſt de pluribus principijs paſſiuis,ſed pp rõnem ipſius potentiæ actiuæ, & pp cõitatem, ſiue pluralitatem termini producibilis: oportet ergo ad probãdum vnicum eſſe terminum productionis,vel ẽt vnicam eſſe productionẽ vnius rõnis probare,ꝙ terminus productionis nõ põt competere pluribus productionib. eiuſdem rationis, ſiue produ-

productio fuerit de aliquo,ſiue de nullo,ſiue principium ſit na tura,ſiue non.

DE QVARTA ratione, filius eſt perfectus Deus, & tamen non hẽt diuinitatem omni modo hn̄di eam, immo pōt diuinitas hr̄i,etſi non alia,tamē in alio ſuppoſito & alio mō hn̄di eã,ergo ex hoc qđ eſt perfectus filius intenſiue, ſicut eſt perfectus Deus,non ſequit̃ ꝙ habeat oēm filiationem poſſibilem extenſiue, vel ſaltem nō oī modo poſſibili. In filiatione aūt cū nō ſit eadem cōicabilis pluribus, non oportet diſtinguere inter alietatem filiationis, & aliū modum hn̄di. immo ſicut diuinitas pōt eſſe perfecta in aliquo, & tn̄ alio modo hr̄i in alio, ita filiatio poteſt eſſe perfecta in aliquo, & tamen alia hr̄i in alio.

quol. AD CONCLVSIONEM negatiuam opponitur rō talis a quibuſdam. Si tota fęcunditas ordinata ad generationem filij ſit exhauſta in vnius filij generatione,impoſſibile eſſet cum illo aliū generari, quia ille alius generaretur ſine omni fęcunditate ordinata ad filij generationē, ſed in Deo tota fęcunditas ordinata ad filij generationem exhauritur in vnius filij generatione, quia vnico actu generandi ſemper manente producitur vnus filius ſemper manēs, & ex eodem ſemper vniformiter ſe hn̄te,non poſſet ergo reſtare fœcunditas ad alterius filij generationē,niſi poſſent ſimul eē duæ productiones oīno eiuſdē rōnis,& ex eodē, ꝙ eſt impoſſibile,ſicut impoſſibile eſt vnã & eã dem materiã ſimul moueri pluribus motibus generationis,vel alterationis in idem ſm ſpēm, differentibus aūt ſm numerū, & hoc iuxta artē philoſophi,qui determinat.5.phy.non eſſe poſſibile, ꝙ idem ſimul moueatur pluribus motibus ſm eandem ſpēs motus.hr̃ ergo minor ꝙ in diuinis in generatione filij exhauritur tota fęcunditas ad generationem filij, quia actus ille ſemper manens eſt ex eodem ſemper vniformiter ſe habente. t.c.17.et circiter. idem 3. phy t.c.18.

¶ Confirmatur per exemplum: ſi vnus homo hr̄et vnicū ſemē, & non eſſet poſſibile aliud quo ad generationem hoīs, & de illo* ſemine ſemper eēt iſte filius genitus,impoſſibile eſſet alium filium generari. *a.l.homine. ¶Hic br̄ formã do arguitur ſic, actus adæquatus principio, & ſemper vniformiter ſtans, non compatitur ſecum alium eiuſdem rationis ab eodem principio actiuo, actus vnicus generationis in diuinis eſt adæquatus ſuo principio, & ſemper ſtat.ergo,&c.

DE PRIMA ratione.verbum illud exhauritur,ſi proprie accipiatur ſicut accipitur in corporalibus, denotat nihil illius,quod exhauritur remanere in illo in quo præfuit, vt patet de aqua in puteo.iſto modo nō pōt intelligi in propoſito, quia fecunditas non exhauritur ſic per productionem filij, quin tota ipſa eadem ſemper manet in patre.ergo oportet,ꝙ ſecūdum alteram ſimilitudinem intelligitur,vt videlicet dicatur exhauri ri,pro quanto.ſ. ꝙ nō manet in patre ad alium actum productionis, vel generationis alterius filij, ſicut ſi non maneret aqua in fonte quantum ad aliū actum potationis, poſſet aliquo modo dici exhauſta per actum potationis, conceditur

ergo

ergo maior, quia exhauſta iſto modo tota fęcunditate ordinata ad generationem filij, non poſſet alius generari, ſed illam minore, ꝙ in diuinis ſic exhauritur in generatione vnius filij tota fęcunditas, quæ eſt in diuinis ad generationem filij, oportet probare. Innuit aũt probatio eius per hoc, ꝙ gñatio iſta ſemper ſtat, & eſt de eodẽ principio. q. de quo, & de eodẽ principio. q. paſſiuo, & iõ non pñt eſſe ſimul plures productiones, ſicut nec plures motus. ¶ Cõtra iſtam rõnem, ꝙ non concludit ſufficienter propoſitum poteſt argui ſic, quæcunque potentia poſſet hr̃e alium actum ſi ille actus nõ ſtaret ſemper illa ſimpliciter non hr̃e alium actũ, ſed potentia generatiua in diuinis per te, ſolum ex hoc non, poteſt habere alium actum, quia ille actus ſemper ſtat. ergo illa potentia abſolute poteſt hr̃e alium actum, & ita ꝙ in hoc non eſt contradictio, ſed ſi poteſt hr̃e alium actũ. ergo neceſſario hẽt. nihil enim eſt ibi poſſibile. ſ. ꝙ non includit contradictionem, quin ſit in actu. ergo ibi ſunt in actu pluresgenerationes. Concluſio eſt falſa, ergo altera præmiſſarum, non maior, ergo minor, quę videtur eſſe accepta ex ratione argumenti tui. Probatio maioris ratione, & exemplo. ¶ Ratione ſic. potentia naturaliter prior eſt actu. quicquid autem non repugnat priori naturaliter niſi per illud quod eſt poſterius naturaliter, ſimpliciter non repugnat ſibi, quia contradictio ſimpliciter non eſt alicuius ad prius per hoc quod illud habet contradictionem ad poſterius natura: ſi ergo actus

9. meta. t. c. 13. & inde.

alius non repugnat potẽtiæ niſi quia potentia ſemper eſt ſub iſto actu, abſolute non repugnat potentiæ alius actus, & ita ſine contradictione ſimpliciter poteſt alius actus ſibi competere. Exemplum *huius eſt. Si ſol illuminaret vniuerſum vna illuminatione adæquata ſibi intenſiue, quia ſcilicet ita perfecte, ſicut poſſet illuminare, & extenſiue, quia ſcilicet illa illuminatio eſſet totius illuminabilis, quod poſſet eſſe illuminatum a ſole. ſi ille actus ſemper ſtaret, ita quod ſol non poſſet habere aliam illuminationem, hoc eſſet quia ſimpliciter repugnat ſoli, vt eſt principium illuminatiuum, quod ſit principiũ alterius illuminationis, immo ſolummodo ex hoc, quod totale ſuum paſſiuum eſt proportionabiliter actuatum abſolute. ergo ſoli eſt compoſſibilis alia illuminatio, & per conſequens, ſi ſol neceſſario cauſaret omnem illuminationem, quam poſſet cauſare, ſol haberet aliam illuminationem in actu, nunquam eſt ergo neceſſitas ſimpliciter illius vnicæ productionis, nec eſt neceſſitas iſtius vnitatis ex hoc, quod vna productio ſemp ſtat. ¶ Confirmatur iſta ratio, quia ſi potentia ex ratione ſui non neceſſario determinatur ad iſtũ actum, ſed tantummodo ex hoc, quod iſte actus ſemper ſtat elicitus a potentia illa potentia abſolute, vt prior actu, poſſet extendere ſe ad alium actum. ergo irrationabile videtur, quod ille actus magis eſſet ab iſta potentia, quam iſte, & per conſequens cum neuter poſſet eſſe minus neceſſarius altero, vel vterque ſimul eſt

a. l. mus

Exem doctr. & mo le.

eſt a potentiâ, vel neuter. ¶ *Videtur ergo quantum ad iſtam rationē ꝙ nec per hoc ꝙ actus ſemper ſtat: nec per hoc quod vna potentia non poteſt ſimul perfici diuerſis actibus, habetur concluſio rationis ſufficienter probata, ſicut ipſa eſt vera: immo oportet probare quod ſic eſt neceſſitas ad vnam productionem unius rationis: quod ſi per impoſſibile illa non ſemper ſtaret, vel nunquam eſſet, adhuc nulla alia poſſet haberi in diuinis eiúſdem rationis, vt quemadmodum ſi hic pater non eſſet in diuinis, omnino contradictio eſſet dicere patrem in diuinis. Ita ſi hic pater hac generatione non generaret vel per impoſſibile generaret actu tranſeunte & non ſtante, nullam aliã generationem poſſet habere, quia non poſita abſoluta & omnimoda neceſſitate ad vnicam productionē, ibi poſſibilitas ponitur ad aliam, & per conſequēs neceſſitas: quia quicquid eſt ibi poſſibile eſt neceſſarium. ¶ Ex hoc patet ꝙ ſecunda ratio de adequatione abbreuians iſtam non concludit, quia aut maior accipit adæquationem intenſiuam tantum, vel extenſiuam & intenſiuam. ¶ Si intenſiua tantum, ex tali adæquatione nō cō cluditur ꝙ ſit vnica productio poſſibilis, immo alia poteſt eſſe poſſibilis licet non ſimul ſtans, habetur ergo tantum ꝙ vnica eſt poſſibilis ſimul, ſed vbi non habetur de vnica productione poſſibili niſi ſic ꝙ alia non ſit ſimul poſſibilis, ibi non habetur quin alia ſit ſimpliciter poſſibilis, & per conſequens in propoſito neceſſaria ſimpliciter. ¶ Si accipiatur adæquatio ſecundo modo, minor probatur niſi forte innitatur iſti ꝙ vnica productio ſemper ſtat. & de hoc tactum eſt ſupra.

DE SECVNDO articulo, dico ꝙ iſta concluſio, in diuinis non poſſunt eſſe plures productiones eiuſdem rationis, nō ſola fide tenetur, ſed etiam ratione neceſſaria oſtenditur. ¶ Et poteſt formari ratio primo deducendo ad impoſſibile. ¶ Secundo oſtenſiue. ¶ Tertio poteſt confirmari propoſitum ex intentione philoſophi. ¶ Formatur ergo ratio ſic, Si poſſunt eſſe plures productiones eiuſdem rationis, ergo & infinitæ, & ſi ſic, ergo neceſſario ſunt infinitæ, quia nihil poteſt ibi eſſe niſi neceſſarium, vltimum conſequens eſt impoſſibile, manifeſte ergo & primum antecedens. Probatio primæ conſequentiæ, auctoritate, & rõne. Auctoritas eſt Auguſtini contra Maximinū lib. 1. Abſit, vt iō potentior ſit pr̃ filio, vtputa, quia creatorē genuit pr̃, filius aũt non genuit creatorē, neque.n. nō potuit, ſed nō oportuit, & ſubdit quare non oportuit, immoderata eſſet diuina gñatio, ſi genitus fili⁹ nepotē gigneret patri, quia niſi & ipſe nepos auo ſuo pronepotē gigneret, ſm̃ veſtrã mirabilē ſapientiam impotens diceretur], ſimiliter & ille, & ille, &c. Et ſubdit. nec impleretur gñationis ſeries, ſi ſemꝑ alter ex altero gigneretur, nec ēt perficeret vllus eã, ſi nō ſufficeret vnus omnipotēs, hæc Auguſtinus. Ex iſta intentione Auguſtini hr̃, ꝙ ſi vna perſona producta productione tali non ſufficeret ad cōplendã vnã, vel totã ꝓductionē in diuinis, pari rõne nec alia aliqua, nec quotcunq;, &

…ioe hr̃ / …a ſit / …litas / …ſica- / Scoti- / …pecu- / …nis in / …atem / …gãda.

& ita ſiue eundo in directū, ꝙ filius generaret aliū filium, ſiue comparando ad eandē perſonā patris, ꝙ.ſ.habet iſtū filiū, & aliū filium, ſemp qua rōne ponitur pluralitas, pari rōne ſequit̃ infinitas eiuſdem rōnis. ¶ Probatur eadē cōſequentia per rōnē ſic. quicquid eſt plurificabile eiuſdē rōnis, vel ad plura eiuſdē rationis ſe habens, non determinatur ex ſe ad certam pluralitatē. Hæc propoſitio patet, ſiue comparando commune ad ſua ſingularia, ſiue cauſam ad ſua cauſata, ſiue principium ad ſua principiata. commune enim plurificabile eiuſdem rationis nō determinatur ex ſe ad certam pluralitatem inferiorum, cauſa ēt non determinatur ad certa cauſata ex ſe. Ex hac propoſitione probata ſequitur, ꝙ quodcunque plurificabile eiuſdem rationis, quantum eſt de ſe pōt extendi ad infinita, niſi determinetur aliunde, nec determinari poteſt per principium eiuſdem rōnis. ergo ſi per aliquod principium in diuinis productiuum poteſt eſſe pluralitas productionum eiuſdem rationis, non determinatur talis productio ex ſe, ſiue ex ſuo principio formali ad certam pluralitatem, nec ex hoc, nec ex illo repugnat ſibi quæcunque pluralitas. ergo vel poterunt eſſe infinitæ, & per conſequens ſunt infinitę, quod eſt cōcluſio illata, vel fiet determinatio talium productionū ex alio ad certam pluralitatem quàm ex ſe, vel principio productiuo: ſed hic non poteſt dari, vñ fiat iſta determinatio, non enim ab aliquo poſteriori, quia a poſteriori nihil habet ſuam entitatem, ergo nec vnitatem, nec certam pluralitatē, nec ab aliquo, quod eſt ſimul natura cum productionibus, quia qua ratione ipſa productio, quę eſt vnius rationis non determinatur ex ſe ad certam pluralitatem, pari ratione, nec illud quod eſt ſimul natura cum illa: nec ab aliquo priori, qa illud prius vel eſt principium formale producendi, vel principium producēs, quod eſt ſuppoſitum: a principio formali productiuo, non poteſt eſſe determinatio, vt patet in probatione maioris, quia principium ꝓductiuum eiuſdem rationis nō determinat ſe ad certam pluralitatē productionum eiuſdem rationis, nec a ſuppoſito producēte poteſt determinari, quia in tot productiones poteſt ſuppoſitum ad quot ſe extendit principium productiuum, ꝙ eſt in ſuppoſito. ſi ergo non eſt determinatio a parte principij formalis productiui, nec etiam a parte producentis. ſic ergo patet iſta conſequentia ad impoſſibile, ꝙ ſi poſſent ibi eſſe plures productiones eiuſdem rationis, ergo & infinitę. ¶ Secūdo arguit̃ oſtē ſiue ſic. Illud nullo mō eſt plurificabile in diuinis, quod non pōt determinari aliquo mō ad aliquā certā pluralitatē. Sed productio eiuſdē rōnis in diuinis nullo modo pōt determinari ad certā pluralitatē aliquam, ergo nullo mō eſt plurificabilis, qđ eſt propoſitum. Maiorē primo exponā, ſecundo probabo eam. ¶ Certā pluralitatē dico, vtputa, dualitatē, ternitatē, quaternitatē, vel aliquā aliā datā, omnino determinari ad certā pluralitatē, dico, ꝙ impoſſibile eſt illā excedere, & non qualitercunq; īpoſſibile a poſteriori, vel a ſimi

li,ſed includens manifeſte cõtra dictionẽ, maiorẽ ſic intellectam probo, non põt omnino determinari quantũ eſt de ſe ad certã pluralitatẽ. ergo quantũ eſt de ſe põt in quotcũque. qa contradictionẽ non includit, ꝙ quãcunque pluralitatẽ excedat, & hoc in infinitũ: ſed nihil põt eſſe in diuinis poſſibile ſic vltra quãcunque pluralitatẽ plurificari, qa tũc neceſſario eſſet plurificatũ vltra quancũque pluralitatẽ, & ita eſſet in infinitis. Probatio minoris, illud non poteſt omnino determinari ad certam pluralitatem inferiorum eiuſdẽ rationis, quod non neceſſario preexigit aliqua plura alterius rationis, per quæ determinetur ad certam pluralitatem. productio eiuſdem rationis in diuinis non neceſſario præexigit aliqua plura alterius rationis, per quæ determinetur ad certam pluralitatem, non ergo poteſt omnino determinari ad certam pluralitatem ¶ Iſtius pro * ſyllogiſmi probo maiorem & minorem. maiorem ſic, ſi eſt plurificabile eiuſdem rationis, non determinatur ex ſe ad certam pluralitatem, hoc prius probatum eſt in arguendo ad impoſſibile, tunc pari ratione illa inferiora, vel ſingularia quæ ſunt eiuſdem rõnis, non habẽt ex ſe certã determinationẽ ad certam pluralitatem: quia ſicut ignis ex ſe nõ determinatur ad certam pluralitatem ignium, ita ignes ſingulares ex ſe, non determinantur ad certum numerũ, vt ſint tot vel tot ignes. plurificabile ergo eiuſdem rationis, ſi neceſſario determinetur ad certã pluralitatẽ, hoc eſt per aliud, non per poſterius natura, nec per illud qđ eſt ſimul natura, ſicut dictum eſt, & deductum ad impoſſibile, ergo ſolummodo per prius, vel priora natura. Non autem per aliquid prius eiuſdem rationis, quia ſicut dictum eſt prius deducendo ad impoſſibile, illud prius non eſt determinans ad certam pluralitatem illorũ, quæ ſunt eiuſdem rationis. igit̃ oportet, ꝙ hoc ſit per aliqua priora non eiuſdem rationis, quia eadem. q. eſſet de illis, nec etiam hoc poſſent, ex quo eſſent eiuſdem rationis. habetur ergo iſta propoſitio, ꝙ illud non poteſt omnino determinari ad certam pluralitatem, quod non poteſt determinari per aliquam pluralitatem priorem alterius rationis. minor probatur, quia ille ꝑductiones plures, quæ ponuntur eiuſdem rationis nõ præexigunt niſi per principium formale producendi, & principium producens, in neutro iſtorũ eſt pluralitas alterius rationis, per quam determinetur productio ad certam pluralitatem neceſſario præexacta. quod non eſt in principio formali producendi. patet. ex quo ponuntur productiones eiſdem rõnis, ꝙ ẽt non in ſuppoſito præexigatur pluralitas alterius rõnis, ſaltẽ ꝑ quã determinetur productio ad certã pluralitatẽ. patet, quia in tot productiones põt ſuppoſitum, ad quot principium ſe poteſt extendere. ¶ Iſta ratio oſtenſiua poteſt breuiter ſic compilando confirmari. omni * pluralitas neceſſario finita, vel eſt alterius rationis, vel ſi non eſt alterius rationis neceſſario præexigit aliquam alterius rationis, per quã determinetur. omnis pluralitas in diuinis neceſſario eſt finita.

rõnis.

B. vid. infra q. 9.

nita.eſt ergo talis, vel talis, ſed non poteſt eſſe pluralitas productionum eiuſdem rationis, tali vel tali modo ſe habens ergo nulla poteſt eſſe pluralitas eiuſdem rationis in productionibus, maior iſtius rationis declarata eſt in argumēto ad impoſſibile, & etiam oſtenſiuo. minor primi ſyllogiſmi ſatis eſt manifeſta, quia poſſibilitas in diuinis ponit neceſſitatem. & per conſequens poſſibilis infinitas, vel nō neceſſaria certa finitas ponit neceſſariam infinitatem. & minor ſecundi ſyllogiſmi. hęc. ſ. ꝙ productiones eiuſdem rationis non poſſunt hoc modo, vel hoc ſe habere. patet. non enim ſunt alterius rationis, ex quo ſunt eiuſdem rationis, nec præexigunt pluralitatem alterius rationis, per quam determinentur. hoc declaratum eſt in argumēto ad impoſſibile. ¶Tertio declaratur concluſio iuxta intentionē philoſophi. 14. Meta. vbi arguit ꝙ non poſſunt eſſe plures cœli, q̃a non poſſunt eſſe plura prima mouentia. hoc probat, quia quęcunque ſunt numero multa, vnum autem ſpecie, habent materiam. primum autem non habet materiam. eſt enim actus purus. vnum ergo & ratione, & numero primum mouens, & immobile ens. ex hoc infert. vnum ergo cœlum. Ex iſta intentione philoſophi. videtur confirmari illa prima ratio adducta in primo articulo. ꝙ. ſ. vnitas numeralis neceſſario competit cuilibet formę immateriali eiuſdem rationis. ¶Sed conſiderando intentionem Ariſto. in diuerſis locis diuerſimode materiam accipit. & ex hoc confirmari videtur noſtrum propoſitum, nec tamen illa prima ratio habebit robur ex intentione Ariſto.* ¶Materiam, enim quandoque vocat principium receptiuum faciens compoſitionem cum actu, ſiue cum forma quomodo dicit materiam & formam eſſe duo principia. 1. Phyſico. & multis alijs locis. ¶Et per oppoſitum forma dicitur illud aliud principium, quod habet rationem actus quod cum materia conſtituit compoſitum. ¶Alio modo forma dicitur quiditas ſecundum ipſum in multis locis. ¶ Et per oppoſitum materia dicit̃ quicquid habet rationem contrahētis vel determinantis ipſam quiditatem, & hoc modo differentia indiuidualis quæcunque ſit, ipſa dicitur materia reſpectu quiditatis ſpecificę. dicitur ergo materia, quandoque illud quod recipit formam informantem, quandoque illud quod contrahit, vel determinat quiditatem indifferentem. Sed tale contrahens, vel determinans poteſt intelligi dupliciter. ¶Vno mō quaſi intrinſecum inferiori, vel determinato ſub tali cōmuni. ¶ Alio modo quaſi præſuppoſitum determinato. Exemplum, differentia indiualis ſortis. contrahit hominem primo modo qui eſt intrinſeca ſorti, ſed ſecundo modo contrahit albedinem, vel colorem, quia in alio corpore eſt alia albedo. & ſecundum hoc ſi non poſſent eſſe niſi tria corpora non poſſent eſſe niſi tres albedines, contrahens tamen ſecundo modo poteſt reduci ad materiam primo modo, vel ſaltem includens quaſi materiam, vbicunque ergo eſt pluralitas eiuſdem rationis, ibi neceſſe eſt ponere materiam, accipiendo

mate-

Marginal notes: 1. Phiſic. t.c. 32. — In hac propoſitiōe ad illa primo articulo vniuerſarijs tu meſiunt male philoſophū in telligētes. — B. t. diſt. 9. p. co. 3. T.c. & Idem phy. de a. & 5. Meta. Meta. 1. cōm

materiam, non pro recipiente, ſed pro contrahente ſic vel ſic accipiendo. quia nullo modo põt poni naturam, quę eſt vnius rationis, plurificari niſi ſit aliquid contrahens hoc modo vel illo. & per oppoſitum vbi non eſt hoc modo materia, impoſſibilis eſt pluralitas eiuſdem rationis, ſed nec talis materia eſt poſſibilis reſpectu productionum in diuinis, quia nihil tale contrahens, vel determinãs poſſet eſſe, niſi determinatum ad certam pluralitatem, & conſequens niſi prius habens pluralitatem alterius rationis, & nulla pluralitas alterius rõnis poſſet poni prior productionibus talibus. ſic applicata eſt intentio philoſophi ad concluſionẽ hic intentam.

¶ Sed inquirendo qualiter, & vbi generaliter ſecundum philoſophum habeat veritatem, videtur dicendum ꝙ philoſophus diceret, ꝙ nec tali modo poni poſſet in aliquo, quod eſt in diuinis. ſ. materia ſecundo modo dicta, immo nec in aliquo immateriali, vnde dicit.

41. 7. Meta, c. 9. quod quid erat eſſe, & vnumquodque eſt in quibuſdam idem, vt in primis ſubſtantijs. dico autem primam quæ non per aliud in alio eſt in materia. quæcunque vero accepta cum materia non idem, hęc ille, non vult ibidem dicere, ꝙ in materialibus non eſt idẽ quod quid eſt, & illud cuius eſt. Licet aliqui ſic exponant, ſed non ad intentionem eius, ſicut patere poteſt exponendo tertium. c. 7. de quo modo tranſeo, ſed in nullo materiali, hoc eſt quocũque modo plurificabili, eſt omnino idem quod quid eſt & ipſum, qui ipſum includit materiam, hoc eſt aliquid contrahens ipſam quiditatem, quod non includitur in ratione formali quiditatis. conuenimus ergo cum philoſopho in hoc, ꝙ forma nõ habens materiam ſecundo modo, nõ ẽ plurificabilis. & hoc ſufficit ad propoſitum noſtrum ꝙ ſcilicet, productio eiuſdem rationis non ſit plurificabilis, non propter hoc conceditur, ꝙ non habens materiam, quæ ſit pars realis compoſiti, non poteſt plurificari. & tunc illud philoſophi, quod primum non habet materiam, quia eſt actus purus, debet intelligi de materia ſecundo modo dicta, quia non habet eam ad contrahendum ſuam quiditatem, vt ſit hęc, qa ſua quiditate eſt hoc. ¶ Vtrum autem illud quod non habet materiam primo modo dictã, forte aliter diceretur ſecundum philoſophum, & aliter ſecundũ theologos, de quo nihil ad præſens, niſi ꝙ illa ratio de. 12. Meta. non habet pro per ſe medio hoc, quod eſt non habere materiam primo modo dictam, ſicut intelligunt illi, quorum eſt prima ratio in primo articulo, ſed habet pro per ſe medio hoc quod eſt non habere materiam ſecundo modo dictam. & ſic tã maior, quàm minor vera eſt ſecundum philoſophos, & theologos. & per conſequens, quia natura diuina non poteſt plurificari in diuerſis ſuppoſitis, eſt ad propoſitum etiam in vtraque præmiſſa vera de productione eiuſdem rationis, & per conſequens concluſio eſt vera.

Quare in 1. diſt. 3. q. ſi. prima partis ſoluendo 1. prin.

DE TERTIO articulo obijcitur contra prædicta. ¶ Et primo contra concluſionẽ. ¶ Deinde

inde contra pręmiſſas. ¶Contra concluſionem dupliciter. ¶ Primo ſic. vbi principium eiuſdem rationis, & terminus formalis eiuſdem rationis, ſed eſſentia diuina, quæ eſt eiuſd em rationis, in diuinis eſt principium productiuum cuiuſcũque productionis. & etiam terminus formalis cuiuſcunque productionis. ergo quęlibet productio eſt ibi eiuſdem rationis cum quacunque. maior videtur haberi ex. 5. Phy. quia non videtur productio diſtingui, niſi vel ex principio formali, vel ex termino. ¶Probatio minoris. primo quantum ad ſecundam partem de termino formali. quodlibet productum pro ductione accipit eſſentiam, quia ſicut filius nihil habet, niſi natum ſecundum Hilarium, hoc eſt niſi quod naſcendo accipit, ita ſpiritus ſanctus nihil habet, niſi quod procedendo accipit, non autem accipit eſſentiã, niſi ſicut terminum formalem. Con firmatur illud per Aug. 15. de tri ni. c. 26. vel 78. ſicut filio pręſtat eſſentiam de patre generatio, ita ſpiritui ſancto de vtroque proceſſio. non poteſt autem illud intelligi de præſtando, ſiue communicando, niſi ſicut de termino formali productionis, nec poteſt intelligi eſſentia cõmunicari per productionẽ, niſi ſicut primus terminus formalis, quia non ſicut conſequens alium terminum formalem, cũ eſſentia ſit primum omnium. ¶ Ex hac probatur alia pars minoris. ſ. ꝙ eſſentia ſit principiũ formale reſpectu vtriuſque productionis, quia terminus formalis non poteſt aliquo modo eſſe prior principio formali producendi. Si ergo eſſentia eſt termi

T. c. 4. et 18. et inde.

nus formalis productionis, vt iã probatum eſt, & ipſa eſt primũ ens in diuinis, vt iam probatum eſt in prima quæſtione, ſequitur ꝙ ipſa eſſentia ſecundum ſe eſt principium formale producendi in quacunque productione. minor etiam probatur quantũ ad vtranque partem per hoc ꝙ illud eſt principium formale & terminus formalis in quo producens aſſimilatur producto, & præcipue quando eſt productio vniuoca. nunc autem prima aſſimilatio producentis ad productum in diuinis eſt eſſentia ipſa, vt eſſentia. ergo ipſa eſt formalis terminus productionis, & formale principium producendi. ¶Secundo contra concluſionem ſic. habens principium formale producendi perfectum, po teſt illo producere, ſed filius habet principium formale dicendi, & generandi pfecte. ergo &c. probatio maioris. quia ideo eſt ſuppoſitum potens agere, quia habens principium agendi, & maxime perfectum. probatio minoris. memoria perfecta eſt principium dicendi ſiue generandi. filius autem habet memoriam. ſicut patet. 5. de trini. c. 7. quęlibet perſona meminit ſibi, & perfectam patet. ¶Tertio con tra illam propoſitionem, ꝙ prima diſtinctio finita eſt aliquorum alterius rationis, inſtatur dupliciter. ¶Primo, quia vnitati eſt immediatior diſtinctio minor quã maior. diſtinctio eiuſdem rationis eſt minor quàm alterius rationis. ergo &c. Secun do quia a Deo poſſunt eſſe immediate plura creata, & in eadẽ ſpecie. ergo poſſibile eſt ꝙ pluralitas eiuſdẽ rationis eſſet omnino prima & ĩmediata vnitati.

&

& ſicut in cā & cauſatis, pari rō ne in principio & principiatis.

ex AD PRIMVM *triplex ē via reſpondendi. ¶Primo ad maiorem: quod licet eſſentia eſſet principium elicitiuum. tamē reſpectu alterius & alterius productionis eſſet aliud principiū, & aliud determinatiuum. puta alius & alius reſpectus. & tunc maior eſt falſa. ꝙ ubi eſt principium elicitiuum eiuſdem rationis, eſſet productio vnius rōnis, niſi cum hoc eſſet principium determinatiuum eiuſdem rationis, quod non eſt in propoſito. ¶Contra hoc. ſi principium elicitiuum non ſufficit ſine principio determinatiuo hic, & ibi eadem quæſtio eſt per q̄d eſſentia, quæ eſt principiū elicitiuū indeterminatum determinatur ad hoc vel ad illud determinatiuū. ſi enim principium eiuſdem rōnis nō poteſt eſſe p ſe principiū reſpectu plurium alterius rōnis, non poterit eſſentia, quæ ē principium radicale elicitiuum, eſſe principium immediatum reſpectu plurium determinatiuorū principiorum alterius rationis, quia quę ratione aliquid eiuſdē rationis eſt principium aliquorum plurium diuerſæ rationis, eadem ratione & aliorum, vel ſi illa præcedant alia erit ꝓceſſus in infinitum. vel ſi ille eſt īpoſſibilis, determinatio p reſpectus ut per principia determinatiua non ſufficit. ¶Præterea illi reſpectus ſunt productiones, nūc nunc *autem idem non determinari r idē ſe ad ſe. dicere enim eſſentiam mi- determinari ad generationē actiuam per reſpectum quæ nihil aliud eſt, quam generatio actiua ut dicetur poſtea, eſt dicere quod determinetur ad generationem p generationem. & ita ꝙ idem eſt principium determinatiuum ſui. ¶Secūdo mō diceretur negādo maiorē, quia & ſi ſola eſſentia ſit principium productiuum, illę tamen productiones poſſunt eſſe alterius rōnis, quia aliqua pluralitas poteſt eſſe prima. & nulla pōt eſſe actu infinita, nec etiam impotentia infinita in diuinis. nulla autem poteſt eſſe neceſſario finita, niſi quæ eſt alterius rationis, vel pręexigens aliquam alterius rōnis, ergo ſtante prima pluralitate neceſſe eſt, quòd in diuinis ſit aliqua pluralitas prima omnino, & immediata unitati, & ita poteſt poni quod iſta pluralitas ſit productionum, ſicut quorūcunque. falſa eſt ergo iſta maior in diuinis, quod ubicunque eſt idem principium & idē terminus, ibi eſt productio eiuſdē rationis. vera eſt tamē in creaturis, vt loquit' philoſophus, quia ibi principium formale ꝓductiuum, uel eſt limitatum ad productionem unius rōnis, ſicut ipſum ē principium unius rōnis, vel ſi eſt principium æquiuocū, & ita productiuum pluriū alterius rōnis, terminus formalis vtriuſque limitatus eſt, ita quod non poteſt eſſe idem principiū & terminus plurium alterius rōnis, neutrum pōt eſſe in propoſito, quia ibi principium ē limitatum, & etiam terminus formalis. ¶Sed contra arguitur, ſicut argutum eſt in j.q. quia tūc prima perſona producta non magis ex productione ſua reali eſſet uerbum, quam ſpiritus ſanctus, nec ſpiritus ſanctus magis eſſet ſpiritus ſanctus, q̄ uerbū. ¶Itē, ſuppoſitū habēs idē principium formale pfectū aliquarū pro-

Quare antiquos, heruęus & nominales hanc imitantur.

art. 3.

Ibidem in principio impugnationis contra here.

productionum,poteſt ita primo per illud principiũ in vnã illarũ, ſicut in aliam, & ita prima pſona æque primo poſſet producere ſpiritũ ſanctũ, ſicut & filium, & ita ſpiritus ſanctus nõ neceſſario eſt a filio. ❡ Tertio modo cõceditur minor, ꝙ eſſentia eſt principiũ formale, & terminus formalis vtriuſque productionis . non tñ ſic totale , quin aliquid includatur p ſe, & in principio formali, & in termino. In principio quidẽ formali qd eſt memoria perfecta, & volũtas pfecta , includitur eſſentia , & in termino formali , quod eſt verbum perfectum, & ſpiritus ſanctus perfectus includitur etiam eſſentia. Et forte * vtrobique tã in principio , quàm in termino, eſſentia habet rõnem principalis,& hoc reſpectu illius , quod concurrit cũ eadẽ .ſ. intellectus, vel notitiæ voluntatis,vel amoris. propter ergo identitatem eſſentiæ idem eſt quo producens producit, & terminus formalis. propter autem diſtinctionem concurrentis cum eſſentia,vtpote intellectus & voluntatis in principio productiuo, ſufficit principium hoc & illud ad productiones alterius rationis, & ad terminos quodammodo alterius rõnis . Et ſic in principio habemus eſſentiam & intellectum, eſſentiam & voluntatem. In termino autem habemus eſſentiam & notitiam , eſſentiam & amorẽ, & ratione eius , quod idem eſt in principio formali cõmunicatiuo ſit idem in termino formali communicatum , & ratione eius quod diſtinctũ eſt in principio , ſit formalis ratio productionis diſtincta , & illud quod concurrit in termino,ſit formaliter diſtinctum. ❡Si queras iſtorum duorum concurrẽtium in principio formali, nonne alterum eſt principium formale, & reliquum concomitãs. ergo ab illo altero formali , vel dicetur principium formaliter idem,vel omnino alterum? ❡Reſpondeo . duo quæ concurrunt in principio.ſ.in memoria perfecta, eſſentia & intellectus & in voluntate perfecta , voluntas & obiectum diligibile præſens,nõ ſe habent per accidẽs, nec ſicut remotum principium & propinquum , ſed totũ hoc intellectus infinitus habens obiectum infinitum intelligibile ſibi præſens eſt per ſe vnum principiũ producendi, & ideo eſt vnicũ principium ſimpliciter productiuũ, non diſtinctum in duo principia productiua, conſimiliter de voluntate & obiecto reſpectu ſpirationis , & conſimiliter de terminis reſpectu productionum. ❡ Si quæras quare nõ poteſt eſſentia ſola, vt diſtinguitur contra voluntatem & intellectum eſſe principium communicandi ſe ? ❡ Reſpondeo, eſſentia mere intellectualis non eſt principium alicuius productionis , niſi vt coincidit cum memoria , & voluntate. ❡ Ad ſecundum. ❡ Et primo ad rem . ❡ Secundo ad formam argumenti . ❡ Ad rem poteſt dupliciter reſponderi , forma q̃ eſt in aliquo ſuppoſito principium producendi productione adæquata illi formæ, non poteſt eſſe alicui principium producendi . Nunc autem memoria eſt patri principium producendi productione adæquata illi principio. ergo & ſi ſit in filio, non poteſt eſſe filio principium pro-

a.l. vtrorumq; tã &c.

Dubitabimus

producendi . maior probatur exemplo ſic, ſi calor eſſet igni principium calefaciendi lignũ calefactione adæquata illi calori, & ille idem calor communicaretur ligno, non poſſet eſſe ligno principium calefaciendi. probo, quia nec calefaciendi ſe, quia tunc calor eſſet principiũ calefaciendi, ſiue producendi calorem in eodem ſuppoſito, nec alterũ, quia calefactio iſta ponitur adæquata illi calori. Et procedit * illa probatio de adęquatione omnimoda vbi impoſſibile eſt actionẽ excedere principium formale agendi, & ſecũdum iſtum intellectum patet minor, quia memoria ſic in patre habet dictionem in patre adæquatam, ꝙ impoſsibile eſt principium dictiuum excedere hanc dictionem, ſicut impoſſibile eſt in diuinis dictionem eſſe niſi hanc, quia de ſe eſt hęc, patet ex ſolutione quęſtionis, quia quicquid in diuinis non non præexigit pluritatem alterius rationis, illud de ſe eſt hoc, dictio in diuinis non neceſſario prçexigit pluritatem alterius rationis, ergo de ſe eſt hęc, & per conſequens principium eius habet hanc dictionẽ omnino adæquatam ſibi, non poteſt ergo eſſe principium in filio. ¶ Ad eandem rationem probandam accipienda eſt iſta propoſitio, & redit in eandem ſententiam cũ alia, ſuppoſitum accipiens formam per productionem adæquatam illi formæ non poteſt ꝑ illam formam producere. filius recipit memoriam per productionem adęquatam illi memoriæ. ergo &c. minor declaratur ſicut in ratione iam facta, probatio maioris, quia ſi ſecundum illam produceret, aut ergo ſe, aut alterum, non ſe, quia hoc eſt poſſibile ſm Augu. I. de tri. c. I. nec alterum, quia illa productio illius ponitur adęquata principio productiuo, ſic ergo non oportet quærere determinatiuum concurrens cum principio elicitiuo, vt ſit vna dictio, nec etiam aliquam negationem poteſt habere ſic, vt ſit tale principium formale: ſed eſto, ꝙ eſſentia, vel quodcunque poſitiuũ mere acceptum ſit in patre formalis ratio dicendi, vel generandi, tamen non poteſt eſſe in filio ratio dicendi, vel generandi, quia ipſum vt in patre eſt principium productionis adæquatæ, quantum ad primam rationem, & per illam, filio communicatur quantum ad ſecundam rationẽ. ¶ Quantum ad ſecũdũ. videlicet, ad formam argumenti poteſt fieri aliqua difficultas in maiori, & minori, quia haberi poteſt aliquid dici multipliciter ex prędicamentis, licet proprie non dicatur aliquid formam habere in abſtracto, niſi habeat eam ſicut formam, ſic ſignificata nata eſt haberi, hoc eſt tanquam formam, non enim proprie diceretur habere albedinem, qui haberet eam clauſam in burſa, quia non eſt ille modus perfectus, quia albedo nata eſt haberi, vt forma informans. ¶ Vlterius nomen abſtructum ſignificans principium agendi conſtructum cum gerundiuo ſignificante aliquam actionem, natum eſt haberi a ſuppoſito, vt ſit illi principium agendi illa actione. verbi gratia. habeo potentiam videndi, iſta potentia non ſolum nata eſt haberi a me, vt forma, ſed etiam vt principium

C 3 mihi

mihi operandi, ſecundum illam formam, & hoc notat illa conſtructio gerundiui cum abſtracto tali. Similiter iſta grammat i ca patet ex vſu loquendi, & ſi enim vera ſit hæc, filius Dei ſcit generationem patris. non tamē iſta, filius habet ſcientiam generandi. conſimiliter nec iſta, iſte habet voluntatem generandi, nec eſt aliqua ratio, niſi ex conſtructione grammaticali, quia non ſolum notatur abſtractum haberi ab illo, vt forma, ſed vt principium talis operationis ꝓcedentis ab iſto ſuppoſito, conſimiliter hic. Michael ſcit Deū creaſſe mundum, & creationē mundi, non tamen ſcit creare mundum. ¶Quando ergo accipitur in maiori, illud quod habet principium dicendi perfectum poteſt per illud dicere loquendo de habere proprie, ſicut dicitur abſtractum haberi. quando habetur vt forma ſuppoſiti, & etiam de conſtructione propria nominis ſignificantis principium actus cum gerūdiuo ſignificante actionē, quæ conſtructio notat illam formā huic ſuppoſito eſſe principium agendi. Concedo maiorem, quia in ſubiecto includuntur illa, quæ requiruntur ad hoc quod prædicatum inſit: quando enim in hoc forma habetur, vt forma huic, & vt huic principium agendi poteſt per hoc eſſe principium agēdi, ſed ſic minor eſt falſa, quia & ſi filius habet memoriam perfectā aliquo modo hn̄di, non tn̄, vt formam, & ſi habet, vt formā, nō tamē vt principium agendi, propter rōnē dictam in reſponſione reali. ¶Ad probationem minoris. illa propoſitio. memoria ꝑfecta eſt principiū perfectū dicēdi, poſſet dici ꝙ eſt propoſitio truncata, & oporteret eam ſupplere ꝑ aliquod datiuum additum ſignificans, cui ſit principium dicendi, vel quia eſt indifferēs, poteſt concedi, ꝙ abſolute eſt principium dicendi, nec* plus ponit minor de memoria, quod filius habet memoriā perfectam eſt manifeſtum, concludendo ergo, filius hēt principium perfectum dicendi, quæ fuit minor primi ſyllogiſmi, ſit fallacia amphibologię vel figuræ dictionis, vel cōſequentis amphibologiæ, quia in maiore conſtructio nō determinat actum illum ſignificatum per gerundiuum procedere ab aliquo ſuppoſito determinato, quia nullum ſuppoſitum certum ponebatur ibi in ſubiecto orationis, ſed tantum deſignabatur, quod procederet ab aliquo principio formali, quia illud ponebatur in propoſitione pro ſubiecto. in concluſione autem ponitur & ſuppoſitum determinatum & forma, & ideo ex vi conſtructionis notatur in concluſione, ꝙ actus nō tm̄ comparatur ad principium formale, ſed ēt ad ſuppoſitum, vt egrediens ab aliquo. Figura dictionis, quia per ſimilitudinē dictionis actus ſignificati in gerundiuo in præmiſſa & in concluſione cōmutatur habitudo actus ad formale principium in habitudinem actus ad ſuppoſitum agens, & ſic commutatur quale quid in hoc aliquid. Fallacia eſt etiā conſequentis, quia in maiori habetur actus ſignificatus in gerundiuo in vniuerſali ad nullum ſuppoſitum comparatus, in concluſione autem determinatur ad certum ſup-

*a.l. re m[...]

ſuppoſitum,& non ſequit̃ actus eſt per hoc principium.ergo eſt huiuſmodi ſuppoſiti.

¶ Ad tertium dicitur,quod illa propoſitio eſt vera,quod prima pluralitas neceſſario finita, eſt alterius rationis,quia quælibet neceſſario finita ſi nõ eſt alterius rationis neceſſario præexigit aliquam alterius rationis,per quam neceſſario determinetur, vt patet in ſecundo articulo. Prima autem pluralitas in diuinis eſt prima & neceſſario finita , ꝙ prima patet,quod etiã neceſſario finita,patet,quia nulla eſt ibi poſſibilitas, niſi ad illud quod eſt in actu. ſequitur ergo concluſio quod prima pluralitas in diuinis neceſſario eſt alterius rationis , & per conſequens illa eſt proxima vnitati.

¶ Quando ergo accipit maiorẽ, quod vnitati immediatior eſt minor pluralitas, quam maior.

¶ Reſpondeo. poteſt intelligi maior vel minor intenſiue, vel extenſiue. ¶ Intelligendo ſic, intenſiue quantum ad minorẽ rationem diſtinctionis,ſicut minus diſtinguitur medium ab extremo, quam contrarium a contrario,minus extenſiue,ſiue minor diſtinctio ſiue minor pluralitas eſt, quæ eſt maior paucitas, ſicut ternarius eſt minor pluralitas quaternario. hoc modo maior eſt vera , quia vnitati immediatior eſt binarius,quam quaternarius , vel ternarius , & tamen binarius eſt minor pluralitas intenſiue , quam ternarius,quia intenſiue tanta diſtinctione diſtinguuntur duæ vnitates in binario , quanta tres in ternario . ¶ Extenſiue verum eſt , quia ab vnitate procedunt pluralitas, ſiue diſtinctiones ordinatæ,ita quod ſemper minor numerus extenſiue,ſiue numeraliter eſt propinquior vnitati quæ eſt principium , & ſic concedo quod iſta diſtinctio , eſto quod eſſet alterius rationis, eſt tamen maxime paucitatis,quia non ſunt niſi duæ productiones , & non eſt pluralitas minor dualitate .

¶ Si tamen loquamur de maiori , vel minori diſtinctione, vel pluralitate intenſiue adhuc poteſt intelligi dupliciter.

¶ Quia aut intelligitur per ſe quantum ad formalem rationẽ diſtinctionis extremorum .

¶ Aut per accidens , quantum ſcilicet ad maiorem , & minorem entitatem & incompoſſibilitatem eorum, quæ diſtinguuntur.Exemplum. Sortes & Plato magis diſtinguuntur quantum ad realitatem, & incompoſſibilitatem extremorum,quam iſtæ duæ intentiones genus & ſpecies,quæ iſtæ duæ poſſunt concurrere in eodem , vt in colore, & minor eſt entitas iſtorum extremorum , genus & ſpecies , quam iſtorum ſortis , & Platonis . ¶ Si autem intelligitur maior de minori diſtinctione materialiter, forte poſſet alicubi habere veritatem,quia alicui vni primo immediatior eſt diſtinctio rationis , quam rei , & minor eſt diſtinctio rationis , quantum ad entitatem extremorum,& incompoſſibilitatem diſtinctorum , quam diſtinctio realis,ſed in propoſito nõ oportet de iſta maioritate ſiue maioritate curare, quia non ponitur aliqua diſtinctio rationis, immediata vni a quo procedit omnis multitudo , ſcilicet ipſi eſſentiæ .

¶Secundo autem modo de iſta maioritate intẽſiue, & p ſe quã tum ad formalem rationem diſtinctionis, maior eſt ſimpliciter falſa, quia oportet quod vni primo a quo procedit aliqua diſtinctio, ſiue ſit rei, ſiue non niſi immediatiſſima ſit aliqua diſtinctio alterius rationis, quia aliqua finita, & quia illa quę eſt alterius rationis eſt primo finita, vt argutum eſt, & hoc patet, quia ſecundum communem opinionem vbi vnitatem realem ſequitur immediate diſtinctio rationis, ibi iſta ratione diſtincta habent diſtinctionem alterius rationis, non eiuſdem, & illa eſt maior ſecundum formalem rationem diſtinctionis, licet ſit minor duplici modo, & maioris paucitatis, & minoris realitatis & incompoſſibilitatis in extremis. ¶ Per hoc patet ad illud de pluralitate, quæ eſt immediate a Deo, quia in creaturis vbi naturæ ſpecificę ſunt plurificatę in ſuppoſitis, nulla eſt neceſſario determinata, quia a ſola voluntate agentis ſunt tot, vel tot, ita quod non repugnat naturæ eſſe in pluribus, ſi ergo talia plura eiuſdẽ rationis ſunt immediate a Deo, ſunt tamen finita in actu, quia voluntas diuina imponit eis finitatem, ſed non ſunt neceſſario finita, quia nihil eſt intrinſecum creaturis, cui contradictorie repugnat maior, vel minor pluralitas quæcunque autem pluralitas eſt poſſibilis in diuinis ipſa eſt omnino finita.

QVÆSTIO III.

Vtrum iſta duo poſſint ſimul ſtare, quod relatio vt comparata ad oppoſitum ſit res & vt comparata ad eſſentiam ſit ratio tantum.

VISO de productionibus, ſequuntur quæſtiones de relationibus. ¶Et primo de relationib. originis. ¶ Secundo de relationibus communibus. ¶De relationibus originis. ¶ Primo quæritur in comparatione ad eſſentiã. ¶Secundo in comparatione ad perſonam. ¶ Tertio quãtum ad perfectionẽ, ſiue quantitatẽ propriam. Eſt ergo qõ prima. Vtrum iſta duo pñt ſimul ſtare, ꝙ relatio vt comparata ad oppoſitum ſit res, & vt comparata ad eſſentiam ſit ratio tantum.

¶ Arguitur quod non, quia ſi vt comparata ad eſſentiam ſit ratio tantum, hoc eſt, quia vt ſic tranſit in eſſentiam, ſed vt comparata ad oppoſitum manet eadem ratio, quia vt ſic, eſt eadem eſſentiæ, quia nullo modo poteſt eſſe nõ eadem propter ſimplicitatem diuinam. ergo ſi eſt ratio, vt comparata ad eſſentiã, neceſſario eſt ratio, vt comparatur ad oppoſitum.

¶Ad oppoſitum arguitur ſic, vt comparatur ad eſſentiam eſt ratio, probatur propter ſimplicitatem diuinam, vt autem comparatur ad oppoſitum, non eſt ratio ſed res, aliter nõ conſtitueret realiter diſtinctum. ergo prędicta ſimul ſtant.

HIC SVNT tria vidẽda. ¶Primo, ſi relatio originis in ſe ſit res, & q̃ res. ¶Secundo, ſi cõparata ad eſſentiam ſit res, & q̃ res.

res. Et ex hoc apparebit cõpoſſibilitas, vel incompoſſibilitas iſtorum, de quibus quæritur. ¶Tertio circa dicta in ſolutione quędam dubia occurrentia diſſoluentur.

DE PRIMO quia de ęquiuoco non eſt ſimpliciter reſpondendum. Et hoc nomen res ſicut patet ex auctoritate loquentium de iſto nomine, res, eſt æquiuocum. Ideo primo diſtinguendum eſt de hoc nomine, res. Sicut autem colligitur ex dictis auctorum, hoc nomen res, poteſt ſumi, ¶ Communiſſime, ¶ Communiter, ¶ Et ſtrictiſſime. ¶ Communiſſime, prout ſe extendit ad quodcunque quod non eſt nihil, & hoc poteſt intelligi dupliciter. ¶ Veriſſime enim illud eſt nihil, qđ includit contradictionem, & ſolum illud, quia illud excludit omne eſſe extra intellectum & in intellectu. qđ enim eſt ſic includens contradictionem, ſicut non poteſt eſſe extra animam, ita non poteſt eſſe aliquid intelligibile vel aliquod ens in anima, quia nunquam contradictoriũ cũ cõtradictorio conſtituit vnum intelligibile, neque ſicut obiectum cum obiecto, neque ſicut modus cum obiecto.

¶ Alio modo dicitur nihil qđ nec eſt, nec eſſe poteſt aliquod ens extra animam. ¶ Ens ergo, vel res iſto primo modo accipitur communiſſime, & extendit ſe ad quodcunque, quod non includit contradictionem, ſiue ſit ens rationis, hoc eſt pręciſe habens eſſe in intellectu conſiderante, ſiue ſit ens reale habens aliquam entitatem extra conſideratione intellectus. ¶ Et ſecundo accipitur in iſto membro minus communiter, pro ente quod habet vel habere poteſt aliquam entitatem non ex conſideratione intellectus.

¶ Et iſtorum duorum membrorum, quorum vtrunque pertinet ad primum membrum diſtinctionis. Primum videtur valde extendere nomen rei, & tamen ex communi modo loquẽdi ſatis probatur. Communiter enim dicimus intentiones logicas eſſe res rationis, & relationes rationis eſſe res rationis, & tamen iſta non poſſunt eſſe extra intellectum, non ergo nomẽ rei ſecundum vſum loquendi determinat ſe ad rem extra animam, & iſto intellectu communiſſimo prout res, vel ens dicitur quodlibet conceptibile, quod non includit contradictionem, ſiue illa communitas ſit analogiæ, ſiue vniuocationis, de qua nõ curo modo poſſet poni ens primum obiectum intellectus, quia nihil poteſt eẽ intelligibile quod non includit rationem entis iſto modo, quia vt dictum eſt prius, includens contradictionem non eſt intelligibile, & iſto modo quæcunque ſcientia quæ non ſolum vocatur realis, ſed etiam quæ vocatur rationis eſt de re, ſiue de ente. ¶ In ſecundo autem mẽbro iſtius primi membri dicit᷑ res, quod habet vel habere poteſt entitatem extra animã. Et iſto modo videtur loqui Aui. 1. meta. c. 5 ꝙ ea quæ ſunt communia oĩbus generibus, ſunt res & ens, nec poteſt illud intelligi de vocabulis in vna lingua, quia in vnaquaque lingua eſt vnus conceptus indifferens ad omnia illa quæ ſunt extra animam. conceptus enim ſunt idem apud

Cautus eſto hic lector, ne decipiaris in doctrina huius doc.

Cap.1. omnes primo. Periermenias cō muniter in qualibet lingua eſt vna nomen impoſitum tali con ceptui communi, qualiſcunque ſit illa communitas ſiue analogię ſiue vniuocationis. ¶Habemus ergo primum. membrū.ſ. cōiſſime bipartitū in illud.ſcilicet quod non includit contradictionem, qualecūque eſſe habeat, & in illud quod habet vel habere poteſt proprium eſſe ex tra intellectum, & iſto mō, vel vtroque modo vel ſaltem ſecundo modo accipit Auicen. rem & ens, vt dictum eſt. ¶ Secundo modo accipit Boetius diſtin-
1.c.10. guendo rem contra modū rei,
quare verba originalis. ſicut loquitur lib. de tri. patet inquit quæ ſit differentia prædicationum, quia alię quidem quaſi rem monſtrant, aliæ quaſi circūſtantiam rei, quia iſta pręadicantur ſic, ꝙ ſm ſe rem aliquā mōſtrant. illa vero vt non eſſe, ſed potius extrinſecus aliquid apponunt. vult ergo diſtinguere rem contra circunſtantiā, & ſic ſm eum ſola tria genera ſubſtātia, qualitas, & quantitas rē mōſtrant, alia vero rei circunſtantias. hoc ergo nomen res in ſecundo membro acceptum dicit aliquod ens abſolutum diſtinctum contra circunſtantiā ſiue modum qui dicit habitudinem vnius ad alterum. ¶Tertius modus habetur a philoſo-
1.c.2. t.c. 14. t.c.15. pho qui dicit. 7. meta. accidentia dicuntur entia, quia ſunt en tis, & infra. c.3. ſicut de non ente logice, quidam dicunt eſſe non ens, non quidem ſimpliciter, ſed non ens, ſic & qualitatē. & infra, quemadmodum nō ſcibile, eſt ſcibile, & quemadmodū medicinale, eo qđ ad idem quidem & vnum non idem autem & vnum, ſic & de ente, & vñr eā dem ſnīam dicere in principio 4. ꝙ quemadmodum medicina- t.c. 2.
le & ſalubre multipliciter dicitur, ita & ens. Ens ergo ſiue ſimpliciter ſiue potiſſime dictum, & hoc ſiue ſit analogū ſiue vniuocum accipit ibi philoſophus pro ente cui per ſe & primo cō uenit eſſe quod eſt ſubſtātia ſola. ¶ Sic ergo ſub primo mēbro communiſſime cōtinentur ens rōnis, & ens quodcunque reale. ¶Sub ſecundo ens reale & abſolutum. ¶Et ſub tertio ens reale & abſolutum & per ſe ens.

¶ Ex iſta diſtinctione patet ꝙ qō. ſi relatio ſit res, nullam difficultatem habet de re tertio modo accipiendo, vel ſecundo mō, quia non eſt ſubſtantia neque ad ſe tm̄. ergo difficultas eſt de primo membro, ſed nec de ente rōnis quia patet ꝙ relatio eſt intelligibilis ſine contradictione. Eſt ergo hic ſermo, ſi habeat eſſe, ſiue ſit res habens entitatem realem propriam extra animam, & hoc dico ꝙ eſt res. ſecundo quę res. ꝙ autē relatio ſit res probo, habitudo cō ſequens extrema realia & realiter diſtincta, & hoc ex naturæ rei eſt realis, quia entitas eius qualem habet non eſt præciſe in anima, & per conſeques ipſa ſm entitatem propriam eſt res ſuo modo, ſed habitudo patris ad filiū eſt talis, vt patet ex ſecūda qōne ordinaria. Ex hoc apparet quæ res ipſa ſit, quia ſi ſit res ſingularis, vel eſt ad ſe vel ad alterum, ipſa formaliter eſt res ad alterum, nec iſta determinatio ad alterum repugnat ei qđ eſt res iſto modo loquendo, quia iſto modo res non diſtinguitur contra modum, vel habitu-

habitudinem, vel circunſtantiã rei, ſed includit eam.

DE SECVNDO articulo. ¶ Primo dicetur illud quod eſt reale. ¶ Secundo quantum pertinet ad logicum conſideratio huius propoſitionis, relatio vt comparatur ad eſſentiam eſt res. ¶ Tertio patebit de compoſſibilitate & incompoſſibilitate iſtorum de quibus quæritur.

¶ De primo dico ꝙ relatio vt comparatur ad eſſentiam eſt res, quod probatur ſic. quando aliqua quocunque modo diſtincta conſtituunt tertium, non conſtituũt illud, niſi vt aliquo modo ſe habent adinuicem vel aliquo modo vniuntur, & hoc apparet de cauſis extrinſecis, quę nunquam cauſant niſi in aliquo modo cõcurrant ad cauſandum, & magis de cauſis intrinſecis, quæ non conſtituunt ſuppoſitum, niſi vt ſuo modo vniantur: eſſentia aũt & relatio ſm oẽs conſtituunt perſonam qualemcunque rõnem habeãt principij, ergo hoc eſt inquantũ concurrunt, qđ non põt eẽ, niſi vt relatio eſt in eſſentia, ex hoc habeo ꝙ eſſentia, & relatio conſtituunt perſonã, non niſi vt relatio eſt in eſſentia, ſed relationem eſſe in eſſentia eſt relationẽ hr̃e comparationem ad eſſentiam veriſſimã quam poteſt hr̃e circa conſiderationem intellectus, ergo relatio non conſtituit perſonam, niſi vt comparata ad eſſentiam, ſed non conſtituit perſonam niſi vt res, alio quin perſona vt conſtituta formaliter non eſſet res, ergo relatio vt comparata ad eſſentiam eſt res. ¶ Secundo ſic, quia aut comparatio ad eſſentiã eſt omnino ipſamet relatio. Aut aliquid ſuperueniens, ſiue rei ſiue rationis non curo quantum ad propoſitum. ¶ Si eſt omnino ipſamet patet quod ipſa ſit res ex primo articulo, & cum ipſamet ſit ſua comparatio ad eſſentiam, ergo ipſa vt comparata ad eſſentiam eſt res. ¶ Si ſecundo modo nulla habitudo adueniens cuicunque, ſiue abſoluto ſiue reſpectiuo, ſiue etiam illa habitudo ſit realis, ſiue rõnis, deſtruit illud cui aduenit, ſed potius præſupponit. patet de intentionibus ſecundis quæ non deſtruunt rationes intentionũ primarum quibus adueniunt. non ergo deſtrurtur illa realitas relationis per hoc quod non cõparata, & per conſequens patet propoſitum.

¶ Ex hoc patet, quæ res ſit, q̃a ad qđcunque comparatur, aliquid ipſum eſt ipſum. nam ſm philo. 1. phy. quod vere eſt nulli accidit, & eſto ꝙ ſubſtantia bouis comparata ad hominẽ non ſit ſubſtantia omnis, tamen ſemper eſt res & quæ res, eſt ſubſtãtia, & quæ ſubſtantia? bouis, q̃a ipſa eſt ipſa: ſic hæc relatio quæ eſſentialiter eſt ad alterum, nunquam eſt non res, nunquam ẽt ipſa eſt, niſi ipſamet res ad alterum, comparatio autem (vt dictum eſt) nunquã deſtruit realitatem propriam ſed præſupponit. ¶ Hic tamen eſt alius modus dicendi de iſtis relationibus qui talis eſt. Relatio cõparationem importat & ad oppoſitum & ad fundamentum. ex alio autem ordine habet ꝙ ſit realis ſimpliciter ſ. ex ordine ad fundamentum, ex alio ꝙ vna ſit diſtincte ab alia. ſ. ex ordine ad oppoſitum. primo modo eſſentia diuina eſt realitas oĩum relatio.

t. c. 26. & 27.

Th. 1. par. q. 3 6. ar. 2. & Egi. de Roma quol. 1. q. 6. & Hẽ. in ſumma art. 6o. q. 1. & quol. 5. q. 1.

lationum diuinarum. ideo ſm huius comparationem non differunt realiter ſed ſecũdo mõ. ergo &c. ¶ Contra illud quo aliquod ens hẽt entitatem eo tanquam fundamẽto proximo vnitatis eſt vnum vnitate correſpõdente tali entitati, & per conſequens diſtinctum a quocunque ente non hñte hanc vnitatem, a quo ergo relatio eſt res in actu extra ſuã cãm, ab eo eſt diſtincta realiter a relatione quacunque, q̃ nõ eſt ipſamet, ſiue q̃ nõ eſt ens entitate propria ipſius. ¶ Confirmaẗ ſpãliter de relationibus in diuinis, quia quælibet relatio ſaltem perſonalis ſeipſa formaliẗ eſt incõicabilis, ꝙ autẽ ſeipſo formaliẗ eſt incõicabile ſeipſo formaliẗ a quocunq; cõicabili eſt diſtinctum. ergo relatio a quo hẽt ſuã realitatẽ qua formaliter eſt incõicabilis ab eo hẽt diſtinctionem. ¶ Præterea ſi eſſentia, vt dicitur eſt realitas omnium relationũ, & ideo ſm illam comparationem non differunt realiter. ergo cum illa cõparatio ſit etiam in eſſentiam, ſequitur, quod vt ſunt in eſſentia non differunt realiter, ergo vt ſunt in eſſentia vel nullo modo differunt, quod non omnino eſt irrationabile vel ſola ratione differunt, & ſi hoc ergo conſtituta per ipſas vt ſunt in eſſentia ſola ratione differunt. perſonę autem conſtituuntur per ipſas vt ſunt in eſſentia, vt dictum eſt in prima ratione. ergo &cæt. ¶ Quantum ergo ad iſtud, videtur rationabilius, quod ab eodem habeat quod ſit realis, & ꝙ ſit diſtincta a relatione oppoſita, & hoc intelligendo quomodocunque, nam non eſt intelligibile, ꝙ ſit realis niſi ſit realis habitudo ad oppoſitum, & ſic realiter diſtincta ab oppoſito, nec ipſa poteſt eſſe realiter diſtincta ab oppoſito, niſi vt habitudo realis, & ſic eſt res eo modo quo ſibi conuenit eſſe res, ſeipſa ergo formaliter eſt res, & ſeipſa formaliter eſt diſtincta ab oppoſito. A fundamẽto autem habet vtrunque fundamentaliter, & radicaliter.

QVANTVM autem ad * logicam iſta propoſitio, relatio vt comparata ad eſſentiam eſt res, videtur diſtinguenda, quia iſta, ſcilicet * quantum, vel ſecundum quod, vel vt, dupliciter accipiuntur. ¶ Aliquando enim hæ dictiones notant rationem accipiendi illud, quod determinatur per ipſa. ¶ Aliquando vero, non ſolum hoc, ſed proprie important cauſalitatem reſpectu inhærentiæ prædicati. Exemplum, motus eſt actus entis in potentia, ſecundum ꝙ in potentia ly ſecundũ ꝙ importat rõnem, ſm quam motus eſt actus mobilis. quia cum ſint in mobili duæ rationes, eſt enĩ in actu, & eſt in potentia ad aliud. Motus eſt actus eius, vt conſiderati in potentia. Nec tñ ibi hoc, qđ eſt, ſm ꝙ eſt in potentia, notat cãm inhęrentię pdicati, quia qñ ſic accipiẗ infert vłem ſm philoſophũ primo priorũ, vt iuſtitia eſt bonum, ſm ꝙ bonum, ſequitur ſm ipſum, ergo iuſtitia eſt oẽ bonũ, & planius a parte ſubiecti, vt ſi hõ ſm ꝙ rationale intelligit. ſequitur ꝙ omne rõnale intelligit: hoc mõ ẽt, qñ idem ponitur determinatio ſuijpſius mediante hac dictione inquantum. In primo ergo ſenſu conſideratur præciſa ratio ipſius quod terminatur, in alio ſenſu

nota-

notatur ꝙ ratio reduplicati ſit ratio inhærentiæ prædicati cum ſubiecto: primo modo dicimus, ꝙ homo conſideratus inquantũ homo, eſt pciſiſſime conſideratus, ſecundo modo homo ſm ꝙ homo eſt rõnalis, quia quod conſequitur reduplicationẽ eſt rõ inhærentiæ pdicati. & ẽt concedi põt ꝙ homo ſm ꝙ hõ eſt riſibilis, & eſt ibi cã inhærentię in ſecundo mõ dicendi per ſe. ¶ Ad propoſitũ cũ dico, ꝙ relatio vt comparata ad eſſentiá diuinam eſt res, põt intelligi dupliciter. ¶ Primo mõ, relatione cõſideratę ſub tali cõparatione conuenit hoc prædicatum res. ¶ Vel ſecundo modo, ꝙ illa cõparatio ſit ratio inhærentiæ huius prędicati, quod eſt res, ſecũdo modo propoſitio eſt falſa, qa illa cõparatio ad eſſentiam eſt ſola cõparatio rõnis, eſt.n. inter extrema non diſtincta realiter, relationem .ſ. & eſſentiã, quæ tñ poteſt intellectus cõparare, & ita eſt inter ea relatio rõnis, nõ ergo de iſto intellectu loquimur, ſed de primo. Et tunc eſt ſenſus, ꝙ paternitas non ſolũ pciſe accepta, ſm ꝙ paternitas, ſed ẽt ſm ꝙ cõſiderata ſub iſta ratione, vt cõparaẽ ad eſſentiã, vel vt eſt in eſſentia eſt res, quia iſta cõparatio nõ diminuit, nec deſtruit paternitatẽ eſſe rẽ, ſed præſupponit, ſicut procedit ſecunda rõ ad concluſionẽ ſecundi articuli. Exemplũ, hõ, vt riſibilis intelligit, hæc non eſt vera ſic, ꝙ riſibilitas ſit cã inhærentiæ prædicati, ſed ſic eſt vera ꝙ homini conſideratio ſub rõne riſibilis non repugnat hoc prædicatum intelligere, ſed conuenit, & iſto mõ quæcunque determinatio ſub qua cõſideraẽ ſubiectũ, quæ tamen non excludit prędicatum, non falſificat propoſitionem in qua prædicatum dr̃ de ſubiecto, ſic determinato.

EX ISTIS patere poteſt illud quod quæritur, ſed oportet primo videre intellectũ huius, quod dr̃ ꝙ relatio eſt rõ. Nam ꝙ aliquid dicatur rõ põt ad ꝓpoſitum intelligi dupliciter. ¶ Vno mõ, quia eſt modus illius cui cõparatur, & non res tali realitate, ſicut Boetius vocat habitudines circunſtantias, & non res primo tri.c. 10. quia nõ habent talem realitatem, qualẽ habent illæ quarum ſunt circũſtantiæ, & quanto aliquid recedit a realitate perfecta tanto magis accedit ad rõnẽ. ¶ Alio mõ aliquid, vt accipitur ſub ratione formaliter, poteſt dici rõ, vel ens rationis, ſicut ſi hõ, vt vniuerſale dicatur eſſe rõ pro quãto conſideratur ſub vniuerſalitate, q̃ eſt per ſe ratio. Iſtis duobus modis poteſt concedi, ꝙ relatio, vt comparatur ad eſſentiã eſt ratio, quia eſt modus circa eſſentiam, & non habet talẽ entitatẽ formaliter, qualẽ habet eſſentiam, ſed eſt quaſi circunſtantia reſpectu eius, & etiã cũ dico vt comparatur ad eſſentiã hæc comparatio (vt dictum eſt) importat reſpectum rationis & ſub ea conſideratur paternitas, & pro tanto paternitas, vt comparatur ad eſſentiam, eſt ens rationis, quia acceptum ſub ratione. ¶ Sed ſiue ſic, ſiue ſic dicatur, ꝙ paternitas vt comparata ad eſſentiam eſt ratio, non tollitur, quin paternitas ſit res, quia quantum ad primum ipſa ſuo modo eſt res. ſ. res ad aliud, licet dicatur ratio reſpectu rei ad ſe: quantum ad ſecundum ipſa

ipſa cōſiderata ſub ratione, quæ eſt comparatio ad eſſentiam dicitur ratio, quia illud ſub quo conſideratur non habet entitatem ex ſe ipſa, tamen eſt res, qa illud ſub quo conſideratur, non deſtruit realitatē eius, ſed ipſam præſupponit: comparatio enim alicuius ad alterum præſupponit entitatem ſecundum ſe. ¶ Ex hoc patet ꝙ iſta ſtant ſimul, ꝙ ipſa relatio comparata ad eſſentiam ſit ratio. ſ. duplici modo prędicto, & tamen ꝙ ipſa comparatur ad eſſentiam ſit res, ſicut iam dictum eſt, ſtat ēt ꝙ ipſa comparata ad oppoſitū ſit res, quia ipſamet eſt comparatio ad oppoſitum, & ipſamet eſt ipſa res, quæ eſt talis comparatio, & magis vſitate dicitur res, vt comparata ad oppoſitū. & ratio vt comparatur ad eſſentiam, quia vt comparatur ad oppoſitum, eſt æque & ſimilis entitatis cum oppoſito, nec reſpectu eius habet rationem modi, ſicut nec econuerſo. ſimiliter ipſa eſt comparatio ſui ad oppoſitum, & ideo cum dicitur vt cōparata, non conſiderat ſub aliqua rōne, quę proprie dicaꝣ rō, non. n. eſt aliud paternitas vt cō paraꝣ ad filiationē ꝗ paternitas vt comparata ad filiationem, & hoc eſt in ſpeciali paternitas, vt eſt paternitas, ſtat. ergo ſimul ꝙ paternitas, vt comparata ad oppoſitum ſit res. non tamen eo modo, quo vt cōparatur ad eſſentiam eſt res. ſed vt comparata ad opppoſitum eſt res iſtis duobus modis, quia ſimilis entitatis diſtinctæ contra modū, & eſt res non accepta, ſiue conſiderata formaliter ſub ratione, & ꝙ ipſa comparata ad eſſentiā ſit ratio propter duo oppoſita, quia ſcilicet modus eſſentię, & quia accepta ſub ratione quæ eſt ipſa conparatio ad eſſentiā, tamen vtroque modo, & vt comparatur ad oppoſitum, & vt cōparatur ad eſſentiam eſt res. & eadem res, quia ipſamet eſt cōparatio realis, vt probatum eſt.

DE TERTIO articulo arguitur contra prędicta. ¶ Primo ſic, ſi relatio comparata ad eſſentiam eſt res, aut ergo res ad ſe, aut ad alterum, quod relatio ſit res ad ſe qualitercunque videtur includere contradictionem, ergo vt comparata ad eſſentiam eſt res ad alterum, ſed vt comparatur ad eſſentiam eſt idē, qđ eſſentia. ergo relatio vt idem eſt eſſentiæ, vel vt eſſentia eſt res ad alterum. & tunc vltra. ergo eſſentia eſt res ad alterum. Iſta conſequentia probatur per ſimile, quia ſi homo ſecundum ꝙ rationale intelligit. ergo rationale intelligit, & ratione etiam, quia prædicatū quod conuenit alicui per rationē alicuius prius conuenit ei. ¶ Item ſi relatio vt comparata ad quodcunque ſit res propria realitate. ergo ſimiliter relatio in creatura, vt comparatur ad fundamentum eſt res propria realitate, & non pręciſe realitate fundamenti. ergo eſt ibi accidens propria accidentalitate, quia nō eſt ibi ſubſtantia. & tunc ſequitur, ꝙ alia eſt accidentalitas relationis in creatura, & accidentalitas abſoluti in quo fundatur, & ſic videtur ſequi proceſſus in infinitum, quia illa accidentalitas relationis habet propriam realitatem, & non niſi accidentalem. ergo habet propriā accidentalitatē, & de illa ſimiliter. & ſic in infinitū. Cōſimiliter

liter

literin diuinis ſi habet propriã realitatẽ, qñ cõparaт ad eſſentiã.ergo illa eſt ſubſtãtialis, vel accidẽtalitas non accidentalis, q̃a nullũ accidentale eſt in Deo. 5.de tri.c.5 ergo habet propriã ſubſtãtialitatẽ, & tũc pater p̃rni tate habebit eſſe per ſe, quod eſt inconueniens, q̃a tũc erũt in diuinis tria per ſe eſſe, quia tres relationes, cũ tñ nõ ſit ibi niſi vnicũ p̃ ſe eſſe ſecundum beatum Aug.7.de trini. c.6.dicentem ꝙ ſubſtantia eſt quo pater eſt, & quo filius ſimiliter habet eſſe, licet nõ ſit quo pater eſt pater.

RESPONDEO ad primum patet in ſecundo articulo de diſtinctione iſtius propoſitionis, relatio, vt comparatur ad eſſentiam eſt res, quia vere eſt prout ly, vt, vel inquantum denotat determinationem, vel ſpecificationem, ſiue determinatã acceptionem paternitatis ſub iſta ratione, quæ eſt comparatio ad eſſentiam. Non eſt autem vera, prout denotat cauſalitatem inhærentię prædicati ad ſubiectum. ¶In primo ergo intellectu, qñ quæritur quę res ſit, dici põt ꝙ eſt res ad alterum.quia comparatio ad eſſentiã nõ facit ꝙ p̃rnitati repugnet ſua propria realitas, quæ eſt realitas ad alterum, nec tamen eſt ſic intelligẽdum, ꝙ paternitas comparata ad diuinitatem ſit res ad alterum, ita ꝙ alterum ſit diuinitas, vt ſit ſenſus, paternitas ẽ res ad diuinitatem.ſed eſt ſenſus, paternitas comparata ad *eſſentiam eſt res rationis, & in ſe res ad alterum.i.ad filium, quia qui comparat paternitatem ad diuinitatem excludendo filium, vel non includẽdo filiũ non cõparat paternitatẽ niſi habeat duo contradictoria in intellectu ſuo, cum paternitas ſm illud quod eſt ſit per ſe ad filiũ, & licet paternitas non ſit ſeipſa comparata ad diuinitatẽ, ſed ad filiũ, vt ad correlatiũ, tamen paternitatẽ ipſam includendo eſſe ad filiũ, poteſt intellectus comparare ad diuinitatẽ, quia intellectus poteſt aliquid comparare p̃ actũ ſuum ad illud, quod nõ eſt eius per ſe corolarium ex natura rei. ſm hunc intellectũ põt dici, ꝙ paternitas, vt comparata ad eſſentiam, eſt res ad alterum. ¶ Et cum infertur. ergo vt eſt eſſentia, vel idem eſſentia eſt res ad alterũ, concedatur in ſimili intellectu. ¶Et vltra cum dicis, ergo eſſentia eſt res ad alterum. ¶Reſpondeo, hoc poteſt intelligi dupliciter. per identitatẽ, vel formaliter. ¶ Primo modo poſſet concedi, & eſt ſenſus dicti, ꝙ diuinitas eſt res, quæ eſt ad alterum, quia eſt paternitas. ¶ Non autem eſt concedendum formaliter, ꝙ diuinitas ſm ſuã formã ſit ad alterum, ſed quia in ãte fuit prædicatio formalis dicendo, paternitas, vt comparatur ad eſſentiam, eſt res ad alterũ. ideo ſi inferatur ſimilis prædicatio in cõſequẽte, ꝙ diuinitas eſt formaliter ad alterũ, negãda eſt cõſequentia, quia nõ oportet, ꝙ p̃dicatũ eo mõ cõueniat determinationi, quo cõuenit alicui intellecto ſub tali determinatione, qñ illa determinatio nõ notatur eſſe ratio inhęrentię prędicati ad ſubiectũ, ſicut hic. ¶Et p̃ hoc patet ad probationes conſequentiæ, homo ſm ꝙ rationalis, &c. Iſta conſequẽtia tenet, p̃ut, ly, ſm ꝙ, notat cauſalitatem inhęrentię prædicati ad ſubiectum. Si aũt non accipitur in pro-

iuini
s.

propoſito, hoc quod dicitur, vt comparatur ad eſſentiam. ¶ Et ſimiliter ad probationem ſequē tem, eſto ꝙ prędicatum verius inſit illi, quod eſt ratio inhæren tię alij .hoc non habetur, niſi ſe-cundum ꝙ,ly ſecundum ꝙ, te-netur proprie reduplicatione. hic autem non ſic accipitur (vt dictum eſt) in illa diſtinctione logica, in ſecundo articulo. Sed ſi obijciatur,quia illud ꝙ eſt in aliquo formaliter poteſt illud denominare. ergo ſi relatio , vt comparata ad eſſentiam ſit in eſſentia,eſſentia poteſt denomi nari relatione , & per conſequēs eſſentia formaliter refertur ad aliud.¶Reſpondeo aliqua deno minatiua vel concreta prædicā tur de aliquibus.¶Primo modo per ſe ¶Aliqua de aliquo per ſe. Secundo modo , ſiue per acci-dens.de compoſito quidem ex ſuſceptiuo & forma prædicatur denominatiuum ſiue concre-tum formę per ſe primo mo-do , ſpecialiter ſi ſubiectum eſt per ſe vnum quantum ad con-ceptum, ſicut homo dicitur ra-tionalis, ſiue animatus per ſe primo modo , ſed corpus quod eſt altera pars compoſiti , dici-tur denominatiue animatum. proprie tamen ſiue per ſe ſecun do modo,ſiue per accidens, qa illud non eſt totum includens formam,ſed ſuſceptiuum reci-piens formam: vbicunque ergo eſt aliqua forma,oportet dare prædicationem formalem de to ta , quæ eſt per ſe primo modo. etiam in creaturis oportet dare communiter prædicationē,quæ ſit proprie denominatiua for-mæ de ſuſceptiuo.In diuinis pri ma prædicatio non negatur.Nā pater generat,ſiue generans ge-nerat , pater eſt quaſi compoſi-tum includens quaſi eſſentiali-ter formam illam , quæ de ipſo prædicatur , ſed denominatiuā prædicationem quaſi formę, de quaſi ſuſceptiuo non oportet dare ibi.¶Hoc declaratur aucto ritate,& ratione. ¶ Ratione ſic. quod intelligitur ibi quaſi ſu-ſceptiuum formę eſt illimitatū ad oppoſitas formas vel relatio nes , & tamen non diſtinguitur ab eis, ꝙ autem denominatur a forma aliqua denotatur per hoc eſſe diſtinctum ab oppoſito , qa ergo hic non eſt ſuſceptiuū pro prium formæ , ſed commune ſibi & oppoſito. & forma talis denominare non poſſet, niſi pro prium ſuſceptiuum,quia nō eſt niſi diſtinctum ab oppoſito , iō nulla eſt prædicatio denomina-tiua relationum de ſuſceptiuo. ¶Hoc confirmatur per Dama.li. 1.c.5.vbi vult ꝙ relationes deter minant hypoſtaſes, non naturā, notantur ergo illud determina-re,de quo prædicantur in con-creto,quia notantur illud com-parare ad oppoſitum , & diſtin-guere ab oppoſito. ¶ Ad formā ergo rationis,quando accipitur, relatio eſt in eſſentia, ergo eſ-ſentia poteſt denominari a rela tione,non ſequitur, & ratio di-cta eſt.¶Et cum dicitur , omnis forma poteſt denominare illud in quo eſt. extendendo denomi nationem ad prædicationem de nominatiuam eſſentialem in cō creto.ſicut homo eſt animatus, & ad denominationem proprie dictam,ſicut homo eſt riſibilis, vel lignum eſt album, vel homo intelligit, concedi poteſt, ꝙ om nis forma aliquo iſtorum mo-dorum denominat illud in quo eſt,quia ad minus de compoſi-

to prædicatur in concreto,licet illud ſit extendendo denominationem,ſed ſi tu accipias de illo in quo eſt,vt in ſuſceptiuo prædicatum prædicatur proprie denominatiue,negandum eſt, niſi illud ſuſceptiuum ſit limitatũ, vel niſi prædicatio illa denominatiua importet ſubiectum eſſe proprium,& diſtinctum ab oppoſito.¶ Ad ſecundum, licet eſſet magna difficultas de per ſe, tamen in propoſito eam per tranſeo.concedo tamen ꝙ relatio quæ eſt accidens in creaturis,propriam habet accidentalitatem, quia illa eſt per ſe res in qua fundatur, nec eſt res per ſe ens,ſicut ſubſtantia, ita oportet dare ꝙ ipſamet per ſe ſit res habens propriam accidentalitatem, quæ non ſit accidentalitas entis ad ſe,ſed accidentalitas entis ad alterum, ſicut enim non eſt eadem entitas ad ſe, & ad alterum,ſic nec eadem accidentalitas accidentis entis ad ſe, & accidentis entis ad alterum. ¶ Et cum arguitur ꝙ eſt proceſſus in infinitum. ¶ Reſpondeo, ſtandum eſt in ipſa relatione, nec vlterius proceditur. verbi gratia in albedine fundatur ſimilitudo,iſta ſimilitudo habet aliquã accidentalitatem propriam ab accidentalitate albedinis diſtinctam,ſicut relatio eſt genus diſtinctum a genere qualitatis ¶Si quæras de accidentalitate ſimilitudinis,ſi ipſa eſt alia a ſimilitudine,dico ꝙ non,quia ſimilitudo eſt ſua accidentalitas ad fundamentum, & ſeipſa accidit fundamento, ſicut ſeipſa eſt ad oppoſitum. Vniuerſaliter enim quo conuenit alicui ſic, quod omnimoda contradictio ſit illud eſſe ſine hoc,hoc eſt idem realiter illi: & per oppoſitũ vbi non eſt omnimoda contradictio,non oportet idem eſſe omnino.Nunc autem contradictio eſt ſimilitudinem eſſe,& nõ eſſe ad fundamentum, & etiam non eſſe ad terminum.Ideo accidentalitas ſua ad fundamentum eſt idem ſibi,ſicut ipſamet eſt ſimilitudo,vel habitudo ad oppoſitum.ſtatus eſt ergo,quia accidẽtalitas ſimilitudinis non eſt alia res a ſimilitudine, ſed ſimilitudo eſt quædam res alia ab albedine,quia habitudo,& etiam accidentalitas albedinis poteſt poni quædam res alia ab albedine:quia albedo eſt quædam res abſoluta,& accidens abſolutum poteſt eſſe ſine contradictione ſine ſubiecto, & ideo non eſt idem habitudini ſuæ ad ſubiectum,nec ſeipſa accidit illi,falſa eſt ergo illa,qua ratione ſimilido accidentalis albedinis, habet aliam accidentalitatem ab albedine,pari ratione accidentalitas ſimilitudinis habebitaliã accidentalitatem a ſimilitudine,falſa eſt etiam illa, qua ratione accidentalitas ſimilitudinis eſt eadem ſibi,pari ratione accidentalitas albedinis eſt eadẽ ſibi,quia albedo eſt ens abſoluto,& ſimilitudo relatio.* ¶ Confirmatur,vna ſimilitudo non eſt niſi ad vnum terminum.habitudo igit' ſimilitudo nõ eſt ad ſubſtantiam habitudo cum ſit habitudo ad oppoſitum.ſ. ad ſimile.Neque eſt fundamentum relationis,niſi quia albedo eſt ens abſolutum,& ſimilitudo eſt relatio.¶Et ex hoc non eſt contradictio albedinem eſſe ſine comparatione ad ſuperficiem.Eſt autem contradictio ſimilitudinem eſſe ſine comparatione ad fundamen-

[Margin notes: "* a.l. vn ſirmatur." ; "co la – bi" ; "*"]

damentum, & ideo illa comparatio non eſt eadem albedini. Iſta autem eſt eadem ſimilitudini. nihil autem aliud eſt ſimilitudinem eſſe, quàm habitudinem huius ad hoc. nec tamen dico, ꝙ relatio ad quodcunque comparetur ſeipſa comparatur, * quia poteſt comparari ad relationẽ rationis quę nõ eſt ipſa, ſed etiã forte poteſt comparari relatione, quæ non eſt ipſamet, ſed quę eſt realiter alia a ſe. ſicut proportionabilitas fundatur in portione, ſed hoc dico, ꝙ relatio ſeipſa, & non alia comparatione cõparatur. ſi tamẽ comparetur ad quodcunque ſine quo eſt contradictio ipſam eſſe. ¶ Et cum arguitur vlterius de ſubſtantialitate relationis in diuinis dico, ꝙ licet philoſophus diſtinguat in prædicamentis ſubſtantiam primam a ſecũda, tamẽ ad propoſitum eſſentia habet rationem vtriuſque ſubſtantiæ, quantum ad aliquid. ſubſtanntiæ quidem ſecundæ quo ad hoc, ꝙ ipſa eſt communis, non tamen quo ad hoc, ꝙ ipſa ſit vniuerſalis, hoc eſt diuiſibilis, vel plurificabilis. eſt enim communis communitate reali ſecundum Dama. c. 4. ibi eſt communitas ſubſtantiæ non ſolum rationis, ſicut eſt in natura creata. habet autem rationem ſubſtantię primæ, quantum ad hoc ꝙ eſt eſſe hoc, ſiue ſingulare. quia eſſentia de ſe eſt hæc, non dico quo ad hoc, quod eſt eſſe incommunicabile. quia hoc eſſet imperfectionis. non reſtat autem alia ratio ſubſtantiæ qualitercunque acceptæ in diuinis, quærenda vltra rationem eſſentię, niſi ratio incommunicabilitatis. iſta autem in diuinis non poteſt eſſe per ſe ratio ſubſtantiæ quantum ad communem opinionem, ſecundũ quam loquimur communiter in iſtis quæſtionibus. quoniam nõ mouetur de hoc quæſtio ad hoc, quia quicquid eſt ibi non tantum ſubſtantia, ſed etiam ad ſe communicabile eſt. patet ergo ꝙ relatio in diuinis nullam habet rationem ſubſtantialitatis, quia tantummodo habet rationem incommunicabilitatis, quę nec eſt ratio ſubſtantiæ ſecundæ, nec primæ quantum ad illud quod pertinet ad perfectionem ſubſtantię quod eſt eſſe hoc. illud enim conuenit eſſentiæ de ſe. Si arguitur cõtra hoc, quicquid pertinet ad ſubſtantiam primam, habet per ſe rationem aliquam ſubſtantialitatis. huiuſmodi eſt incommunicabilitas, quæ non eſt niſi per relationem. ergo &c. ¶ Reſpondeo, intelligendo * minorem de incõmunicabilitate pertinente ad ſubſtantiam primam, quæ eſt incommunicabilitas. ſingularitas ipſa vera eſt in creaturis, non ſic in Deo, & ratio eſt quia vltimũ contrahens naturam, ſiue ad ſingularitatem, ſiue ad incommunicabilitatem in creaturis eſt eiuſdem generis cum natura cõtracta, & per conſequens ipſum ſecundum rationem ſuam formalem pertinet ad genus ſubſtantiæ, in Deo non eſt ſic, vt dictum eſt prius, quia vt dictum eſt prius ad incommunicabilitatem contrahere non poteſt aliquid pertinens ad genus ſubſtãtiæ, vel quaſi genus ſubſtantiæ in diuinis, quia quodlibet tale eſt communicabile. ¶ Sed adhuc arguitur, illud per quod in diuinis fit contractio, vel determinatio, qualitercunque dicta ad incom

a l. & forte põt comparari relatione, quæ nõ eſt ipſamet, ſed quæ ẽ realiter aliam ſe &c.

a.l. ... ten...

communicabilitatem, vel ad incommunicabile, ſecundũ rationem ſuã formalẽ eſt ſubſtantia, vel accidens, quia inter hęc non cadit mediũ, nõ aũt accidẽs, patet. ergo ſubſtãtia. ergo habet ꝓpriã ſubſtantialitatẽ ¶ Reſpondeo. hic rñdet Aug. 5. de tri. c. 6. ꝙ nõ omne qđ ĩ Deo eſt ſm ſubſtãtiã dr̃ vel ſm accidẽs. dr̃. n. aliqd ibi, qđ nec ſecundũ ſubſtãtiã dicitur, nec ſecundũ accidens, vtpote illud quod ad alterũ dicitur. ¶ Si adhuc tertio replices ſic. illud quo formaliter ſuppoſitũ in diuinis incõicabile eſt, aut eſt tale cui competit formaliter inhęrere, aut conuenire poteſt, aut cui repugnat omnino. ſi primũ, ergo eſt accidens, ſi ſecundum cum illud ſit ſubſtantia, cui repugnat inhærere alteri, & hoc prout ſubſtantia diſtinguitur cõtra accidens, ſequitur ꝙ hẽt rationẽ ſubſtantię propriã, & ita propriam ſubſtantialitatẽ, qđ eſt propoſitum. ¶ Reſpondeo ſecundum Aui. ſecundo met. non inhęrere, & nõ poſſe inhærere, nec eſt ratio ſubſtantię, vt ſubſtãtia eſt genus, nec inhęrere eſt ratio accidentis, vel alicuius generis accidentis, quia inhærere eſt dare eſſe, vel actum ſecundũ quid alicui priori ſimpliciter enti, ſed ſubſtantia eſt illud ſubſtractum, cui conuenit non inhærere, vel cui repugnat inhęrere, & accidens, vel qualitas, vel quantitas eſt natura cui conuenit inhærere. Detur ergo in diuinis illud membrum, ꝙ illud quo perſona in diuinis eſt formaliter incommunicabilis, eſt tale cui repugnat inhęrere, repugnat enim illi dare eſſe ſecundum quid alicui enti ſimpliciter priori, ergo & inhęrere, & hoc ſm rõnẽ ſuã formalẽ, nec tñ ſequitur, ꝙ ſecũdũ ſuã rõnẽ formalẽ habeat ꝓpriã ſubſtãtialitatẽ, quia vt dictũ eſt, hoc nõ cõplet rõnẽ ſubſtãtiæ, vt diſtinguit̃ cõtra alia genera. ¶ Si quarto replicet̃, quibuſcunq; repugnat inhęrere repugnat eis per aliquã vnã rõnem, ſubſtantię aũt conuenit, vel alicui de gñe ſubſtãtiæ hoc & per te ꝓprietati incõicabili in diuinis, ergo per aliquid cõe eis, nõ per rõnẽ entis, quia enti non repugnat inhærere, nec per rõnẽ alicuius inferioris ente, niſi ſubſtantię, patet diſcurrendo. ergo illa ꝓprietas incõicabilis, cui ſecundũ ſe repugnat inhęrere, ſm ſe includit propriã rõnẽ ſubſtãtię, & ita habebit propriam ſubſtantialitatẽ, qđ eſt propoſitum. ¶ Rñdeo, imperfectio aliqua poteſt repugnare alicui, vel qa includit perfectionẽ ſimpliciter, vel quia includit imperfectionẽ illi imperfectioni repugnãtem, ſiquidem ſunt multę imperfectiones repugnãtes inter ſe. verbi grã. repugnat Deo eſſe albũ, & nigro repugnat eſſe albũ. Deo aũt pp perfectionem ſimpliciter q̃ repugnat toti gñi coloris, imo toti gñi qualitatis, immo toti gñi entis cãti, nigro aũt repugnat albũ propter perfectionẽ ſuam limitatam ſub genere coloris, quę perfectio limitata neceſſario hẽt imperfectionẽ annexã. alia tñ, & in alio gradu a perfectione albi, ergo illa ma.ne ganda eſt, quibuſcunque repugnat eadem imperfectio, cuiuſmodi eſt inhęrere, vel depẽdentia ad ſubiectũ, eis repugnat per aliquid, idem in ipſis: quia non oportet, quod eis quibus repugnat aliquid idem, ſit aliquid vnius rationis, quod a parte

Repugnantia duplex.

ipſorum ſit ratio illius repugnã tiæ,immo ratio propria vniuſcuiuſque eorum poteſt eſſe ratio repugnantię ad aliquid idē. ¶Ad propoſitum, inhærere,ſiue dependere ad ſubiectum,eſt im pfectio,ideo iſta repugnat ſubſtantiæ,cum ipſa talis entitas ſit,quòd ſibi repugnat eſſe enti tatem diminutam, quia dat eſſe ſimpliciter ſiue primū, quod eſt oppoſitum ei quod eſt inhæ rere.cum hoc etiam repugnare‿ poteſt relationi in diuinis, quæ licet non det eſſe ſimpliciter, ſiue per ſe eſſe. tamen ipſa talis entitas eſt,quòd repugnat, ſibi eſſe entitatem diminutam, ſiue actum ſecundum quid. inhærere autem repugnat eſſentię diuinæ, quia eſt perfectio ſimpliciter,repugnat enim relationi diuinę, licet non ſit perfectio ſimpliciter,qa ipſa ex rōne ſua nō pōt eſſe entitas imperfecta. & inhærere non pōt cōpetere, niſi enti dependenti,& per conſequens imperfectio.

AD ARGVMENTVM principale cū arguitur, ꝙ relatio vt cōparata ad eſſentiam eſt rō.& ꝙ cā huius eſt,quia ipſa vt comparata ad eſſentiā tranſit in eſſentiam.vtrūque aſſumptū po teſt habere vnū intellectū verū, & aliū falſum. ¶Pōt. n. intelligi rō,vt rō opponitur rei, ſiue enti extra animam.& hoc eſt falſum, quia ad quodcunque comparat᷑ ſemper eſt res extra animā, pro pria realitate, quę eſt ad alterū. ¶Alio mō poteſt intelligi ratio idem,ꝙ modus, ſiue circunſtan tia rei ẜm Boetium. ſic concedendum eſt, ꝙ relatio ſit ratio reſpectu eſſentiæ,non tñ pp hoc tollitur,quin comparata ad ipſam ſit res. ¶Conſimiliter pōt intelligi tranſire in eſſentiã vno modo,ita ꝙ nō habeat propriã entitatem ad alterum. & iſte intellectus eſt falſus. ¶Alio modo tranſire in eſſentiam ſic, ꝙ non remanet diſtincta realiter ab eſſentia. Et licet non ſit hic quæſtio de identitate, vel diſtinctione relationis, & eſſentiæ, immo illa eſt difficilior quæſtione propoſita,tamen concedi poteſt, ꝙ relatio comparata ad eſſentiam eſt ratio ſecundo modo, hoc eſt modus, & tranſit in ipſam primo modo ſed ſecundo modo, hoc modo non manet realiter diſtincta,eſt tamen res extra ani mam propria realitate, quę eſt ad alterum, & ſic manet prout manere excludit * tranſitum‿ deſtructiuum proprie realitatis. ¶ Conſimiliter, ſi inferatur in concluſione,quòd ipſa vt cō parata ad oppoſitum eſt ratio, ſupple reſpectu eſſentię,quia ſic accipiebatur præmiſſa conceditur. ad nihil enim comparari poteſt,quod tollat ab ipſa, quin ſit modus eſſentiæ, tamen non * conſequitur, ergo vt comparatur ad oppoſitū, non eſt res, quia hoc mō eſſe rōnē non repugnat ei,quod eſt eſſe rē. ¶Si arguitur reſpectu eſſentię eſt res.ergo eſt alia res. & ſic non tranſit in eſſentiā, quantum ad identitatem realem. ¶ Reſpondeo,ꝙ quæſtio de realitate rela tionis non eſt quęſtio de alieta te.immo prima pertinet ad problema de accidente vel genere, ſecunda ad problema diffinitiuum de eodem,vel diuerſo,pa tet ex 1. Thopi in exemplo etiam patet idem, homo vt comparat᷑ ad ſortem eſt res. immo ſortes vt cōparat᷑ ad ſortē eſt res, & vtrun que probat᷑ quia idētitas realis non

a.l.t num fire ſtru ppri

a.l.f tur.

C.4.

nō eſt niſi rei ad rem. homo eſt idem realiter ſorti, & ſortes eſt idem ſorti, & vt dicitur idem ſortes comparatur ſor. patet de ſe. nec tñ homo vel ſorti, vt comparatur ad ſortes eſt alia res a ſorte, ſic ergo in propoſito ſtat ꝙ relatio vt cōparata ad eſſentiam eſt res, & tamē non alia res. Et ſi quæratur nunquid eſt eadē res cum eſſentia, vel alia, ſi detur, ꝙ eadem realiter. hoc tamē nō oportet pp qōnē propoſitam, ſed ſufficit dicere, ꝙ ipſa eſt res quę eſt ad alterū. ſic ergo ad quodcunque comparetur tranſit in eſſentiam, & manet.

QVÆSTIO. IIII.

Vtrum ſeparata, vel abſtracta relatione originis poſſet manere prima perſona diuina cōſtituta, & diſtincta.

e 1 atio ſ.16. 7.v- ſali9 d tu- .

DEINDE queritur de relatione originis in comparatione ad perſonam, & ſpecialiter ad perſonam primam. ¶ Vtrum. ſ. ſeparata, vel abſtracta relatione originis, poſſet manere prima perſona diuina conſtituta, & diſtincta. ¶ Et arguitur ꝙ ſic. quod aduenit perſonæ conſtitutæ, nec conſtituit, nec diſtinguit prima diſtinctione. relatio originis eſt huiuſmodi reſpectu primæ perſonæ in diuinis. ergo &c. probatio minoris, relatio originis ſequitur actionem, vel paſſionem. ex 5. Met. illa quæ conuenit primæ perſonę non poteſt ſequi niſi actionē: quia prima perſona non eſt ab aliquo: actio aūt nō pōt eſſe, niſi ſuppoſiti exiſtētis, ita, ꝙ relatio actionis præſupponit rōnē ſuppoſiti. ergo prima perſona eſt perſona, vel ſuppoſitū per aliquid prius ipſa relatione. ¶ Oppoſitum, abſtracta relatione non manet, niſi eſſentia, vel ſubſtantia communis, quæ non poteſt eſſe ratio conſtituendi perſonam, quia non eſt propria, nec incōicabilis, ergo &c.

no, . in nio:

IN HAC qōne, quæ ſupponit quoddam dictū cōe. ſ. ꝙ perſona diuina conſtituitur per relationem. quod dictū non diſcutiatur hic, quia eſt difficilius ꝓpoſito. ſed ſit in iſtis qōnibus ſuppoſitum, tanquā cōiter conceſſum. nō enim oportet oīa in dubiū reuocare, vbi ſuppoſitis dictis cōmunibus propoſitū poteſt declarari. nā iſta qō nō quęrit generaliter, ſi perſona diuina pōt cōſtitui per relationem, ſed ſpecialiter de prima perſona, qa de ea vr̄ eſſe ſpecialis difficultas. & hoc propter prioritatem eius, & alias, quæ videtur repugnare naturę correlatiuorū: ergo ſupponendo cōem opin. de eo qđ quæritur ſpecialiter de prima perſona, ſunt hic quatuor videnda. ¶ Primo, ſuppoſito quòd aliqua perſona diuina conſtituatur per relationem, vt videtur quæſtio ſupponere an repugnet ſpecialiter primæ perſonę? Secundo, dato quòd non, qua relatione poſſet prima perſona conſtitui? ¶ Tertio, qualiter ſe habent iſtæ relationes adinuicem, quæ communiter conceduntur ineſſe primæ perſonæ? ¶ Et vltimo patebit, quaſi pro quodam corollario cum quali abſtractione, vel ſeparatione poſſit ſtare ratio primæ perſonæ.

Vide diſ. 16. pri.

DE PRIMO accipio hanc propoſitionem, ſuppoſitis eiuſdem

dem non repugnat habere proprietates hypoſtaticas, quę ſunt ſimul natura, probatur iſta, quia ſuppoſita eiuſdem naturæ non habent inter ſe prioritatem naturæ, ſeu prioritatem eſſentialem. t. com.11. ¶Et confirmatur per philoſophum. 3. Metaphy. concordantem in hoc cũ Platone. in his quæ ſunt eiuſdem ſpeciei non eſt prius & poſterius, nunc autem ex hypotheſi ſecunda perſona poteſt cõſtitui per relationem aliquam originis. ergo non repugnat primæ perſonæ conſtitui per aliquam proprietatem, quę ſit ſimul natura cum illa. cuiuſmodi eſt alia relatio originis.

¶Præterea, ſi ſpecialiter repugnaret primæ perſonę conſtitui per relationem originis, non eſſet propter aliquid commune ſibi, & alijs, quia ex hypotheſi non repugnat alij. ergo propter aliquid, quod eſt ſpeciale primæ perſonæ, ſed hoc eſt falſum, quia nihil eſt ſibi ſpeciale, niſi prioritas originis, ſecũdum quam quælibet perſona eſt ab ipſa, & ipſa a nulla, ſed propter hanc prioritatem non repugnat ſibi conſtitui per relationem originis ad ſecundam perſonã, quia hoc non eſſet, niſi propter ſimultatem quam requirit relatio inter duo extrema, quę ſimultas videtur repugnare illi prioritati in hac pſona, ſed hoc non eſt verum. probo, qñ ſunt aliqui ordines alterius rationis, quorum vnus non includit aliũ, nec pręexigit nec coexigit neceſſario illum, põt iſte eſſe ſine illo, immo cum ſimultate oppoſita illi ordini, patet ſatis in exẽplo. ordo durationis, & naturę ſunt tales, ꝙ ille qui eſt naturæ, non includit illũ qui eſt durationis, nec neceſſario pręexigit, ſiue cõexigit, ideo nõ põt eſſe ſine illo. patet & ratione: quia nũquã eſt impoſſibilis ſeparatio, niſi per hoc, qđ hoc includit ſiue neceſſario coexigit illud. Nunc autẽ ordo naturæ ſiue eſſentialis, & ordo originis, ſic ſe habẽt, ꝙ ordo originis nõ ſemper includit ordinẽ eſſentialẽ, nec ipſum neceſſario præexigit, nec coexigit. ergo põt ſtare ſimultas oppoſita ordini eſſentiali cum ordine originis, ſed ſimultas oppoſita ordini eſſentiali ſufficit ad ſimultatẽ correlatiuorum. ergo pñt aliqua eſſe ſimul ſimultate correlatiuorũ, quæ eſt ſimultas eſſentialis, & tñ eſſe ordo originis inter ea. minor quæ eſt bipartita. ſ. de nõ includendo ordinẽ, vel non præexigendo illũ, probatur, quia ordo naturę ſiue eſſentialis, neceſſario includit imperfectionem in altero extremorum. ſ. in poſteriori, ordo aũt originis non requirit, niſi quòd hoc ſit ab hoc, hoc aũt eſſe ab hoc non includit neceſſario imperfectionem eius, quod eſt ab hoc, quia non includit neceſſario, ꝙ procedens ſit imperfectius natura illo, a quo ꝓcedit. proceſſio enim non includit de ſe ꝙ ſit ęquiuoca, nec per conſequens, quòd forma imperfectior ſit in producto, quam in producente.

IVXTA ILLVD qđ ſupponitur de ſecundo articulo. dico, quòd alia relatione conſtituitur ſecunda perſona, & alia ſibi oppoſita conſtituitur prima perſona. probatur ſic. Prima proprietas incommunicabilis poſitiua eſt proprietas conſtitutiua primæ perſonæ,

talis

ſalis eſt illa quæ correſpondet correlatiue primę relationi in perſona producta.ergo &c.maior patet,quia cum perſona includat eſſentiam & entitatē incōicabilē, quæ ſunt in iſta. qō. ſuppoſita ſm Ric.4.de tri. proprietas primæ perſonæ nō oportet ꝙ aliquid p ſe importet,niſi primā entitatē incōicabilē. minor patet quia ſm ſcīam cōem in iſta qōne ſuppoſitā,nihil pōt eſſe ibi incōicabile,niſi proprietas pertinens ad originē, & per conſequens in prima perſona non eſt incōicabile,niſi proprietas pertinens ad primam originem. Illa.n.quæ pertinet ad ſecundam originē, cōicabilis eſt, quia eſt duarū perſonarū producentiū.Illa aūt quæ pertinet ad primā productionē actiuā, opponitur illi,q̄ pertinet ad primā paſſiuam. ſicut enim filius primam proprietatem hēt pertinentem ad generari, ſiue dici. ita pater primam proprietatem incommunicabilē habet pertinentem ad dicere,ſiue gignere, quia illa conuenit patri ſm ꝙ habet intellectum fęcundum, qui intellectus eſt prima rō productiua in patre.

in 1. .q.4. ubio. erali f.27. et di. .1.

CONTRA iſtam rationem inſtatur, contra vtramque iſtarum præmiſſarum.& primo, quantum ad maiorem, vr̄ enim ꝙ ingenitum ſit prima rō conſtitutiua primæ perſonæ,& tunc maior eſt falſa,ꝙ prima ꝓprietas poſitiua ſit proprietas perſonalis. hoc probatur auctoritate & rōne. ¶Auctoritas eſt Dama. c.9.Omnia,inquit,quę habet pater,filij ſunt,præter ingenerationem, quæ non ſignificat driam ſubſtantiæ,ſed modum exiſtentiæ.hæc ille. ¶Ratio autem talis eſt, primum incommunicabile eſt prima rō conſtituendi primā perſonam.hoc probat᷑. quia cum eſſentia ſit rō perſonæ eſſendi ſimplr̄,& cuilibet perſonę ēt eſſendi hæc. nihil ergo vltra requiritur ad rōnem perſonæ niſi incōicabilitas, & ita incōicabili & quocunque primo habito hr̄ perſona. ſed ingenitum vr̄ importare primum incōicabile.ergo &c.probatio minoris. quod eſt ab aliquo, & ab ipſo aliud.prius reſpicit illud a quo eſt,q̄ illud,quod eſt ab ipſo,hoc probatur,quia per ipſum prius a quo ipſum eſt,hēt eſſe, ordo aūt ad poſterius præſupponit eius eſſe. Ex iſta propoſitione de ordine poſitiuo ad prius, & poſterius,infert᷑ hoc conſequēs, ꝙ ſi aliquid non hēt ordinē ad prius,ſed tm̄ ad poſterius,quod eſt ab ipſo, per prius ſibi conuenit negatio ordinis ad prius, q̄ ordo ad poſterius, nunc autem prima perſona non habet ordinem ad priorem,& habet ordinem ad poſteriorem. ergo ſibi prius conuenit illud quod negat ordinem ad ſuum prius. tale eſt ingenitum. Quod autem prius ſibi competat negatiua ordinis ad prius, quā ordo ad poſterius.probo, quia non tantum contradictoria referuntur ad idem inſtans durationis, ſed ſicut licet loqui ad idem nunc, ſiue ſignum naturæ, hoc patet inducendo,quia cum hæc ſit vera in primo mō dicendi per ſe, hō eſt rōnalis,hæc aūt vera in ſecundo mō,hō eſt riſibilis, hæc aūt per accidens,hō eſt albus,& ſic pn̄t aſſignari inſtantia naturæ,ſiue ſigna naturæ quantum, ad ordine iſtarū prædicationū ſi affirmaretur hominem eſſę

rationalem per ſe in primo ſigno naturæ, ſiue primo modo, & negeč ipſum eſſe rõnalem ſecundo modo, ſiue in ſecundo ſigno naturæ non eſt contradictio, ſicut non eſt contradictio, ſi dicatur hoīem eſſe album in tertio ſigno, & non eſſe album in primo ſigno, vel ſcďo. patet ergo, ꝙ iſta non eſt cõtradictio niſi pro eodẽ ſigno natu ę, & ita in ſignis originis eſſe ab alio, & non eſſe ab alio, ſunt contradictoria. patet de ſe, ergo pro quocunque ſigno attribueretur alicui eſſe ab alio, ſi hoc ſibi competeret pro eodem ſigno attribueretur ſibi hoc, quod eſt non eſſe ab alio ſi hoc ſibi competit, ſicut ergo ei quod eſt ab alio per prius cõuenit ordo ad illud, a quo eſt, q̃ ad poſterius, ſic ei ꝙ non eſt ab alio prius cõuenit negatio ordinis ad prius, q̃ ordo poſitiuus ad poſterius. Si arguitur contra hoc, ꝙ negatio non habet conſtituere perſonam ¶ Rñdetur. ꝙ illud perſonale, quod intelligitur ſuperaddi eſſentiæ ſufficit ꝙ habeat primã rõnem incõicabilitatis, eſſentia enim perſonæ tribuit & eſſe & hoc eſſe, & quicqd poſitiuum eſt. Si ergo affirmatio, vel negatio poſſit hr̃e rationem incõicabilitatis in prima perſona ſufficit ad conſtituendum perſonam, illa aũt negatio hẽt, (vt probatum eſt) primam rationẽ incõmunicabilitatis, ergo &c.

Quid eſſentia perſona tribuat.

CONTRA iſtum modum dicendi. arguitur ſic. proprietas conſtitutiua eſt omnino formaliter, & primo incommunicabilis, nulla negatio formaliter, & p ſeipſam eſt primo incommunicabilis. Ingenitum aũt vt diſtinguitur formaliter ab eſſentia, & relatione poſitiua ad productũ non dicit, niſi negationem formaliter, quia ſm Aug. 5. de trin. c. 6. cum ingenitum dicitur nõ quid ſit, ſed quid non ſit oñdiť, & multę auctoritates ad hoc patent. ergo prima propoſitio patet, quia cũ perſona ſit formaľr incõicabilis exiſtentia, oportet ꝙ illud quo aliquid eſt pſona, primo ſit formaliter incõicabile, ergo &c. ¶ Secunda propoſitio patet, quia negatio propria exigit poſitiuum proprium, ad quod conſequitur, *nulla enim negatio eſt propria oĩno alicui. hoc eſt ſoli illi neceſſario conueniens, niſi quia repugnat affirmatio oppoſita. Affirmatio autem quæcunque nulli enti repugnat, niſi per aliquod poſitiuũ, quia ſi per negationem, quæro an illa negatio conſequitur aliquod poſitiuum cui repugnat illa alia affirmatio, & ſic hr̃ propoſitum. Aut non conſequitur poſitiuum, & tunc negatio omnino prima eſt in illa vnitate ſiue diſtinctione, & entitate p cõſequens, qđ eſt incõueniens: aut neceſſario dabitur, ꝙ negatio conſequitur poſitiuum, ſed non proprium iſti. ergo & cætera. Et tunc ſequitur, quod negatio non erit propria iſti, quia illud per quod negatio conuenit non eſt proprium iſti. ¶ Rñdetur ad min. ꝙ ingenitum nõ importat negationem ſimpliciter, ſed aliquid pertinens ad dignitatẽ, quia hoc, quod eſt hr̃e eſſe a ſe. Alio ẽt mõ importat fontalem plenitudinẽ, qđ eſt pfectionis ſimpľr in prima perſona ſm Aug. 4. de tri. c. 9. ¶ Contra primũ, cum dr̃, a ſe, aut intelligiť, ꝙ hęc propoſitio. a. importat circunſtantiã cauſæ, vel principij

B. vi di. 1 687. c.

Gui. … ſiodor… Quar… na. &…

cipij poſitiui,& ſtatim patet cō
14. tradictio,quia ſm Aug.1.de tri.
c 1.nulla mēs capit, ꝙ aliquid
ſit a ſe:aut intelligitur negatiue
tm̄,quia non hēt aliquid ꝓ prin
cipio,vel cā, & hr̄ propoſitū de
negatione.¶Cōtra ſm, fontalis
plenitudo,aut dicit negationē,
& hr̄ propoſitū, aut poſitionē,
& tunc vel eſſentiā.Et ſequit̃,ꝙ
ſi ingenitū ſit proprietas perſo-
nalis. ergo & eſſentia. aut rela-
tionē poſitiuā, & patet, ꝙ non
niſi ad perſonā,& tunc ſi ad per
ſonā,aut ad vnā, aut ad plures,
non ad producentē, vel produ-
centes.ergo ad productam, vel
productas, ſi ad plures non po-
terit eſſe vnum formale princi-
pium conſtitutiuum perſonæ:ſi
ad vnā,& ſingularē,aut relatio-
nē ad perſonā primā productā,
aut ſecundā, & tunc non tenet̃
poſitū.ſ. ꝙ ingenitū vt diſtin-
guitur contra paternitatem, vel
ſpirationem cōſtituat perſonā,
aut relationē vnā abſtractā ab
iſtis.ſ.paternitate, & ſpiratione,
& tunc ſi pōt aliqua talis rela-
tio cōis abſtrahi ab iſtis duab.
ſequitur,ꝙ prima perſona non
aliqua vna relatione. ſ.ſingulari
ſignata in exiſtentia ſit perſona,
ſed aliquo mō vna abſtracta a
relationibus duabus,& hoc alte
rius rōnis, quia probatū eſt in
q.pręcedēte, ꝙ duæ productio
nes actiuæ in diuinis non pñt
eſſe eiuſdē rōnis,& tunc prima
perſona non conſtitueretur for
malr̃ aliqua conſtitutiuo vnius
rōnis, quaſi ſpecificæ, ſed vno
abſtracto a duobus quaſi alte-
rius rōnis. Nec oportet hic im-
morari,quia multi magiſtri hic
concedunt propoſitum quan-
tum ad maiorem, ꝙ aliquo, in-
cōicabili poſitiuo conſtituitur
prima perſona, de qua eſt hic
ſermo.¶Cū ergo arguit̃ pro iſta B *Eadem ſolutio habentur in 1.di.26. pag.641. c.2. & di. 28. in Report. q.1. ad primū argumentum.*
opi.pro ingenito per Dama.pa-
tet per eū rñſio ibidem, ſubdit
enim,in ſolis proprietatibus pa
ternitatis & filiationis, & pro-
ceſſionis drĩam cognoſcimus.
ergo.qñ prius accepit oĩa præ-
ter ingenerationem &c. intelli-
gendum eſt, ꝙ ſub ingenerōne
comprehendit paternitatem,ſi-
cut patet in diuerſis capitulis.
eius.nunc nominat vnā proprie
tatē primæ perſonæ, nunc aliā,
& per conſequens per vnāquā-
que intelligit quamcunq; pro-
prietatē propriā.¶Ad rōnē, cō
cedo,ꝙ ordo ad prius,quodam
modo præcedit in aliquo or-
dine ipſius ad poſterius, maxi-
me qñ ordinatum eſt in ſe abſo
lutum: concedo ēt ꝙ negatio
ordinis ad prius in abſoluto ꝑ-
cedit ordinem poſitiuum eiuſ-
dem ad poſterius, ſed nō ſic in
illo quod conſtituitur formalr̃
per ordinem ad poſterius,quia
nullus ordo in illo poteſt eſſe
prior, nec ēt negatio ordinis,q̄
ſit ordo,quo conſtituitur. ſi er-
go eſſet ſuppoſitum abſolutū,
poſſet concedi, ꝙ ingenitū eſ-
ſet quodam modo prius pater-
nitate.ſed cum probatur gñali-
ter de quocunque ſuppoſito
de ordine ad poſterius,& nega-
tione ordinis ad prius.illa pro-
poſitio,qua dr̃ ꝙ contradicto-
ria referuntur ad idē, nunc nō
ſolum in ordine durationis, ſed
etiam naturæ,& originis,eſt ve-
ra,intelligendo de per ſe contra
dictorijs, prout affirmatio com
paratur ad generationem, non
eſt autem vera intelligendo de
affirmatione & negatione com
parando ad tertium de quo di-
cuntur.Exemplū. album pro a.

&c non album pro.b.non contra dicunt inter ſe,nec ad quodcũque comparantur,& hoc intelligendo per.a.&.b . ſiue ſigna durationis , ſiue ſigna naturæ vel originis . Sed ſi iſta comparantur ad aliquid, cui conueniunt, vel conuenire poſſunt,nõ oportet quod ſi album conueniret ipſi.c.pro a.quod non albũ cõueniret ipſi.c.pro.a. Nihil enim eſt,quod non omnino primo ipſum ſit ipſum, ſicut homo omnino primo eſt hõ,& ſi hõ eſſet lapis,eſſet oĩno primo lapis , ſicut lapis eſt lapis , tñ non oĩno primo eſt non lapis , quia nulla negatio poteſt eſſe eadẽ alicui primo, ſicut ipſum eſt ipſum primo.concedo ergo, ꝙ intelligendũ eſt eſſe ab aliquo,& non eſſe ab aliquo referri ad idẽ inſtans,ſiue nunc cuiuſlibet ordinis ad hoc,ꝙ ſint contradictoria vt. ſ.pro quo nũc affirmatur eſſe ab alio, ꝙ poni pro eodem nunc nõ eſſe,abneget illud idẽ, ſed non oportet , ꝙ illi de quo iſta dicuntur conueniat æq̃ primo non eſſe ab ſicut illi conueniret eſſe ab,ſi eſſe ab ſibi conueniret, & per conſequens ſuppoſito cui conuenit negatio ordinis ad prius prioritate originis,non æque primo conuenit iſta negatio , ſicut conueniret affirmatio ordinis,ſi illum ordinem haberet.

Henri. in ſumma et quol.9.q. 2.et 3. ALITER reſpondetur ad hue ad rationem, & hoc ad minorem ſic, ꝙ licet perſonæ primæ ad ſecundam ſit relatio originis ſola vna realiter,tamen illa diſtinguitur ſecundum rationem,prout eſt habitudo primæ perſonę ad ſecundam.poteſt.n. intelligi ſub ratione aptitudinis ad generandum,vt exprimitur ſub nomine generatiui, & ſub ratione potentiæ, vt ſuppoſitum exprimitur per hoc , ꝙ eſt potens generare,vel ſub ratione actus,vt exprimitur per hoc nomen generans, vel ſub ratione habentis genitum coexiſtens,vt exprimitur ſub nomine patris. illa ergo relatio perſonæ primæ ad ſecundam , quæ eſt realiter vna ſecundum illam rationem conſtituit primam perſonã,ſ̃m quam dat ei eſſe perſonale,hoc autem eſt ſ̃m primã iſtarũ rõnũ,quia ſ̃m quamlibet aliam vr̃ competere perſonæ iam conſtitutæ.prima aũt oĩno eſt rõ gñatiui.ergo &c. ¶ Hec minor declaratur , quia illa eſt prior ſ̃m quam immediatius hẽt ordinẽ ad oppoſitũ. nam in ordine ad oppoſitum attenditur iſta diſtinctio rõnum. mediatius aũt reſpicit oppoſitum ſub ratione iſta,quæ eſt pater , & immediatius ſub iſta rõne generatiuũ. hoc ẽt declaratur, quia aliæ rõnes ſ̃m quendam ordinem ſe includunt,& non econuerſo. non enim oẽ generatiuum eſt potẽs generare , ſed econuerſo . ſicut nec omne potens generare generat,ſed econuerſo: nec omne generans eſt pater, vtpote ſi moriatur ante formationem fętus in vtero, ſed econuerſo. omnis pater qui habet fętum generatum coexiſtens generat, vel generauit,vr̃ ergo generatiuũ eſſe primum tanq̃ incluſum in cæteris,vel eis ſuppoſitum.Quando ergo accipitur in minore rationis principalis in iſto articulo, ꝙ generare eſt prima proprietas incommunicabilis in prima perſona, hoc eſt verum loquendo de iſta relatione ſecundum rem quam importat generans, *Doctri. ſimilis. Ruæ.*

vel

vel generare,ſed non loquendo de ipſa ſub ratione generare, ſed ratione gñatiuitatis, q̄a ſic eſt prior, & ſi huic addatur, ꝙ ſecunda perſona conſtituitur ꝑ generari, vt generari, tunc illa eſt falſa, prima perſona conſtituitur per relationem oppoſitā illi,quæ conſtituit ſecundam ꝑſonam,& hoc intelligendo, non de relatione eadem ſecundum rem,ſed de ratione eiuſdem relationis realis.¶ Aliter reſpondetur ad eandem minorem, quod conſtitutiuum primæ perſonæ poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo,vt proprietas. Alio modo,vt relatio. Conſtituit autem,vt proprietas, & per conſequens non vt relatio correſpondens relationi in ſecunda perſona.

CONTRA iſta arguitur dupliciter. ¶ Primo,contra ambo coniunctim. ¶ Secundo, contra vtranque diuiſim.¶ Coniunctim ſic,Relatio non conſtituit perſonam, niſi ſecūdum ꝙ eſt in re, & ex natura rei, alioquin non conſtitueret perſonā realem, quia reale non conſtituitur,niſi per illud quod eſt in rem,& ex natura rei.Iſta relatio primæ perſonæ non eſt in re ex natura rei,niſi in ratione actualiſſima poſſibili ſibi, ergo quantumcunque poſſit conſiderari per intellectum ſub rōne aptitudinis, vel actualitatis cū non conſtituat perſonam diuinam, niſi vt eſt in re ex natura rei, & hoc non eſt niſi ſub ratione actualiſſima.ſequitur, quod nō conſtituit niſi ſub rōne actualiſſima.¶ Per idem contra ſecundam rñſionem,quia & ſi intellectus poſſit conſiderare circa paternitatem rationem proprietatis,& rōnem relationis, non tā ipſa eſt in re,niſi ſub vnica rōne reali,ſub iſta ergo conſtituet,& ſub illa non poteſt eſſe ad ſe,ergo relatio,& nō niſi relatio corrñdens ſecundæ perſonæ, & ita ſequitur propoſitū. ¶ Secundo ſic. iō ponitur iſta diſtinctio in vna via principij generatiui, & in alia ꝓprietatis, & relationis, vt vitetur conſtitutiuum primæ perſonæ eſſe oīno ſimul cū conſtitutiuo ſecundę perſonæ,quia vr̄ aliquo mō eſſe prius, ſed nō oportet hoc vitare tanq̄ incōueniēs, q̄a vt argutū eſt in primo articulo,vbi ſunt ordines diſtincti &c.ergo ſimul ſtāt ordo originis inter primā perſonam, & ſecundam,ſiue inter conſtitutiuum huius & illius, & ſimultas correlationis, non ergo vt vitet̄ iſta ſimultas oportet ponere illam generatiuitatem conſtitutiuum patris,vel aliā proprietatē, & non paternitatē,quantum ad primā viā,nec ēt paternitatē vt proprietatem,non vt relationē, quantū ad ſecundā viam, quia oīno ſub rōne reali conſtituit, & ſub illa eſt ad ſecundam perſonam,& ita ſimul cū illa.¶ Cōfirmatur, quia quod neceſſario dat eſſe pfecte alteri,ex hoc neceſſario eſt prius origine illo,& ſimul natura cū eo,ita ꝙ nō poteſt eſſe ſine eo. nō eſt ergo repugnātia inter eſſe prius origine,& eſſe ſimul natura, ſed neceſſaria cōcomitātia. qñ eſt pfecta origo,& cōpleta.¶ Cōfirmat̄ illud exēplo,ſed forſan includit aliquod dubiū, ſi ſortes eſt pr̄ Platonis, non ſolum ſortes eſt prior origine Platone,ſed ſortes pr̄ prior eſt origine Platone filio. Probo, quia paternitas eſt per ſe cauſa prioritatis originis.

inclu-

includendo ergo totum illud,
quod eſt per ſe cā alicuius prio
ritatis non per hoc tollitur illa
prioritas. ergo ſortes pr̄, prout
includit paternitatē quæ eſt cā
prioritatis, adhuc eſſet prior ori
gine Platone filio, vbi includit
ratione poſterioritatis originis,
& tñ ſortes vt pr̄ eſt ſimul natu
ra cum Platone filio, ſicut cor-
relatiuum cum correlatiuo.
¶ Poſſet ēt confirmari rō princi
palis contra vtranque rñſionem
ad iſtam minorem, quia in ſecū
da perſona non ponitur diſtin-
ctio aliqua in conſtitutiuo, nec
ēt ſm aptitudinē, nec ſm actua
litatē, nec ſm rōnē proprieta-
tis, & relationis, & tñ æqualiter
requiritur entitas poſitiua, &
entitas relatiua ad conſtituen
dū primā perſonā, ſicut ſcdam,
quia vtraque eſt æque incōica-
bilis, & vtraque eſt æque actua-
lis, & ſm cōem viam nulla pōt
eſſe prima entitas incommuni-
cabilis, niſi reſo originis. ¶ Con
tra primam viā arguit ſpāliter.
primo per hoc, ꝙ aptitudo non
eſt primo incōmunicabilis. Nō
enim vr̄ aptitudo incommuni-
cabilis, niſi vel per fundamētū
cuius eſt, vel per terminum ad
quem. ſi enim aptitudo, vt apti-
tudo non eſt primū, ſed eſt ali-
cuius entis cui aptitudo conue
nit, nec eius vnitas, ſiue incōica
bilitas erit oīno prima, ſed redu
cet ad aliquā entitatē, quæ ſi ſit
cōicabilis, ēt aptitudo conſe-
quens eſt cōicabilis. ſicut.n.na
tura humana cōicabilis eſt, ita
aptitudo riſibilis cōſequens eſt
communicabilis, & communi-
ter reſponſiones per aptitudi-
nem videntur minus efficaces,
niſi detur aliquid, per quod ſit
illa aptitudo. alioquin facile eſ-
ſet ſoluere omnia dicendo hoc
ſic eſt, quia talis aptitudo eſt,
non ſufficit hoc, ſi enim quæra- t. ph
tur quare lapis deſcendit, non t. c.
ſufficit reſpondere, quia aptus
natus eſt, niſi aſſignetur quę eſt
ratio aptitudinis, quia. ſ. grauis,
& hoc quia ſic mixtū eſt, quia
ſ. in eo dominatur terra. quod
eſt elementum graue, & terra
grauis, quia talis ſecundum ali-
quam qualitatem priorem, vel
quia talis ſecundum quiditatē
ſpecificam. ¶ Quando ergo ar-
guitur per illam rationem ꝙ re
latio conſtituit ſub ratione ge-
neratiuitatis, quia ſub ratione
illa conſtituit, ſub qua dat pri-
mo eſſe incōicabile, generati-
uitas vt talis. ſ. vt diſtinguitur a
generare eſt huiuſmodi. minor
iſta dupliciter eſt falſa. Et quia
vt ſic non dat eſſe actualiſſimū,
quale ſolum poteſt eſſe in diui-
nis, & quia vt ſic non dat eſſe in
communicabile primo, quod ꝑ
ſe requiritur ad eſſe perſonale.
¶ Probatio etiam illa de media-
tiori & immediatiori conclu-
dit pro nobis, quia loquendo
de relatione originis primæ per
ſonę ad ſecundam, ipſa ſolum
ſub illa ratione ſub qua reſpicit
immediate ſecundam, eſt ibi
actualiſſime & ſimpliciter incō
municabilis: immo circunſcri-
pta illa ratione, ſub nulla alia eſ
ſet ibi actualiſſime, nec incōica
biliter. Quod innuitur in illa ꝓ
batione, ꝙ rōnes aliquæ eiuſdē
relationis, quaſi ſunt perſonę iā
conſtitutæ, reſpondebitur in re-
ſponſione ad primum principa
le. ¶ Poſſet etiam illud de im-
mediatiori aliter adduci pro
concluſione noſtra, quia ſecun-
da perſona formaliter conſti-
tuitur relatione, vt immediatè
reſpi-

reſpicit primam perſonam,non enim ponitur illa conſtitui generabilitate, & pari ratione in propoſito. ¶ Qñ autem confirmarur illa ratio per hoc, quod generatiuum includitur in quo libet alio, non econuerſo, hoc non concludit prioritatem con ſtitutionis perſonalis, quia non prioritatem in actualitate incõ municabili, ſed tantummodo in conſequendo, & vt plurimũ, quæ ſunt priora in conſequendo,ſunt communiora & minus incõicabilia. ¶ Contra ſecundũ, nulla entitas vna hic ſignata po teſt eſſe extra animam, quin vel ſit formaliter ad ſe, vel ad alterum. licet forte ſm aliquos poſſibil e eſſet aliquem cõceptum indifferentem haberi, quia nec per ſe eſſet ad ſe,nec ad alterũ. tamen nulla res extra animam poſſet eſſe indifferens, quin per ſe entitas hęc ſit ad ſe,vel ad alterum:detur illud ergo quod di citur conſtituere vt proprietas. dicatur. a. quæro ergo conſequenter an entitas eius in re ſit formaliter ad ſe,vel ad alterum. ſi formaliter ad ſe conſtitutiuũ per ipſum eſt formaliter ad ſe, quod ipſi negant. ſi formaliter ad alterum,ergo illud ſub ratio ne formali, qua conſtituit eſt relatio, quod eſt propoſitum. ¶ Præterea, cum dicis paternitas, vt proprietas, quæro quid intelligis, vel reduplicatur ibi formale conſtitutiuum perſonæ, aut aliquid conſequens in re, vel in intellectu formale con ſtitutiuum eius.

¶ Si ſecundo modo. da ergo illud formale conſtitutiuum ad quod ſequitur illud, ꝙ ipſum non eſt,niſi paternitas,vt paternitas, quia modus ille non conſequitur,niſi illam realitatẽ for malẽ. ergo conſtitutiuum eſt ꝑ ſe entitas ad alterum. ¶ Si primo modo, cum proprietas præciſe relationẽ rationis importet, ſequitur quod illa prima perſona conſtituitur relatione rationis, quod eſt abſurdum: ꝙ autẽ pręciſe importet relationem rõnis probat,quia dicit habitudinem paternitas ad patrem. paternitas autem ad patrem nullam habet habitudinem niſi rationis, quia nec diſtinctionem. ¶ Iſta ratio & principalis cõcluſio contra iſtã diſtinctionem declarat ſic,quan tumcunque ſit relatio realis ad oppoſitum realiter diſtinctum, tamen intellectus poteſt compa rare illam ad fundamentũ, vel ſubiectũ in quo eſt,& ſi ibi non ſit diſtinctio realis,nulla poteſt ibi eſſe comparatio, niſi per intellectum & ſolius rõnis. Nunc autem intellectus poteſt conſiderare illud ſub ratione iſtius comparationis, vel relatione rõ nis,per hoc. n. ꝙ ſic conſiderat nihil variatur in rõne illius, qđ primo conſiderat. Exemplum. riſibile comparať ad hominem ſub illa rõne,& habitudine qua eſt proprietas eius, & rõnale vt eſt dĩa ſpecifica & humanitas comparatur ad hominẽ ſub rõne qua eſt natura, ſiue quiditas eius. In omnibus iſtis comparationibus non variatur eſſentia per ſe eius,quod comparatur: ſi enim q̃ratur qua rõne riſibilitas eſt demonſtrabilis de hoĩe vel eſt per ſe paſſio eius riſibile vt riſibile, ita ꝙ ſi verum eſt hoc riſibile, vt proprietas demonſtratur de homine per illud, vt denotatur aliquid conſequens rationem riſibilis, nõ autẽ diſtrahens ab eius rõne, etiã

Pondera verbũ contra formaliſtas de diſtinctione ex natura rei inter conſtitutiua & conſtituenda.

Speculatio ſubtiliſsima.

vt comparatur ad ipſum. vnde ſi riſibile ſecundum ꝙ riſibile eſt qualitas, etiam vt per ſe paſſio demonſtrata de hoīe eſt qualitas, non aūt eſt relatio, licet illud quod dicit modū eius. ſ. proprietas dicat relationem. ¶ Cō ſimiliter ſi rationale vt rōnale ſit ſubſtantia ſuo modo. rationale vt differentia ſpecifica hominis eſt ſubſtātia ſimili modo, licet hoc quod eſt eſſe dr̄iam importet quādā relationē rōnis, quia intenſionē ſecundā, & ſic vniuerſaliter quicquid reale cōuenit alicui cōſiderabili ſm ſe, & ſm aliquā habitudinē rōnis, ſi dicat̃ ſibi cōpetere vt tale. ſ. vt proprietas, vel differentia nō deſtruitur per ſe rō illius, quod ſubeſt illi habitudini, nec illa habitudo eſt formalis ratio alicuius prædicati realiter inhærentis, ſed tantūmodo eſt rō ſub qua illi, qđ ſub eſt competit illud * prædicatū. de iſta reduplicatione eius, qđ dicitur vt tale, patet in præcedēte. q. articulo ſecundo. Ad propoſitū paternitas, vt proprietas, cū non habeat̃ ibi, niſi quædam relatio rōnis, ſtabit ſemper eadē ratio formalis eius, de quo dicitur iſta comparatio. & illa præciſe erit ratio cuiuſcunque prædicati dicti de ſubiecto, & ita ſi paternitas vt paternitas ſit relatio. paternitas vt proprietas erit relatio, ſi enim intelligeretur ly vt proprie, vt cauſalitas inhærentiæ prædicati realis ad ſubiectum, ſicut iſta eſt falſa. paternitas vt proprietas eſt relatio ad filium, ita iſta eſſet falſa. paternitas, vt proprietas eſt relatio realis, ſed ſic eſt relatio rationis, quia hoc quod eſt eſſe proprietatem, non eſt ratio inhærentiæ alicuius prædicati realis, cum ipſum dicat formaliter relationem rationis, ſpecialiter autem de conſtitutione reali extra animam nihil iuuat tale, vt quia quod conſtituit formaliter aliquod reale, oportet eſſe reale, & vt reale.

ALITER dicitur adhuc ad minorem quaſi exponendo iſtam reſponſionem ſecundam de proprietate, quòd eſſentia diuina conſtituit perſonam, non tamen abſolute, vt eſſentia, ſed vt ſola ratione differens a relatione. ¶ Primum probatur ſic, quia perſonæ conuenit per ſe ſubſiſtere. ſola autem eſſentia eſt ratio ſubſiſtendi, quia ſecundum Aug. 7. de trini. c. 7. vel. 9. ſubſtantia eſt qua per ſe pater eſt. & idem. ſupra. c. 4. oīs res ad ſe ſubſiſtit, quanto magis Deus? per relationem autem comparatur perſona ad oppoſitum. *Th. te q art. re ces nom les.*

CONTRA illud, cum dicitur ꝙ eſſentia vt ſola ratione differens a relatione conſtituit perſonam primam. aut ly vt dicit formalem rationem reſpectu prædicati, aut quid conſequens formalem rationem. ¶ Si primo modo, cum hoc, quod eſt differre ſola ratione relationem non importet, niſi relationem rationis, ſequitur ꝙ relatio rationis eſt ratio formalis conſtituēdi perſonam. ¶ Si ſecundo modo, tunc quæro illud reſpectu cuius illud, vt, dicit rationem conſequentem, hoc non poteſt poni niſi eſſentia ſecundum ſe, qa tu dicis, ꝙ eſſentia &c. ergo eſſentia ſm ſe erit rō conſtituēdi in re, quod tu negas. ¶ Præterea. eſſentia vt ſola ratione differens a relatione aut eſt communicabilis, aut non. ¶ Si cōmunicabilis. ergo cōicabile formaliter cōſtituit incōicabile. ¶ Si incom-

communicabilis, & eſſentia oĩ mō ēt vt eſſentia ſola rō ne differt a relatione tãtũmodo eſt ad ſe.& ita non formaliter ad alterũ,ſicut relatio.& tñ non realiter diſtincta a relatione.ergo eſſentia oĩno,vt eſſentia eſt ſola rō ne differens a relatione, & tunc vt prius eſſentia,vt eſſentia conſtitueret. ¶ Cõſimiliter põt argui, ſi eſſentia vt ſola rõne differẽs a relatione cõſtituit,tunc eſſentia aut eſt ad ſe, aut ad alterũ.¶Si eſt ad ſe, ergo conſtitutũ formaliter eſt ad ſe. ¶Si ad alterũ.ergo eſſentia, vt eſſentia erit ad alterũ,quia eſſentia vt eſſentia ſola rõne differt a relatione, ſicut probatum eſt. ¶ Præterea generaliter conſtitutiuũ eſt conſtituto ratio differendi, vel cõuenendi.non aũt ipſum, vt conueniens,vel differens,ſed ſm ſe cõſtituit, ſicut rõnale ſecundum ſe,non vt conueniens,nec vt differens conſtituit hominem,licet hõ conſtitutus per rationale per ipſum diſtinguatur formalis,vel conueniat: diſtinctio ergo, vel conuenientia conuenit conſtituto per rationem formalem conſtitutiuam,non autem includitur in ipſa ratione conſtitutiua. Da ergo hic aliquam rationem conſtitutiuam, quæ ſit conſtituto ratio conuenientiæ, vel differentiæ,ita tamen ꝙ in ipſa vt eſt ratio conſtituendi non includatur per ſe primo conuenientia, vel differentia. ¶ Ad argumentum autem pro iſta via de ſubſiſtere,dico quòd ſubſiſtere eſt æquiuocum.¶Vno modo accipitur pro per ſe eſſe, prout excludit inhærere,& in alio eſſe, vt pars in toto.& hoc modo vnum eſt ſubſiſtere, ſicut vnum eſt per ſe eſſe,& ſic loquutur auctoritates Aug.¶Alio modo ſubſiſtere eſt incõicabiliter per ſe eſſe, & hoc modo ſunt tres ſubſiſtentes,ſicut ſunt tres perſonę. qa tres ſubſiſtentes incommunicabiliter.licet nõ ſit niſi vnũ per ſe ens.maior ergo iſta,conſtitutiuum perſonæ dat eſſe ſubſiſtere,vel eſt ratio ſubſiſtendi,debet intelligi ſecundo mõ,quia eſt rõ incommunicabiliter ſubſiſtẽdi.

DE TERTIO articulo videtur, quòd ſi aliquid conſtituat ſub ratione priori ipſo ſeparato per rationẽ a ratione poſteriori poſſit remanere conſtitutum.qui ergo dicere diceret, ꝙ relatio originis ad ſecundã perſonam conſtituat primam ſub ratione generatiui,quæ eſt prior ratione generationis, vt generatio,videtur conſequenter dicere, quòd ſeparato ſiue circunſcripto generare poſſet prima perſona remanere, vel in ſe, vel ſaltem in intellectu conſiderante.ſed in re non poſſet fieri circunſcriptio vnius ſine altero, quia ſunt idem realiter. ¶ Conſimiliter ſi generare eſſet prius paternitate, & generare ſub ratione generare conſtitueret primã perſonam, videretur quod prima perſona poſſet remanere circunſcripta paternitate, vt paternitas eſt.

¶ Hic ergo duo ſunt videnda.¶ Primo de re, ſi eſt aliqua diſtinctio proprietatum in prima perſona, non quarumcunq;, quia de ingenito, & ſpiratione actiua nõ eſt hic ſermo, ſed illarũ quæ dicunt relationem origi nis inter primã perſonã & ſecũdam. ¶ Et ſecundo ex hoc cum quali circunſcriptione, vel abſtratione poſſet prima perſona remanere. ¶ De primo dico *Vide doc. ſubtilem.*

co

co duas concluſiones. ¶ Prima eſt iſta.vnica,ſola,& omnino vnica eſt relatio originis inter primam perſonam & ſecũdam ita ꝙ nulla eſt diſtinctio talis relationis qualitercunque in re ante meram conſiderationem intellectus.¶Secundo dico, illa relatio quæ omnino vnica eſt, ſic in re poteſt ratione diſtingui ſiue diuerſis rationibus conſiderari ¶Primum probatur dupliciter,primo ſic, vnica, & ſola eſt vnius ab vno perfecta origo.& hoc intelligendo originem actiuam vnicam a parte originantis.& vni cam paſſiuam a parte originati, licet hęc & illa ſint quodammodo duæ.Relatio autem originis inter primam perſonam & ſecundam dicit perfectam rationem originis ſecundæ perſonæ a prima,ergo eſt tantum vnica.& hoc accipiẽdo actiue a parte patris,& tunc eſt vnica actiua in patre, & quaſi paſſiue a parte filij,& erit ibi etiam vnica paſſiua.probatio maioris, illa non eſt perfecta originatio vnius ab alio, qua circunſcripta nihil minus ipſum eſſet perfecte originatum ab illo,ſed ſi ſint plures relationes originis qualitercunque diſtinctæ a parte rei ſint.a.& b.vna earum circunſcripta adhuc ſecunda perſona eſſet originata a prima,quia altera vt a.eſt relatio originis, & non niſi perfectæ originis. ergo b.non eſt perfecta originatio, ſiue ratio perfectæ originis inter illas,ſed ſi eſſent diſtincta ab a.eſſet relatio originis perfecta. ¶Conſimiliter arguitur de.b.circunſcripta.a.& ita vtralibet iſtarũ circunſcripta eſſet ſecũda pſona a prima,qa per alterã origi nationem,& non eſſet,quia perfecta eius originatio eſſet circunſcripta.¶Si dicas non poteſt a circunſcribi manente.b.nec econuerſo.¶Iſtud non valet, qa duabus originibus,quarum vtra que ſit perfecta, non poteſt idẽ ſuppoſitum originari ab eodẽ, per vtranque enim totum habe ret totum eſſe ,quod poſſet accipere a producente. & ideo impoſſibile eſt,ꝙ per alteram ſiue manentem cum ea,ſiue quocũque modo accipiat aliquod eſſe. ¶Hoc ſecundo arguitur per quoddam argumentum magis logicum.quia relationes diſtinctę qualitercunque , in re ſic, ꝙ non ſint omnino vnica formaliter realis,non prædicantur de ſe inuicem in abſtracto . licet ſint in eodem ſuppoſito,hæc .n. eſt falſa,paternitas ſiue generatio actiua eſt ſpiratio actiua, ſiue innaſcibilitas,ſecundum Auguſtinum.5.de trini.c.6. non eſt hoc idem dicere ingenitum, quod eſt dicere patrem , quia & ſi filium non genuiſſet,nihil prohiberet ipſum eſſe ingenitum. Iſta auctoritas habet ſuum intellectum.quia in ſecundo articulo dictum eſt,quod relatio ad ſecundam perſonam pręſupponitur ingenito , ſed ſaltem tantum habemus,ꝙ non eſt hęc vera,pręd icatio in abſtracto paternitas eſt inaſcibilitas, & hęc autem eſt vera , generatio actiua eſt paternitas, & econuerſo , & generatiuitas eſt generatio actiua,ſicut paternitas,& ecõuerſo.

CONTRA iſtud relatio,ptinens ad ſecundum modũ fundatur ſuper actionem & paſſionem ex.5. Meta. & ad propoſitum videtur ibi dicere , ꝙ pater dicitur quia genuit , ſicut filius quia genitus eſt.ſicut ergo funda-

damentum non eſt idem relationi,nec econuerſo, ſic generatio,& paternitas. ¶Hoc confirmatur per Hila.9.de trini.c. 15. Exitio autem a Deo eſt abſoluta natiuitas, quam paterni nominis conſecuta eſt confeſſio. Vult ergo dicere, ꝙ paternitas conſequitur natiuitatem,ſiue generationem, & hoc declaratur per hoc, quia pater non eſt pater ex hoc ꝙ generat, ſed pręciſe per hoc ꝙ habet genitum coexiſtens ſecum, habere autẽ genitum coexiſtens videtur differre ab eo quod eſt generare, quia in animalibus deſcendens ſemen habet actum generationis,ſicut ſibi conuenit actus, & tamen tunc non habet genitum ſecum coexiſtens, & per conſequens tunc non eſt pater, ſed poſtea.

DICO TAMEN quòd in Deo omnino eadem relatio realis eſt generatiuitas,generare paternitas,quia ſecundum Augu. de fide ad Petrum.c. 2. propriũ ſolius patris eſt, nõ quia non eſt natus ipſe, ſed quia filium genuit, & ſecundum Hila. 12. de trini.patri proprium eſt ꝙ ſemper eſt pater, & filio ꝙ ſemper eſt filius.& ponit magiſter ſententiarum auctoritates lib.1.diſtin. 16. Non eſt autem niſi vna proprietas perſonalis vnius perſonæ,ergo eſt eadem hæc & illa:eſt tamen iſta proprietas diſtincte conſiderabilis & ſic eſt potens habere diſtinctas rationes.& hæc ſit ſecunda concluſio hic propoſita,& iuuabit ad ſolutionem obiectorum. ¶Hic dupliciter quidem poſſet aſſignari differentia rationis, ſiue rationum ſub quibus poſſet conſiderari iſta relatio. ¶ Vna quantum ad indifferentiam, ſiue indeterminationem, vel abſtractionem in conſiderando. ¶ Alia quantũ ad poſſibilitatem, vel actualitatem, vel completionem, ſiue determinationem. ¶ Quantum ad primam poſſunt iſta conſiderari, producens naturaliter, & ſimile in natura producens, & tertio incommunicabiliter exiſtens.& quo ad hęc producens, & patet ꝙ tertius modus eſt indeterminatior ſecundo, & ſecũdus primo. ¶ Secundo autem modo,poſſum concipere hunc hac generatione generatiuum, hũc potẽtẽ hac gñatione gñare, hunc hac generatione generantem,hunc quia hac generatione genuit,hunc quia hac generatione habet genitum ſecum coexiſtens. ¶ In creaturis prima differentia eſt vniuerſalitatis ſic, ꝙ extendit ſe ad plura, ſecunda differentia quę eſt hic rationis eſt ibi realis & cum ſeparatione reali,pro eo ꝙ aliquid imperfectionis importatur per ſe in vno,quod non in altero: & licet in diuinis prima differentia rationis poſſit aliquo modo ſaluari in vna conſideratione intellectus, ita ꝙ remaneat conceptus indeterminatior non remanente conceptu determinatiori, tamen in re non iuuat, q̄a omnino idem eſt in re, quod ſubſternitur iſti conceptui, & illi.¶Secunda differentia in diuinis ſaluat diuerſitatem conceptuum, ſiue diuerſorum modorum concipiendi : idem tamen applicando ei,quod eſt in re debet in quolibet accipi, quod eſt perfectionis,& omitti quod imperfectionis, nam in aptitudine & potentia imperfectionis eſt ſeparari ab actu, in actu eſt im-

imperfectionis, quod non ſtatim habet ſecum terminum, & ꝙ non manet ſed tranſit, & in eo quod quaſi conſequitur actũ ſuum, ſicut paternitas eſt imperfectionis, ꝙ non eſt ſemper in ſumma actualitate communicationis naturę, perfectionis autem eſt quod manet & habet ſecum correlatiuum coexiſtens. Ablatis ergo imperfectionibus, & retentis his, quæ ſunt perfectionis, generatio non eſt tantũ diſpoſitiua ad terminum, ſed cõplete productiua termini: quæ quidem generatio perfecta, & generatio completa, & generatio non tranſiens, ſed ſemp manens includit totum, quod requiritur: paternitas etiam quæ non ſequitur actum generandi quaſi diſpoſitiuum, & pręuium, & ita tranſeuntem, & manet in ſua actualitate completa, quæ ſemper eſt incompleta communicatione naturæ, ipſa includit totum. generatio ergo iſta completa & æterna, & paternitas illa completa & ęterna, & paternitas illa cõpletæ & æternę actualitatis omnino idem dicunt ex parte rei, ſed vnam rationem pfectionis, q̃ eſt in creaturis magis importat hoc nomen generatio, quàm paternitas, & econuerſo eſt de alia.

EX ISTIS PATET ad obiecta in * articulo, quæ videntur probare aliquam diſtinctionem ex natura rei inter generationem & paternitatem. ¶ Quando primo arguitur, ꝙ paternitas fundatur ſuper generationem actiuam ex. 5. Meta. illud requireret prolixiorem tractatũ. & de hoc ſatis dictum eſt alibi, tamen ad propoſitum dico, ꝙ aliquo modo generatio eſt prius paternitate in creaturis, non tamen eſt vt fundamentum, ſed ipſa potentia generatiua ſiue natura quę generat eſt fundamentum, ſed eſt præuia vt diſpoſitiua, ſine qua non exiſtente paternitas non ineſt, ita ꝙ ibi eſt diſtinctio, ſicut eſt inter diſpoſitionem præuiam & terminum cõpletum. Patet ergo ꝙ iſta ratio diſtinctionis non manet in diuinis, quia ibi non eſt generatio niſi completa & neceſſario ſecũ ponens terminum ineſſe, nec eſt paternitas conſequens communicationem, ſed perpetuę communicationis. ¶ Ad Hila. poteſt reſponderi, ꝙ nomen paternitatis poteſt dici ſequi generationem ſecundum ꝙ iſta in Deo comparantur ad generationem & paternitatem in creaturis, eſt quidem tunc quędam conſecutio ſecundum rationem, ſicut in creaturis eſt conſecutio realis, vbi enim aliqua ſunt diſtincta ſecundum rationem ſimilem habent ordinem rationis, qualem haberent realem, ſi eſſent diſtincta realiter, ſicut aliàs dictum eſt. ¶ Si quis autem proterue inſiſteret in verbis huius auctoritatis, poſſet faciliter reſponderi, ꝙ confeſſio nominis paterni cõſecuta eſt creationem mundi, & forte nomen paternum, & hoc loquendo de confeſſione, & nomine a quocunq; intellectu creato, ſed ipſa paternitas non eſt cõſecuta nec natiuitate filij, de qua intenditur in auctoritate Hila. nec etiam generationẽ patris, niſi conſecutione rationis, de qua dictum eſt. ¶ Per hoc patet ad aliud, quod dicitur de paternitate, ꝙ eſt habitudo habentis ſecum genitum, & ideo diſtinguitur a generatione in creaturis,

a.l.primo.
T.cõ.20.
Quære ſuper. 5. Me. de 27. & 28. diſ. 1. vtriuſque. & 8. di. 3. et 6. et 13. diſt. 4.

Sup 1. a 1. q in tis. bi ſ

tûris. & per oppoſitum hic non diſtinguitur,niſi in ratione.

EX ISTIS DVABVS concluſionibus: quomodo ſcilicet unica eſt in re relatio originis primæ perſonæ ad ſecũdam, quodammodo tamen diſtincta ſm rationem,patere poteſt,quo prima perſona manere poteſt ſeparata relatione originis ad ſecundam. Si intelligatur de manere in eſſe reali, patet quod non,nec oportet diſtinguere de iſta relatione, vt ſecundum vnã rationem,vel aliam accepta, q̃a quantum ad rem vnica eſt,& ita unica ſeparata in re non manet conſtitutum per ipſam. Si autẽ intelligatur de manere ſecundũ conſiderationem intellectus, & hoc abſque implicatione cõtradictionis,ut ſit ſenſus, an in conſideratione intellectus ſeparata relatione originis inter primam perſonam & ſecundam poſſet manere ſine contradictione intellectus primæ perſonæ, diſtinctione illa vr̃ vtendum, q̃ prius poſita eſt de diuerſis rõnib. eiuſdẽ relationis, quia ipſa ſeparata ſm oẽs illas rões,& hoc intellectu ſic circunſcribente eam a ſuppoſito non manet in intellectu aliquod ſuppoſitum relatũ relatione talis originis, quia q̃ cito intellectus concipit relationem talem originis ſm nullam rõnem ineſſe ſuppoſito,contradictio eſt ꝙ ſimul concipiatur ſuppoſitũ relatũ tali relatione, ſeparata tamẽ illa relatiõe apud intellectum ſm unam rõnẽ poſteriorem, non eſt contradictio ꝙ maneat in intellectu ſuppoſitum relatum ſm rõnem priorẽ. Iſtæ aũt rationes ĩ intellectu noſtro habent rationem conceptibilis prioris & poſterioris, ſicut natæ eſſent concipi ab obiectis proportionabiliter motiuis noſtri intellectus. ¶Separata tamẽ relatione originis ad ſecundam perſonam,ſecundum quancũq; rõnem eius,ſiue quantum ad indifferentiam,ſiue indeterminationem, ſiue quantum ad actualitatem,ſiue aptitudinem,ſiue ꝑteritionem,adhuc forte ſine cõtradictione, poſſet intelligi quis incõicabiliter ſubſiſtens.

¶Sed ſi quæritur, quo formaliter intelligeretur eſſe incõicabiliter exiſtens.¶Reſpondeo ab ipſo conceptu relatiuo incõicabili,& ab illa forma abſoluta incõmunicabili, forte poſſet abſtrahi quidam conceptus indifferẽtior,hæc.ſ.forma, vel entitas incommunicabilis,& illud in ſuo ſingulari proprio poſſet intelligi eſſe quo huius perſonę, licet non intelligatur in ſingulari aliquo alicuius conceptus inferioris, ſicut intelligo aliquãdo non ſolum ens, ſed hoc ens, vel ſubſtantiam hanc non determinate concipiendo in intellectu meo ſingulare alicuius inferioris, puta hoc animal, vel hunc lapidem, ſicut quod uideo a remotis prius apprehendo, quòd eſt corpus quam animal,& animal, q̃ hoc animal, & iſtũ conceptũ indifferentẽ formæ incõicabilis forte intellexit ille, qui concepit ſuppoſitum in diuinis non determinando in intellectu ſuo illud ſuppoſitum eſſe abſolutum, uel relatiuum, quo oportet dr̃e de philoſophis: niſi ponat̃, ꝙ omnis eorum de deo conceptus ad extra ſit falſus:quia planum eſt, ꝙ non conceperunt hoc ſuppoſitum relatiuum mouere cœlum, & tamẽ aliquod hoc ſuppoſitum poſue- *Specu'are diligenter*

runt mouere cœlum:quia actio non eſt niſi ſuppoſiti,ſi ergo nō conceperunt rationem ſuppoſiti incommunicabilis indifferentem ad ſuppoſitum abſolutum & relatiuum,neceſſario conceperunt hoc ſuppoſitum abſolutum mouere cœlum, quod eſt falſum.Nec iſti, quod dictū eſt de conceptu alicuius indifferentis ad abſolutum, & relatiuum, & de conceptu incōmunicabilis ſuppoſiti ad ſuppoſitum abſolutum, vel relatiuū repugnat illud quod dictum eſt ſupra ꝙ quæcūque entitas ſignata in re, vel eſt formaliter abſoluta, vel formaliter ad alterum: quia bene poſſibile eſt ab aliquibus abſtrahi conceptum indifferentē, nec abſolutum, nec relatiuum, & tamē quodcunque ſignatum exiſtens extra animam neceſſario, & determinate eſt hoc, vel illud,ita ꝙ indifferentia conceptus abſtrahibilis a pluribus nō concludit indifferentiam ſingularis exiſtentibus ad hoc, vel illud.

AD ARGVMENTVM principale patet in ſolutione q̄ſtionis ꝙ minor eſt neganda. ¶ Et ad probationem eius conceditur,ꝙ illa relatio conſtituēs primam perſonam pertinet ad originem, immo ipſa eſt originatio actiua. ¶Et cum accipitur,ꝙ actio præſupponit ſuppoſitum.Reſpōdeo,ꝙ prima entitas incommunicabilis nō præſupponit aliquod ens incommunicabile,nec per conſequens præſupponit ſuppoſitum, quia ſuppoſitum eſt ens incommunicabile. Actio autem prima productiua, ſiue productio prima, vel originatio actiua eſt prima entitas incommunicabilis in diuinis, quia illam nihil præcedit, niſi memoria perfecta, vel eſſentia, & totum hoc eſt communicabile, ſed primum producere non poteſt communicari, quia tunc productum per illud produceret ſe,quod eſt impoſſibile. nulla enim mens hoc capit ſecūdum Aug. 1.de tri.c.1. Cum ergo accipitur ꝙ actio * non poteſt eſſe niſi ſuppoſiti exiſtētis. ſi intelligatur hoc de eſſe hypoſtatico, poteſt intelligi, vel ſuppoſiti exiſtentis aliqua entitate priori ipſa actione, vel ſuppoſiti exiſtentis hypoſtatice ipſa actione formaliter, & ſic dupliciter poteſt intelligi, primo modo eſt falſa, quia non eſt ibi entitas hypoſtatica: quia nec incommunicabile ante actionem.ſecundo mō eſt vera: quia ipſa actione eſt ens hypoſtaticę, quia incommunicabiliter.¶Sed arguitur contra hoc:quia omne agere pręſupponit eſſe,ergo agere nō pōt eſſe prima rō eſſendi ipſius agentis. ¶Rn̄deo, eſſe in diuinis poteſt accipi, vel pro eſſe ſimpliciter,vel pro eſſe incōicabili. ſimpliciter non eſt ibi, niſi vnicū eſſe. ſicut ſæpe dictū eſt per Aug.vt eſſentiæ. eſſe aūt incommunicabile, ſiue hypoſtaticum eſt ibi aliud, & aliud, ſicut alia & alia perſona. Si ergo accipias in propoſito,ꝙ agere præſupponit eſſe ſimpliciter, quod eſt eſſe ad ſe, concedo. Si autem accipias,ꝙ agere præſupponit eſſe hypoſtaticum, quod in propoſito non eſt niſi eſſe ad alterum. falſum eſt, quia ipſum agere eſt primum eſſe ad alterū, ſicut ipſa actio productiua eſt prima habitudo ad alterū.¶Et ſi arguas,ꝙ nō ſolū agere pręſupponit quodcunque eſſe,ſed præſup-

B.1 diſ 1.p co. 12. q.1 c.1.

ſup-

ſupponit potēs agere. ſi.n. nihil eſt potēs agere tūc nō erit actio. ſed potens agere nihil eſt in ꝓpoſito, niſi ſuppoſitum. ergo vt prius agere præſupponit ſuppoſitū ¶ Reſpondeo, hic poſſe agere nullo modo a parte rei præſupponitur ipſi agere. immo agens eſt primo potens ipſo agere, ſed præſupponit illud quo, vt principio formali aliquid eſt potens agere. Iſtud & omnia dicta in ſolutione iſtius argumēti patere poſſunt, ſi concipiatur hoc, ꝙ aliqua habitudo realis vnica originis eſt inter primam perſonam, & ſecundā. Illa enim vnica eſt productio actiua, & eſt habitudo producentis ad productū, ſed vt cōiter loquimur de productione tanquam de habitudine, vel relatione concipimus ipſam habere aliquid, vt fundamētum. quando loquimur de ea, vt de actione concipimus eam habere principium formale productiuum. ſi ergo alicui non eſt difficile concipere, ꝙ relatio non præſupponit ſuppoſitum, ſed tātum eſſentiam, quę eſt quaſi fundamentū, ſicut conceditur cōiter ſm communem viam. nō eſt ei difficile cōcipere, ꝙ actio nō pręſupponit ſuppoſitum, neque vt agens, neque vt potens agere. ſed tantum præſupponit eſſentiam, quæ eſt quaſi ratio formalis agendi. ¶ Si contra iſtud arguitur. actio in diuinis non eſt pure relatio, ſed aliquid abſolutum. ¶ Hoc dictum, licet in creaturis a quibuſdam negaretur, ſaltem de actione productiua. quia non videtur, quod ratio ꝓductionis actiuæ poſſit intelligi ad ſe, ſed ad alterum: tamē quicquid ſit de hoc in diuinis actio productiua eſt mere habitudo: quia ſecundum Auguſt. 5. de Trini. c. 5. & 10. Omne quod eſt in diuinis, aut ſecūdum ſubſtantiam dicitur, aut ad alterū. & quod ſecundū ſubſtātiam dicitur commune eſt. origo igitur quęcunque, ſiue dicatur actio ſiue paſſio, formaliter eſt relatio. ¶ Si tandem arguitur logice, omnis actio denominat aliquod agens, ſed in propoſito non denominat niſi ſuppoſitum. denominans autem præſupponit illud, quod per ipſum denominatur. ergo &c. ¶ Ad hoc patet ex rñſione ad primū argumentū in tertio articulo quæſtionis precedētis, vbi dictum eſt, ꝙ nullū perſonale in diuinis proprie prædicatur denominatiue de aliquo ſubiecto incommunicabili, de quo eſt modo ſermo. licet forte poſſet dici prædicari denominatiue de aliquo ſignificāte eſſentiam communiter in concreto, vt Deus eſt generans. de tali denominatione non oportet hic loqui, quia talis prędicatio denominatiua verificatur pro aliquo contento ſub ſubiecto, quare autem non ſit ſibi proprie denominatio, ſiue prædicatio denominatiua de ſubiecto non tranſcendente. cauſa eſt, quia ꝓprie prædicatio denominatiua de ſubiecto, non eſt niſi in concreto, & non de eo quod includit proprium, ſed de ſubiecto receptiuo proprij. proprietas autē perſonalis in diuinis non prędicatur de aliquo in concreto non tranſcendente, niſi de ipſa perſona cōſtituta per ipſam, & ita includente ipſam. ergo de illa nō denominatiue prædicatur, ſola aūt eſſentia eſt ibi quaſi ſubiectū receptiuum talis ꝓprietatis. ¶ Sed de eſſentia non prędicatur

in concreto pp cauſam, quæ tan geti fine primi articuli qõnis ſe quentis. ¶Conſequenter quæritur de relatione originis in diuinis quantum ad perfectionem ſuam intrinſecam, & eſt queſtio.

vide ſupr. q.1. ar.3. idem.

QVÆSTIO. V.

Vtrum relatio originis ſit formaliter infinita.

VTRVM relatio originis ſit formaliter ĩfinita. arguitur ꝙ non, quia quicqd eſt formaliter infinitũ, eſt perfectio ſimpliciter, qa non põt eſſe magis pfectum, q̃ infinitũ formaliter. relatio originis non eſt pfectio ſimpliciter, ergo, &c. ꝓbatio mi. vna pſona hẽt relationem originis. quã alia non hẽt. ſi igitur illa eſſet pfectio ſimpliciter, una pſona hẽret aliquam pfectionẽ ſimpliciter, qua alia careret, quod eſt inconueniens. ¶Oppoſitũ arguit̃ ſic. ens diuiditur per finitum & infinitum, prius q̃ deſcendant in decem genera. ergo quodcunque ens, & ſi non ſit in aliquo genere erit finitum vel infinitum. relatio originis nõ eſt finita, quia tunc non eſſet idem realiter eſſentiæ diuinæ. finitum enim nõ poteſt eſſe idem realiter infinito. igitur ipſa eſt formaliter infinita.

HIC SVNT tria videnda. ¶Primo, de intellectu quæſtionis. ¶Secundo, quod eſt tenendum de queſtione. ¶Tertio, dubia occurrentia excludentur.

DE PRIMO infinitum ſm philoſophum. 3. phyſic. eſt cuius t.c. 6?. quantitatem accipientib. i. quã tuncunque accipientib. ſemper aliquod reſtat accipere. Et ratio eſt, quia infinitum in quãtitate (ſicut loquitur philoſophus) nõ põt habere eſſe, niſi in potẽtia, accipiẽdo ſemper alterum poſt alterũ, & ideo quantuncunq; accipiatur, illud non eſt niſi finitũ, & quædam pars totius infiniti potentialis. & ideo reſtat aliquid alterum ipſius infiniti accipiendũ. Ex hoc concludit, ꝙ ſicut in t.c. finitum hẽt eſſe in fieri, & in po inde tentia in quantitate, ita non hẽt rõnem totius, quia totum eſt cuius nihil eſt extra. ſed extra illud infinitum, hoc eſt extra illud qd habet eſſe de ipſo ſemp ẽ aliquid extra, nec eſt pfectũ qa p fectum eſt cui nihil perfectionis deeſt. ſed iſti ſemper aliquid deeſt ¶Ex hoc ad propoſitum commutemus rõnem infiniti in potentia in quantitate, in rõe infiniti in actu in quantitate, ſi poſ- 5. m ſet ibi eſſe in actu. ſi enim nunc 2 t. neceſſario ſemper creſceret quãtitas infiniti per acceptionẽ ptis poſt partem, & imaginaremur omnes partes acceptibiles eſſe ſimul acceptas, & ſimul remanere, haberemus infinitã q̃titatem in actu, quia tanta eſſet in actu quanta eſſet in potẽtia. Et omnes illæ partes quæ in infinita ſucceſſione eſſent reductæ in actum, & haberent eſſe poſt alias, tunc ſimul eſſent in actu acceptæ, illud infinitum in actu uere eſſet totum, & uere perfectum totum, quia nihil ſui eſſet extra. perfectum eſſet, quia nihil ſibi deeſſet, immo nihil poſſet addi ſecundum rationem quantitatis, quia tunc poſſet excedi. ¶Ex hoc ultra. Si in entibus intelligamus

mot. 11. 3 phi 69.

aliquid

a- ti- s. aliquid infinitum in entitate in actu, illud debet intelligi proportionabiliter quantitati imaginatæ infinitæ in actu, ſic, vt ens illud dicatur infinitū, quod non poteſt ab aliquo in entitate excedi, & ipſum vere habebit rationem totius, & perfecti. totius quidem, quia licet totum infinitum actu in quantitate, nulla parte ſui, nec etiam parte quantitatis talis careret, tamen quælibet pars eſſet extra aliam, & ſic totum eſſet ex imperfectis. ſed ens infinitum in entitate ſic nihil entitatis habet extra, quod nec eius totalitas depēdet ex aliquibus imperfectis in entitate. ſic enim totum eſt, quod nullam habet partem extrinſecam, quia tunc non eſſet totaliter totum, ita ēt quamuis infinitum in actu eſſet perfectū in quantitate, quia ſibi ſm ſe totū nihil quantitatis talis deeſſet. tamen cuilibet parti eius deeſſet aliquid quantitatis, quæ ſ. eſſet in altera, nec ipſum eſſet ſic perfectum, niſi qdlibet eius eſſet imperfectum. Sed ens infinitum, ſic eſt perfectum, ꝙ nec ſibi, nec alicui eius deeſt aliquid. Si ergo ex ratione infiniti poſita in 3. phy. primo applicando ſecundum imaginationē ad infinitatem actualem in quantitate, ſi eſſet poſſibilis. vlterius applicādo ad infinitatem actualem in entitate, vbi eſt poſſibilis. habemus aliqualem intellectū, qualiter concedendum eſt ens infinitum intenſiue, ſiue in perfectione, vel in virtute. Ex hoc poſſumus ens infinitum in entitate ſic deſcribere, quod ipſum eſt cui nihil entitatis deeſt. eo modo quo poſſibile eſt illud haberi in aliquo vno. Et hoc pro tanto additur, quia non poteſt in ſe realiter & formaliter per identitatem omnem entitatem habere. poteſt etiam deſcribi ꝑ exceſſum ad quodcunq; aliud ens finitum ſic. Ens infinitum eſt quod excedit quodcunque ens finitum non ſecundum aliquam determinatam proportionem, ſed vltra omnem determinatam proportionem, vel determinabilem. verbi gratia, accipiatur hæc entitas, albedo exceditur ab alia entitate, q̄ eſt ſcientia in triplo. iterum excedit ab anima intellectiua in decuplo. iterū a ſupmo Angelo, eſt ꝙ in centuplo, qualitercunque procedis in entibus ſemper eſſet dare in qua proportione determinata ſupremum excedit infimum, non ꝙ ibi ſit proprie proportio talis, quali vtuntur mathematici, quia non conſtat Angelus ex aliquo inferiori cū aliquo addito, cum ſit ſimplicior, ſed intelligendum eſt hoc ſecundum proportionem virtutis, & perfectionis, ſicut eſt exceſſus in ſpeciebus. Hoc modo per oppoſitum, infinitum excedit in entitate finitum vltra omnem proportionem aſſignabilē. 3. phy. t. c. 62. & 67.

¶ Ex hoc ſequitur, quod infinitas intenſiua non ſic ſe habet ad ens, quod dicitur infinitum, tanquam quædam paſſio extrinſeca adueniens illi enti. nec etiam eo modo quo verum & bonum intelliguntur paſſiones, vel proprietates entis, immo infinitas intenſiua dicit modum intrinſecum illius entitatis, cuius eſt. ſic intrinſecum, ꝙ circunſcribendo quodlibet, qd eſt proprietas, vel quaſi proprietas eius adhuc infinitas eius non excluditur, ſed includi-

tur in ipſa entitate, quæ eſt vni-
ca.vnde de ipſa entitate pciſiſ-
ſime accepta,abſque ſ.quacun-
que proprietate verum eſt dice
re, ꝙ aliquam magnitudinem
propriam virtutis habet ſibi in-
trinſecam,& non magnitudinē
finitam,quia ipſa repugnat ſibi,
ergo infinitam.ipſum ēt infini-
tum præciſiſſime acceptum nō
ſub aliqua rōne proprietatis at-
tributalis,vt bonitatis,vt ſapien
tiæ poteſt cōparari ſm ordinē
eſſentialē ad aliqua q̄ excedit,
& non ſm aliquā proportionē
determinatam, quia tunc eſſet
finitū intrinſecus, ergo modus
cuiuſlibet infiniti intenſiue eſt
ipſa infinitas,quæ intrinſece di
cit ipſum eſſe,cui nihil deeſt, &
ꝙ excedit omne finitum vltra
omnem proportionem determi
nabilem. ¶ Et iſtud corollarium
9.vel 12. confirmatur per Dama. c.7.vbi
ipſe vult ꝙ eſſentia dicit pela-
gus ſubſtantiæ infinitum, & in-
terminatum. ſubſtātia ergo ſm
ꝙ habet rōnem oīno primi in
diuinis, & vocatur ab eo pela-
gus, ſic ipſa eſt infinita,& inter-
minata.ſic autem non includi-
tur in ea nec veritas,nec boni-
tas,nec aliqua proprietas attri-
butalis. ergo ipſa infinitas eſt
magis modus intrinſecus eſſen
tiæ, quam aliquod attributum.
¶ Viſo de infinito de hoc quod
quæritur, videamus.ſ.ſi relatio
formaliter poſſet eſſe infinita.
hoc enim non eſt quærere ſi re-
latio ſit eadem realiter alicui in
finito: de quo non eſt dubium
cōiter loquendo, quia realiter
Expoſitio ſubtiliſſima qōnis propoſitæ. eſt eadem eſſentiæ. Nec etiā eſt
quærere ſi relatio ſit per identi-
tatem illud infinitum.ſed eſt q̄-
rere ſi relatio formaliter, hoc
eſt ſm ſuam entitatē propriam,
quæ eſt entitas ad alterum,ſit
infinita intenſiue infinitate il-
lius entitatis. hoc eſt ſi entitati
propriæ huius paternitatis, vt
eſt entitas propria huius pater-
nitatis,ſit infinitas intēſiua mo
dus per ſe intrinſecus, ita per ſe
intrinſecus. ꝙ non tantum rō-
ne alicuius alterius,qđ ſit reali-
ter illi entitati idem, ſed non in
cludendo aliquam entitatē,niſi
iſtam, immo circumſcribendo
quodlibet præter iſtam ad alte-
rum,adhuc eſſet entitas illa quę
eſt ad alterum intenſiue infini-
ta in ſeipſa. ¶ Ex hoc patet ſta-
tim,ꝙ reſponſio illa,q̄ cōiter da
tur nō eſt ad qōnem, vtpote di
cendo quod relatio originis eſt
infinita formaliter, quia eſſen-
tia eſt infinita, & illa relatio eſt
eſſentia. Non enim quæritur ſi
ſit per identitatem aliqua res,q̄
ſit formaliter infinita, ſed q̄rit
an ipſa per ſe primo mō ſit illa
res,cuius modus per ſe intrinſe
cus ſit infinitas.Et ideo ſi ſic ar
guitur diuinitas eſt infinita,pa-
ternitas eſt diuinitas,ergo &cę.
patet quod argumentum non
concludit, quia maior eſt vera
de prædicatione formali.minor
autem non niſi de prædicatio-
ne per identitatem. paternitas
eſt deitas ſm omnes. ergo non
poteſt inferri concluſio, in qua
eſt prędicatio formalis,quia nō
poteſt maioritas concludi in
concluſione extremorum, q̄ ſit
identitas eorum ad medium in
præmiſſis.Vnde ex altera de ne-
ceſſario,& altera de contingen-
ti, non ſequitur concluſio niſi
contingens,vel vnio contingens
extremorum. Niſi autem in
concluſione haberetur prædi-
catio formalis huius.ſ. paterni-
tas eſt infinita, non haberetur
pro-

propoſitum, ſicut patet per intellectum prius expoſitum, quia non haberetur, niſi ꝙ per identitatem eſt res quædam, quæ eſt infinita. ¶Si autem intendas cōcludere prędicationem formalem, & non tm̄ per identitatem, ibi eſſet commutatio prædicationis identicæ in prædicationē formalem, & ideo in illatione eſt fallacia figuræ dictionis. cōmutatur enim quale quid in hoc aliquid. i. interpretatur medium, quod eſt quale quid eſſe hoc aliquid, quia ſicut ille qui ex medio dicente quale q̇d, infert medium dicens hoc aliq̇d, ita hic ex vi illationis talis prædicationis formalis, intendit inferre ac ſi eſſet hoc aliquid ex vi illationis, quæ aliter non teneret. altera autem non fuit vera, niſi per identitatem, ergo cōmutans prædicationem per idētitatem in formalem, vr̄ interpretari vtranque prædicationē in præmiſſis fuiſſe formalē, ſed non eſt ibi prædicatio formalis, quia non poteſt illa minor verificari, niſi per prædicationē idēticam. ¶Pōt aūt bī dici, ꝙ concluſio iſta. paternitas eſt infinita. proprie loquendo non eſt vera. & ratio eſt ex modo ſignificādi formaliter adiectiui, quia ſignificat formam, vt forma eſt eius, de quo dr̄ pp iſtam proprietatem adiectiuum non pōt prędicari, niſi prædicatione formali, & tunc inferendo eam ex præmiſſis, erit fallacia figuræ dictionis ſecundum modū prius aſſignatum. ſi ergo infinitum non dr̄ formali prædicatione de paternitate ſimpliciter, concluſio eſt falſa. ſic ergo intelligendo concluſionem de idētitate reali alicuius infiniti ad paternitatem, tantummodo debet inferri hæc concluſio. ſ. ꝙ paternitas eſt aliquid, quod eſt infinitum, ſed quæſtio habet ſpecialē difficultatem, ſecundum ꝙ alio modo intelligitur. ſ. de infinitate, q̄ ſit formalis modus intrinſecus paternitatis ſecundum ſuam entitatem.

DE SECVNDO articulo teneo hanc cōcluſionem, ſm̄ ꝙ expoſitum eſt. paternitas nō eſt formaliter infinita. Et ad hoc ſunt tres rationes. ¶Prima ratio ſumitur ex entis infiniti vnitate. ¶Secunda ex eius communicabilitate. ¶ Tertia ex eius ſimplicitate, & incompoſſibilitate. Siquidem ens infinitum intenſiue eſt vnicum impluriſicabile, & non arctatum, ſed communicabile & cuicunque incomponibile.

PRIMA rō ſic formatur, non pn̄t eſſe plura realiter diſtincta, & formal'r infinita, plures ſunt relationes originis realiter diſtinctæ, ergo nō ſunt formaliter intenſiue infinitæ. Nec p conſequens aliqua illarū, quia qua rōne vna, & q̄libet alia. ¶Maior probat̄. primo comparando iſta plura inter ſe. ¶ Secundo comparando infinitum intenſiue ad entia finita gn̄aliter. ¶Et tertio ad intellectū, & voluntatem ſpāliter ¶Primo ſic. infinito nihil deficit entitatis eo modo, quo poſſibile eſt illud hr̄i in vno, ſed oēm perfectionem ſim pl'r poſſibile eſt real'r, & p idētitatē hr̄i in vno ſumme pfecto. infinitū ergo hēt in ſe real'r, & p identitatē oēm perfectionē ſim pl'r, ſed non hēt in ſe real'r, & p identitatē illud q̄d real'r eſt diſtinctū ab eo. ergo ab infinito nulla perfectio ſimpl'r, ſiue nul-

lum perfectum ſimpl'r pōt eſſe realiter diſtinctum, eſſet autem perfectio ſimpliciter diſtincta realiter, ſi eſſet aliud infinitum realiter diſtinctum. Habemus ergo maiorem ꝙ non pñt eſſe infinita plura realiter diſtincta. Sed in probatione illa maioris ſecunda propatio vř eſſe probāda.ſ.ꝙ poſſibile eſt omnem per fectionem ſimpl'r per identitatem haberi in ſumme perfecto. probatur ergo ſic, quia nihil eſt ſumme perfectum, cui deficit aliqua perfectio ſimpl'r. qđ probatur, quia nulla perfectio ſimpl'r eſt incōpoſſibilis alteri perfe ctioni ſimpl'r, & ſi non poſſet q̃libet hri in ſumme pfecto, hoc eſſet pp aliquā incompoſſibilitatē earum. Aſſumptū. ſ.ꝙ nulla ſit incompoſſibilis alteri, probatur per rōnē perfectionis ſimpliciter, quia enim ipſa eſt melior in quolibet, q̃ nō ipſa, hoc eſt q̃ quodlibet incompoſſibile ſibi. ſicut exponitur dictū Anſ. in rōne ſecunda principali huius articuli. ſi ſint ergo duæ per fectiones ſimpl'r incōpoſſibiles inter ſe, dicant̃.a. &.b.a.erit in quolibet melius ipſum, q̃ non ipſum.hoc eſt q̃ quodlibet incō poſſibile ſibi, & ita erit melius. b.quod ponitur incompoſſibile ſibi, & pari rōne.b.ſi eſt pfectio ſimpl'r erit melius q̃.a. talis circulatio eſt impoſſibilis, qa tunc idem eſſet imperfectius ſeipſo. ❡Secundo comparando illa plura inter ſe, probari pōt illa maior per hoc, ꝙ plura bona excedunt in bonitate idem bonum vnum, & hoc quando in quolibet illorum plurium eſt ęqualis bonitas ſicut in vno illorū. nunc autem ſi ſint plura infinita in quolibet eorum eſt ęqualis bonitas, ſicut in vno quolibet eorum. ergo illa plura bona excedunt in bonitate illud vnū bonum, & ita illud vnū non eſt infinitum. ❡Et ſi dicas, ꝙ ſic argueretur, ꝙ Deus & creatura excedunt Deum. ❡Non valet, tū quia quodlibet illorum pluriū non eſt æque bonum cum vno illorum. Et idem eſt ꝙ bonitas cuiuſcunque illorum alterius ab illo vno eminenter continet̃ in illo vno, & ideo ipſum cum illo bono acceptum, non auget neque exceſſum facit illud bonum in ſe: oppoſitum eſt in hypothaſi, quia ibi vnum bonum non continetur totaliter eminē ter in altero, quia hoc eſt contra rationem infiniti. ❡Ex comparatione autem infiniti ad alia finita generaliter, arguitur ſic. vnum infinitum ſufficienter ter minat dependentiam omnium finitorum, & ſpecialiter principium, a quo dependent. Sed nō poſſunt plura ſufficienter termi nare dependentiam in eodem ordine dependentiæ eiuſdē dependentis, ergo nec plura eſſe infinita. ❡Probatio maioris, ſicut dependentia quæcunque ex ratione imperfectionis, ſic terminare dependentiam, non qualitercunque ſed primo, con uenit alicui ratione perfectionis. ſumma autem perfectio q̃ impoſſibile eſt excedi, eſt in vno infinito intenſiue. ❡ Apparet ēt illa maior de facto, quia vnica eſſentia terminat ſufficienter omnem dependentiā cuiuſcun que dependentis, quia tam illā, quę eſt ad primam cauſam effi cientem, quam illam quæ eſt ad cauſam exemplarem, & ad primam finalem. ❡Minor autem.ſ. ꝙ non poſſunt eſſe plura primo termi-

Margin (left): *ſ.Tho.c.ſ*

Margin (right): R... bilis... tion...

terminantia eandem depēdentiam, probatur, quia illud non terminat ſufficienter dependentiam, quo circunſcripto ſufficiēter terminatur illa dependentia, quia tunc aliquid dependeret ab aliquo, quo circunſcripto nihil minus haberet a quo ſufficienter dependeret, & per conſequens quo circunſcripto adhuc poſſet remanere in ſuo eſſe: ſed ſi plura in eodem ordine poſſent ſufficienter terminare dependentiam, vno eorum circunſcripto adhuc terminaretur dependentia complete, quæ eſt ad alterum, & ita illud non terminat, & pari ratione de altero argueretur, & ſic neutrū, vel vtrūque terminat. Sicut ergo prima probatio maioris procedit ex hoc, ꝙ infinitum habet realiter & vnitiue omnem perfectionē ſimpliciter, quia omnis talis poteſt hoc modo haberi in eodē. ſic iſta probatio ꝓcedit ex hoc, ꝙ infinitum habet in ſe eminenter & contentiue omnem perfectionē limitatam, & ex hoc omnem dependentiam entis limiteti ſufficienter terminare poteſt, & ſic iſtæ duæ procedunt ex hoc quod dictum eſt in primo articulo de infinito, ꝙ habet omnem rationem entitatis, ſiue omnem entitatem, eo modo quo poſſibile eſt haberi ab vno, quod eſt, vel identice pro ꝑfectionibus ſimpliciter, vel eminenter pro perfectionibus limitatis. ¶ Ex iſta autem comparatione infiniti ad alia generaliter, poteſt argui breuiter ſic. In entibus ſecundum ordinem eſ-
2. ſentialem aſcendēdo, ſemp̄ itur
6. ad vnitatem, & per conſequens neceſſe eſt illnm ordinem ſtatū habere in aliquo vno infinitum autem intenſiue eſt oīno ſummum, & hoc ſecundum ordinē eſſentialem. ergo eſt oīno vnū.

¶ Tertio, probatur maior ſpecialiter ex ordine infiniti ad intellectum & voluntatem, & hoc ſic, ens infinitum eſt obiectum primum intellectus infiniti, & obiectum eius etiam beatificū, ſed non poſſunt eſſe eiuſdē intellectus infiniti plura obiecta prima, & beatifica. ¶ Conſimiliter etiam poſſet argui de obiecto primo, & beatifico voluntatis. ¶ Prima propoſitio poteſt intelligi de primitate triplici, & de qualibet eſt vera, & ſecundū hoc prima propoſitio continet tria membra. ¶ Vna primitas obiecti dr̄ eſſe primitas adæquationis, quando. ſ. potentia non excedit illud obiectum: quomodo coloratum, vel luminoſum dicitur eſſe primum obiectum viſus. ¶ Alio modo, primū poteſt dici virtute cuius omne aliud intelligitur, vel cognoſcitur a tali intellectu, quomodo lux eſt primum obiectum viſus. ¶ Tertio modo, primum poteſt dici perfectionis, quod in ſe continet tanquam in ſummo perfectionem oīum obiectorum, & virtutē ꝑficiendi potentiā: obiectum aūt beatificū eſt illud, in quo ſumme ꝑficit̄ & quietat̄, & ſatiat̄ intellectus. ¶ Ex his tribus pn̄t accipi tres maiores. nā idē intellectus non habet diſtincta adæquata obiecta, quia nō pōt in aliud obiectū diſtinctū contra ſuū obiectū adæquatū, quia tunc idē obiectū eēt adæquatū & nō adequatū, & tūc potentia excederet illud in operādo circa aliud, ex æquo diſtinctū, & ēt nec potentia pōt hr̄e plura obiecta prima primitate virtutis, qui

Pone ma. loco min. quia ſic ꝓcedit declaratio dicta.

qui eſt ſecūdus intellectus, qa non pōt eſſe, ꝙ virtute.a.intelligat quicquid intellexerit, & ita b.& ex virtute.b.intelligat quicquid intellexerit,& ita.a.quia ꝙ a.ſit ratio intelligendi.b.& ecōuerſo eſt circulatio,& iſta circulatio eſt impoſſibilis, nec poteſt ēt intellectus ſumme quietari in duobus ex æquo diſtinctis, quia non hēt pro obiecto beatifico,& quietatiuo illud quo circunſcripto nihil minus quietaretur,& beatificaret̃,ſed circunſcripto vno adhuc eſſet in alio ſumme ſatiatus,quietatus,& pfectus. ergo in illo non poſſet eſſe perfectus.pari rōne in alio. ¶Patēt igitur tres maiores,quia eiuſdem intellectus nō poſſunt p'ura eſſe obiecta ex æquo diſtincta prima primitate adęquationis,nec prima primitate perfectionis,ſicut obiectū beatificū eſt primum.Minor.ſ. ꝙ infinitū formal'r,& intenſiue eſt primū obiectū intellectus diuini quolibet iſtorū modorū,probatur. ¶Et primo de ſcđa primitate,quia qđ eſt rō eſſendi, eſt rō cognoſcendi.infinitum ergo cū eminenter contineat in ſe qđlibet ꝑm omnem entitatem,etiā eminenter continet in ſe omnē cognoſcibilitatem,ſic aūt continens virtualiter aliquid, eſt ēt motiuum ad eius cognitionē. ſic ergo infinitum intenſiue qđcunque hēt rōnem obiecti primi reſpectu intellectus diuini, & hoc primitate virtutis ¶ Ex hoc ſequit̃,ꝙ ipſum eſt obiectū primū primitate adæquationis, quia ſicut oſtenſum eſt alibi in materia de intellectu diuino.intellectus diuinus non hēt obiectum adæquatum commune p abſtractionem ab omnibus obiectis, ſed commune communitate virtutis ad omnia p ſe obiecta,aliàs vileſceret eius intellectus, quia poſſet immutari ab obiecto finito. qđ ergo eſt ſibi primum virtualiter, eſt ēt primū adæquatū.¶Ex hoc ēt patet tertia primitas.ſ.perfectionis, q̄ eſt obiecti beatifici, quia in perfectiſſimo obiecto, & ſumme continentem omnem perfectionem omnium obiectorū, ſumme quietatur,perficitur, & ſatiatur ipſa potentia,& ita beatificatur. ¶Confirmatur iſta rō quantum ad maiorem, & minorem, quia ſint plura infinita diſtincta.a.&.b. Intellectus diuinus poterit intelligere vtrunq;,alioquin alterum non haberet rōnem entis.neutrum autem poteſt intelligi niſi actu comprehenſiuo,cum ſit formaliter infinitum. vnico autem actu comcomprehenſiuo non poſſunt intelligi duo diſtincta habentia propriam infinitatem,quia vnicum obiectum intenſiue infinitum adęquatur vnicæ comprehenſioni.ergo intellectus diuinus duobus actibus comprehēſiuis intelligeret.a.& b.ergo ſecundū illos haberet ſimul duos actus, qđ eſt impoſſibile, quia vnica comprehenſio infinita, & infiniti adæquatur vni intellectui infinito,vel nō ſimul,& ait ſucceſſio,vel mutatio vel nunq̄, cū vtrūq; ſit infinitū intenſiue.

SECVNDA rō principalis de cōicabilitate, ſic format̃. Omnis perfectio ſimpliciter eſt communicabilis. oē infinitū intenſiue eſt perfectio ſimpliciter.ergo &c.Nulla aūt proprietas pſonalis eſt cōicabilis, quia eſt formalis rō incommunicabiliter exiſtendi. ergo nulla proprietas

In pro... & 3 de... & 11... eiuſdem... meta... t.c. 51

prietas perſonalis eſt infinita in tenſiue. minor eſt manifeſta, quia nihil poteſt eſſe magis perfectum, q̃ ꝙ ſit infinitum intenſiue. probatio maioris primæ, quia ſm ꝙ colligitur ex intentione Anſ. mono. 15. perfectio ſimpliciter eſt quæ in quolibet hñte ipſam melius eſt ipſam habere, q̃ non ipſam hre. Hæc aũt rña indiget duplici expoſitione. nõ enim intelligitur ſic. Melius eſt ipſum, q̃ ſua negatio contradictorie oppoſita, quia ſic qdlibet poſitiuum eſt perfectio ſimpliciter, quia qdlibet poſitiuũ eſt ſimplr melius ſua negatione contradictorie oppoſita, ſed intelligitur ibi nõ ipſum pro quocunque ſibi incompoſſibili, etiã poſitiue, vt ſit ſenſus. perfectio ſimplr eſt in quolibet melior quocunq; ſibi incompoſſibili. ſcdo intelligit̃ in quocunq;, nõ pro quacunque natura, ſed pro quocunq; ſuppoſito, non intelligendo, vt eſt naturæ, vel talis, ſed abſolute accepto, vt eſt tale ſuppoſitũ pſcindẽdo rationem naturæ cuius eſt ſuppoſitũ. hoc patet, quia auro ſic cõſiderato, vt hẽt naturam auri, vel ſuppoſito conſiderato, vt ſubſiſtens in natura auri, non eſt melius non aurũ, q̃ aurũ, quia incompoſſibile, vt incompoſſibile non eſt alicui melius, deſtruit enim entitatem ipſius, immo melius ſic eſt aurũ eſſe aurum, q̃ quodcunq; incõpoſſibile naturæ auri. ¶ Eſt ergo intellectus propoſitionis iſte, perfectio ſimplr eſt talis, q̃ in quocunque ſuppoſito abſolute conſiderato, ſm rõnẽ ſuppoſiti, non determinando naturam in qua, vel cuius ſit ſuppoſitum, melius eſt ipſum q̃ non ipſum. hoc eſt q̃ quodcunq; incõpoſſibile ipſi. ¶ Ex hoc ſequitur propoſitum, ꝙ nulla perfectio ſimpliciter ſit formaliter incõicabilis. probatio conſequentiæ, quia qđ eſt formaliter incõicabile, eſt formaliter incompoſſibile cuilibet alteri, conſiderando ẽt illud ſub rõne ſuppoſiti, non includẽdo naturam, cuius eſt illud, probatur quia qđ repugnat alicui, cũ vt ſibi repugnat deſtruat ipſum, vt ſic, nõ eſt melius ipſum, q̃ non tale, quod aũt eſt de ſe incõicabile repugnat cuilibet ẽt ſub rõne ſuppoſiti. ergo non eſt melius illi, etiã vt conſideretur ſub rõne ſuppoſiti, q̃ non ipſum. Habemus ergo iſtam maiorem, ꝙ nulla perfectio ſimpliciter eſt formaliter incommunicabilis.

TERTIO arguitur ex incompoſſibilitate ſic. perfectio ſimplr cuicunq; compoſſibili ſibi in eodẽ ſuppoſito neceſſario eſt eadẽ realiter, ſic intelligendo, ꝙ in abſtracto accipiendo hoc & illud, verũ eſt dicere hoc eſt illud. Sed relatio originis non eſt cuilibet compoſſibili ſibi in eodẽ ſuppoſito ſic eadẽ, ergo &c. minor eſt manifeſta, quia iſta non eſt vera. gñatio actiua eſt ſpiratio actiua. Maior probatur inductiue, & rõne. inductiue ſic. Nihil eſt in diuinis, qđ non ſit idẽ eſſentiæ diuinæ, immo ẽt & cuilibet eſſentiali. ita ꝙ conſiderando vtrumq; in abſtracto ſimpliciter, verum eſt hoc eſt hoc. de eſſentia ergo & de eſſentia lib. de quibus cõiter apparet, ꝙ qdlibet ſit infinitum formaliter. patet maior, ꝙ qdlibet eorũ eſt idem cuilibet ſibi cõpoſſibili in eodẽ ſuppoſito, probatur ẽt eadẽ maior rõne ſic, quia infinitũ nõ ſolũ nõ eſt

compo-

cōpoſitū,ſed ēt omnino incōpo nibile cuilibet alteri.omne.n.cō ponibile pōt eſſe pars,& ꝑ cōſe-quens excedi,quia totū eſt ma-ius ſua parte. Infinitū aūt nullo modo pōt excedi. ergo eſt oīno ſimplex,& incompoſitū, & incō ponibile. Si aūt aliquid cōpoſſi-bile ſibi in eodem ſuppoſito,nō eſſet omnino idem ſibi,tunc ip-ſum nō eſſet oīno incōponibi-le,qa tunc ibi eſſet aliqua cōpo ſitio,ſaltem aliquo mō actus & potentię Habemus ergo primā partē maioris.ſ. ꝙ infinitum eſt idē realiter ei,quod eſt ſibi com poſſibile in eodē ſuppoſito. ¶Se cunda pars maioris. ſ. ꝙ ſic ſit idem,ꝙ ſit vera prędicatio in ab ſtracto, vt puta dicendo hoc eſt hoc.Probatur , quia cum prędi-catio affirmatiua ſit vera ratio-ne idētitatis.oīs illa erit vera ab ſtracti de abſtracto , vbi per ab-ſtractionem non tollitur ratio identitatis.vbi autem per abſtra ctionem tollitur ratio identita-tis non eſt vera. Exemplum. hęc eſt vera.albedo eſt color, quia li cet extrema ſint abſtracta, non tamen fit abſtractio, niſi a ſubie cto alterius naturæ, & illud ſu-biectum non fuit pręciſa ratio identitatis eorum extremorum. manet ergo ratio identitatis na turæ ad naturā illo ſubiecto ex-cluſo. Albedo autem & muſica non habēt identitatē, niſi ꝑ ac-cidens rōne ſubiecti , licet ergo hęc ſit vera,albū eſt muſicū, pro tanto,ꝙ idē ſubiectū denomina tur ab vtroq; accidēte, tñ abſtra ctione facta ab illo ſubiecto, qd fuit ratio identitatis eorū , hæc eſt falſa, albedo eſt muſica, pa-tet ergo,ꝙ prædicatio in abſtra cto vera eſt, quando extremorū eſt talis identitas, ꝙ per abſtra-ctionem nōn tollitur rō identi-tatis eorum.Modo qñ vnum ex-tremum eſt infinitum , per ab-ſtractionē a ſuppoſito , nō tollit̃ ratio idētitatis ad ipſum. & hoc cuiuſcunque compoſſibilis ſibi in eodem ſuppoſito.Et ideo ꝓ-pter infinitatem , vt iam argutū eſt,non poteſt eſſe compoſſibi-lis in eodem ſuppoſito, niſi ve-ra & perfecta identitate reali. er go abſtractione facta a ſuppoſi to, quamdiu manet ratio extre-mi infiniti formaliter ſemper in quacunque abſtractione manet ratio identitatis extremi ad ex-tremum,& per conſequens ve-ra prędicatio in abſtracto hoc eſt hoc.¶Ex iſta ratione patet ge neraliter , ꝙ quędam prædica-tiones in diuinis ſunt verę non ſolum in concreto, ſed etiam in abſtracto,quę non ſunt oppoſi-ti de oppoſito,quædam verę in concreto,licet non abſtracto,qa non loquimur de illis, quę neu-tro modo ſunt verę,vbi.ſ.extre-ma ſunt oppoſita, quia nec pa-ter eſt filius, nec paternitas eſt filiatio.Vbi autem extrema non ſunt oppoſita, ſed compoſſibilia in eodem ſuppoſito, ibi ſemper ad minus eſt prędicatio vera in concreto.ſicut pater eſt ſpirās, pater eſt ingenitus , non autem in abſtracto , ſic paternitas eſt ſpiratio , & tamen hæc eſt vera, deitas eſt paternitas , deitas eſt ſpiratio.hoc non eſt,niſi quia di uinitas eſt formaliter infinita,nō autem paternitas , nec ſpiratio, & ideo abſtrahendo a ſuppoſi-to deitatem cum ſemper ma-neat in ipſa ratio infinitatis,ſem per manet ratio identitatis ſim pliciter ad paternitatem,& ad ſpirationem , & ideo manet ra-tio veritatis affirmatiuæ prædi-catio-

cationis in abſtracto, ſed paternitatem, quæ non eſt formaliter infinita abſtrahendo a ſuppoſito non manet ratio identitatis eius ad ſpirationem actiuam, quæ etiam non eſt infinita, quia neutrum extremum ſecundum propriam rationem ſui habet infinitatem, & ideo licet hęc ſit vera. pater ſpirat, quia eidē ſuppoſito cōuenit vtrūq;. tn̄ abſtractione ab illo ſuppoſito facta, quia neutrū eorum eſt infinitum, non eſt vera prædicatio in abſtracto, paternitas eſt ſpiratio. Per oppoſitam conſimilis ratio eſt, quandocunque aliquod eſſentiale prędicatur de aliquo eſſentiali, vel perſonale de eſſentiali, vel eſſentiale de perſonali. vtpote hæc eſt vera, ſapientia eſt paternitas, ſapientia eſt ſpiratio, & econuerſo, quia abſtrahendo a ſuppoſito adhuc manet alterum extremū infinitum, ſcilicet, ſapientia, & ideo remanet adhuc ratio identitatis extremi ad extremum facta tali abſtractione, & per conſequens ratio veritatis in prædicatione affirmatiua. ¶ Patet ergo generaliter iſta maior, ꝙ nunquam eſt neganda prędicatio in diuinis per identitatem abſtracti de abſtracto, niſi quia neutrum extremum eſt formaliter infinitum, ſicut hęc eſt neganda. paternitas eſt ſpiratio.

Circa tamen maiorem iſtā quare prædicatio aliqua ī abſtracto in diuinis negatur dupliciter, ab aliquibus dicitur, quòd licet paternitas & ſpiratio ſint idem realiter, tamē differunt ratione, & hoc ſufficit ad impediendum talem prędicationem. [margin: in. q. uo r.]

¶ Quando autem probat, ꝙ talis differentia non ſufficit, quoniam iſta eſt vera. ſapientia eſt bonitas. ¶ Reſpondetur ꝙ ſicut attributum potentiæ non eſt attributum ſapientiæ, Sic nec in propoſito. ¶ Sed hoc non videtur probabile. quia attributum, vt attributum dicit intentionē ſecundam vel relationem aliquam rationis circa illud de quo dicitur. Vnde etiam numerat, & verū eſt dicere ꝙ bonitas & ſapientia ſunt duo attributa. ergo ſecundum illud, ſecundū ꝙ eſt numerus, non eſt verum dicere, hoc eſt hoc, quia illud eſt tōnis, ſed nō propter hoc negatur iſta. ſapientia eſt bonitas. vbi non includitur illud rationis, quod numeratur in eis, ergo a ſimili non includendo, niſi illud quod rei eſt, ſi omnino idē eſſet in re paternitas & ſpiratio, eſſet hęc vera. paternitas eſt ſpiratio, licet non iſta. notio, vel proprietas paternitatis eſt notio, vel proprietas ſpirationis. Quæcunque enim ſunt eadem re ſimpliciter in Deo, ipſa ſignificata, etiā in abſtracto & in nominibus primæ impoſitionis, ſiue ſignificantibus rem primæ intentionis, prædicantur de ſe inuicem in abſtracto, licet non in nominibus ſecundę impoſitionis, ſiue accepta ſecundum aliqua nomina ſecundæ intentionis, ſicut patet in creaturis. vnde licet iſta ſit vera, ſortes eſt homo, non tamen ratio ſortis quæ eſt ſingularitas, eſt rō hominis quę eſt vniuerſalitas. ¶ Aliter dicit alius, & rationabilius, vt vr̄ & ad propoſitū, ꝙ proprietates in eadē perſona differunt ex natura rei præter conſiderationem intellectus, quia ad hoc ſufficit diſperatio, licet non ſint oppo- [margin: Var. li. r. diſt. 1.]

ſitę,

ſitæ, & propter hoc prædicatio vnius de alia in abſtracto nō eſt vera. Et hoc ideo, quia illa diſtinctio ex natura rei eſt propter nō infinitatem huius, & illius, quia ſi hoc vel illud eſſet infinitum, non eſſet talis diſtinctio, nec impediretur talis prædicatio.

CIRCA TERTIVM articulum contra prædicta arguitur quadrupliciter. ¶ Primo ſic. quod non eſt comprehenſibile niſi ab intellectu īfinito eſt formaliter infinitum. generatio illa, vt generatio, eſt formaliter incomprehenſibilis, niſi ab intellectu infinito. ergo &c. minor probatur per illud. Iſa. 53. Generationem eius quis enarrabit? quod exponens Hie. homil. 1 ſuper Mat. de generatione æterna filij, quod inquit impoſſibile propheta dixit affatu &c. ſed quod eſt impoſſibile affatu eſt incomprehenſibile ab intellectu finito. ¶ Confirmatur etiam per illud Am. 1. de trini. Quæro a te quomodo putas inquit filiū eſſe genitum. & ſequitur. mihi impoſſibile eſt generationis ſcire ſecretum. mens deficit, vox ſilet, non mea tantum, ſed angelurum. & ſupra cherubin, & ſeraphin, & ſupra omnem ſenſum eſt. & probat ibi quia ſcriptum eſt. Pax Chriſti, quæ exuperatur omnem ſenſum ad phyl. 4. Ex hoc arguit Ambro. ex quo pax Chriſti eſt ſupra omnē ſenſum, quomodo non ſupra omnē ſenſum eſt tanta generatio? ¶ Præterea ſecundo arguitur ſic. omnis actio adæquata principio, & termino infinito eſt formaliter infinita, generatio in diuinis eſt actio adæquata principio formali infinito, & termino infinito, quia principium eſt eſſentia, vel memoria infinita, & primus terminus eſt filius, qui eſt infinitus, terminus etiam formalis eſt eſſentia communicata, ſiue notitia declaratiua, quorum vtrunqua eſt infinitum. Et patet, ꝙ iſta actio eſt vtrique adæquata, quia non poteſt eſſe niſi vnica huius principij ad hunc terminum. ergo &c. ¶ Præterea tertio, ratio ſubſiſtendi eſt ratio perfectiſſime eſſendi, relatio originis primæ perſonæ eſt ratio ſubſiſtendi, ergo eſt ratio perfectiſſime eſſendi, & per cōſequēs infinita. quia eſſe in diuinis eſt formaliter infinitum. ¶ Præterea. intellectus diuinus eſt formaliter infinitus. Alioquin non cōprehenderet infinitam eſſentiā diuinam, de qua tactum eſt quęſtione prima arti. 1. ꝙ intellectus vt intellectus eam comprehendit. non eſt autem infinitus, niſi quia eſt idem eſſentiæ diuinæ quæ eſt primo infinita. ſed paternitas eſt eadem illi. ergo paternitas propter eandem rationem eſt formaliter infinita.

AD PRIMVM iſtorum quando alicuius intellectus eſt aliquod primum * obiectū primitate virtutis per illud quodlibet aliud obiectum intelligitur ſecundum ordinem quē vnum quodque obiectum habet ad illud primum. Iſta patet ex ratione illa, quæ facta eſt in iſta. q. arti. 2. de intellectu, & voluntate. Exemplū quādo alicuius intellectus eſt aliquod primum obiectum primitate virtutis, immediatius intelligitur virtute eius illud quod eſt per ſe idem illi, quàm illud ꝙ eſt per accidens idem illi, nunc autem intellectus diuini eſt omnino idē obiectum primum primitate virtu-

*B. Id. di ſt.. 9. d. eiuſd.

tis & adęquationis, ſicut tactū eſt.eſſentia. ſ.ſub ratione eſſentiæ,nullum ergo perſonale eſt illi intellectui hoc modo obiectū primum.propinquius tamen eſt primo obiecto, quàm aliquod creatum pro quanto quod eſt idem obiecto primo. & ideo ꝓpinquius in entitate. & per conſequens in cognſcibilitate. ¶ Ad
4. formam argumenti, maior eſt vera ſic intelligendo, ꝙ ſi obiectum eſt incomprehenſibile propria incomprehenſibilitate eſt etiam infinitum propria infinitate.ſed ſic minor eſt falſa.ſ.ꝙ generatio illa vt generatio eſt incomprehenſibilis, licet illa minor poſſet habere verum intellectum per accidens, vel ſecundū aliquod cōcomitans, vel adhuc (& magis ad propoſitum)ſecundum illud ꝙ eſt ratio intelligendi ipſam,ipſa enim nata eſt primo intelligi per eſſentiam, tanquam per primum obiectum, tam ab intellectu diuino, quàm beato, quia eſſentia vt eſſentia eſt primum obiectum tam illius quàm iſtius, iſta autem ratio intelligendi generationem eſt incomprehenſibilis, & ita generatio poſſet dici incomprehenſibilis principiatiue, ſiue cauſaliter.¶Poſſet etiam dici incomprehenſibilis concomitanter,ſiue quantum ad illud quod includit, quia generatio includit communicationem eſſentię,quæ fit per ipſam eſſentiam perſonæ ad perſonam. Iſta autē communicatio præſuppoſitiue includit infinitatem eſſentię,qa ipſa non poſſet ſic communicari pluribus ſuppoſitis, niſi eſſet infinita,& ideo generatio eſt incomprehenſibilis quantum ad præſuppoſitum. ſ. communicatione eſſentiæ quæ requirit eſſe infinitum. ¶Sed contra iſtas reſponſiones arguitur, quia ſemper reſtat vis de propria ratione generationis, vt generatio eſt,ꝑ quodcunque principium intelligendi intelligatur. & quicquid præexigit in intelligendo, & cōmunicando ſemper ipſa in propria intelligibilitate ſua videtur incomprehenſibilis per auctoritates adductas, & cuiuſcunque intelligibilitas propria eſt incōprehenſibilis,illud eſt intelligibile infinitum.¶Reſpōdeo,poſſet dici, quod comprehenſibile intellectui finito eſt neceſſario finitum,& incomprehenſibile illi intellectui non eſt finitum,& ſic conceditur minor,ꝙ generatio vt generatio eſt incomprehenſibilis intellectui creato, & ita ſecundum propriam entitatem, & comprehenſibilitatem non eſt finita,ſed ex hoc non ſetur ꝙ ſit infinita, de quo tangetur in reſponſione ad principale argumentum, ſecundum hoc ergo maior huius argumēti eſt neganda accipiendo incomprehenſibile negatiue,pro nō poſſibili comprehendi, quia ad hoc ꝙ eſſet vera,oporteret illud intelligere quaſi contrarie. ſ. pro habente quantitatem virtualem extendentem ſe vltra omne cōprehenſibile,vel omne comprehenſibile excedentem,qđ nō eſt in propoſito. ¶ Ad ſecundum, adæquatio dicit proprie æqualitatem duorum in eadem quantitate, & ſic non eſt adęquatio in propoſito. ¶ Alio modo adæquatio dicitur non ſecundū quantitatem ſed ſecundum proportionem,& ſic dicitur aliquid adæquatum alteri quod eſt ſumme proportionatum ſibi. ſi ibi ſit

ſit adæquatio vtpote effectus adæquatus cauſæ qui eſt proportionatus in ratione effectus, licet ille non ſit ſimpliciter ſibi adæquatus æqualitate quantitatis. Hoc modo illuminatio diceretur adęquata ſoli, qua maior eſſe non poſſet, licet lumen nunquàm ſit æquale etiam ſecundum perfectionem quantitatis ipſi ſoli, quia eſt effectus æquiuocus. ¶ Ad formam, tunc maior eſt vera de adæquatione primo modo, ſi illa eſſet, ſed ſic minor eſt falſa, & pręciſe vera eſt de adęquatione ſecundo modo, nec adhuc de adæquatione illo modo, qui. ſ. eſt ſecundum intenſionem, ſed ſecundum extenſionem, quia. ſ. vnum principium generandi non poteſt extendi ad aliam generationem, quàm ad iſtam. Nō eſt ergo hic adæquatio quantitatiua, nec eſt propria adæquatio ſecundum proportionem quantum ad intenſionem, ſed tantum quantū ad extenſionem, & ita nullo modo includit infinitatem, quanta eſt in illo cui adęquatur. ¶ Ad tertium ſicut tactum eſt in præcedenti quæſtione. articulo ſecundo in fine, ſubſiſtere eſt ęquiuocum. ¶ Vno modo accipitur pro per ſe eſſe, & ſic loquitur Auguſt. 7. de trini. c. 4. omnis res ad ſe ſubſiſtit, quanto magis Deus. ¶ Alio modo incommunicabiliter per ſe eſſe, ſiquidem cōmunicabile intelligitur, non quaſi ſubſiſtens, ſed quaſi inhærens ſubſiſtenti, & quaſi modum inhærentię habens. primo modo concedo ꝙ ſubſiſtere formaliter dicit perfectiſſimum eſſe, & non dicit niſi eſſentiam ſecundum Aug. ſecundo modo ſubſiſtere præſupponit perfecte eſſe, ſed non formaliter includit, ſed tantum addit incommunicabilitatem ſupra per ſe eſſe primo modo acceptum, & illud ſic eſt ratio ſubſiſtendi, quod eſt ratio incommunicabiliter per ſe eſſendi, & talis eſt relatio. ratio autem eſſendi incommunicabiliter non eſt ratio perfectiſſime eſſendi. ¶ Ad vltimum concedo, ꝙ intellectus eſt formaliter infinitus propria infinitate, quæ eſt modus intrinſecus ſuæ propriæ entitatis. ſ. intellectualitatis, vt intellectualitatis, & tamen paternitas non ſic eſt infinita, cū hoc tamen paternitas eſt eadē realiter eſſentiæ aliquo modo, ſicut intellectus. ¶ Et cum additur, ꝙ infinitas intellectus eſt ꝑpter identitatem eius ad eſſentiam. ¶ Reſpondeo, primum omnino in diuinis (vt tactum eſt in prima quæſtione) eſt eſſentia vt eſſentia, quæ ſecundum Dama. eſt pelagus propter comprehenſionem omnium perfectionum diuinarum, iſta eſt infinita non tantum intenſiue in ſe, ſed etiā virtualiter primo & per ſe continens omnia intrinſeca, quodcunque autem aliud continet ꝑ identitatem alia, ſed non primo omnia, quia nec a ſe, ſed virtute eſſentiæ, a qua etiam habet ſuam infinitatem. Videtur ergo, ꝙ eſſentia habet infinitatem, & formaliter, & propriam, & primā, quia a ſe, quia reſpectu omnium dicitur pelagus, quia omnem perfectiſſime continet entitatem intrinſecā, vt poſſibile eſt eam contineri in vno formaliter. Ad ab hac autem prima, ſicut licet loqui, emanant omnia ordinate. primo quidem intrinſeca eſſentialia, quæ non dicūt reſpectum ad extra, ſecūdo notio-

Nota intellig. pluralit. hac ... cabili...

notionalia:tertio & vltimo creata,ſiue extrinſeca, & quodlibet emanans recipit illud perfectionis ab ea, cuius eſt capax, ſi ſibi non repugnat, & illius recepit eſſe, quaſi effectiua & primaria eſt infinitas eſſentię, cauſa autem, ſiue ratio formalis eſt ipſa entitas propria cuiuslibet emanantis: eſſentiale ergo recipit ab ea infinitatem formalem, quia talis eſſentia ſufficit in ratione principij, & fundamenti ad dandum talem quantitatem, & talis quantitas uirtualis ipſi non repugnat, ſicut nec communicabilitas: ipſi autem relationi perſonali cõpetit per eſſentiam eſſe ad alterum. nec competit ſibi infinitas intenſiue propria, quia ipſa non eſt capax talis quantitatis, ſicut nec communicabilitatis. Etiam in genere principii formalis eſt ſtatus, hoc enim accipit infinitatem, illud non, quia hoc eſt hoc, & illud eſt illud, ſicut hoc accipit communicabilitatem, illud incommunicabilitatem, quia hoc eſt hoc, & illud eſt illud; repugnantia .n. formalis, & non repugnantia primo reducitur formaliter ad rationem eius, cui dicitur eſſe repugnantia. Tandem ab eſſentia creatura recipiunt entitatem finitam, quia talis ſola eis competit. Ad formam igitur argumenti dico, quod ſola identitas eſſentię nõ eſt ſola ratio habendi infinitatẽ formaliter, ſed eſt ratio ſufficiens omni ei, cui formaliter nõ repugnat infinitas: formaliter autem repugnat relationi perſonali, ut probatum eſt, & nulli eſſentiali. ¶ Et ſi quęras, quare compoſſibilis eſt infinita huic & non huic, poteſt quæri in oppoſitum, quare huic repugnat incõicabilitas, & huic non, quod omnes concedunt, & eſt eadem reſponſio, quia in rõne principii formalis, quia .ſ. formaliter hoc eſt hoc, & illud ẽ illud formaliter. Quia autem in rõne principij fundamentalis ipſa eſſentia eſt vnum principium illimitatum, a quo multa ſunt ordinate nata procedere, & quodlibet in primo inſtanti, in quo quaſi emanat uel procedit in eſſe, ſuam habet entitatem, hoc talem, & illud talem. & huic ſua entitas eſt ratio repugnantiæ alicuius, cuius tamen illi non eſt ratio repugnantię entitas ſua.

AD ARGVMENTVM principale, ſicut declaratum eſt in primo articulo. infinitas in entitate dicit totalitatem in entitate, & per oppoſitum ſuo modo finitas dicit partialitatem entitatis. omne enim finitum vt tale minus eſt infinito ut tali, quia ſecundum Euclidem.7.concluſione. 4. oĩs numerus minor maioris numeri pars eſt, vel partes. Hoc non ſic intelligendum eſt, quòd iſte binarius ſit pars illius ternarii, quia nihil eſt ſic in diuinis, ſed quantum ad proportiones omnes attendendas in quantitatibus, ille binarius ſe habet ad illum ternarium, ſicut pars, vel partes ad totum, quia ſimili modo exceditur ab illo ternario, ſicut exceditur alius binarius ab alio ternario, cuius eſt ps. Ita dico hic, nullum creatum eſt pars dei, cum Deus ſit ſimpliciſſimus, ſed oẽ finitũ cũ ſit minus illa entitate infinita conformiter põt dici pars, licet non ſit ſecundum aliquam ꝓportionẽ d-

Idem ibi. diffinit. 12.

Sco.in Quoli. F termi-

terminatam: quia exceditur in infinitũ: & hoc modo omne aliud ens ab ente infinito, dr̃ ens per participationem, quia capit partẽ illius entitatis, quæ eſt ibi totaliter,& perfecte. Hoc ergo volo habere, ꝙ oẽ finitũ, cũ ſit minus infinito eſt pars. cui ergo repugnat eſſe pars, vel excedit realiter ab aliquo, ei repugnat eſſe finitũ. nunc aũt paternitati huic repugnat eſſe pars diuinitatis illo modo, vel excedi a diuinitate, quia ꝓpter infinitatẽ diuinitatis, paternitas cũ ſit compoſſibilis ſibi in eodẽ ſuppoſito eſt ſimpliciter idẽ ſibi, & per cõſequẽs realiter excedi non põt, nec eſſe pars, nec rõnem partis hr̃e põt: non ergo eſt finita, nec infinita, ſicut prius probatũ eſt, quia ſicut finitũ habet rationẽ partis modo prædicto, ita infinitũ habet rõnem totius hoc modo, ſcilicet ex plenitudine quantitatis virtualis ſuæ menſurans omne aliud. vt maius per acceſſum ad ipſum, & minus per receſſum. ſed neq; paternitas habet rationem totalitatis: quia menſura ſm gradum quendam perfectionis ſtat ad aliquod primũ in ordine menſurandi, quod eſt eſſentia abſoluta. ¶ Dico ergo breuiter ꝙ paternitas nec formaliter eſt finita, nec formaliter infinita. ¶ Et cũ arguis ex diuiſione immediata entis in iſta, etiam antequam deſcendat in decem genera, concedo bene ꝙ iſta non diuidunt ens, vt iam cõtractum eſt ad aliquod genus, immo quodlibet genus & ens, vt immediate indifferens ad decem genera, eſt præciſe ens finitum. finitum tamen, & infinitũ non diuidunt ens, niſi ens quantum: quia ſicut ſecundum philo-

Ex hoc habes cur paternitas ĩ creaturis eſt quãta formaliter, non autem in diuinis.

ſophum .1. Phyſi. finitum & infinitum quantitati congruunt: qđ eſt verum de finito, & infinito & quantitate proprie acceptis, ita etiam extenſiue loquendo finitum & infinitum, vt ſunt paſſiones entis, conueniunt præciſe enti in ſe habenti quantitatẽ aliquã perfectionalem. talis autem quantitas nõ conuenit enti tati, niſi quæ poteſt eſſe partialis, vel totalis ĩter eſſentias: quãtitatem enim comparatam ad aliam ſtatim oportet excedere, vel excedi, & eſſe partiale, vel totale, ſicut hic loquimur de partiali & totali, paternitas autem, vt paternitas non poteſt eſſe inter entitates totalis nec partialis. ¶ Poſſet etiam dici, ꝙ quantitas virtualis non conuenit, niſi entitati quiditatiuæ, vt ſcilicet diſtinguitur ab entitate hypoſtatica, & per cõſequẽs nec finitas, nec infinitas. Iſta aũt entitas, licet ſit in ſe quodammodo quiditatiua: tñ vt eſt talis eſt tantũ hypoſtatica. ¶ Tertio mõ dici poteſt, ꝙ quãtitas virtualis nõ conuenit niſi entitati abſolutę. Sed ille duæ rñſiones vltimæ concedunt aliqua dubia de entitate hypoſtatica, & entitate relatiua, ꝙ. ſ. nõ habeãt quãtitatẽ virtualẽ. ¶ Viſo de relatione originis ĩ diuinis, ſequit̃ qõ de relationibus cõmunibus, & eſt vnica.

t.c.1

Hæ... ſpon... pud. Scoti... eſt v... cipiu... quo. Elẽ... ad ſi...

QVÆSTIO. VI.

Vtrum æqualitas in diuinis ſit relatio realis.

VTRVM æqualitas in diuinis ſit relatio realis. Arguitur ꝙ ſic. Illa relatio eſt realis, quæ habet

B. uid. 19.1. 576

bet fundamentum reale, & extrema realiter diſtincta, iſta eſt huiuſmodi, ergo &cęt. probatio minoris, ibi eſt magnitudo realis, ſed eſſentię & perſonæ realiter ſunt diſtinctæ quæ dicũtur adinuicem æquales. ¶ Contra. Omnis relatio realis fundatur ſuper actionem & paſſionem, vel ſupra quantitatem. 5 1. Meta. in Deo nulla relatio realis fundatur ſuper quantitatẽ, quia ſecundũ Aug. 5. de tri. c 1. Deus eſt magnus ſine quantitate. ergo nulla eſt ibi relatio realis, niſi fundata ſuper actionem & paſſionem, talis autem ibi eſt ſola relatio originis, æqualitas autem nõ eſt relatio originis, quia eiuſdem rationis in vtroque extremo. Item, eadem eſt magnitudo in tribus perſonis, ſicut eadem eſſentia. ergo extrema non ſunt realiter diſtincta, nec per cõſequens relatio realis.

HIC SVNT TRIA videnda. ¶ Primo, ſi æqualitatis in diuinis ſit aliquod fundamentum reale. ¶ Secundo, ſi ſit realis diſtinctio extremorum. ¶ Tertio, ſi illa æqualitas ex natura rei inſit extremis, ſecundum fundamentum. ¶ Primus articulus habet tria. ¶ Primo, videndum de fundamento æqualitatis in communi. ¶ Secundo, quid poſſet aſſignari fundamentum æqualitatis in diuinis, & ſi ſint plura fundamenta, quæ & quot. ¶ Et tertio, de quocunque eorum ſi ſit ibi reale.

PRIMVM videtur accipi à philoſopho, quod fundamentum æqualitatis ſit quantitas: ait enim in prædicamentis, quòd proprium eſt quantitati ſecundum eam æquale vel inæquale dici. Iſtud ſecundum notat fundamentum illius relationis, ſicut ipſe loquitur. c. de qualitate, quod proprium ſibi eſt, quòd aliquid ſecundum eam dicatur ſimile, vel diſſimile, Iſtud dictum de fundamento æqualitatis, vel ſimilitudinis videtur magis explicare. 5. Meta. *1. com. 22.* c. de ad aliquid æquale, ſimile idem ſecundum vnum dicũtur omnia. æqualia quorum quantitas eſt vna, ſimilia quorũ qualitas eſt vna, eadem quorum ſubſtantia eſt vna. Hoc ipſe videtur innuere, quòd non ſola quantitas eſt fundamentum æqualitatis, ſed requiritur vnitas quantitatis. Et tunc eſt quæſtio generalior quæſtione propoſita duplex. ¶ Vna, an vnitas ſit formale in fundamento æqualitatis: & ſi daretur ꝙ ſic. an immediatior, quàm ipſa quantitas cuius eſt vnitas, vel econuerſo. ¶ Secunda quæſtio, an vnitas ſit per ſe pertinens ad fundamentũ ęqualitatis, & importet per ſe aliquid poſitiuum, vel ſolum priuationem, vel negationem, quòd ſi diceretur ſolam negationem importare, & cum hoc eſſet per ſe de fundamento ęqualitatis, ſiue tanquam ratio proxima, ſiue remota, ſequitur quòd generaliter ęqualitas non eſſet relatio realis. Iſtam concluſionem generalem, & iſtas duas præmiſſas, ex quibus ſequitur, nõ oportet hic diſcurrere: * quia tranſcendunt quæſtionem propoſitam. concedentes enim æqualitatẽ eſſe alibi relationem realem, adhuc negant ſpecialiter de æqualitate diuina. Eſto igitur, ꝙ æqualitas generaliter ſit relatio realis vel poſitiua, non adhuc inquiretur, ſi quantum eſt ex parte eorum quæ requiruntur ad relationem

Vide 5. meta. & 19. diſt. 1. & 14. di. 1. q. 2. & 1. diſt. 4. & inde in ſimili.

a. l. diſcutere.

realem, poſſunt etiam æque ſaluari in æqualitate diuina, ſicut in æqualitate creata.

DE SECVNDO in iſto articulo, ſcilicet de qualitate in diuinis in ſpeciali quid ſit eius fundamentum. Illud videtur Auguſt. aſſignare. 1. de fide ad Petrum. vbi loquens de tribus perſonis diuinis dicit, Nulla inquit alteram præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut ſuperat poteſtate: quia nec filio pater anterior, aut maior eſt. Et poteſt addi, aut etiam potentior. ¶Illud dictum Auguſt. probatur ex dictis philoſophi: quia ſi æqualitas eſt ſecundum quantitatem, cum quantitas primo diuidatur in continuam & diſcretam, in diuinis non poteſt eſſe æqualitas ſecundum quantitatem diſcretã, quia nulla eſt ibi niſi trinitas, quę non eſt numerus, vel ſi eſt pluralitas, minor pars eſt quodammodo maioris, & ita inæqualis ſibi. Quantitas autem cõtinua diuiditur in permanẽtem, & ſucceſſiuam: in Deo non eſt quantitas ſucceſſiua, eſt tamen aliqua, quæ eſt ſibi correſpondens, quæ eſt quantitas durationis, & illa proprie dicitur æternitas. quantitas permanens in creaturis dicitur communiter magnitudo molis, & omnis ſibi correſpondens in diuinis, dicitur magnitudo virtutis. Sequitur ergo ex dicto philoſophi dictum Auguſtini quod ad hoc, quòd æqualitas ſit ĩ diuinis, aut eſt ſecundum magnitudinẽ, aut ſecundum æternitatem. ¶Secundo, dictũ Auguſtini exponitur: quia tunc ex dictis videtur ſuperfluere tertium, quod addit ſecundum poteſtatem. Sed eſt reſponſio, ꝙ æqualitas aliquorum attenditur proprie ſecundũ aliquid eis intrinſecum, & ad ſe, ex conſequẽti tamen ęqualitas attendi poteſt in cõparatione ad extrinſecam. Vnde ex conſequẽti ex hoc, ꝙ aliqua formam aliquam habent in ęquali gradu, ſequitur ꝙ ſecundũ eã poſſunt ęqualiter agere in comparatione ad extrinſeca, ęqualitas ergo poteſtatis proprie non eſt alia ab æqualitate magnitudinis, & hoc ex æquo diſtincta, ſed eſt quaſi explicans quandam ęqualitatem magnitudinis, quæ ſcilicet magnitudo eſt formæ actiuę, ſicut in creaturis, quę habẽt ęqualem magnitudinem caloris, habẽt potentiam æqualem calefaciendi, ſic ergo ſunt tria connumerando ęqualitatẽ, quæ eſt in comparatione ad extrinſeca, cum ęqualitate, quæ eſt ſecundum intrinſeca. proprie autem & ex æquo ſunt tantũmodo duo, quę ſunt ad ſe, & ad intra, ſecundum quę attenditur ęqualitas. ſ. ſecundum magnitudinẽ, & ęternitatẽ. Et forte propter iſta Auguſtinus in replicãdo tantummodo iſta duo replicat, non potentiam cum ait. Nõ eſt pater filio anterior, aut maior, nõ dicit, aut potentior. ¶Eſt etiam aliud dubium circa illud dictũ Auguſtini quare non ſecũdum plura attenditur ęqualitas. ſunt enim pater & filius ęquales ſm ſapiẽtiã, ſm bonitatẽ, ſm iuſtitiã, & cętera talia. ¶Rñdeo. nõ ſunt ęquales ſm ſapiẽtiã, niſi vt habẽtes vnã magnitudinẽ, & iõ ſi ſm quãcunque perfectionem eſſentialẽ ſunt ęquales, ſemper proxima rõ ęqualitatis eſt magnitudo illius pfectionis, & non per ſolã magnitudinẽ intelligit ipſe quancunque perfectionem eſſen-

In princi. 6. de quantitate.

eſſentialem, quãtum.ſ.ad illud, quod eſt fundamentum æqualitatis, quia nulla fundat, niſi ſub ratione magnitudinis.

DE TERTIO in iſto articulo patet, quod ad i lud videndum oportet tria videre. ¶ Primo, an magnitudo ſit ibi ex natura rei. ¶ Secundo, an ęternitas. ¶ Tertio, an poteſtas. ¶ De primo oportet tria videre. ¶ Primo, qualiter magnitudo poni poſſet in diuinis. ¶ Secundo, quia magnitudo eſt alicuius magnitudo. ideo ad hoc, quod habeamus magnitudinẽ ex natura rei, oportet primo habere aliquid ex natura rei, cuius ſit magnitudo. ¶ Et tertio, an illa magnitudo eius ſit ibi ex natura rei, vt ſic primum iſtorum quod.ſ.eſt de magnitudine requirat tria ad habendum complete propoſitum.

8. DE PRIMO phi.5.met. c de quantitate dicit. Sunt autem magnum & paruum, & maius & minus, & ſecundum ſe ad inuicem dicta quanti paſſiones ſm ſe. transferũtur etiam & ad alia hęc nomina. Vult dicere, ꝙ magnum & paruum, ſiue accipiantur abſolute, & ſm ſe, ſiue reſpectiue ſecundum ſe, conueniunt quantitati proprie dictę, tranſlatiue autem alijs. Et hoc apparet ſatis per rationem, ꝙ non negaret philoſophus æqualitatem eſſe indiuiduorũ eiuſdem ſpeciei in quolibet genere, & inæqualitatem ſpecierum, & per conſequens cum ſm ipſum æquale & inęquale non dicantur niſi ſecundum quantitatẽ, quantitas aliquo modo conuenit omni enti cuiuſcunque generis, & ꝑ conſequens licet magnũ & paruũ ſm cum ſint paſſiones proprie quãtitatis, tamẽ tranſlatiue accepta ſunt tranſcẽdentia, & paſſiones totius entis. Auguſtinus. aũt.6. de trini. c.8. iſtam magnitudinẽ, quam philoſophus dicit tranſlatiue dictã dicit eſſe magnitud nem non molis, ſed bonitatis & perfectionis. In his inquit quæ non mole magna ſunt, idem eſt maius eſſe, quod melius eſſe. ¶ Patet ergo ꝙ magnum primo modo ſm Ariſtotelem proprie dictum, & ſecundum Aug. magnum mole non eſt in Deo nec in aliquo ſpirituali, ſed magnum tranſlatiue ſecundum philoſophũ, & magnum bonitate & virtute, vel perfectione, poteſt poni ibi, q̃a illud eſt tranſcendens conueniens ſuo modo omni enti.

QVANTVM ad ſecundũ in dubijs afferatur certum. certum eſt, ꝙ eſt ibi eſſentia ex natura rei. quod etiam declaratũ eſt in primo * articulo primæ quæſtionis. *Pag.8.4.8*

ET STATIM ex hoc infertur tertiũ. ſ. ꝙ ipſa eſſentia, vt eſſentia habet ex natura rei propriam magnitudinẽ, & hoc probatur auctoritate, & rõne duplici. ¶ Auctoritas eſt Dama. c.9. vbi vult, ꝙ eſſentia eſt pelagus quoddam ſubſtantię infinitum, & interminatum eſſentia, vt ſæpe dictum eſt, dr̃ ab eo pelagus quoddã quaſi prioritatẽ & primã comprehenſionẽ hñs oĩum, & vt ſic ſm ipſum eſt infinita, & interminata, ſic ergo eſt infinitas eſſentiæ vt eẽntia. ¶ Ex his ſic arguit̃. eſſentia eſt infinita ex natura rei, vt accipit̃ ex auctoritate Dama. quia vt eſt pelagus eſt infinita, & vt eſt omnino prima ex natura rei dr̃ pelagus. infinitas aũt eſſentiæ dicit̃ magnitu-

18. Determinate de magnitudine & poteſtate ꝓblematice, vero de æternitate diſputat ſubtiliter ſubtilis doct.

gnitudo eius propria. ergo habet propriā magnitudinem ex natura rei. minor quantū ad aliquid ſatis patet, quia ſicut quātitatiua infinitas proprie dicit magnitudinem. immo intēſiue illimitationem quantitatis proprie, ita infinitas intēſiua, & in perfectione dicit ſummā perfectionem, vel magnitudinē perfectionis. ¶Per rationem arguitur ſic. infinitas intenſiua cōuenit eſſentiæ ex natura rei. illa eſt propria magnitudo eſſentiæ. ergo & cæ. maior probatur. quia ſicut declaratum eſt in quæſtione præcedente, infinitas intenſiua non dicit proprietatē, vel paſſionē eius cuius eſt, ſed modum intrinſecum eius, circunſcripta ēt quacunque proprietate: nulli ergo poteſt conuenire, niſi cui ex natura rei intrinſece conuenit. probatio minoris, qa entitati quiditatis abſolutæ q̄ nata eſt habere rationem menſuræ, vel menſurabilis, vel conuenit finitum, vel infinitum: cui ergo repugnat finitum, ei conuenit infinitum, talis eſt eſſentia diuina. Poſſet ergo argui ad probandum maiorem per hoc ꝙ relationi rōnis non pōt competere infinitas intenſiua, quia tunc relatio rationis eſſet perfectio ſimpliciter, ergo nec infinitas poteſt alicui competere ex relatione rationis, ſed tantum ex natura rei. ¶Secundo arguitur ſic per rationem, modus obiecti beatifici vt obiectum beatificum eſt, eſt in re, & ex natura rei. Infinitas intenſiua eſt talis modus in eſſentia diuina. ergo eſt ibi ex natura rei, & per conſequens magnitudo. maior probatur ex perfectione actus beatifici, qui vt melius capiatur diſtinguitur de duplici actu intellectus, & hoc loquendo de ſimplici apprehenſione, ſiue intellectione obiecti ſimplicis.* ¶Vnꝰ indifferenter pōt eſſe reſpectu obiecti exiſtentis, & non exiſtentis, & indifferenter ēt reſpectu obiecti non realiter pn̄tis, ſicut & realiter pn̄tis. iſtum actū frequenter experimur in nobis, quia vl̄ia, ſiue quiditates rerum intelligimus æq̄, ſiue habeant ex natura rei eē extra in aliquo ſuppoſito, ſiue non, & ita de pn̄tia & abſentia. Et ēt hoc probatur a poſteriori, quia ſcientia cōcluſionis vel intellectus principij æque in intellectu manet re exiſtente & nō exiſtēte pn̄te vel abſente, & æque pōt haberi actus ſciēdi cōcluſionē, & intelligēdi principiū. ergo ęq̄ pōt hr̄i intellectio extremi illius a quo dependet illud intelligere complexum concluſionis, vel principij. iſte actus intelligendi qui ſcientificus dici poteſt, quia prę uius & requiſitus ad ſcire concluſionis, & ad intelligere principij, pōt ſatis proprie dici abſtractiuus, quia abſtrahit obiectū ab exiſtentia, & non exiſtentia, pn̄tia, & abſentia ¶Alius aūt actus intelligendi eſt, quem tn̄ non ita certitudinaliter experimur in nobis. poſſibilis tamen eſt talis. qui. ſ. præciſe ſit obiecti pn̄tis vt pn̄tis & exiſtentis vt exiſtentis. hoc probatur. quia oīs perfectio cognitionis abſolutę, quæ pōt competere potentiæ cognitiuæ ſenſitiuæ, poteſt eminenter competere potentiæ cognitiuæ intellectiuæ. nunc autē perfectionis eſt in actu cognoſcendi, vt cognitio eſt, perfecte attingere primum cognitū. non autem perfecte attingitur, quādo non

B. v
fra.

do non in ſe attingitur, ſed tantummodo in aliqua diminuta, vel deriuata ſimilitudine ab ipſo, ſenſitiua autem hēt hanc perfectionē in cognitione ſua, quia pōt obiectū attingere in ſe vt exiſtens, & vt pñs eſt in exiſtentia reali, & non tñ diminute attingendo ipſum in quadā perfectione diminuta. ergo iſta perfectio competit intellectiuę in cognoſcendo, ſed non poſſet ſibi competere, niſi cognoſceret exiſtens, & vt in exiſtentia ꝓpria pñs eſt, vel in aliquo obiecto intelligibili eminenter ipſum continente, de quo nō curamus ad præſens: talem autem actum cognitionis de exiſtente vt exiſtens & pñs eſt, habet Angelus de ſe. non tm̄ enim intelligit Michael ſe eo modo quo intelligeret Gabrielem, ſi Gabriel annihilaretur intellectione. ſ. abſtractiua, ſed intelligit ſe vt exiſtentem eundem ſibi, ſic etiam intelligit ſuam intellectonem, ſi reflectatur ſuper ea non ſolum conſiderando intellectionē, ſicut quoddam obiectum abſtractum ab exiſtentia & non exiſtētia, quia ſic intelligit intellectionem alterius Angeli, ſi nulla intellectio eius eſſet, ſed intelligit ſe intelligere, hoc eſt intellectionem ſibi inexiſtentem, ergo iſta intellectio poſſibilis Angelo, eſt poſſibilis ſimpl'r intellectiuæ noſtræ, quia promittitur nobis, ꝙ erimus æquales Angelis. iſta inquam intelleetio pōt proprie dici intuitiua, quia ipſa eſt
Luc. 7. intellectio rei vt exiſtentis & præſentis. ¶ Ex iſta diſtinctione ad propoſitū. Actus beatificus intellectus non pōt eſſe cognitio abſtractiua, ſed neceſſario intuitiua, quia abſtractiua eſt quæ exiſtentis, & non exiſtētis, & ſic beatitudo poſſet eſſe in obiecto non exiſtente, quod eſt impoſſibile, abſtractiua ēt poſſet hri, licet obiectū nō attingatur in ſe, ſed in ſimilitudine. beatitudo aūt nunq̄ hr̄ niſi ipſum obiectū beatificum immediate in ſe attingatur, & hoc eſt qđ aliqui vocant, & bñ, ipſam intellectionem intuitiuam viſionem facialē, & accipit' ab apoſtolo prima ad corin. 13. videmus nunc per ſpeculū & in ęnigmate, tunc aūt facie ad faciē. ¶ Ex * hoc patet maior. quia ſi actus beatificus eſt neceſſario intuitiuus ipſius obiecti. ergo eſt eius vt exiſtentis, & in exiſtētia propria pñtis. ergo oīs conditio quę eſt obiecti per ſe beatifici, eſt eius per ſe vt in exiſtētia reali, immo vt in ipſa reali exiſtentia pñtis, ex quo habemus maiorem. ¶ Probatio minoris. ꝙ. ſ. infinitas ſit per ſe cōditio obiecti beatifici, nullus intellectus nec ēt voluntas in aliquo obiecto perfecte quietat', niſi ſit in eo tota plenitudo primi obiecti, quanta. ſ. compoſſibilis eſt primo obiecto, talis plenitudo primi obiecti intellectus, vel voluntatis non poteſt eſſe niſi infinitas. ergo nulla potentia beatificabilis pōt quietari in aliquo, niſi ſit infinitum, & per conſequēs infinitas eſt p ſe conditio obiecti quietatiui, & ita beatifici. maior probat'. primo, quia cū potentia natural'r inclinat' ad primū obiectū ſuū vbi non eſt plenitudo obiecti primi, ſed defectus plenitudinis, ibi non eſt quietndo, immo potentia vlterius inclinatur, vbi vlterius eſt ratio primi obiecti. probatio mi. cui * non repugnat

a. l. his.

B. vide di ſtinc. 1. 1. q. 1. p. 191. co. 2. et 49. di. 4 q. 2.

infinitas,illud non habet totalē plenitudinem ſibi poſſibilem, niſi ſit infinitū.hoc patet. quia ſola infinitas eſt ſumma plenitudo eius, cui eſt compoſſibilis. nunc autem primo obiecto tā intellectus quam voluntatis infinitas non eſt incompoſſibilis, quia ſiue ſit ens,ſiue verum,vel aliquod tale abſtractum ab omnibus,ſiue primum ens,vel primum verum,ꝙ virtualiter continet alia.patet ꝙ infinitas non repugnat ſibi. ergo non habet totalem plenitudinem ſuā, niſi habeat infinitatem.

¶Sic ergo quantum ad iſtū articulum de magnitudine habemus,ꝙ ibi ſit aliquid ex natura rei, & qualis magnitudo, quia non proprie ſecundum philoſophum,ſed tranſumptiue, & non molis ſecundum Auguſtinum, ſed perfectionis.

CONTRA iſta arguitur ſic.5.de tri.cap.10. Idem inquit Auguſtinus, eſt illi eſſe, & magnum eſſe. ergo magnitudo trāſit in eſſentiā, & per conſequēs non manet ibi magnitudo ſm propriam rationem magnitudinis, non autem fundat æqualitatem,niſi ſub ratione magnitudinis,non dico molis,ſed virtutis. ¶Reſpondeo. dico ꝙ omni proprietate per impoſſibile vel poſſibile circunſcripta ab eſſentia diuina, ipſa habet propriam magnitudinem ſ.propriam infinitatem: habet enim gradum intrinſecum,ſicut res finita hēt propriam finitatem:immo magis,ſicut ſi circunſcribas ab homine omnem proprietatem ,ad huc habet propriam finitatem in ordine entium :ſic ergo concedo ꝙ eſt idē Deo eſſe, quod magnum eſſe, & aliquo modo, ſicut licet dicere magis intrinſece.q̃ Deo iuſtum eſſe,vel ſapientem eſſe,quia non ita dicit magnum proprietatem,vel attributum, ſicut iuſtum vel ſapiens. tranſit ergo in ipſum pp ſummam identitatem magnitudinis ad eſſentiam.cum infers, ergo non manet ſm propriam rōnem magnitudinis,neganda eſt conſequentia. immo in creaturis ſic tranſit magnitudo perfectionis,ꝙ non eſt aliud realiter ab eo.cuius eſt,& tñ manet ſm propriam rōnem magnitudinis vt propriu m fundamentū æqualitatis vel inæqualitatis. Eſt eñ vna ſpecies entium quantumcū que immaterialis alteri ſpēi immateriali æqualis vel inæqualis ſm perfectionē,ergo manet in ea magnitudo ſm perfectionē, vt fundans iſtam æqualitatem, & tñ tranſit iſta magnitudo in eſſentiā p identitatem, quia ait Augu.6.de tri. c. 8. de iſta magnitudine,idem eſt maius eſſe, quod melius eſſe.bonitas enim eſſentialis, qua vna ſpecies eſt melior alia, non eſt res addita eſſentiæ.Non ſunt ergo oppoſita in diuinis, immo nec in creaturis tranſire & manere, ſi recte intelligatur,tranſire pp realem identitatem, & manere pp propriam quiditatem: nec ſeq-tur,manet, ergo manet realiter diſtinctum,ſed ſicut aliquid manet,qñ ſua propria quiditas non eſt deſtructa,ſiue per corruptionem, ſiue per reſolutionē in ſeparatā potentiā,ſiue per confuſionē: primo mō trāſit ignis in aquam.ſcdo mō ſi per potentiā diuinā reſolueret ignis in materiā primā ſm ſe manētē. tertio modo,ſi ex eo & aqua generaretur mixtum neutrius actualita-

te

te manente, nullo iſtorum modorum tranſit aliquid in diuinis, & ſolummodo ſic tranſire infert non manere. Non ergo ſequitur, oppoſitum manet hoc eſt in propria & perfecta & plena actualitate, ergo manet realiter diſtinctum, quod declarari poſſet ſi eſſet quæſtio de alietate reali. ¶ Sed ex hoc ſequitur aliud dubium, quia ſicut ſe hēt magnitudo ad eſſentiam, ſic ſe vř habere æqualitas ad identitatem. ſi ergo magnitudo tranſit in eſſentiam æqualitas tranſibit in identitatē, & ita nō erunt tres relationes communes in diuinis. ſ. æqualitas, ſimilitudo, & identitas.

¶ Hic poteſt concedi, quod æqualitas non æque diſtinguitur ab identitate, & ſimilitudine ſicut iſta duo diſtinguunt inter ſe, ſed ꝙ æqualitas dicat modum proprium vtriuſque relationis ad hoc. ſ. ꝙ tam identitas, q̄ ſimilitudo ſit perfecta. Si enim per impoſſibile pater haberet diuinitatem maiorem, & filius minorem, eſſet quædam identitas ibidem, ſed quia fundamentum non haberet eandē magnitudinem, non eſſet ibi pfecta identitas, quia non cum æqualitate. Conſimiliter duo habentes ſcientiam maiorem, & minorem ſunt aliquo modo ſimiles, ſed non perfecte ſimiles, quia non æquales in ſcientia in qua aſſimilantur: magnitudo igitur eadem cuiuſcunque fundamenti, ſiue identitatis, ſiue ſimilitudinis dat cuicunque idētitati, & ſimilitudini, ꝙ ipſa ſit perfecta æqualitas. ergo dicit modum ſimilitudinis, ꝙ ipſa ſit perfecta, & modum identitatis, quia ꝙ ipſa ſit perfecta ſicut magnitudo eadem, dicit modū fundamenti ſcilicet, ꝙ ipſum ſit perfectum.

VLTIMO in iſto articulo viſo de magnitudine, vidēdum eſt quæ eſt vnitas, quæ (vt prius dictum eſt) videtur requiri, ſiue per ſe, ſiue quocunque modo in fundamento æqualitatis. Et eſt ſciendum, ꝙ ſi vnitas magnitudinis alicubi ſit realis, & realiter, hic veriſſime eſt realis, q̄a hæc vnitas eſt numeralis, ſiue ſingularis magnitudinis in duobus, in alijs non eſt vnitas numeralis, licet ſm̄ aliquos forte ſit vnitas aliqua vl̄is, ſiue rationis, de quo non curo modo. tñ certum eſt, ꝙ nulla vnitas verius eſt realis, q̄ vnitas numeralis, & ꝙ iſta ſit proprie in Deo alicuius communis omnib. perſonis dicit Damaſcenus. c. 8. In omnibus creatis hypoſtaſibus, ꝙ diuerſum eſt recōſideratur. cōicatio autem, & copulatio, & vnum rōne, ſiue cognitione cōſiderari, in ſancta vero & incomprehenſibili trinitate econuerſo eſt. illic enim cōe quidē, & vnū reconſideratur. vnumquodque enim horum ſe habet ad alterum nihilominus, quam ad ſeipſum, cognitione vero eſt quid diuiſum.

¶ Ad propoſitum eſt ēt ratio, f. o. 9. & 20. quia ex. 10. met. vnum & multa immediate diuidunt ens. ergo ſi ex natura rei in patre & filio ſit magnitudo eſſentiæ, vt probatum eſt, illa magnitudo, vel erit vna, vel plures: non plures, quia non alterius rationis. patet, nec etiam plures eiuſdem rationis, quia eadem eſſentia numero non eſt magna pluribus magnitudinibus eiuſdem ſpeciei, vel rationis, ergo bř ha-

bemus

bemus concluſionem primam huius primi articuli. ſ.ꝙ æqualitatis in diuinis,prout dr̃ ſ̃m magnitudinem,eſt fundamentum reale, & ex natura rei quantum ad quodlibet qđ requiritur ad fundamentum æqualitatis, & hoc ęque ſicut in quolibet fundamento cuiuſliber æqualitatis,ſiue magis in diuinis.

RESTAT nunc videre de æternitate.patet quidem ꝙ ipſa eſt alicuius quod eſt ibi ex natura rei,quia ipſa eſt exiſtentiæ vt exiſtentia. exiſtentia autẽ eſt ibi ex natura rei. alioquin nihil eſſet ibi exiſtens ex natura rei.habemus ergo aliquid ex natura rei,cuius eſt æternitas. ſed oportet quærere an ex natura rei conueniat ſibi æternitas, vt æternitas:vr̃ ꝙ ſic,quia ſicut infinitas intenſiua dicit modum intrinſecum eſſentię vt eſſentię, ita*æternitas vt æternitas dicit modum intrinſecum exiſtentiæ vt exiſtentiæ,& tunc cum ibi ſit exiſtentia ex natura rei, ſicut & eſſe,pari ratione modus intrinſecus alterius. Pro hoc eſt Diony.de diui.no.c.5. partis tertiæ. Deus non quodãmodo eſt exiſtens,ſed ſimpliciter, & circunſcriptiue totum eſſe accipit in ſeipſo,&præaccipit,pp quod dr̃ rex ſeculorum, & ſequitur,ipſe eſt eſſe exiſtentibus, & ipſum eſſe exiſtentium, & exiſtens ante ſecula,ipſe eſt enim æuum æuorum,qui eſt ante ſecula. Conſimili modo videtur ſibi attribuere æuum æuorum,per quod intelligitur æternitas ſecundum quod ipſa eſt exiſtens ſimpliciter,& in circunſcripte.

2. Ex hoc colligunt quidã, qđ exiſtentia non eſt modus intrinſecus vide ſupra q.1. pag.9.c.1.

CONTRA iſtud obijcitur per illud Boetij 5.de conſo. proſa.6.vbi vult,quod æternitas eſt ĩterminabilis vitæ tota ſimul & perfecta poſſeſſio, & ſimilis ſententia habetur ab Anſelmo mono.27.& ſecundum iſtã corrigenda eſt ſententia Ricar.2. tri.c.9. Carere inquit initio, & fine, & omni mutabilitate dat æternum eſſe, ſic ſupplenda & intelligenda eſt iſta ſententia ſecundum deſcriptionem prædictam, in qua ponitur vita, quæ accipitur pro exiſtentia actuali perfecta, quomodo Ioan.5. ſicut pater hẽt vitam in ſemetipſo,ſic dedit &c.hoc ergo ponitur tanquam connotatum,quia quaſi ſubiectum,vel fundamentum æternitatis,& illud certum eſt eſſe in Deo ex natura rei ſicut exiſtentia perfecta, ſed alia tria.ſ.interminabilis, quod excludit deſitionem,& tota ſimul quod excludit ſucceſſionem, & perfecta poſſeſſio quod excludit dependentiam,& participationem. illa enim non videntur dicere vltra vitam, niſi relationem poſitiuam, vel negatiuam. negatiuam quidem negatione terminationis, negatione ſucceſſionis,& negatione dependẽtiæ, & relationem poſitiuam potentialem,vel aptitudinalẽ,quia interminabilis vr̃ dicere poſſe per ſe coexiſtere cuicunque durationi, vel exiſtẽtiæ tota ſimul ſine variatione, & ſucceſſione poſſe coexiſtere cuicunque perfecta poſſeſſio a ſeipſo exiſtere, & non dependere in exiſtendo. Si ergo hæc eſt proprijſſima deſcriptio æternitatis quam inuenimus,& hoc eſt vnum tantum ex natura rei. ſ. vita: tria autem quæ complent rationem eius non ſunt ibi ex natura rei, vt videtur,quia per ſe important,vel negationem alicuius imperfectionis

a de a
t c. 37
Doctr
ſingula
& expe
tio diſ
tionis e
nitatis
tal ſim

ctionis extrinſecæ, vel relationem aliquam aptitudinalem, vel potentialem ad aliquid extrinſecum,& nec ſic nec ſic, eſt aliquod eorum ibi ex natura rei,& per conſequens nec æternitas vt æternitas erit ibi ex natura rei.

ondera rbū qui elligit.

¶Hæc concluſio ſi conceditur,poteſt reſponderi ad illud, quod arguitur in contrarium, quod.ſ. æternitas ſit proprius modus exiſtentiæ diuinæ. hæc eſt neganda,quia ſi per impoſſibile eſſentia diuina raptim trãſiret, adhuc haberet tam eſſentia quam exiſtentia modum intrinſecum.ſ.infinitatem intenſiuam,ſed non haberet illa exiſtẽtia æternitatem per quam intelligimus infinitatem duratiuã, quæ vltra infinitatem intenſiuã non addit,niſi negationem deficiendi vel relationem rationis potentialitatis.ſ.coexiſtẽdi cuicunque poſſibili, q̃ relatio non eſt niſi rationis. hoc patet hoc modo,quia ſi Angelus annihilaretur cras, non haberet alium modum intrinſecum in natura ſua,quàm ſi maneat in æternũ, ſicut manebit, & ſecundum aliquos ſine ſucceſſione, quia illã negant de æuo. non eſt ergo poſſibile vltra infinitatem intẽſiuam eſſentiæ, vel exiſtentiæ q̃ infinitas dicit magnitudo ſiue ſit huius ſiue illius, intelligere ibi aliquam quantitatem quæ ſit ibi ex natura rei.quæ.ſ.ſit durationis perpetuę,ſed quicquid intelligitur ſuperadditum addit relationem rationis vel negationis.¶Verum eſt igitur,quod exiſtentia habet modum ſibi intrinſecum, ſicut eſſentia,ſed illud non eſt niſi infinitas intenſiua,ęternitas autem vt ęternitas ſiue interminabilis duratio vt interminabilis duratio, non eſt infinitas. ¶Ad Dionyſium concẽdo,quod ex natura rei Deus eſt exiſtentia incircunſcripta, hoc eſt infinita intenſiue, ita q́ magnitudo proprię exiſtentię eſt infinitas, & ita eſſet ſi p impoſſibile Deus ſtatim deſineret eſſe. Sed quod addunt vlterius, quod ipſe eſt ęuum ęuorũ,hoc eſt ęternus vel ęternitas, verum quidem eſt hoc, quia ſua exiſtẽtia habet repugnantiam ad deſinere eſſe, & fundamentum illius repugnantię eſt ibi ex natura rei.ſ.exiſtentia, ſed formalis ratio repugnantię ad deſinere eſſe,ſiue ſit negatio deſitionis, ſiue neceſſitas coexiſtendi cuicunque compoſſibili,hoc vltra illud quod eſt ex natura rei addit negationem imperfectionis,vel reſpectum ad extra. nec Dionyſius dicit,quod ibi ex natura rei eſt ęuũ ęuorum, ſicut eſt exiſtens,ſicut ſecundum Augu.dicimus Deum eſſe magnũ, eſſe ſapientem. bonum &c. ſicut frequenter dicit.Non tñ pp hoc oportet q́ illi ex natura rei conueniat hoc vel illud ſine oĩ negatione, vel relatione rõnis. ¶Quantũ ergo ad iſtũ articulũ hr̃ cuius ſit ęternitas.ſ. exiſtentię. ¶ De iſta ęternitate an inſit ex natura rei,teneatur altera via duarum dictarũ, illa quę vr̃ inquirenti probabilior. ¶De vnitate ęternitatis,tanquam quantitatis fundãtis ęqualitatẽ,& hoc ſub rõne vnius, nõ oportet hic aliter diſcutere,q̃ dictũ eſt prius de vnitate magnitudinis.

DE TERTIO ſ. ptãte.poteſtas maxime importat relationem ad poſſibile, & per conſequens relationem rõnis, quia (ſicut

Diſtin. 3. primi. (ſicut alibi probatum eſt) Deus ad nihil aliud a ſe poteſt referri realiter ſi ergo poteſtas, vt poteſtas ponatur fundametũ, quãtũ ad illud fundamentum non eſt ibi ęqualitas ex natura rei. Si autem accipiatur poteſtas pro illo, ſecundum ꝙ iſte reſpectus dicitur de Deo, quod forte eſt voluntas, quia illud eſt abſolutum, quod eſt principiũ omniũ poſſibilium. ſi voluntas vt voluntas ponat̃ ibi ex natura rei, de quo tactum eſt aliquid in prima quęſtione, ſequitur ꝙ illud fundamentum quod eſt reale eſt ibi ex natura rei, ſed tamen illud nõ eſt fundamentum æqualitatis ſecundũ poteſtatẽ vt abſolute accipitur, ſed vt accipitur ſub rõne poteſtatis ad obiecta extrinſeca. Nã ſecundum voluntatem abſolute pater & filius nõ ſunt ęquales niſi ſm magnitudinem intrinſecã voluntatis. & illud eſt primũ ſecundum ꝙ attenditur ęqualitas, non aũt tertiũ. ſm ergo voluntatem vt tertium ſunt æquales prout volũtas eſt ęquale principium poſſibilium, ita ꝙ æqualitas poteſtatis eſt ſemper æqualitas principij, vt principij. & per conſequens eo modo quo Aug intẽdit aſſignare ęqualitatẽ ſm iſta tría ſemper includitur in fundamento ęqualitatis tertiæ poteſtas vt poteſtas ſiue * cauſalitatis actus. & cum illa non ſit niſi reſpectus rationis, nunq̃ fundamentum quod aſſignatur tertium æqualitatis eſt ibi ex natura rei. *a.l. cauſalitas actiua.* ¶ Sed obijcit̃, ꝙ relatio non poteſt fundari in relatione. ergo nec æqualitas in poteſtate. primum probatur, qa ſi ſic, eſſet proceſſus in infinitu, tũ per Auguſtinum. 7. de tri. Primo oẽ quod relatiue dr̃, eſt aliq̃d excepto relatiuo. ergo oportet reducere ad aliquod abſolutũ. & oportet relationẽ fundari in aliquo abſoluto. ¶ Diceretur forte, ꝙ antecedens non eſt verum, quia. 5. Geome. diffinit Euclides proportionabilitatem ſic. Proportionabilitas eſt ſimilitudo duarum proportionum. Similitudo iſta dicit relationem formaliter, & eſt proportionis & proportionis vt duorum fundamentorum ſimilium. proportio autem manifeſte importat relationem. ¶ Sed quicquid ſit de hoc, ad propoſitũ poteſt dici ꝙ relatio rõnis põt bene fundari in relatione rõnis, ſicut iſta eſt vera loquendo de intentionibus ſecundis. genus eſt ſpecies. hęc intentio genus cõcipit̃ ſub intentione vniuerſaliori, q̃ ſpecies quod eſt vniuerſale. & cõcipitur ſicut differens ſpecie ab hac intentione ſpecies, & ab hac quę eſt differentia, & non habet ſub ſe per ſe inferiora, niſi numero differentia. Nam hęc intentio generis in colore, & illa in animali non differunt niſi numero ſolum. Fundatur ergo hęc intentio quæ eſt ſpẽs in hac intẽtione quę eſt genus, & rõ huius poſſibilitatis in relationibus rõnis eſt iſta, quia oẽ illud põt eſſe fundamentũ relationis rõnis, qd ipſa rõ põt comparare ad alia. *De hi[...] de 14[...] ni vn[...] ſalium ius.* poſſum autem relationem rationis intelligere, & eam ad aliam comparare. ergo illa ſecunda relatio fundatur in relatione prima. relatio autem æqualitatis, quæ fundatur in poteſtate, eſt tantum relatio rationis, ſicut illud in fundamento eſt tantum relatio rationis.

DE SECVNDO articulo principali tria dico. ¶ Primo, ꝙ ęqua-

æqualitatis in diuinis extrema ſunt realirer diſtincta. ¶Secũdo, ꝙ ipſa ēt requirit diſtinctionẽ realem extremorũ illorũ. ¶Tertio, ꝙ ipſa non qualitercunque requirit, puta cõcomitantes, ſed præexigit illam diſtinctionem. ¶Primum patet, quia perſonæ dicuntur æquales iſta æqualitate vna alteri. non aũt dicitur eſſentia æqualis ſibi, vel perſonæ, vel econuerſo. perſona autem a perſona diſtinguitur realiter. ¶Secundum probatur per auctoritatem Hilarij, qui dicit. 3. de tri. Similitudo ſibijpſi non eſt. Si autem ſimilitudo nõ reqreret diſtinctionẽ extremorũ, poſſet aliquid idem eſſe ſibi ſimile, ſicut eſt de identitate, idem enim eſt ſibijpſi idem, pro eo ꝙ identitas non requirit extremorum diſtinctionem. ¶Hoc aũt probatur auctoritate Auguſtini. 6. de trini. c. 9. vbi vult, ꝙ in filio eſt prima æqualitas. Si autem æqualitas non requireret diſtinctionẽ extremorum, poſſet pater eſſe ęqualis ſibi. & per conſequens cum pater ſit prior origine filio, prima æqualitas eſſet in patre. nunc autem pro tanto dictum Auguſtini eſt verum, quia nõ eſt ibi æqualitas, niſi inter perſonas diſtinctas, & ideo non eſt ibi, niſi genito filio. In ipſo ergo eſt prima æqualitas, & terminatiue qua. ſ. pater eſt æqualis ſibi, & prima æqualitas quaſi denominatiue, vel relatiue, quæ. ſ. non eſt ad terminum aliquo modo ſubſequentem. ¶Tertium probatur. ſ. ꝙ diſtinctio præexigitur rationi æqualitatis. Hoc probatur ratione fundata in auctoritate accepta Ioan. 5. Patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciendo Deo, & inuenitur talis demonſtratio. Chriſtus dicebat & veriſſime patrem ſuum Deum eſſe, ergo ſe faciebat, hoc eſt ſe aſſerebat æqualem Deo. Communicatio autem perfecta naturę non poteſt eſſe ſine communicatione eius in ꝓpria ſua magnitudine, & per cõſequens nec ſine æqualitate inter communicantem & illum cui cõicatur. Et ꝙ ipſa cõicatio ſiue generatio, quę importatᷣ in hoc ꝙ patrẽ ſuũ dicebat Deum, præexigatur ipſi ęqualitati, probatur per hoc, quia *qualis ordo realis eſſet inter aliqua, ſi illa eſſent diſtincta realiter, talis ordo eſt inter ea vbi ſunt eadem ſolum diſtincta ratione. Hæc ratio eſt ſuperius ſæpe declarata. Nunc autem ſi eſſentiæ magnitudo differret realiter ab ipſa eſſentia. eſſentia prior eſſet realiter magnitudine. & per cõſequens cõicatio eſſentiæ communicationẽ ſuę magnitudinis. ergo qualiſcunque diſtinctio ſit inter illa in propoſito, tali mõ cõicatio eſſentiæ erit prior cõicatione magnitudinis, & ꝑ cõſequẽs ęqualitate, quia non eſt in altero extremo, niſi ſm magnitudinẽ communicatam. ¶Secundo arguitur ad idem, quia pluralitas eiuſdem rationis neceſſario finita neceſſario pręexigit pluralitatẽ alterius rationis, ſecũdũ quã ipſa determinetᷣ. Iſta fuit declarata in ſolutione ſecũdę qõnis. modo aũt ęqualitatis in perſonis diuinis pluritas eſt eiuſdem rationis, & neceſſario finita, ergo ipſa prę exigit pluralitatẽ alterius rõnis, per quã ipſa determinatur ad certã pluralitatem. Iſta pluralitas alterius rõnis pręexacta non poteſt poni, niſi in proprietate perſonali. Mi-

*B. Vide r. q. quolib. pag. 15. c. r.

Minor quantum ad primã partem.ſ.ꝙ æqualitatis in perſonis diuinis eſt aliqua pluralitas. probatur, quia relatiue oppoſita neceſſario ſint diſtincta, & per conſequens plura, & cum relationes in eis ſint rationes oppoſitionis, illæ ęque vel multo magis erunt oppoſitæ & diſtinctę. & ſi idem non poteſt eſſe ſimile ſibi vt ſupra dictum eſt ſecundum Hilarium, multomagis æqualitas in vno æquali eſt diſtincta ab ęqualitate in alio æquali. ¶ Alia pars minoris.ſ.ꝙ illa eſt eiuſdem rationis, ſatis eſt euidens, quia ſic eſt in qualibet æqualitate. ¶ Tertia pars minoris.ſ.ꝙ eſt neceſſario finita. patet, quia alioqn poſſent eſſe infinitæ æqualitates in diuinis, & per cõſequens neceſſario eſſent. ¶ Et ſi inſtetur, ꝙ maior proportio eſt vera de pluralitate reali, & non alia. ſi autẽ minor ſic accipiat pluralitatem æqualitatum eſſe * realiter in diuinis, tunc petitur principiũ.

a.l. realẽ.

¶ Contra, hęc maior eſt vera de quacunque pluralitate, ſiue rei, ſiue rationis. Minor etiam probata eſt qualitercunque ſit.ſ. ꝙ neceſſario eſt pluralitas, quia nõ ſolum in relationibus realibus non poteſt eſſe eadem relatio realis in vtroque extremo. ſed alia & alia, immo hoc verum eſt in relationibus ſecundum rationem: quàmuis enim relationes rationis ſint diminutæ entitatis reſpectu reſolutionum realium. tamen in ſua entitate habent oppoſitionem & diſtinctionẽ correſpondẽtem ſuæ entitati, vt patet in exemplo ſatis conuenienti. relatio enim cauſæ, vt dicitur de Deo, eſt tantum rationis, & tamen ipſa cauſa ſuo modo oppoſitionem & incompoſſibilitatem tantam habet ad cauſatũ, ſicut paternitas ad filium. non enim petitur concluſio in minori accipiendo in minori ꝙ iſta ſit pluralitas realis, ſed tantum accipitur generaliter, ꝙ ſit diſtinctio æqualitatis in relatiuo, & ſuo correlatiuo. quod verum eſt ſiue relatio ſit realis, ſiue rationis, & eſt pluralitas neceſſario finita, & eiuſdem rationis. Sequitur ergo concluſio, ꝙ neceſſario præexigat aliquam diſtinctionem alterius rationis, per quam determinetur, & non inuenitur talis alterius rationis, nec realis, nec rationis, niſi pluralitas proprietatum perſonalium. ¶ Iuxta iſtud patet corolarium, ſcilicet ꝙ demonſtratione propter quid relationes communes cõcluduntur de perſonis diuinis per relationes originis, ſicut dictum eſt in ſecundo articulo primæ quęſtionis, ꝙ per proprietates eſſentiales concluduntur de perſonis habentibus illas proprietates perſonales propter quid, vtpote per memoriã perfectam propter quid, concluditur de perſona habente talem memoriam a ſe, ꝙ ſibi conuenit dicere verbum perfectum. & per voluntatem perfectam concluditur, ꝙ habenti eam a ſe conuenit ſpirare, quemadmodum concluderetur, ſi memoria differret a dicere, & voluntas a ſpirare. ita in propoſito cõparando relationes perſonales ad communes, eſt ſimilis proceſſus, quia ſi different realiter habere iſtam naturam eandem per generationem, & eſſe idem, vel per generationem habere magnitudinem eandem, & eſſe æqualia. ſicut per hoc ꝙ eſt. a. producere. b. perfecte in pfecta

magni-

magnitudine demonſtraretur æqualitas.a. & b.ita vbi eſt diffe rentia qualiſcunque rõnis ſemper maneret idem ordo conceptuum, quantum ad noſcibilitatem, & per conſequens idem ordo ſcibilitatis.

1.par. .q.7. . prt- ſcrip. it. ere th. ar. q. & 28. Henri. lius. CONTRA DICTA in iſto articulo obijcitur dupliciter. ¶ Primo contra concluſionem.¶ Secundo, contra illam tertiam probationem de præexigentia illa. ¶ Cõtra primum ſic. æqualitas aliquorum nõ eſt niſi relatio ſecundum magnitudines eorumdem commenſuratis inter ſe, non eſt ergo æqualitas eorum, niſi ſecundũ plures magnitudines adinuicem commẽſuratas. ergo cum ſecundũ magnitudinem eſſentiæ dicitur eſſe perſonarum æqualitas, cum hic non poſſit eſſe pluralitas rei, ſed tantum rationis, oportet ꝙ magnitudo bis accipiatur ſecundum intellectum ad hoc ꝙ fundet æqualitatem ſemel. ſ. vt in hac perſona, & ſemel vt in illa, ergo non eſt diſtinctio fundamenti, quæ requiritur niſi per tantum iteratam actionem intellectus, & ita rationis tantum.¶ Præterea, forma eiuſdem rationis 59. non diſtinguitur, niſi per actionem materiæ ex. 12. Meta. ęqualis eſt forma tantum eiuſdem rationis, vt acceptum eſt in arguẽdo, & non eſt ibi materia aliqua, ergo non eſt ibi alia & alia ęqualitas. non ergo eſt hic ſolum nõ diſtinctio fundamenti ſecundum primum argumentum, ſed nec diſtinctio relationum oppoſitarum ſecundum iſtud argumentum. ¶ Præterea tertio ꝓbatur, ꝙ nec eſt diſtinctio extremorum inquantum ſunt extrema, quæ tamen requiritur. nam extrema non ſunt extrema, niſi inquantum terminant relationem, non autem terminant niſi inquantum habent fundamentum æqualitatis, & inquantum habent illud non diſtinguũtur. ¶ Quarto & vltimo. q͂d conuenit perſonis diuinis ſecundum ſubſtantiam, nõ diſtinguitur in eis. nunc autem ſecundum Aug. 5. de trini. 7. quærimus ſecundum quid patri ſit æqualis filius. non autem ſecundum hoc quod ad patrem dicitur filius. Reſtat ergo vt ſecundum illud quod ad ſe dicitur ſit æqualis, hęc Auguſtinus. habetur ergo hæc minor aſſumpta. ſ. ꝙ æqualitas conueniat perſonis ſecundum ſubſtantiam.

ISTARVM quatuor rationũ tertia confirmat primam, & quarta ſecundam. & poſſunt tãgi pro diſtinctis rationibus. Hen. quol. 1. q. 1. ¶ Prima ratio videtur eſſe fundamẽtum vnius opinionis, & ideo cõtra illud quod accipitur in ea ꝓ fundamento. ſ. ꝙ æqualitas realis requirit diſtinctas magnitudines & commenſuratas, arguitur primo ſic. Relationes quæ fundantur in aliquo fundamento, vt ipſum eſt vnum non magis requirunt diſtinctionẽ eius, quàm illæ quæ fundantur in aliquo, non vt vnum, & hoc loquẽdo hincinde æqualiter. ſ. quantum ad illud quod eſt eſſe relationem realem, ſed relationes originis fundantur in eſſentia diuina, non vt vna. ita ꝙ vnitas non eſt ratio proxima fundandi, & relationes communes per oppoſitum fundantur in fundamento illo, vt vnum eſt. ergo nõ maiorem diſtinctionem requirunt in fundamento relationes communes, vt ſint reales, quàm rela-

relationes originis. ſed iſtę non requirunt ſecundum omnes, ergo nec illæ. ¶ Præterea. eſſentia ſecundum ſe & non vt bis accepta ſecundum intellectum fundat diſtinctas relationes reales originis pro tanto vt videtur, q̃a ipſa vt fœcunda in ratione principij communicatiui, & termini communicabilis eſt infinita formaliter, ſed ipſa vt quanta virtualiter eſt infinita formaliter, immo ipſa eſt quantitas infinita, ergo pari ratione ipſa, vt ſic quanta, poteſt fundare relationes communes oppoſitas reales, & non tantum vt bis accepta per conſiderationem intellectus. ¶ Præterea, ꝙ additur de quantitatibus diſtinctis commenſurantis. Quæro quid intelligitur per illud quod ipſe dicit æqualitatem realem non eſſe niſi ſecundum magnitudines ſic commenſuratas, aut enim ꝑ hoc quod eſt eſſe commenſuratas intelligi ratio formalis ęqualitatis, aut aliqua ratio pręuia fundamentalis. ¶ Si primo modo, eſt manifeſta petitio, non eſt realis commenſuratio, ergo nō eſt realis æqualitas. ¶ Si ſecundo modo, non videtur probabile ꝙ ſit ratio in fundamento pręſuppoſita æqualitati, immo cōmenſuratio actualis videtur eſſe poſterior æqualitate, quia videtur importare coextenſionē, & applicationem aliquorum ęqualium, & modum talem extendi, ſiue habendi quantitatem ſecundum quam poſſunt coextendi, & applicari ad hoc, quod ſint commenſurabilia. Vnde corpus Chriſti in euchariſtia nō eſt commenſuratum alicui habenti quantitatem, ſed nec commēſurabile potētia propinqua ſub eo modo, quo habet ibi æqualitatem. non eſt ergo argumentū aliquo modo a priori. non eſt realis commenſuratio, ergo non eſt realis æqualitas. ¶ Ad argumentum igitur reſpondeo, ꝙ ſi eſſent duæ magnitudines, quarum neutra alia excederet haberent vltra rationem quantitatis fundantis æqualitatem vnitatē, licet diminutam & ſecundum quid. quando autem eſt in duobus ſuppoſitis eadem magnitudo numero, tunc cum diſtinctione extremorum eſt ibi vnitas ſimpliciter habetur ergo ſimpliciter extremorū diſtinctio, & ſimpliciter vnitas formæ ſecundum quam referuntur. & ita verius eſt ibi illud quod requiritur ad relationem communem, quàm ſi non eſſet vnitas formę in extremis, niſi ſecundum quid: nam relatio communis hoc habet generale cum alijs, ꝙ relatio requirit diſtinctionem extremorum, ſed hoc habet ſpeciale, ꝙ requirit vnitatem fundamenti. neganda eſt ergo illa propoſitio, quòd æqualitas non eſt realis niſi ſecundùm plures magnitudines, immo illa quæ eſt ſecundū plures magnitudines eſt ſecundum quid æqualitas realis, quia eſt ſecundum vnitatem magnitudinis ſecundum quid, ergo vbi eſt vna magnitudo ſimpliciter propter æqualitatem ſimpliciter & realem, non oportet ꝙ illa vnitas ſit bis accepta vt ratio fundandi, quia iterata acceptio nihil adderet ad illud, quod eſt ratio fundandi, ſed magis diſtraheret totum, immo tantummodo ſufficit, ꝙ ipſa realiter ſit vna habita in extremis realiter diſtinctis. ¶ Ad ſecundum de illa propoſitione maiori, dictum eſt

in

in quæſtione ſecunda & expoſita eſt intētio philoſophi.12. Meta.quō nō accipitur materia ibi pro materia receptiua formæ, ſed pro quocunq; qđ præexigitur ipſi formę ſm cuius pluralitatem determinatur ipſa pluralitas in ipſa forma, & hoc modo æqualitas habet materiam,quia pluralitas æqualitatis neceſſario præexigit pluralitatem alterius rationis, ſecundum quam neceſſario determinatur ad certam pluralitatem,vt patet in tertia concluſione iſtius articuli, quæ eſt ꝙ æqualitas præexigit relationes originis.¶Ad tertiū, cum dicitur extremum inquantum extremum terminát,poteſt diuerſimode intelligi iſta reduplicatio, vel quia reduplicatur relatiuum,quod dicitur oppoſitum, vel correlatiuum. vel duplicatur ratio formalis vltima, qua.ſ.vltimate formaliter eſt relatiuum,vel correlatiuum,vel ꝙ reduplicatur ratio formalis non vltima,ſed fundamentalis quaſi præuia.¶Primo modo,& ſecundo maior eſt vera,ꝙ.ſ. extremū inquantum extremum oportet realiter diſtingui ab extremo. Tertio mō falſa eſt,& ſolum illo modo minor eſt vera. vnde probatio quæ accipit, ꝙ extremum inquantum eſt extremum terminat.Adhuc ibi ly,inquantum, habet tantam reduplicationem, quantam prius , & ſolummodo in tertio ſenſu probatur p hoc, ꝙ terminat inquantum habet in ſe fundamentum. ¶Ad quartum dico,ꝙ hæc propoſitio , ſecundum. quando fit comparatio ad prædicatum reſpectiuum non ſemper notat ſuum caſuale eſſe rationem formalem vltimatam inhærentię prędicati. ſed communis,vel ſaltem communiter notat ipſum eſſe rationē fundamentalem,dico enim ſortem ſm albedinem eſſe ſimilē Platoni,cū tñ albedo non ſit rō formalis proxime eſſendi ſimilem Platoni,ſed ſimilitudo eſsēdi ſimilē,ſicut albedo eſſendi albū. Pro tanto tñ hoc cōceditur, qꝛ albedo eſt rō fundamendalis ſimilitudinis.dico tunc ꝙ Auguſtinus ītelligit ibi,ꝙ æqualis eſt patri filius ſm ſubſtantiam, qa paternitas & filiatio nō ſunt ꝓpriе rōnes fundamētales ipſius æqualitatis, ſed aliqd qđ eſt cōmune eis, & aliqd qđ eſt ad ſe, qñ ergo accipiť in maiori illud qđ dř ſm ſubſtantiam in pſonis, nō numerať in eis, iſta eſt vera prout ly,ſm, notat proximā rōnē formalē,& ſic minor eſt falſa,nec ad intentionē Aug.ſed tā tūmodo intelligit prout caſuale huius præpoſitionis,ſm,notatur eſſe rō fundamentalis reſpectu relationis , quę prædicatur. ¶Et ſi obijciať.quare ergo pater nō dř př ſm ſubſtantiā, cū ſubſtātia ſit rō fundamentalis reſpectu paternitatis,& immediatius, q̃ reſpectu æqualitatis per te.¶Dici poteſt, ꝙ cum dř ſm ſubſtantiam ibi accipitur ſubſtātiā prout eſt vna. eſt aūt fundamentum vtriuſque relationis vna quidē exiſtēs,ſed nō vt vna, immo vt in tribus eſt fundamētū æqualitatis ,ipſa aūt quæ eſt vna,& nō vt vna in tribus eſt fundamētū paternitatis, ſiue filiationis.immo vt fęcunda in rōne principij & termini cōicabilis, quaſi proximo fundat. ¶Aliter poteſt dici,logice,ꝙ nihil dř vere cōpetere alicui ſm.a. ſi a. ſit rō tranſcendens, & hoc ſiue ſit ratio formalis, ſiue fundamen-

Difficultas notabilis.

talis,vnde hæc eſt falſa.ſortes ſecundũ colorē eſt albus. Hæc autē eſt vera, ſortes ſecundũ albedinē.eſt albus.nunc aũt eſſentia eſt ratio fundamentalis paternitatis,eſt tamen trãſcendens, ſed æqualitas rõ fundamentalis nõ tranſcendēs,ſed adæquata, & iõ ſm logicã Auguſtinus proprie locutus eſt,vt hęc ſit vera,aliquo modo: pater ſecundũ eſſentiã eſt æqualis, qũo iſta non eſt vera, ſecundũ eſſentiam eſt pater, immo eſt vera, ſm memoriã eſt pr̃:quia iſta ratio fundamentalis eſt adęquata relationi illi.

Th. in 1. ſcripti di. 3. vide primo repertationum diſ. 31. q. 2. art. 3 ad propoſitũ.

SECVNDO contradicitur his quæ dicta ſunt in ſecundo art. de præexigentia. Dicitur.n. quod æqualitas non eſt aliqua realis relatio diſtincta a perſonalibus,ſed in ſuo intellectu includit illas, & eſſentiæ vnitatem & hoc ſic deducitur.In diuinis nõ eſt conſiderare niſi eſſentiam & relationes reales, quibus fit diſtinctio, idem aũt ad ſe non refertur. nec relatio refertur ad aliam relationem per aliquam relationem aliam.Cum enim dicitur, quòd paternitas opponitur relatiue filiationi, oppoſitio non eſt relatio media inter filiationem & paternitatē, quia iſto modo relatio multiplicaretur in infinitum, & ideo ęqualitas vtrunque importat, ſcilicet & perſonarum diſtinctionem, & eſſentię vnitatem: quia ex hoc ſunt ęquales, quia ſunt eiuſdem ſiue vnius magnitudinis. includit ergo ęqualitas in ſuo intellectu, & relationes diſtinguentes, & eſſentię vnitatem.¶Contra iſtud. ſi enim intelligatur per ſe includere, & non tantũ quaſi materialiter, ſiue præexigendo, hoc videtur falſum. primo,quia eſſentia & relatio non faciunt conceptum per ſe vnũ, nullus enim conceptus vnus eſt per ſe ad ſe, & per ſe ad alterum, ęqualitas autem videtur habere conceptum per ſe vnũ. ¶Pręterea, quod per ſe includit altera alterius rationis non eſt per ſe eiuſdem rationis, æqualitas autem eſt per ſe vnius rationis in patre & filio. ergo non includit per ſe relationes originis iſtarum perſonarum:quia illę relationes ſunt alterius rationis.

DICO ERGO quòd æqualitas fundamētaliter importat eſſentiam,præexigitiue autem relationes perſonales, ſed nec per ſe hoc, vel illud importat, ſed per ſe importat relationem aliquam etiam alterius rationis a relationibus originis, quę relatio habet idem fundamentum remotum, quod alia relatio habet fundamentũ propinquum,& ſecundum hanc relationem communem perſonę conſtitutę per relationes originis referuntur. ¶Et per hoc ad argumentum concedo enim, ꝙ ſecundum æqualitatem eſſentia non refertur ad ſe, neque etiam ſecundum ęqualitatem paternitas refertur ad filiationē, ſed non ſequitur: ergo paternitas non eſt alia relatio ab ęqualitate, immo ſecundum æqualitatem refertur pater habens eſſentiam, & paternitatem ad filium, nec apparet probabilitas in iſta conſequentia, ęqualitas eſt relatio alia ab illis originis,ergo ſecundum illam, vel idem refertur ad ſe,vel relatio ad relationem oppoſitam, immo quod plus eſt ſecundum paternitatem, nec refertur idem

ad

ad ſe,nec relatio ad relationem oppoſitã, ſed relatiuum ad correlatiuum oppoſitum : & ſic eſt in propoſito, niſi ꝙ ibi relatiuũ conſtituitur primo per relationem,qua refertur, hic aũt tantũ denominatur a relatione,qua refertur quaſi aduentitia.

DE TERTIO articulo dico quòd iſta relatio, quę ineſt extremis iſtis, ineſt ſecundũ fundamentum quod eſt in eis ex natura rei.Et hoc probatur duplici auctoritate euangelij, & duplici auctoritate Auguſt. & duplici ratione. ¶Prima auctoritas eſt Ioan,5 prius allegata,patrem ſuum dicebat eſſe Deum, æqualem ſe faciendo Deo, qua enim neceſſitate & realitate pater genuit filium, eadem genuit ſibi æqualem, dicente Auguſtino contra Maximum lib. 5. c.2. vel 20.Si dicimus,inquit, quòd pater maior eſt filio,quia pater genuit, filius non genuit,cito reſpondebo,immo ideo pater maior non eſt filio, quia æqualem genuit filium.& hoc Iudæi cęci intellexerunt ſecundum ꝙ pertractat Chriſo.ſuper Ioan. 5. q̃a Chriſtus in dicendo ſe filium patris, dicebat ſe ex hoc eſſe æqualem patri, & hoc iterum probatur ex ſecunda auctoritate euangelij,& ſecunda Auguſtini.Illa euangelij eſt Io.10.Quod dedit mihi pater maius omnibus eſt, & verbũ Auguſtini huic conſonans eſt.15.de trini. c. 14. pater inquit genuit filium per omnia æqualem ſibi. non enim ſeipſum integre perfecteque dixiſſet, ſi aut minus, aut amplius eſſet in verbo quàm in ſeipſo.¶Ex iſtis formatur talis ratio, perfectiſſima communicatio non eſt niſi perfectiſſimi termini communicabilis, & in perfectiſſima magnitudine,ſm quã omnino ſit æqualis productus producenti. Si ergo ex natura rei cõicatio illa in generatione diuina eſt neceſſario perfectiſſima, ſicut terminus perfectiſſimus communicatur in magnitudine perfectiſſima, qua datur filio, ꝙ eſt maius omnibus, ſicut ipſe dicit,ſic ex natura rei data eſt ſibi æqualitas ipſi patri habenti eandem eſſentiam in eadem magnitudine. ¶ Huic concordat tertia auctoritas ſcripturæ,quæ eſt ad philoſophi. 2. non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo.Et cum hac tertia auctoritate concordat Auguſtinus ſuper Ioan. homil. 17. ſuper illud, æqualem ſe faciens Deo. Sed non ipſe ſe faciebat æqualem, ſed ille illum genuerat æqualem, ſi ipſe ſe faceret æqualem Deo caderet in rapinam Aug.vult dicere non ſe fecit æqualem rapiendo, vel vſurpando æqualitatem, ſed faciebat.i.aſſerebat ſe æqualem Deo propter hoc quod dixit ſe natum ex Deo; vnde dicit ibidem Chriſtus æqualis patre natus eſt. Vnde ſic illum commendat apoſtolus:Qui cum in forma Dei eſſet,non rapinam arbitratus, eſt ſe eſſe æqualem Deo. quod eſt non rapinam arbitratus, niſi quòd non vſurpauit æqualitatem Dei,ſed erat in illa in qua natus eſt, vnde præmiſit ante. Ecce inquit intelligunt Iudæi,quod non intelligunt Arriani, qui Dei filium inęqualem patri dicunt. nec Iudęi intellexerunt patrẽ eẽ ęqualem filio, ſed tantũ intellexerũt in verbis, q̃a talis cõmẽdaretur filius, q̃ æqualis eſſet patri. Ex

omnibus iſtis verbis ſcripturę & Augu.videtur haberi, ꝙ ſicut per naturalem generationẽ cõi cata eſt filio natura eadem, & magnitudo ſubſtantiæ, ſic & æqualitas. ¶Ad concluſionẽ iſtã ratio prima eſt iſta, ſi eſſet alia magnitudo in patre & in filio ſecundum Arrianos : filius eſſet minor patre minoritate quæ eſſet relatio realis, & non tantum rationis.relationes enim de primo modo fundatę ſuper quantum non vt vnum ſunt reales, ideo magis, vel ęque ſi eadem magnitudo communicatur erit æqualitas realis. ¶Secunda ratio eſt,quæ quaſi confirmat iſtã, quia non videtur probabile, ꝙ oppoſitum imperfectum ſit in entibus ex natura rei,& non poſſit ibi eſſe oppoſitum perfectũ ex natura rei.Nunc autem ęqualitas eſt oppoſitum perfectum : & inęqualitas oppoſitum imperfectum ſecundum Aug.de quantitate animæ, ubi loquitur ad diſcipulum ſic, æqualitatẽ inquit inæqualitati iure anteponis,nec quiſquam eſt vt æſtimo humano ſenſu præditus cui illud non videatur. Nunc autem in entibus eſt perfecta inęqualitas, quia maioritas & minoritas ex natura rei, & realis. ergo videtur irrationabile, ꝙ in entibus non ſit perfecta æqualitas realis & ex natura rei, nuſquam autem eſt perfecta niſi in perſonis diuinis, quia nuſquam alibi eſt magnitudo perfecta. ¶Conſimiliter poſſet argui de identitate,& diuerſitate, quia identitas eſt extremum ſiue oppoſitum perfectius,eſt autem ſecundum multos aliqua diuerſitas perfecta in entibus, quæ ſit relatio realis,ergo aliqua identitas perfecta quæ ſit relatio realis. nuſquam autem eſt ita perfecta ſicut in perſonis diuinis,illa enim quę eſt eiuſdem ſuppoſiti ad ſe non eſt relatio realis, illa autem quæ eſt in creaturis alterius ad alterum non eſt perfecta, quia non eſt ibi niſi diminuta unitas. ¶Ex his tribus articulis concluditur ſolutio quæſtionis.ſi.n. ſecundum communem ſententiam relatio realis non requirat niſi iſta tria,primum fundamentum reale, quod.ſ.ſit in re & ex natura rei, ſecundum & extrema realia & realiter diſtĩcta, tertium & ꝙ ipſa ex natura rei inſit extremis abſque.ſ. omni conſideratione intellectus uel abſque operatione potẽtiæ extrinſecæ, & iſta tria conueniunt æqualitati in diuinis æque, ſicut cuicunque æqualitati in entib. vel magis vt patet de ſe in articulis premiſſis. ſequitur ꝙ hæc æqualitas erit relatio realis ſicut alia quæcunque realis,& magis iſta, quam quęcunque alia. *Epilog. notab.*

AD PRIMVM argumentum principale patet ex prima ſententia, quæ ponitur de magnitudine in primo articulo, quia non eſt illa magnitudo molis,ſed perfectionis, & ſic Deus eſt magnus ſecundum Auguſtinum non ſine quacunque magnitudine, quia eſſet contradictio, nec per conſequens ſine quantitate quacunque, ſed eſt magnus uno modo ſine quantitate,alio modo non.

¶Ad ſecundum argumentum patet,ꝙ magnitudo non numeratur reſpondendo ad primam obiectionem contra dicta in ſecundo articulo. ¶Tertio arguitur ſic, illa relatio non ineſt ex natura rei, quę ęque in eſſet, ſi in-

ſi ineſſet ex ſola conſideratione intellectus, circunſcripta exiſtẽtia reali, ſed circunſcripta per impoſſibile exiſtentia reali diuinarum perſonarum, poſita tamen ſola conſideratione in intellectu earum, adhuc intelligitur æqualitas, quemadmodum nunc in entibus rationis intelligitur quæ non excedunt ſe ſecundum ſuam entitatem, æqualitas ergo perſonarũ non neceſſario requirit exiſtentiam realem perſonarũ, ſic quin ſine ea poſſit intelligi eſſe. ¶ Reſpõdeo quod omnino neceſſario conſequitur aliquid, ſicut exiſtens, ſiue ſecundum exiſtentiã conſequitur illud vt exiſtens, ita ipſum vt intellectum neceſſario conſequitur illud vt intellectũ, vt quemadmodum ad hominẽ realiter exiſtentia conſequitur ipſum eſſe riſibilem exiſtenter. ita ſi intelligatur homo ſiue ſit ſiue nõ ſit, neceſſario intelligit̃ riſibile conſequens ipſum in intellectu, nec tamen ſequitur, quod riſibile non ſit eius paſſio realis, ita hic propter neceſſariam conſecutionem ęqualitatis ad ſuppoſita diſtincta in natura diuina, ſiue illa exiſtant æqualitas conuenit eis exiſtenter, ſiue illa intelligantur circunſcribendo exiſtentiam, vel abſtrahendo ab exiſtentia in intellectu conſequitur æqualitas. ¶ Ad formam ergo argumenti dico, quod illa maior quæ accipit relationem non eſſe realẽ, quæ competit extremis habentibus omnino eſſe rationis, conցedi poteſt, ſi intelligatur quod eis tantum competeret, vt habentibus eſſe rationis, ſed ſic minor eſt falſa, non enim tantum conuenit iſtis, vt habentibus eſſe rationis, ſed eſſe reale & ideo rea iter.

QVÆSTIO. VII.

Vtrum Deum eſſe omnipotẽtem poſſit naturali ratione, & neceſſaria demonſtrari.

VIso de his quę cõueniunt Deo per comparationem ad intra, & ſpecialiter de his, quæ important reſpectum perſonæ ad perſonam, reſtat videre de his quæ conueniunt Deo per comparationem ad extra, ſiue quæ important reſpectum Dei ad creaturas. ¶ Et primo de reſpectu poteſt eſſe difficultas. ¶ Vno modo quantum ad extremum cui conuenit. ¶ Secundo modo, quantum ad extremum ſiue obiectum quod reſpicit. ¶ De reſpectu ad extra quantum ad illud, cui cõuenit duo ſunt quæſita. ¶ Primo de illo extremo in generali. Secundo in ſpeciali. prima quæſtio eſt iſta.

VTRVM Deum eſſe omnipotentem poſſit naturali ratione, & neceſſaria demonſtrari. Et hoc in generali intelligendo non deſcendendo ad aliquam perſonam in ſpeciali. Secunda quæſtio eſt ſpecialiter, comparando ad vnam perſonam, vtrũ verbum Dei vel filius in diuinis habeat aliquam cauſalitatem propriam reſpectu creaturæ. ¶ Ad primum ſic proceditur: videtur primo quod Deum eſſe omnipotentem poſſit naturali rõne demonſtrari, quia naturali rõne demonſtrat̃ Deũ eſſe infinitæ potentiæ. ergo & oĩpotentię.

Bar. vide 42. diſt. 1. p. 788. c. 1.

ſ.c.78. & 79. idem 12.meta. ſ.c.41. tentiæ. Antecedens probat quia philoſophus probat.8.phy. Deũ eſſe infinitæ potentiæ ex hoc, ꝙ mouet tempore infinito. Probo conſequentiam, infinita potentia non poteſt ab aliqua potentia excedi, nec intelligi, excedi; quia tunc aliqua poſſet eſſe maior illa, & ita illa non eſſet infinita, ſed omnis potentia quæ non eſt omnipotentia, poteſt intelligi excedi a potẽtia quæ eſt omnipotentia.

¶ Ad oppoſitum, ſi poteſt demonſtrari Deum eſſe omnipotentem. ergo & Deum poſſe generare filium, conſequens eſt falſum, quia eſt mere credibile, & per conſequens non naturali ratione demonſtrabile. Conſequentia probatur per Auguſt. contra Maximum lib.3.c.7. vbi arguit ſic. Si pater non genuit filium ſibi æqualem, aut quia non potuit, aut quia non voluit. Et vlterius arguit, ſi non voluit eum inuidum dixiſti, ſi non potuit, vbi eſt omnipotentia Dei patris? Vult ergo arguere, ſi pater non potuit gignere filium ſibi æqualem, non fuit omnipotens. ergo ex oppoſito, ſi eſt omnipotens, poteſt gignere filium ſibi ęqualem, & ita ſi antecedẽs eſt demonſtrabile, & per conſequens. ¶ Præterea. ſi ſic, ergo poſſet demonſtrari Deum poſſe creare omne creabile. Conſequens eſt falſum, quia Angelus eſt quoddam creabile, & tamen non poteſt demonſtrari naturali ratione, vt videtur, quod Angelus ſit ab eo creabilis, quia philoſophus ſequens rationem naturalem, non poſuit intelligentias creatas a Deo, immo eas ne-
c.41. ceſſario a ſe poſuit, hoc eſt non
c.42. ab alio effectiue. 12.meta.ca.5. Vbi poſtquam oſtendit ſubſtantiam ſeparatam nullam habere magnitudinem per hoc mediũ, quia habet potentiam infinitã, & infinita potentia non poteſt eſſe in magnitudine, q̃rit vtrum ponendum ſit vnam talem, aut plures, & determinat quod plures. Eſt ergo non ſolum ſecundum ipſum prima ſubſtantia immaterialis, ſed quæcunque infinita, & pari ratione eſt a ſe neceſſaria.

HIC PRÆMITTENDÆ ſunt duæ diſtinctiones neceſſariæ. ¶ Et ſecundo iuxta membra diſtinctionis ſoluenda eſt quæſtio. ¶ Prima diſtinctio eſt nota ex.1. Poſteri. quæ eſt, quod demonſtrationum alia eſt propter quid, ſiue per cauſam, alia qa, ſiue per effectum. ¶ Probatur iſta diſtinctio per rationẽ, quia omne neceſſarium verum, non euidens ex terminis, habens tamen connexionem neceſſariã, & euidentem ad aliud, vt neceſſarium euidens ex terminis, poteſt demonſtrari per illud verũ euidens. Nunc autem aliquod verum neceſſarium non euidẽs ex terminis habet cõnexionem neceſſariam ad aliquod verum acceptum a cauſa, & aliquod ad verum acceptum ab effectu. Non ſolum enim veritates de cauſis non poſſunt eſſe ſine quibuſdam veris de effectibus, ſed nec econuerſo. igitur poteſt aliquod verum demonſtrari per aliquod verum euidens acceptum a cauſa, & tunc propter quid, vel per aliquod verum acceptum ab effectu, & tũc quia. ¶ Et videtur hic ſequi corollarium, quod principia immediata, ſiue euidentia ex terminis, non poſſunt demonſtrari demon-

monſtratione quia, quod ſi verum eſt, tunc quædam media vera inter prima vera,& concluſiones vltimas,& ſolum illa ſunt demonſtrabilia,quia per vera vltima:qualiter autem verum acceptum ab effectu poſſit eſſe euidens & tamen verum acceptum a cauſa non euidens patere poteſt, ſi aliquis conſideret modum illum acquirendi ſcientiam.1.meta.& 2.Poſte. per experientiam, quia per experientiam eſt frequenter notum de effectu,quia eſt ex multis ſingularibus acceptis a ſenſu,& nondum ſcitur propter quid. Ita eſt, quia illud non habetur a ſenſu,niſi mediante vlteriori inquiſitione.

¶ Secunda diſtinctio eſt de *omnipotentia, & illa præſupponit cõfuſum intellectum huius termini omnipotentia, qui talis eſt, ꝙ omnipotentia non eſt paſſiua ſed actiua, non quæcunque ſed cauſatiua: per hoc habetur, quod ipſa eſt reſpectu alterius in eſſentia cãbilis ,quia non eſt cauſalitas, niſi reſpectu diuerſi ſimpliciter. ergo eſt potẽtia reſpectu poſſibilis, nõ generaliter vt opponit impoſſibili,nec etiam vt opponitur neceſſario omni modo a ſe,prout conuertitur cum producibili, ſed reſpectu poſſibilis, ꝓut poſſibile idem eſt quod cauſabile, quia terminus potentiæ cauſatiuæ includit etiam omnipotẽtia quandam vniuerſalitatem, non quidem ipſius potentiæ in ſe,non enim omnia potẽtia eſt quæcunque potentia formaliter,quia non eſt potẽtiá aliqua creaturæ. Sed iſta vniuerſalitas eſt ipſius potentiæ non ſimpliciter,ſed reſpectu huius cauſabilis,quod ẽſt poſſibile, ſiue creabile,vt ſit ſenſus,omnipotentia eſt ipſa potentia actiua reſpectu cuiuſcunque creabilis.

Et hoc poteſt intelligi dupliciter. vno modo, quod ſit cuiuſcunque creabilis immediate,vel mediate.alio modo ꝙ ſit cuiuſcunque creabilis,& immediate ſaltem immediatione cauſæ. hoc eſt nulla alia cauſa actiua mediante.

DE SECVNDO articulo,videndum eſt de demonſtratione. ¶Et primo de demonſtratione propter quid. ¶ Secundo de demonſtratione quia. ¶ De demonſtratione propter quid ſunt tres concluſiones. ¶Prima eſt iſta. Deum eſſe omnipotentem,vtroq; mõ accipiẽdo oĩpotẽtiã,eſt verum demonſtrabile in ſe demonſtratione propter quid. ¶Secunda cõcluſio. iſtud verum eſt demonſtrabile viatori, ſtante ſimpliciter ſtatu viæ. ¶Tertia concluſio. iſtud verum non poteſt demonſtrari viatori ex notis ſibi naturaliter,& de lege communi. ¶ De demonſtratione,quia ſunt duæ concluſio ſiones.

¶ Prima eſt iſta, Deum eſſe omnipotentem omnipotentia reſpiciente immediate quodcũque poſſibile,licet ſit verum,nõ tamen eſt nobis demonſtrabile demonſtratione quia. ¶Secũda concluſio.Deum eſſe omnipotentem omnipotentiá immediate quodcunque poſſibile reſpiciente poteſt demonſtrari a viatore demonſtratione qa. ſic ergo ſunt quinque concluſiones,ex quibus integratur ſolutio queſtionis.

PRIMA CONCLVSIO probatur ſic. illud eſt verum de

Margin notes: roẽ. ...t. ... de 42 ... pag. ... c.2.

monſtrabile in ſe propter quid per aliud verum prius ſimpliciter quod ex terminis ſuis habet, ꝙ ſic poſſet demonſtrari. tale eſt iſtud verum, Deus eſt omnipotens vtroq; modo. ergo &c. maior patet.quia tale verum eſt in ſe,quale eſt ex ratione terminorum,vnde illud eſt in ſe verũ, notum per ſe quod ex rationibus terminorum eſt per ſe notum.ex hoc ſequitur,quod tale verum in intellectu concipiente¦ſic terminos ſit per ſe notum. minor probatur, quia verum illud quod ex terminis ſuis eſt neceſſarium,& mediatum, ex terminis etiam habet,quod in ſe ſit demonſtrabile propter quid, tale verum eſt iſtud. Deus eſt omnipotẽs,vtroque modo intelligendo omnipotentiam, probatio.patet enĩ ꝙ ſit verum,& neceſſarium.nec hoc hic probatur, quia de hoc non eſt quæſtio, ſed tantummodo de modo, quo illud verum poſſit oſtendi, ſiue innoteſcere.

B. vide ſupra pag. 13. c. 1.

¶Quod etiã ſit verum neceſſarium mediatum probatur dupliciter. primo qualis eſt ordo realis inter aliqua diſtincta realiter,talis eſt ordo cognoſcibilitatis inter eadem qualitercunque diſtincta in eſſe cognoſcibili. Nunc autem ſi eſſet diſtinctio realis inter naturam intellectum,voluntatem,& potentiam ad extra, eſſet talis ordo realis, ꝙ quia natura habet talem intellectum,& talem voluntatem, ideo eſt ſic potens reſpectu talium ad extra,ergo qualitercunque eſt hæc diſtinctio, ſemper eſt ordo cognoſcibilitatis talis, quod quia natura diuina habet talem intellectum,& talem voluntatem, ideo habet talem potentiam quæ eſt omnipotentia. patet ergo, quod hoc verum neceſſari um habet medium,& qđ medium,quia intellectum, vel voluntatem,vel vtrunque.¶Hoc idem ſcilicet,quod illud verum ſit mediatum probatur ſecundo ſic,quia omne verum neceſſarium,vel eſt mediatum,vel immediatum. illud autem non eſt immediatũ. ergo &c.probatio mino.quia notionale immediatius videtur conuenire eſſentiæ, quàm illud quod dicit reſpectũ ad extra,vt habetur ex ſolutione primæ quæſtionis.nunc autẽ notionale non ita immediate conuenit eſſentiæ diuinæ ſicut aliquod eſſentiale, ſicut probatur in ſolutione eiuſdem quæſtionis,quia dicere conuenit ꝑ hoc medium, ꝙ eſt perfecta memoria. ergo multomagis omnipotentia,quæ dicit reſpectũ ad extra non conuenit Deo, ſiue cuicunque perſonæ diuinæ omnino immediate.

¶ Prima probatio iſtarum duarum, poſſet habere quandam declarationem annexam, quæ ſcilicet potẽtia ſit formaliter omnipotentia,vel magis proprie loquendo immediatũ fundamentum reſpectu omnipotẽtiæ.an.ſ.intellectus in Deo, an voluntas, ſed huiuſmodi explanatio non eſt ad propoſitũ ſimpliciter neceſſaria,quia ex vtroque membro æque habetur intentum.

SECVNDA CONCLVSIO ſic intelligitur,ꝙ viator nihil habens quod repugnet ſtatui viæ nec ſimpliciter,nec etiam ad tẽpus permanens(cuiuſmodi ponitur raptus Pauli.)poteſt habere iſtam notitiam per medium

pro-

propter quid. Deus eſt omnipotens, intelligendo de vtraque omnipotentia. hæc cõcluſio probatur ſic. In quocunque intellectu poteſt haberi cõceptus ſimplex virtualiter includens veritatem immediatam, & vlterius mediatam, in illo intellectu haberi poteſt notitia propter q̃d veritatis mediate, ſed ſtante ſimpliciter ſtatu viæ citra. ſ. omnem notitiam permanentem, vel trãſeuntem, quæ ſcilicet repugnat ſtatui viæ, poteſt haberi talis cõceptus virtualr̃ includens iſtã. Deus eſt omnipotens, & etiam virtualiter includens ſuam immediatam præcedentem. ergo &c. minor iſta quantum ad hoc ꝙ aliquis conceptus ſimplex virtualiter includit iſtam mediante aliqua alia immediata, patet ex hoc, ꝙ in probatione primæ concluſionis oſtenſum eſt iſtã eſſe mediatam. ¶ Sed reſtat hoc probare, ꝙ talis conceptus in intellectu viatoris poſſit haberi ſtante ſimpliciter ſtatu viæ, hoc eſt citra cognitionem, non tantum beatificam, ſed etiam raptus. ¶ Hoc autem probatur primo, exemplo. ¶ Secundo ratione. ¶ Exemplo ſic, aliquid intelligitur per accidens, ſicut intelligitur homo intelligendo album, vel riſibile. vlterius aliquid intelligitur per ſe, ſed in vniuerſali, vt intelligitur hõ intelligendo animal. tertio intelligitur aliquid p ſe etiam in particulari, ſed adhuc quodammodo confuſe, ſicut intelligo hominem, anteq̃ intelligam diffinitionẽ, & quotcunque gradus ponantur, quia licet primus gradus poſſet diſtingui per abſolutum, & reſpectiuum, vltimus tamen gradus cognoſcendi aliquod incomplexum cognitione ſcientifica ſiue præuia ſcientiæ eſt cognitio diffinitiua, quia ipſa eſt cognitio per ſe in particulari diſtinctiſſima, excedens etiam illam confuſam cognitionem, de qua loquitur phi. 1. phyſi. ſuſtinent autem hæc, quod nomina ad rationem &cæt. Saltem in hac cognitione diffinitiua habetur conceptus euidenter, & virtualiter includens omnes veritates neceſſarias de tali obiecto. ¶ Ex hoc arguitur ſic. Cognitio diſtinctiſſima præuia actui ſcientiæ ſiue conceptus maxime euidenter includens veritates principiorum & concluſionum qui poteſt haberi citra viſionem claram ſiue cognitionem intuitiuam eius obiecti, ſufficit ad habendum ſcientiam de tali obiecto. Sed quæcunque cognitio de Deo quæ ſit citra viſionem claram vel cognitionem intuitiuam eſt ſimpliciter poſſibilis ſtatui viæ. ergo talis conceptus poteſt ſimpliciter haberi de Deo ſtãte ſimpliciter ſtatu vię, qui ſufficiat ad cognoſcendum verum complexum. Huius ſyllogiſmi maior apparet exemplo iam poſito, & cum hoc ex quadam diſtinctione inter intellectionem abſtractiuam & intuitiuam, quæ poſita eſt quæſtione ſexta articulo primo. Et breuiter hoc repetitur, quia & ſi cognitio abſtractiua poſſit eſſe non exiſtentis æque ſicut & exiſtentis, tamen intuitiua non eſt, niſi exiſtentis vt exiſtens eſt. Cognitio autem hominis abſtractiua & diffinitiua poteſt eſſe non exiſtentis & exiſtentis. patet ex dictis ibi, & patet ex ſe, quia ita habetur

ſi res

ſi res non exiſtat.ſicut ſi exiſtat. ergo illa cognitio diffinitiua eſt citra cognitionem intuitiuam obiecti diffinibilis, minor etiã patet ex dictis ibidem, quia ſola cognitio intuitiua diuinæ eſſentiæ eſt illa quæ ponit hominem extra ſtatum viæ, ſi ſimpliciter ſimpliciter, ſi ad tp̃s ad tẽpus. Quod probatum eſt exemplo, probatur etiam ratione ſic. de quocunque obiecto ſciẽtiæ poteſt haberi cognitio ſimpliciter diſtĩctiſſima abſtractiua obiecti citra intuitiuam. Deus autem eſt per ſe obiectũ alicuius ſcientiæ. ergo de ipſo poteſt haberi talis notitia diſtinctiſſima citra intuitiuam, & per conſequens propoſitum, quia illa nõ poneret aliquem extra ſtatum vię, & tñ virtualiter & euidenter eſt includens omnes veritates neceſſarias de Deo. probatio ma. omnis ſciẽtia eſt de re non præciſe vt exiſtens eſt, quod intelligo ſic, ꝙ ipſa *exiſtentia & ſi ſit ratio intellecta in obiecto, vel circa obiectum, tñ non neceſſario requiritur, vt actualiter conueniens obiecto inquantum obiectum eſt ſcibile. Iſtud probatur ex intentione philo. 7. meta. c. 13. Demonſtratio inq̃t eſt neceſſariorum, & diffinitio ſcientifica & non cõtingit, ſicut nec ſcĩam, qñque ſcĩam qñque ignorantiã eẽ, ita nec demõſtrationem, nec diffinitionem ſupple qñque contingit eſſe talem, qñque non eſſe talem. Ex hoc concludit. palam autem ipſorũ ſcilicet ſingularium corruptibilium, neque ſcientia neque diffinitio, neque enim ſunt manifeſta corrupta ſcientiam habentibus cum a ſenſu abſceſſerint, & ſaluatis in anima rationib. eiſdem, non erit demonſtratio, neque diffinitio. Intelligo ſic rationem philoſophi, ꝙ ſi de contingenti, ſiue de corruptibili, vt tale eſſet diffinitio, vel demonſtratio, cum illud tale poſſit quandoque eſſe quandoque non, ſaluata tamen ratione in anima, ſequitur, quod eſſet quãdoque ſcientia de illo obiecto, quandoque ignorantia, & quandoque demonſtratio, & quandoque non, quod eſt impoſſibile. ¶ Ex hoc ergo habeo iſtam propoſitionem, ꝙ cum ratio in anima poſſit manere non manẽte exiſtentia actuali obiecti, ſequitur, quod exiſtentia non eſt per ſe ratio obiecti, vt ſcibile eſt, quia ratio ſcientifica nõ poteſt manere eadem in aĩa non manente illo eodem, quod eſt per ſe ratio ſcibilis vt ſcibile eſt, ſiue autem ſcibile poſſit exiſtere in re, ſiue non, ſaltem rõ eius vt ſcibile eſt, poteſt manere eadem in anima non manẽte exiſtentia. Abſtrahit ergo ſcientia ab exiſtentia. ita ꝙ non includit eam in ratione ſcibilis. ¶ Iuxta iſtam concluſionem haberi poteſt corolarium, quomodo theologia poteſt eſſe ſcientia in intellectu viatoris ſtante ſimpliciter ſtatu viæ, quia intellectus poteſt habere cõceptum virtualiter includentem omnes veritates de ipſo neceſſarias, ordinatas immediatius, ſcilicet & mediatius poteſt de illo obiecto habere ſcientiam completam. Sic autem poteſt intellectus viatoris habere de Deo. ergo & cę. minor patet, quia diſtinctiſſimus conceptus ſubiecti theologiæ, quod eſt Deus. poteſt haberi citra cognitionem intuitiuã, & ille conceptus & virtualiter

B. Ex hac rõne elicit̃ qđ exiſtẽtia eſt modus intrinſecus ipſius Dei, cuius oppoſitum hr̃ ſupra pa. 3. c. 1. 8. c. 53.

& euidenter cõtinet omnes veritates neceſſarias de ſubiecto. Contingentes autem non poteſt includere, quia illę nõ ſunt natæ includi in ratione alicuius ſubiecti. Quæcunque enim veritas includitur ſufficienter in aliquo ſimplici conceptu eſt neceſſaria. Tamen de contingentibus ſunt quædam veritates neceſſariæ non quidem de actu eorum, ſed de poſſibilitate, & illæ etiam modo prædicto ſciri poſſunt, vtpote Deus eſt potens creare, potens reſuſcitare, potens beatificare, & ſic de alijs articulis fidei reſpicientibus contingentiam, nec vltra iſtud verum neceſſarium de eo, quod eſt Deum poſſe eſt aliquid proprie ſcientifice cognoſcibile quantum ad tale propoſitum. Eſſet ergo viator perfecte ſcientifice theologus, qui per conceptum diſtinctiſſimum diuinitatis poſſibilem haberi citra cognitionem intuitiuam cognoſceret ordinate veritates omnes neceſſarias, ſiue illas quæ ſunt de intrinſecis, quæ neceſſario inſunt, ſiue illas quę ſunt de poſſibili comparando ad extrinſeca.

¶ Ex hoc ſequitur, quod ſi poneretur theologiã eſſe proprie ſcientiam in quodam lumine citra lumen glorię, & ſupra lumen fidei, & illud lumen poneretur talis cognitio ſiue conceptus obiecti, vera eſſet opinio de lumine. Sed ſic non videtur intellexiſſe, qui poſuit lumen, quia videtur poſuiſſe lumen in quo cognoſceretur obiectum. non autem quod eſſet formalis ratio ſiue formalis cognitio ipſius obiecti. ſicut hic eſt poſitum.

TERTIA CONCLVSIO eſt iſta, quòd homo viator ex puris naturalibus non poteſt demonſtratiue propter quid cognoſcere iſtam. Deus eſt ops, hoc probatur ſic, quia propoſitio mediata non poteſt cognoſci propter quid, niſi per propriam immediatam, nec illa poteſt ſimpliciter cognoſci, niſi ex terminis, & ſpecialiter, niſi ex ratione termini ſubiecti, quod ſcilicet ſubiectum includit prędicatum, & propter hoc includit veritatem, ſiue notitiam illius immediatę. Coordinatio ergo ſcientię propter quid non eſt poſſibilis intellectui niſi habenti conceptum de ſubiecto virtualiter, & euidenter includentem totam illam coordinationem, ſed talis conceptus de Deo non eſt poſſibilis viatori ex puris naturalibus pro ſtatu iſto. probatio huius, quia non eſt ſibi poſſibilis ex naturalibus, niſi conceptus qui poteſt cauſari virtute intellectus agentis, & phantaſmatum: nihil enim aliud eſt naturaliter mouens intellectum viatoris de lege communi. Iſtorum autem virtute, ſcilicet phantaſmatum & intellectus agentis non poteſt cauſari in nobis conceptus diſtinctus de Deo, qui virtualiter & euidenter includit veritates ordinatas vſque ad iſtam, Deus eſt omnipotens. vtroque modo. Cuius probatio dependet ex ſolutione queſtionis illius, quomodo Deus eſt cognoſcibilis a viatore. Sed nunc breuiter poteſt ſic oſtendi, viator habens conceptum ſimplicem, & perfectiſſimum ad quem attingit homo ex naturalibus non tranſcendit cogni-

tionem

tionem perfectiſſimam ſimplicem de Deo poſſibilem metaphyſico. Cognitio enim fidei non tribuit conceptum ſimplicem de Deo, ſed tantummodo inclinat ad aſſentiendum quibuſdam complexis, quæ non habent euidentiam ex terminis ſimplicibus apprehenſis, & per conſequens per fidem non habetur conceptio ſimplex tranſcendens omnem conceptum ſimplicem apud metaphyſicũ. Hoc etiam patet, quia metaphyſicus infidelis, & alius fidelis eundem conceptum habent. Dum iſte ſic aſſirmans de Deo, ille vero negans non tantum cõtradicunt ſibi inuicem ad nomen, ſed etiam ad intellectum. ¶Nunc autem conceptus ſimplex perfectiſſimus, ad quem attingit metaphyſicus de Deo nõ includit euidenter veritates ordinatas ad iſtam. Deus eſt omnipotens vtroque modo, quia philoſophi multi attingentes, vt ſupponitur ad conceptus perfectiſſimos poſſibiles viatori ex naturalibus de Deo, ad notitiam huius veritatis attingere non potuerunt, quod tamen fuiſſet eis poſſibile ſi talem conceptum ſimplicẽ habuiſſent. immo fuiſſet eis quaſi neceſſarium, quia ex virtute illius vidiſſent illam veritatem quaſi immediatam, & vlterius applicando per illam ex iſta neceſſaria deductione ſciuiſſent veritatem illam mediatam. ¶Probatur hoc aliter, quia primum principium ad quod attingit metaphyſicus, & hoc proprium de Deo, non eſt ſibi notum, niſi tantum quia eſſet autem notum ſibi propter quid, ſi poſſet habere conceptũ de Deo virtualiter & euidenter includentem veritates ordinatas de Deo. ergo &c. ¶Prima propoſitio: quia metaphyſicus non attingit ad principium propriũ de Deo magis notũ quàm quia. probatur. quia præmiſſa media ad concludendum quodcunque proprium de Deo eſt aliqua propoſitio particularis affirmãs de ente particulariter aliquod prædicatum, quod competit enti creato, & ex tali præmiſſa concludit metaphyſicus de ente particulariter prædicatum proprium de Deo, vtpote ſi arguitur aliquod ens eſt cauſatum. ergo aliquod ens eſt cauſa non cauſata, vel aliquod ens eſt finitum. ergo aliquod ens eſt infinitum, vel aliquod ens eſt poſſibile. ergo aliquod eſt neceſſarium. Omnes iſtæ conſequentiæ probantur per hoc, quòd cõditio imperfecta non ineſt alicui enti, niſi enti inſit conditio perfectior, cum imperfectum dependeat a perfecto. Omnes iſtæ conſequentiæ non probant aliquid, niſi quia, ſicut manifeſtum eſt. ¶Contra illud objicitur: quia cum voluntas ſit medium ad concludendum omnipotentiam de Deo, & hoc demonſtratione propter quid. ſicut dictum eſt in prima probatione primæ concluſionis, & intellectus viatoris poteſt cognoſcere ibi eſſe voluntatem, immo eſſe primam, & perfectiſſimam voluntatem. ergo per hoc medium poteſt cognoſcere propter quid omnipotentiam in Deo eſſe. ¶Item, omnis propoſitio vera & neceſſaria de extremis habentibus conceptus ſimpliciter ſimplices eſt per ſe nota. talis eſt *illa*, quę affirmat de Deo paſſionem ali-

quam

Vide 9. diſ.1.q.1. & infra q.14.

Quare 8. phyſi.

quam, ergo &c. ¶ Præterea, paſſiones notę de ente naturali concludunt aliquas perfectiones de Deo, quia imperfectio in mobili concludit de primo mouente perfectionem. Phyſicus ergo poteſt attingere ad cognitionem habendam de Deo. quia per effectus naturales, non ergo videtur ꝙ cognitio metaphiſici poſſit tranſcendere phiſicã, ſi metaphyſicus poſſit tantum habere cognitionem quia, per tales effectus. ¶ Reſponſiones ad iſta quęre alibi.

¶ Ad primum dicitur diſtinguendo de voluntate, quia aut viator cognoſcere poteſt voluntatem Dei in conceptu confuſo, & ſic conceditur ꝙ ex puris naturalibus cognoſcere poteſt eſſe ibi voluntatem perfectiſſimã, & infinitam, ſed negatur vt ſic eſſe medium propter quid. ad demoſtrandum Deum eſſe omnipotentem, quia oportet medium cognoſci diſtincte. Aut viator poteſt ex puris naturalibus cognoſcere pro ſtatu iſto voluntatem diuinam conceptũ diſtincto. & iſto modo negatur. ¶ Ad ſecundum, maior poſſet negari, quia datur inſtantia. Nã iſtæ. ens eſt verũ. ens eſt bonũ, ſunt veræ & neceſſariæ propoſitiones, & extrema habent conceptus ſimpliciter ſimplices, quia tam ens, quàm verum & bonum, & non habent conceptus reſolubiles in alios conceptus priores, & tamen ſunt demonſtrabiles per primam paſſionem entis, puta per vnum, tanquàm per medium propter quid, minor tamen vere negatur, quia ſimpliciter falſa, quia eſſentia diuina, & quælibet *poſitiua paſſio de Deo, habet conceptum reſolubilem in priorem cõceptum, ſcilicet in conceptũ entis, licet ſit ipſa ſumme ſimplex ſimplicitate oppoſita compoſitioni, & componibilitati.

¶ Ad tertium dicitur quòd ſicut in demonſtrationibus propter quid. eſt ordo, ita in demõſtrationibus quia. ideo & ſi phyſicus poſſit demonſtrare de Deo quia. tamen metaphyſicus perfectius demonſtrat de Deo quia.

Additio ſecunda.

AD ſolutiones iſtorum obiectorum doctor remittit ſe alibi, poteſt tamen dici ad primum negando conſequentiam, quia licet intellectus viatoris poſſit ex ſuis naturalibus cognoſcere ibi perfectiſſimam voluntatem, hoc tamen eſt per conceptum imperfectum, quia non eſt inconueniens per conceptum imperfectũ cognoſci aliquid eſſe perfectiſſimũ, ſicut per conceptum finitum cognoſcitur aliquid eſſe infinitum. ¶ Et ideo non ſequitur, quòd per talem rationem voluntatis, quam viator habet ex lege communi, poſſit tanquàm per medium euidens a priori cognoſcere Deo ineſſe omnipotentiam.

¶ Ad ſecundum dicendum eſt, quòd qualitercunque ſit de maiore, minor videtur neganda, & quia & ſi Deus ſit res ſimpliciſſima, non tamen omnis conceptus, quem nos habemus de eo eſt ſimpliciter ſimplex, & ideo non oportet propoſitionẽ talẽ eſſe ꝑ ſe proprie, & tamen ſi eſſet per ſe, non tamen ex hoc eſſet per ſe nota. ¶ Ad tertium dicendnm, quod cognitio metaphyſici de Deo, excedit

dit cognitione philoſophici de Deo,tam extẽſiue propter multitudinem paſſionum vel proprietatum cognitarũ,quam intenſiue propter maiorem perfectionem.& perfectiorem modũ cognoſcendi,& per hoc ad formam argumenti,dicatur,concedendo primam conſequentiam & conſequens ad iſtum intellectum,ꝙ metaphyſicus poteſt ad altiorem cognitionem attingere,quàm eſt illa cognitio quia, ad quam non ſufficit naturalis, vel philoſophicus attingere; nã in cognitione quia,eſt dare latitudinem, & exceſſum ſecundũ maius & minus, tam intenſiue quàm extenſiue. Et ideo cum vlterius infertur, ergo poteſt attingere ad cognitionẽ propter quid,neganda eſt conſequentia de demonſtratione quia &c.

Vide 2 diſtin. 1. q. 2. & 3. diſtin. eiuſdem & 8. & q. 1. Prolo. & 1. q. Me.

IAM CONSEQVENTER videndum eſt de demonſtratione,quia. ¶ Primo autem videndum eſt de omnipotentia immediata reſpectu omnis poſſibilis. ¶ Vbi primo intellectus illius immediationis exponetur. ¶ Secundo poſitio philoſophorum videbitur. ¶ Et tertio quid ſit tenendum.

DE PRIMO ſic,mediatio cauſæ reſpectu effectus poteſt intelligi dupliciter, vel. ſ. ꝙ cauſat per cauſam mediam, vel quia cauſat mediate aliquo effectu.Non enim omnis effectus medius ad alium effectum eſt ſemper cauſa illius effectus, ita poteſt intelligi immediatio cauſæ actiuę, vel excludendo cauſam actiuam mediam, vel excludendo effectum medium priorem illo effectu. ¶ De vtraque immediatione ſimul dico,ꝙ nõ ſolum philoſophi,ſed etiã theologi negarent Deum eſſe omnipotentem immediate,quia non conceditur Deum poſſe cauſare relationem,niſi prius, vel duratione vel natura cauſando fundamentum. & ita non poteſt in quemcunque effectum immediate, ſic ꝙ nullo effectu quaſi medio prius natura cauſato. Eſt ergo difficultas de immediatione, vt excludit ſolummõ cauſam efficientem mediam. & intelligo effectiuam generaliter. ſiue illa cauſa media in cauſando attingat effectum principalem,ſiue tantum aliquem effectum præuium, vel diſponentem ad illum.

SECVNDVM ſ. de poſitione philoſophorum, circa hoc philoſophi videntur ſentire non ſolum, ꝙ non ſit demonſtrabile Deum eſſe omnipotentem immediate,ſed etiam ꝙ hoc ſit impoſſibile. Et videtur fundamentum eorum in iſta propoſitione ſtare:principium neceſſarium, & omnino perfectum ad nihil immediate contingenter ſe habet.hæc probatur. quia nulla nouitas ſeu contingentia poteſt aſſignari in principiato immediate a tali principio, non.n. quia illud principium aliter ſe habet,cum ſit ſimpliciter neceſſarium,nec quia illo vniformiter ſe habente aliquid aliud requiritur,vel impedit. quia non eſt principium imperfectum,& per conſequens nec impedibile,nec inſufficiens,ſiue aliud requirẽs. ¶ Si iſta propoſitio iam probata vera eſſet. ſ. ꝙ nihil poteſt eſſe immediate, & contingenter a principio neceſſario,& ſufficiẽte. ſtatim ſequitur,ꝙ non poteſt cauſare omne poſſibile immediate. Iſta conſequentia probatur,

1. 1 et. ix

tur,primo in ſpeciali de motu. quia ſequitur,ꝙ Deus non poteſt immediate cauſare motũ, ſiue ſpecialiter motum localẽ, ſiue ſpecialiſſime * motum circularem cœli. ¶ Et hoc videtur ſecundum intentionem philoſophorum probari.Primo generaliter,quia ſi poſſet omnem eſſe ctũ immediate cauſare ſine cauſa ſecunda,ſic poſſet facere, ꝙ nulla cã ſecunda haberet actionem propriam. Sed ſecundum Commen.9.Meta.ſuper illud. igitur poſſibile. Cum enim entia non habebunt actiones proprias,non habebunt eſſentias ꝓprias. Manifeſtum eſt, ꝙ apud philoſophũ incõueniẽs eſt Deũ poſſe eſſentias omnium aliorũ deſtruere. Cum ſecundum ipſum aliqua alia a Deo ſint formaliter neceſſaria. ¶ Confirmatur,quia ſi præter ordinem cauſarum in vniuerſo poſſit quemcunque effectũ cauſare.ergo ordo cauſalitatis in cauſis nõ eſſet ſimpliciter neceſſarius. ergo nec eſſentialis. quod eſt inconueniens apud philoſophos ¶ Secundo ſpecialiter videtur hoc oſtendi de motu. quia ſecundum philoſophum.8.Phyſi.potentia infinita non poteſt immediate mouere corpus in tempore,quia ſi ſic,aliqua potentia finita poſſet mouere corpus inæquali tempore,ſicut ipſe deducit ibi,eo ꝙ augmentata virtute motiua,minuitur tempus in quo mouet. ¶ Habetur ergo ex intentione Ariſto.ꝙ Deus non poteſt immediate cauſare motum proprie dictum, quia cum ſit ſucceſſiuus neceſſario erit in tempore.¶Si dicatur, ꝙ poteſt rem motus cauſare,ſed ſine ſucceſſione, quia per mutationem ſubitam ad illud quod finitum mouens moueret in tempore. ¶ Contra.hoc non ſoluit, quia Deus non poteſt immediate cauſare motum circularem cœli,quia non in tempore, vt conceditur,nec in inſtanti, quia in illo inſtanti totum cœlum eſſet in eodem loco, & quælibet pars ſui in eodem loco in quo prius.ergo in illo inſtanti cœlũ non mutatur. ¶Tertio hoc videtur oſtendi de quocunque effectu materiali, quia tranſmutationem materiæ vt videtur habet produci.Videtur enim Ariſto.7 Meta.contra Pla. probare, ꝙ ſeparatum a materia nõ poſſit immediate tranſmutare materiam. Et Commentator ibidem.Impoſſibile eſt ꝙ formæ ſeparatæ tranſmutent materiam, nihil enim tranſmutat materiam,niſi quod eſt in materia,& hoc conuenit dicentibus mundum generari, ꝙ tranſmutans ipſum ſit aliquod indiuiduorũ, vel indiuiduum, vt corpus particulare.hæc Commentator.¶Vltimo videtur iſtas probationes poſſe confirmari,& ex intentione philoſophi.8 Phy.vbi videtur velle ꝙ quicquid Deus põt immediate cauſare, & hoc totaliter neceſſario cauſat, quia non videtur poſſe poni contingentia ad cauſandum & non cauſandum,niſi propter aliquam mutabilitatẽ in agente,& hoc quando effectus totaliter & præciſe dependet ab agente. Nunc autem ſi Deus poſſet immediate in quodlibet cauſabile, quodlibet dependeret totaliter & præciſe ab eo, & per conſequens neceſſario quodlibet cauſaret. & tunc ſequitur multiplex inconueniens.ſ.ꝙ cauſæ ſecundæ prima-

Marginalia (left): rcu- em. | o.7. | 9. 12. t.c.
Marginalia (right): T.cõ. 18. | cõ. 28. et 31. | Vbi ſupra et t.c. 10. et 11. et inde idem 12.Meta. t.c. 39. et inde.

uarentur actionibus ſuis. quod tangit prima ratio,& ꝙ Deus immediate cauſaret omnem motum,quod tangit ſecunda ratio. & ꝙ Deus immediate cauſaret omnem effectum materialem, quod tangit tertia ratio.

DE TERTIO tenendum eſt ſecundum communem ſententiam theologorum, Deũ ſic eſſe omnipotentem, ꝙ ſine quo cunque alio agente poſſit cauſare quodlibet cauſabile. nec tamen iſtud poteſt demonſtrari demonſtratione quia. ¶Primum probatur auctoritate. In principio creauit Deus cœlum & terram. ¶Adducitur etiam ad hoc ratio,quia virtus actiua cuiuſcũque cauſæ ſecundæ eminentius eſt in prima cauſa & in primo agente,quàm in ipſa cauſat ſecunda.habens autem eminentius virtutem actiuam videtur poſſe in effectum abſque illo qđ diminute habet virtutem illam. Non enim ad productionem effectus requirit imperfectio virtutis actiuę,quia nulla imperfectio eſt ratio agendi,ſed eſt magis impedimentum actionis. ¶ Confirmatur, quia videmus cauſas æquiuocas, ita perfectos effectus producere ſicut vniuocas,quod non non eſſet niſi haberent virtutem actiuã eo modo quo ſufficit ad cauſandum perfecte.non autem habent virtutem vniuocam, ſed tantum eminentem.ergo &c. ¶Iſta ratio licet;videatur probabilis, non tñ eſſet philoſopho demonſtratio, negaret enim iſtã propoſitionẽ. quicquid in ſe eminenter, vel virtualiter habet virtutem actiuã cauſæ proximæ ipſum poteſt immediate effectum illius cauſæ cauſare. Diceret enim ꝙ eminẽtiori modo habens talem virtutem,poteſt quidem in ſuo ordine in effectum talis virtutis, ſed ordo ſuus eſt, ꝙ ſit cauſa ſuperior & remotior. ¶Cum adducitur, ꝙ imperfectio non requiritur ad cauſandum,diceret ꝙ cũ dico immediate cauſare,duo dico .ſ.cauſationem , & illa requirit perfectionem, & modum ſiue immediationem cauſandi,& ille requirit imperfectionem annexam. ergo ad immediate cauſandum requiritur imperfectio,non ſicut ratio cauſandi,ſed ſicut conditio neceſſaria in agente. ¶ Vbi enim eſt ordo eſſentialis,ibi nõ poteſt aliquid eſſe proximum imperfectiſſimo,niſi ipſum ſit aliqualiter imperfectum,quia ſi perfectum eſſet proximum imperfectiſſimo eſſet immediatum cuilibet alij a ſe, & tunc iſta non haberent ordinem eſſentialem, ſicut non eſſet ordo eſſentialis in ſpeciebus numerorum, ſi quælibet æque immediate procederet ab vnitate. Ex quo patet ꝙ iſtam propoſitionem negaret philoſophus,perfectior cauſa immediatius cauſat,intelligendo per immediatius excluſionẽ cauſæ propinquæ actiuę,immo diceret, ꝙ ſicut perfectior eſt cauſa ſuperior, ita per plures cauſas medias cauſat. nec iſtę cauſæ medię requiruntur,vt addatur perfectio cauſalitatis quę tota perfectiſſime eſt in ſola prima , ſed magis requiruntur vt habeatur ordinata perfectio, deſcendens ad vltimum imperfectum:ordinata autem perfectio non habetur ſine diminutione perfectionis,& cũ imperfectione annexa.

SECVNDVM ſcilicet ꝙ illud verum non poteſt demonſtrari

ſtrari demonſtratione quia. ¶ Probatur primo auctoritate, quia philoſophi ad notitiam talium verorum, ſcilicet poſſibiliũ demonſtrari demonſtratione quia, deuenire potuerunt. non autem ad notitiam huius veri. immo eius oppoſitum tenuerunt, quod non eſt veriſimile de aliquo demonſtrabili demonſtratione, quia. ¶ Secundo hoc probatur ratione, quia ordo cauſalitatis concludit, ꝙ ſuperior poſſit ſine inferiori in effectum in quem poteſt cum inferiori. ſicut ſol non poteſt per ſe generare hominem ſine patre ſicut cum patre, ergo pari ratione ordo iſte non concludit ꝙ prima cauſa poſſit ſine ſecunda in effectum iſtum in quem poteſt cũ ſecunda. ¶ Hoc etiam manifeſtius eſt in aliis generibus cauſarum. Si enim ſecundum aliquos eſſet ordo eſſentialis in materiis, puta, ꝙ prima materia animæ intellectiuæ propinqua ſit corpus organicum, & ſic vlterius vſque ad materiam ſimpliciter primã quæ ſit propria materia reſpectu formę primę ſubſtantialis, non oportet ꝙ materia ſimpliciter prima poſſit eſſe materia immediata reſpectu cuiuſcunque formæ, cuius poteſt eſſe alia materia ſecunda. hoc etiam patet in formis, non enim oportet ꝙ prima forma poſſit eſſe immediata forma cuiuſcunque informabilis, cuius põt eſſe immediate alia forma ſecunda, & hoc ſiue prima forma & ſecũda accipiãtur ordine generationis, ſiue perfectionis. ¶ Iſta quæ dicta ſunt de cauſa materiali & formali habent maiorem euidentiam, ſi vera ſit opinio de pluralitate formarum, de quo modo non eſt quæſtio. Sed ad propoſitum ſufficit, ꝙ ſi in cauſis materialibus & formalibus eſſet ordo, non oporteret, ꝙ primum eſſet cauſa immediata cuiuſcunque cauſabilis. ergo mõ vbi talis ordo eſt, puta in cauſis efficientibus non oportet ꝙ prima poſſit eſſe cã immediata cuiuslibet. ¶ Hoc etiam patet in cauſis efficientibus reſpectu cognitionis, nam principia ponuntur cauſæ reſpectu cognitionis conclusionis, vt habetur. 2. Phy. licet primũ principium habeat veritatem euidentiſſimam, & ẽt contineat eminenter & virtualiter veritates omnium poſteriorum, nõ tamen oportet, ꝙ poſſit eſſe immediate cã cognoſcendi quodcunque poſterius, immo oportet per media ordinate procedere ad hoc, vt acquiratur cognitio concluſionis remotę. hoc tandẽ patet in ordine cauſarum finalium. accipiendo .n. vltimũ in aliqua coordinatione finium, non oportet ꝙ illud poſſit eſſe cã finalis immediate reſpectu cuiuſcũq;, quia aliquod remotũ non ordinaṫ ad ipſum niſi mediante fine propinquiori. ſicut organa exteriora ordinata ad potionẽ, vel inciſionẽ nõ ordinantur ad ſanitatẽ, niſi mediantibus iſtis finibus propriis.

t.c. 16. et inde. Idem. 1. Poſte.

SED LICET HÆC cõcluſio non ſit demõſtrabilis, qa tñ cũ vera ſit opppoſitũ demonſtrari non põt, iõ ad rõnes adductas ꝑ opinione philoſophorum rñdendũ eſt. ¶ Ad primã theologus bene cõcederet, ꝙ cã prima põt iſta cauſata non ſolũ priuare ſuis actionibus, ſed ẽt proprijs entitatibus, quia ea põt annihilare. Nec cõcordat cũ philoſopho in iſta propoſitione, ꝙ oẽ

9. Metap. 3.c.17. ſempiternum eſt formaliter neceſſarium, & hoc vocando omne æuiternum ſempiternũ, quia æuiternum ſimpliciter poteſt non eſſe, licet non tali potentia paſſiua intrinſeca, qualis eſt in corruptibilibus. ¶ Aliter, licet Deus priuet entia ſecunda actionibus ſuis preueniendo cauſalitatem eorum, & cauſando effectus quos illa poſſent cauſare, non oportet ꝙ priuet illa ſuis entitatibus. manent enim & nõ cauſant ſuos effectus, quia alia cauſa immediate cauſat illos. poſſent tamẽ illos cauſare. ſicut manet iſte iguis, & tamen non cauſat ignẽ in hoc ligno, ſi aliud agens fortius pueniat in igniẽdo, poſſet tamen cauſare, quia formam quæ eſt principiũ igniẽdi habet. ¶ Et ita poteſt intelligi dictum Commen. cum ait. Cũ entia non habebunt actiones proprias. non habebunt eſſentias proprias, quod in antecedẽte neget habere actionem propriam, debet intelligi non tantũ actualiter, quia tunc argueretur a deſtructione poſterioris ad deſtructionem prioris, & eſſet fallacia cõſequẽtis, quia pluribus aliis modis põt poni deſtructio illius poſterioris, puta p fortius agens præueniens, vel p contrariũ impediens. Sed debet intelligi in antecedente, non habebunt actiones proprias nec actualiter, nec aptitudinaliter, nec virtualiter, & bene ſequitur ꝙ non habebunt proprias eſſentias, quia quodlibet actiuũ per propriam formam, & virtutẽ habet virtualiter ſuam actionem, etiam quando nõ actualiter pducit. Et iſta expoſitio antecedentis poteſt haberi ex illo verbo Commentatoris, quod præmittit, conuenit iſtis vt nullum ens habeat actionem propriam naturalem, & ſubdit. Cum entia non habebũt actiones proprias ſupple naturaliter vel aptitudinaliter ſm propriam naturã nõ habebunt eſſentias proprias. Illi autem contra quos arguit ibi, ſcilicet moderni ponunt vnum agens omnia entia ſine medio, ſed non ſicut Chriſtiani, quia ſecundum Aug. 7. de ciui. c. 30. Sic Deus res quas condidit adminiſtrat, vt eas agere proprios motus ſinat licet .n. poſſet agere omnia, & ſic agendo entitates quidem rerum non deſtrueret, ſed eas quaſi ocioſas & vanas relinqueret, maluit tamẽ eis ſicut entitatem, ſic & virtutem actiuam, & propriam tribuere actionem, non enim vniuerſaliter pfectionem rebus ſubtraxit, cuius ſunt capaces. ¶ Ad ſecundam, formam materialem non negat philoſophus immediate induci in materiam a Deo, immo inferius qõne de bona fortuna, dicetur quid Ariſtoteles ſenſit de anima intellectiua. De intentione eius. 7. Meta. vbi adducitur commentator, & videtur dicere ꝙ nullum immateriale poſſit tranſmutare materiam immediate. Et ſi intelligat de Deo ſicut videtur ſpecialiter per illud verbum dicentibus mundũ generari, negaret eum theologus, & eandem ſententiam dicit in commento tertio, poſt illud qđ mouet materiam neceſſario eſt corpus habens qualitatem actiuam, aut potentiam quę agit p corpus habens qualitatem actiuam, & imponit Ariſtoteli, ꝙ idẽ ſenſit. ¶ Sed melius videtur qđ quãdo litera Ariſtotelis põt habere ſanum intellectum, & litera

[right margin: 1.c.th... Cõ.t... ſim... Vid... expoſ... ne.7. ta....]

ra Commẽ. ſanum intellectum habere nõ poteſt ꝙ dicat Auer. non habere intentionem Ariſtotelis, & ſaluetur eius intẽtio, qđ hic etiam videtur poſſe fieri. Nã de hoc ad præſens breuiter tranſeundo dici poteſt quòd Ariſtoteles ibi arguit contra Platonẽ probando, ꝙ ideæ non ſunt neceſſarię ad generationem, quia ſufficit hoc aliquid ad generandum hoc aliquid, ſed nec ideæ poſſunt generare hoc aliquid, qa ſi generãs nõ eſt hoc aliqd, nec genitum erit hoc aliquid. Vtraque conſequentia ſatis tenet non eſſe genitum per ideã Platonis, nec tamen extendenda eſt ad propoſitum noſtrum. ſ. de Deo, quia ſi idea generaret, eſſet generans vniuocum, quia eiuſdem ſpeciei, non eſt autem aliqua cauſa vniuoca neceſſaria, niſi compoſita & materialis, ſicut genitum eſt compoſitum, & materiale: hoc pro prima parte rationis ſcilicet ꝙ ideæ nõ ſunt neceſſariæ. ¶ Pro ſecunda parte. ſ. ꝙ ideæ non poſſunt generare facit illud, quod ſi generans vniuocum non ſit hoc aliquid compoſitum, & materiale, nec genitum erit hoc aliquid: Deus autem & poteſt eſſe cã generationis, & requiritur ad generationem, non ſicut cauſa vniuoca, ſed æquiuoca, & hoc ſuprema, in cuius virtute agit omnis alia cã tam vniuoca, quam æquiuoca. ¶ Ad tertium, abſolute cõcedendum eſt tam Ariſtotelem, quam Auer. Deum poſſe immediate mouere corpus negaſſe. Et in hoc habet theologus vtrũque negare. Poſuerunt tamen Deum mouere cœlum mediate. ſ. mediante intelligentia, quę eſt propria motrix cęli, de hoc amplius tangetur reſpondendo ad tertium argumentum principale ad quæſtionem. ¶ Ad quartum, quod confirmat iſtas tres probationes, dici poteſt, quòd non eſt de intentione Ariſtotelis quòd Deus abſolute neceſſario cauſet quicquid immediate cauſat, hoc eſt ſine cauſa media agente. ſicut dicetur inferius de anima intellectiua in quæſtione de bona fortuna, ſed ſecundum ipſum Deus neceſſario agit quicquid poteſt agere immediate, hoc eſt ſine omni medio, ſiue agente ad ipſum, ſiue ad aliquod prę uium diſponens ad illud, & ſine omni medio cauſato, ſiue præuio ad illud. illud ergo quod ſine omni medio cauſato pręuio, ſiue cauſante pręuio poteſt agere hoc neceſſario agit. Et ratio huius eſt apud eum, quia ex quo iſtud a ſolo Deo immediate omnino dependet, ipſius nouitas in eſſendo, ſiue cõtingentia nõ reduceretur ſecundum ipſum vltimate, niſi in aliquam nouitatem in Deo. Et ſic intendit ipſe arguere. 8. phyſicorũ, quia illa nouitas motus in vniuerſali ſiue omnino primi motus, ſiue etiam omnino primi cauſati, quodcunque illud eſſet, eſſet immediate a Deo ſine omni cauſa media agente, vel diſponente, & ſine omni cauſato medio. de illo autem quod poteſt Deus immediate cauſare, ſine ſcilicet cauſa media agente attingente illud. dum tamen ſit aliqua cauſa diſpoſitiua ad illud, vel ſaltem aliquod cauſatum prę uium requiſitum ad illud, non diceret Ariſtoteles, ꝙ Deus neceſſario ſimpliciter illud cauſaret, ſed tantummodo ne-

Speculatio notabilis.

...quit ...r. 12 ...41

neceſſitate ineuitabilitatis, & hoc poſito illo primo, vel præuio, quod requiritur. ¶ In neutro autem iſtorum concordat cum eo theologus, quia ponit ꝙ Deus per voluntatem libere & contingenter ſe habet ad qđcunque cauſabile extra, & hoc excluſa neceſſitate, non ſolum immutabilitatis, ſed etiam ineuitabilitatis. Concedo ergo, ꝙ Ariſtoteles ſecundum ſua principia negaret Deum multa poſſe immediate cauſare, puta omnia illa in quorum productione eſt ſimpliciter contingentia abſque vtraque neceſſitate prædicta, ſed in hoc theologus contradicit ſibi, ſicut dictum. Eſt ergo de demonſtratione, quia concluſio principalis, & in ordine quarta iſta, ſcilicet quòd Deum habere omnipotentiam immediate reſpectu cuiuſcunque cauſabilis, licet ſit verum, non tamen eſt nobis demonſtrabile demonſtratione quia.

QVINTA concluſio principalis eſt iſta, quòd demonſtrabile eſt viatori demonſtratione quia, Deum eſſe omnipotentem mediate, vel immediate, hoc eſt quod poſsit cauſare quodcunque cauſabile, vel immediate, vel per aliquod medium, quod ſubſit cauſalitati eius. ¶ Hęc
2. c. 1. et inde. concluſio probatur per hoc ꝙ neceſſe eſt ſtatum eſſe in cauſis efficientibus, & hoc probatur ſecundo Metaph. & probatio Ariſtotelis breuiter nunc tangẽdo ſtat in hoc, Tota vniuerſitas cauſatorum cauſam habet, non autem quæ ſit aliquid iſtius vniuerſitatis. quia tunc idem eſſet cauſa ſui, ergo aliquid extra totam vniuerſitatem illam. Si ergo in cauſis non aſcendaturin infinitum, nõ ſolum quęlibet eſt cauſata, ſed tota multitudo erit cauſata, & per conſequens ab aliquo extra totam illam multitudinem, ergo in illo erit ſtatus tanquam in ſimpliciter primo cauſante. ¶ Poteſt autem illius concluſionis adduci alia probatio talis. Cauſa effectiua, quanto ſuperior tanto perfectior in cauſalitate. ergo ſi ſupra iſtam datam eſt alia in infinitum ſuperior in cauſando, illa erit in infinitum perfectior in cauſalitate, & per conſequens habebit cauſalitatem infinite perfectam, cauſalitas autem cauſata, vel dependens in cauſando nõ eſt infinite pfecta, quia eſt imperfecta reſpectu illius, a quo dependet. ergo ſi in infinitum aſcendatur in cauſis, aliqua erit omnino incauſata, nec dependens in cauſando, & per conſequens in illa erit ſtatus, ſic quòd ipſa erit effectiua non cauſata, nec dependens in cauſando, & ab ipſo eſt omnis cauſalitas cauſæ inferioris, vel ſaltem in virtute eius cauſat. ¶ Ex hoc ad propoſitum ſequitur, ꝙ in quodcunque cauſatum poteſt aliqua cauſa inferior mediate, vel immediate, in illud idem poteſt illa cauſa ſuperior, & hoc ſaltem mediante cauſa proxima, & per cõſequẽs prima cã hẽt omnipotẽtiã ẜm intellectũ pertinentẽ ad iſtũ articulum. ¶ Iſta rõ vr̃ dupliciter poſſe impediri. ¶ Primo, quia diceretur quod in ordine cauſarũ efficiẽtiũ, licet ſtatus ſit ad vnũ primũ efficiens, tñ iſtud non eſt Deus, ſed aliqua intelligẽtia mouens primũ cęlũ, nec rõ naturalis deducit, ꝙ vltra tale mouẽs, Deus immediate moueat, niſi

in ratione cauſæ finalis,ſicut videtur philoſophus illum modū mouendi appropriare ipſi Deo
16. 12. meta. vbi ait, quod mouet, ſicut amatum, & deſideratum. ¶Secundo diceretur quod efficiens primum quodcunque ſit, non probatur habere potentiā reſpectu omnis cauſabilis qualitercunque. ſ. immediate, vel mediate, ſed tantum reſpectu omnium cauſabilium in ſua coordinatione.oporteret ergo probare, ꝙ præter illa non eſſent alia poſſibilia cauſari extra illā coordinationem. ¶ Iſta duo excluduntur per hoc, quod nō eſt niſi vnicum ens a ſe,ſiue non ab
it ad alio. Ex hoc enim ſequitur, ꝙ
ā in non eſt niſi vnicum agens non
tiarū dependens in agendo, quod.n.
quen dependet in eſſendo,ſi agat dependet in agendo.

r. et AD ARGVMENTA
tcet principalia.¶ Ad primum. ¶ Pri-
e hē. mo videndum eſt de anteceden
alios te. ¶Et poſtea de conſequen-
quos. tia.¶ De antecedente dicūt quidam,quod Ariſto.non intellexit primum ens eſſe infinitæ potētiæ intenſiue,ſiue vigoris,ſed tātum extenſiue, ſiue duratione, ratio enim ſua non plus concludit,niſi quod ipſum mouet motu infinito,quia motus ille non eſt infinitus, niſi duratione. Et ad hoc videtur ſufficere virtus infinita in duratione.

CONTRA dupliciter. ¶Primo contra illud quod imponitur Ariſtoteli. ¶ Secundo
y. ad contra rationem quæ ad hoc
m. adducitur. ¶ De primo,Ariſt. enim ex hoc,quod Deus eſt infinitæ potentiæ concludit, quod non poteſt eſſe in magnitudine,nec habere magnitudinem, quia nec infinitam, cum nulla talis ſit, nec finitam, quia quacunque potentia in magnitudine finita poſſet aliqua eſſe maior, intelligit ergo in antecedente talem infinitatem potentiæ cum qua ſecundum intentionem eius non poſſet ſtare oppoſitum conſequentis. ſ. habere magnitudinem, vel eſſe in magnitudine. quia hoc eſſet dicere,quod faceret conſequentiam,quæ ſecundum intentionem eius non teneret,ſi oppoſitum conſequentis poſſet ſtaret cum antecedente.Nunc autem cum potentia infinita ſecundū durationem poteſt ſtare oppoſitum conſequentis.ſ.eſſe in magnitudine ſecundum intentionem eius: cum manifeſtum ſit celum hr̄e magnitudinē, & tn̄ ſm ipſum habet potentiam infinitæ durationis, immo ſm ipſum .9.met.& 1. cę.& mun. & in multis alijs locis. Oē ſempiternum eſt formaliter neceſſa- t.c. 17.
rium,& ita ſi eſt actiuum habet t.c. 1 ad
potentiam actiuā infinitam ſm inde.
durationem, ergo in antecedente non tm̄ intelligit ille de potētia infinita duratione, ſed de aliqua alia,quę repugnat magnitudini, illa aūt non eſt niſi infinitas intenſiua. ¶ Concedo ergo cum iſta concluſione,ꝙ Ariſto. ſiue ſufficienter probauerit intenſum ſuum,ſiue non, intellexit de infinitate potentiæ intēſiua.¶Sed tunc reſtat ſm.ſ.de ꝓbatione.qualiter. ſ. eius probatio procedat. De hoc dico, ꝙ tanta perfectio pōt cōcludi de potentia, ex hoc ꝙ ſufficienter poteſt in talem actum, quanta poteſt cōcludi ex hoc ꝙ exit in talem actū. Et ſi ergo antecedens Ariſt.ſ.ꝙ Deus mouet motu infinito falſum ſit ſm theologos,

logos,tamen multi eorum concedunt,ꝙ poteſt mouere motu infinito etiam a parte ante, ſicut omnes concedunt ꝙ a parte poſt,tamen differunt a philoſopho in hoc,quia philoſophus ponit iſtam potentiam neceſſario coniunctam actui, quia inter extrema ſecundum ſe immutabilia. talia ſecundum eũ ſunt Deus & cœlum ,ergo inter iſta eſt habitudo neceſſaria neceſſitate immutabilitatis, ad quam ſequitur motum ,qui cauſatur ad hoc,in illo eſſe neceſſarium, non illa neceſſitate ineuitabilitatis,non poteſt ergo ceſſare. Nec concordat ſecum theologus in prima propoſitione inter extrema &c. Nec in ſecunda de cœlo ,quia non ponit mouere neceſſario cõpetere Deo actualiter,ponit tamen poſſe infinito tempore mouere, ex iſto poſſe, ſicut ex ipſo mouere, concludi poteſt infinitas potentię.Sed nũ quid intenſiue?Dico ꝙ ſic.nulla enim virtus poteſt per infinitum tempus mouere niſi vel a ſe,vel virtute alterius, & tãdem oportet ſtare ad aliquam primã,quæ mouet ex ſe ipſa. Ariſt. er o arguit de potentia primi mouentis,quæ non mouet virtute alterius ſed a ſe. Et ex hoc poteſt inferre,quod ipſa ſit infinita intenſiue, qđ autem habet a ſe potentiam actiuam habet a ſe entitatem,quod autem habet a ſe aliquid habet illud in tota plenitudine, quæ ſibi poteſt competere, nihil enim habetur limitate in aliquo, niſi habeatur ab aliquo agente determinante illud ad certum gradũ, quia ſi vnum ens habeat a ſe plenitudinem entitatis, & aliud ens non haberet a ſe talem plenitudinem,ſed entitatem limitatam, omnino nulla eſſet ratio,quare illud plus haberet plenitudinem entitatis, quã iſtud, ſed videtur eſſe caſus qui non poteſt eſſe in his quæ ſunt a ſe. Ex hoc igitur quod primũ mouens mouet a ſe, & per conſequens eſt a ſe,cum tota plenitudo potentiæ actiuæ & entitatis non poſſit eſſe ſine infinitate intenſiua, ſequitur quod ipſum ſit infinitæ potentiæ intenſiue.

¶ Contra hoc quod accipit in antecedente, quod mouet motu infinito, quia ęque habetur *1.phi. 40.* ſecundum te propoſitum ſi moueret motu finito,ſed a ſe. Concedo, ꝙ vis principalis in hoc ſtat quod eſt mouere a ſe, ſed aliquam euidentiam habet ratio de motu infinito,quia ſecũdum Ariſtot. motus primus eſt primo ĩfinitus, & ita ille eſt magis proprius primo mouenti, primitas autem motionis eſt medium proprium ad propoſitum,vt intelligatur in antecedẽte,mouet motu infinito prima infinitate quæ.ſ.non eſt ab infinitate motus alterius,ſed a ſola virtute illius mouentis.

DE CONSEQVENTIA autem licet infinita potẽtia actiua ſit vere omnipotentia.non tamen ſequitur,ſi ratione naturali poteſt concludi hoc habere infinitam potẽtiam, ergo & omnipotentiam,quia non eſt notũ ratione naturali infinitam potẽtiam,& hoc totum intelligendo de omnipotentia immediata reſpectu cuiuſcunque poſſibilis.

¶ Cum probatur, quod infinita potentia ſit omnipotentia,quia infinita potentia non poteſt excedi,nec intelligi excedi, quæcunque autem potentia q̃ non eſt

eſt omnipotentia poteſt intelligi excedi. ¶ Reſponderet philoſophus, quod potentia ſuprema non eſt omnipotentia, ſicut intelligimus omnipotentiam, & tamen eſt infinita potentia. nõ ergo poteſt intelligi excedi ſecũdum intenſionem, quia ſic infinita eſt, ſed licet poſſit intelligi excedi aliquo modo ſecundum extenſionem, quia non eſt omnipotentia, non tamen proprie hoc intelligi põt, quia non ſine cõtradictione, quia diceret philoſophus ꝙ omnipotentiã immediatam reſpectu cuiuſlibet in aliquo, eodem eſſe includeret contradictionem, quia deſtrueret ordinem eſſentialem cauſarum. ¶ Verum eſt ergo, ꝙ ſuprema potentia actiua ſiue potentia infinita eſt omnipotẽtia, ſed non eſt notum per rationem naturalem quod ſuprema potentia poſſibilis etiam intenſiue infinita ſit omnipotentia proprie dicta, quæ ſcilicet poteſt in quodcunque poſſibile immediate.

AD PRIMVM argumentum in contrarium, quod ſcilicet eſt de generatione filij. ¶ Reſpondeo, quòd potentia actiua poteſt intelligi proprie, quia ꝓ potentia cauſatiua cui correſpondet poſſibile, ideſt cauſabile. ¶ Alio modo poteſt intelligi magis extenſiue pro potentia productiua cui correſpondet poſſibile, ideſt obiectum producibile. Et ita omnipotentia poteſt intelligi dupliciter. ¶ Primo modo potentia cauſatiua omnis cauſabilis. ¶ Secundo modo potentia productiua omnis producibilis. ¶ Si ſecundo modo intelligeretur, ſolus pater eſſet omnipotens, quia ſolus pater habet fontalẽ fęcunditatem ad producẽdum omne producibile. Sancti vero non ſic loquuntur de omnipotentia, ſed tãtum primo modo, vt ſcilicet importat potentiam cauſatiuam omnis cauſabilis, ideſt poſſibilis, quomodo nec filius eſt poſſibilis, nec ſpiritus ſanctus, licet ſit producibilis, quia non eſt cauſabilis, nec in alietate naturæ producibilis. ſecundum ergo quod ſancti loquuntur de omnipotentia ſcilicet pro potentia cauſatiua omnis cauſabilis, quæ eſt communis tribus perſonis abſolute concedendum eſt, quod omnipotẽtia non reſpicit actum notionalem intrinſecum, & ſi ergo poſſet demonſtrari Deum eſſe omnipotentem, non tamen potentem in tales actus notionales.

¶ Sed contra hoc eſt difficultas in auctoritatibus Aug. & Ricar. adductis. ¶ Ad auctoritatem Auguſt. quæ allegata fuit prius, in contrarium dici poteſt, ꝙ iſta conſequentia, ſi pater non poteſt generare filium, vel non æqualem filium, non eſt omnipotens, non eſt formalis, eo modo quo arguitur a deſtructione partis in quantitate, ad deſtructionem totius, ſed eſt a deſtructione poſterioris neceſſario conſequentis, ad deſtructionẽ prioris, quia ſi non poſſet generare filium, aut filium ęqualem, aut hoc eſſet, quia non competit eius perfectioni eſſentiali, aut quia non competit eius ꝓprietati perſonali. ¶ Non ſecundo modo. quia illa perſona eſt a ſe, & ideo non repugnat proprietati, ſiue aliquid actiue producere. ¶ Si primo modo. ergo non habet naturam perfe- *Expoſitio mirabilis ad auct. Aug.*

ctam, cui poſſit in aliquo ſuppoſito competere potentia productiua omnis producibilis, & ſi ergo negatio actus notionalis non infert formaliter negationem omnipotētiæ, tamē gratia materiæ tenet conſequentia de iſta perſona, cui non repugnat ratione proprietatis ſuæ actus talis notionalis.

¶Sed contra hoc arguitur per hoc quod omnipotentia videtur proprie reſpicere Deum, vel perſonam diuinam pro obiecto, juxta illud Ricar. 12. de tri. vbi arguit, quod ſi duo eſſent omnipotentes, vnus faceret alium nullipotentem, quod non ſequeretur, niſi reſpectu omnipotentiæ in vno eorum obiectū eſſet alter omnipotens.

¶ Ad hoc poteſt dici, ſicut dictum eſt ad argumentum Auguſtini, quod non tenet illa cōſequentia tanquam a toto in quantitate, eſt omnipotens, ergo eſt potens circa aliū Deum, ſiue circa alium omnipotentē, quia alius Deus, ſi poneretur non eſſet obiectum omnipotētiæ proprie dictæ, ſed neceſſario eſſet a ſe. Sed conſequentia ſic tenet per locum extrinſecum, vno modo, quia vnus omnipotens poſſet ſua voluntate omnia poſſibilia, & compoſſibilia producere. Alius vero omnipotens poſſet ex ſua voluntate eadem poſſibilia impedire, ergo ille faceret illum nullipotentem, non agendo aliquid circa ipſum, ſed circa obiectum potētiæ ipſius. ¶Si dicas illum cum iſto in obiectis volitis vniuerſaliter concordare.

¶ Contra. quamquam illud videatur eſſe puta fictio, de illis reſpectu quorum vtraque voluntas mere contingenter, & æque independenter ſe habet, tamen ex hoc ſequitur quòd ille faciat iſtum nullipotentem, quia non pñt eſſe duę * cauſę totales cauſantes idem cauſatum, quia vel illud bis acciperet eſſe, vel non vtraque, vt diſtincta ab alia eſſet cauſa cōpleta. ¶Iſte autem qui per te ponitur concordare cum illo in volitis per ſuam propriam voluntatem poteſt eſſe cauſa totalis, & completa volitorum, ergo ille non poteſt eſſe cauſa totalis diſtincta reſpectu eorundem. Et ſicut eſt de duobus, ita de omnibus, ergo per voluntatem illius ex parte obiectorum poteſt ille fieri nullipotens, hoc eſt non potens aliquid ponere in actum, voluntate iſtius proueniente vt diſtincta, & totaliter cauſante idem. ¶ Sed contra reſponſiones iſtas, datas ad auctoritates Augu. & Ricar. arguitur per hoc quod formaliter ſequitur, ſi filius eſt oīſciens, ergo eſt ſciens generationem patris, & conſimiliter, ſi eſt omniuolens, eſt volēs iſtam generationem, ergo a ſimili de omnipotentia ſequitur in conſequentia vera & formali. eſt omnipotens, ergo eſt potens in generationem illam, & non tantum gratia materiæ, ſicut dicit reſponſio. ¶Hic poteſt dici, quod in omnibus iſtis nominibus, omnipotens, omniſciens, omniuolens eſt diſtributio, non actus ſed obiecti ipſius actus, ergo formaliter inferri poteſt de obiecto hoc & illo, & ita de quibuſcunque obiectis actus talis. Nunc autem ſcientiæ & voluntatis diuinæ in quacunque perſona diuina ſimpliciter eſt obiectum actus notionalis,

B. 1. di. 1. pa.

Egid. Po. li. di. 10

nalis, non ſic eſt obiectum om-
nipotentiæ. igitur formaliter
omniſciens, & omniuolens in-
ferunt ſcire & velle actum no-
tionalem, non ſic omnipotens
poſſe actum notionalem. Ra-
tio illius differentiæ eſt, quia
actus notionalis. eſt quid ſcibi-
le, & volibile, non autem ſimpli
citer poſſibile, prout poſſibile
intelligitur cauſabile, quia & ſi
habeat rationem boni & veri,
non tamen rationem cauſabi-
lis & cauſati.

¶ Ad aliud argumentũ de crea
tione Angelorum, concedo,
quod ſicut iſta demonſtratur,
quod Deus poteſt in omne cau
ſabile mediate, vel immediate,
ita poteſt demonſtrari in parti-
culari, quod poſſit in hoc, quan
do minor mediante qua infer-
tur talis concluſio eſt euidens,
•. vel demonſtrata, aliter non. qa
ſecundum philoſophum. 1. Prio
rum. Contingit ſcire de omni
mula eſſe ſterilem, & ignorare
de hac mula, ſi hæc minor eſt
ignota, ſcilicet hanc eſſe mulã.
Nunc autem minor reſpectu hu
ius concluſionis, Deus poteſt
cauſare Angelum eſt iſta. Ange-
lus eſt cauſabilis.

.par. ¶ De iſta autem minori dici-
q.66 tur, quod tantum eſt credita, &
non demonſtrabilis, & ideo con
cluſio ſequens eſt tantum credi
ta, licet maior vniuerſalis ſit de
monſtrabilis. ¶ Dicitur ſecun-
do quod iſta minor neganda
eſſet ſecundum philoſophum,
& ita concluſio. Poſuit enim
philoſophus (vt dicunt iſti) om-
nem intelligentiam eſſe ſimpli-
citer a ſe, quia poſuit omnem
intelligentiam eſſe neceſſariam
ſicut patet. 12. meta. Cauſatum
41. autem ab alio eſt ex ſe non ens,
& de ſe poſſibile, quod autem
eſt ſimpliciter neceſſe eſſe, nul-
lo modo eſt poſſibile, non ergo
poſuit Ariſto. iſta contradicto-
ria, ſcilicet intelligentiam eſſe
neceſſariam, quod plene poſuit,
& tamen eam eſſe cauſatam ab
alio. ¶ Dicitur etiam a quibuſ- *Hē. quol.*
dam, quod Ariſto. poſuit intelli *6. q. 14.*
gentiam eſſe infinitam, & ex
hoc ſequitur etiam, quod ipſa
ſit a ſe, quia quod eſt ab alio, eſt
finitum. Antecedens probatur,
quia. 12. metaphy. ca. 4. repetit *t.c.41.f.*
oſtenſum eſſe, quod non conue *8. phy.*
nit primum mouẽs habere ma
gnitudinem, quia habet poten-
tiam infinitam, & finitum non
habet potentiam infinitã. ¶ Poſt
illud ſtatim in principio. 5. cap. *t.c.42.*
quærit vtrũ ponendum ſit vnã
talem ſubſtantiam, aut plures,
& determinat, quod plures ſm
numerum lationum, intentio
ergo ſua eſt comparando con-
cluſionem præcedentem ad cõ
cluſionem ſequentem, ꝙ plu-
res ſint ſubſtantiæ ſine magni-
tudine, quia infinitæ potentię.
¶ Item, c. 5. poſt prin. Palam in- *t.c.4 f.*
quit eſt, quia tot ſubſtantias ne
ceſſe eſt eſſe natura ſempiter-
nas, & immobiles ſecundum ſe,
& ſine magnitudine propter ꝑ-
dictam cauſam in 4. ca. ſcilicet
habere potentiam infinitã. quia
illa non poteſt eſſe in magnitu-
dine, nec finita, nec infinita, qa
nulla eſt.

SED QVIA nulli auctori *t.c.41.*
imponenda eſt ſententia falſa,
vel multum abſurda, niſi habea
tur expreſſe ex dictis eius vel
ſequatur euidenter ex dictis
eius. Et cum iſtud, Angelũ eſſe
ens a ſe, ſit non tantum falſum,
ſicut patet, ſed etiam valde ab-
ſurdum, quia oppoſitũ eius põt
demon-

demōſtrari vt patebit, nec iſtud legatur expreſſe ex litera Ariſto.non videtur hoc ſibi rationabiliter imponi.

B. vide 8. di. 1. q. 5. pag. 415. & 416. & 1. diſt. 4. q. 1. Pag. 15.

¶ Dico ergo de iſta minori. Angelus eſt cauſabilis. duo oppoſita prædictis. ¶ Primum, ꝙ illa eſt demonſtrabilis, ſecundum quòd illud fuit ab Ariſto. conceſſum. Primum probo ſic.non poſſunt eſſe duæ naturæ intellectuales ſimpliciter infinitæ, ſed quæcunque natura intellectualis, ſi eſt a ſe, ſiue incauſata, ipſa eſt ſimpliciter infinita.ergo non poſſunt eſſe plures naturæ intellectuales ſimpliciter incauſatæ. ¶ Prima eſt incauſata. alioquin non eſſet prima. ergo quælibet alia eſt cauſata. ¶ Prima propoſitio iſtius deductionis probatur diffuſius in quæſtione de * vnitate Dei. Nunc tango vnam probationem, quia vtraque illarum intelligeret alteram perfectiſſime tantum, ſcilicet quantum ipſa eſt intelligibilis, & comprehenſibilis, & ſimiliter vna diligeret aliam, quantum ipſa eſt diligibilis, & ſic etiam vtraque ſeipſam comprehendit, & diligit, & ita vtraque tam ſecundum intellectum, quam ſecundum voluntatem beatificatur, tam in ſeipſa, quam in alia: eandem autem potentiam ſimul comprehendere duo obiecta adæquata infinita eſt impoſſibile, quoniā vtrunque obiectum toti virtuti potentiæ totaliter adæquatur, immo nec vna potentia poteſt habere duo obiecta æque prima. Eſſentia autem iſtius eſſet primum obiectum ſui intellectus, nō ergo eſſentia illius erit primum obiectum iſtius, ſed nec erit obiectum ſecundariū, quia non eſt entitate poſterius, quam ſit eſſentia illius, cum ſit infinita, ſicut iſta, nec per conſequens eſt poſterius ea in intelligibilitate: potentiam etiam ita perfecte comprehendere eſſentiam alterius, ſicut propriā eſt impoſſibile, præcipue quando natura propria non includit eminenter naturam alterius, nec dependet eſſentialiter ab illa altera. nec eſt eiuſdē ſpeciei cum illa, quæ omnia ſunt vera in propoſito de Deo.ſ.& intelligentia. Secunda propoſitio huius deductionis.ſ.ꝙ natura quę eſt a ſe, eſt infinita, patet ex illo quod dictum eſt ſupra qualiter philoſophus probat primū mouens eſſe infinitę potentię, quia eſt a ſe potens, & ideo hēt plenitudinem potentiæ.

B. Quære 2. di. 1. q. 3. p. 149. & inde. vbi ponit 7. vias ad probādum Dei vnitatem.

SECVNDVM ſcilicet, ꝙ Ariſto. conceſſit iſtam minorē, probo. & primo ex intentione eius. 12 metap. concedit enim omnia habere ordinem eſſentialem inter ſe, & magis ordinē eſſentialē ad vnū primū. Nunc autē infinitū intenſiue non pōt eſſe ſubordinatum eſſentialiter alicui alteri, nec ſicut ad finem, quia bonum infinitum non eſt propter alterum bonum. bonū autem totius vniuerſi vtroque modo ſe habet, & ſcilicet in ordine entium inter ſe, & in ordine eorum ad optimum ſeparatū, nec infinitū poteſt eſſe ſubordinatum alteri, vt principalior, quia habet virtutem actiuam infinitam. Et etiā ſm ipſum in fine. 12. Entia nolunt male diſponi. vnus ergo princeps. ¶ Reſpondetur, quod Ariſt. ordinem conceſſit in entibus ſeparatis, quia ſecunda cauſa dependet a prima. licet nō ſit cauſaliter ab ea,

t. c. 52. & inde.

t. c. vlt. Hē q. 8. q. 9. vlti.

-ea, ſicut eſt in ſpeciebus numerorum, & figurarum. ¶ Contra hoc, nihil eſt dependens ab aliquo in eſſendo a quo non habet in aliquo genere cauſę eſſe, & ſimiliter de permanentia. Et non obſtat illud de numeris, quia numerus minor potentialiter, ſeu materialiter acceptus eſt pars maioris. pars autem habet rationem materiæ. vt habe-
:.5. tur. 5. Metaph. partes inquit totius vt ex quo cauſæ ſunt. Et idem ibidem. horum autem hæc quidem quaſi ſubiectum, vt partes. numerus vero minor actualiter, & formaliter acceptus non eſt pars maioris. nec ab ipſo ſic accepto dependet maior in eſſendo.

¶ Præterea. in eodem. 12. c. 4.
16. de primo mouente dicit, quòd mouet ſicut appetibile & intelligibile. huiuſmodi autem mouent nō mota. Sic autem Deus mouet intelligentiam ſibi proximam. ergo cauſat intelligere ipſius intelligentiæ, ſed illud intelligere, vt iſti dicunt ſecundū Ariſt. eſt idem, ꝙ ſubſtantia in-
ta. telligentiæ. ¶ Si dicatur, ꝙ illud
& mouere eſt metaphoricum, &
ni- non proprie aliquid cauſare.
.15 ¶ Cōtra. omnis intellectio, quæ non eſt eadem obiecto, cauſatur ab obiecto, & videtur ꝙ effectiue ſecundum Commē. ibi
6. dicentem, ꝙ balneum in mente mouet, vt efficiens. & vt extra mouet vt finis. ¶ Probatur idē ſecundo, ſecundum intentionē
9. Ariſt. 8. Phy quia ibi probat, ꝙ mouens infinitæ potentię non poteſt immediate mouere. cęlum mouetur. igitur immediate ab aliquo mouente potentię finitæ. illud autem eſt intelligentia propria motrix.. vult ergo, ꝙ illa ſit finita, & per conſequens non a ſe. hęc cōſequentia eſt ſuperius oſtenſa. ¶ Præterea ex eodem. 8. arguitur ſic. philoſophus vult ibi, ꝙ mouens infinitę potentiæ moueat cęlum motu infinito, & non immediate, vt dictum eſt. ergo mediate, ſcilicet mediante intelligentia. Et hanc eſſe eius intentionem, ſcilicet mouens finitum mouere cęlum immediate, & mouens infinitum mediate. dicit Commen. 12. Meta. com. 41. ſunt igitur reſpectu cęli duo mouentia ordinata. Tunc arguo ſic. quādoque* ſunt plura agentia eſſentialiter ordinata. ¶ Aut ſecundum accipit eſſe a primo. exemplum de cęlo & igne. ¶ Aut ſecundum, licet non accipiat eſſe a primo. tamen accipit aliquam influentiam. exemplum. Baculum motum accipit a manu, vt poſſit vlterius mouere pilam. ¶ Aut tertio modo, ambo attingunt eundem effectum immediate ſed ordine quodam. primum ſcilicet principalius, & ſecundum minus principaliter, tamen ipſum eundem effectum attingit. Exemplum de patre & matre reſpectu generationis ꝓlis. ſecundum opinionem* ponentem matrem eſſe actiuam. ¶ Quęro ergo quo iſtorum triū modorum ſe habent iſta duo agentia in mouendo cęlum. ¶ Non tertio modo. quia ſtatim ſequitur quòd inæquali tēpore, immo in eodem tempore moueat virtus finita, & infinita, quia vtraque attingit motum immediate, tanquam proprium effectum. Si detur ſecundum, cum nihil ſecundum Ariſt. recipiat ab intelligentia aliud ab eius eſſentia, habetur propoſitū.

t c 71. & inde.

B. Hanc eandē Regulam hēt in 1. di. 3. q. 7. in ſolutione q̄ōnis.

B huic opinioni adhæret doctor, vid. 4 di. 3. de hoc clariſſime licet in 3. di. 1. q. 7. pri. 309. dās extra loquat coditionaliter.

12. Met. Argumētū efficaciſſimum contra proteruos.

¶ Si

¶Si detur primū,patet,ꝙ hoc eſt propoſitū.patet ergo ꝙ Ariſtoteles ſic intellexit iſta agētia eſſe ordinata,ꝙ ſm eſſet a primo, & tunc primum mouet mediate, & dat eſſe & virtutem proximo mouenti, & quia perpetuo dat illud eſſe, & virtutem,ideo eſt cauſa perpetuitatis in motu. finitas autem virtutis, quæ non eſt aliud a natura angeli, eſt cauſa ſucceſſionis motus, quia illi virtuti poteſt eſſe aliqua reſiſtentia in mobili, quæ non poſſet eſſe virtuti infinitæ. ¶ Tertio probatur hoc idem ex intentione Auer.qui de intentione.Ariſto.loquens in tractatu de ſubſtantia orbis.cap.3.dicit ſic.Corpus cœleſte non indiget tantum virtute mouente in loco, ſed ēt virtute largiente eſſe,& ſubſtantiam ſuam, & permanentiam æternam &c. & poſt, dixerunt quidam ipſum, ſcilicet Ariſto. non dicere cauſam agentem cęlum,ſed tantum cauſam mouētem & illud fuit valde abſurdū. Ita autem poſuit arti.cœlum eſſe formaliter neceſſarium, ſicut intelligentias,quia vniuerſaliter omnem ſubſtantiam ſempiternam dixit formaliter eſſe neceſſariam.vt patet.9.Met.c.7.eſt autem potentia nihil ſempiternū &c.& 12.Meta. ſatis habetur intentio eius de hoc.c. 5.ergo ita ſtaret cum intentione eius, ꝙ Deus eſſet cauſa ſubſtantiæ ipſius intelligentiæ ſicut ſecundū Auer.fuit intentio eius in cœlo. ¶ Præterea. hæc eſt intentio Aui.expreſſe 9. Meta.c.4 ꝙ omnis intelligentia cauſata eſt a primo. & forte in hoc non ſolum non contradicit Ariſto. ſed explicat illud de modo, & ordine productionis, quod Ariſto.non explicauit. Et ſi dicatur, Ariſto. poſuiſſe omnem intelligentiam a primo immediate productā. tunc Auicenna quantum ad ordinem, quem ponit,contradicit ei.ſed ad propoſitum, ꝙ intelligentia ſit producta habetur concordia. De modo autem illius cauſationis ſatis haberi poteſt ex intentione Auicēnę quo ad hoc,ſcilicet quod non poſuit eam per motum, vel mutationem,vel cum aliqua nouitate. ſed quod totum eſſe intelligentiæ ſemper eſſet a primo, & in diuerſitate eſſentię,ſicut nos ponimus,quod filius eſt a patre ſemper in eadem eſſentia,& ſicut ſecundum Ariſto. ſempiternum eſt lumen in illis corporibus pſpicuis,quæ nūquā cadūt in vmbra alicuius corporis, ſcilicet corporum cauſantium vmbram in vniuerſo. & tamen illud lumen perpetuum in corporibus illuminatis poneretur a ſole effectiue.Non enim lumen illud diceretur a ſe formaliter, quia tunc non eſſet eiuſdem rationis cum lumine in illa parte,quæ aliquando non illuminatur. nam illud lumen cum ſit nouum,certum eſt ꝙ cauſatum eſt a ſole. quod autem cauſatū eſt,non eſt eiuſdem rationis cū eo,quod eſt a ſe.¶ Quando ergo probatur ſm intentionem Ariſto.angelum non eſſe cauſatū, quia ſecundū ipſum eſt formaliter neceſſariū. ¶ Dico ꝙ ipſe nō poſuit iſta inter ſe repugnare cauſatum & formaliter neceſſarium,cum dicat.2. Meta.ſempiternorum principia ſemper eſſe veriſſima neceſſe eſt, quia ſunt alijs cauſa veritatis. Sempiterna ergo,quæ ipſe poſuit formaliter neceſſaria conceſſit principia

Marginalia (left): 1. & 2. cœli. & mun. — 12.Meta. — 1.c.37.t. c. 42. & inde.

Marginalia (right): 12.c 1.M — B.vi diſt. 3 p. co. 1. — t.c.4 — t.c.1

pia habere. ¶ Item. 5. Meta. c. de neceſſario. nihil prohibet neceſſariorum quorundam eſſe alteras cauſas. Hoc etiam patet in veritatibus principij & concluſionis, ſi tñ principium ſit cauſa concluſionis, in eſſendo verum. ¶ Cum arguitur, cauſatũ eſt de ſe nõ ens, ſed poſſibile eſſe, proprie dicendũ eſſet, ꝙ nõ eſt de ſe ens, vel magis non eſt a ſe ens. ita ꝙ cauſato nõ oportet, ꝙ cõpetat aliqua non entitas, ſed negatio modi eſſendi, quia eſt a ſe eſſe. & iſta negatio eſt compoſſibilis neceſſario. licet negatio entitatis non ſit compoſſibilis ei. ¶ Quod etiam dicitur, ꝙ cauſatum eſt de ſe poſſibile, ſi intelligitur de potentia, quæ eſt differentia entis oppoſita actui. talis potentia non neceſſario inuenitur in cauſato, niſi quod cauſatur cum nouitate. non autem neceſſarium fuit apud Ariſto. connexio cauſationis, & nouitatis, ſicut nec apud illos theologos, qui dicunt Deum poſſe produxiſſe aliquid ab æterno. eſt tamen omne cauſatum poſſibile, hoc eſt obiectum potentiæ cauſatiuæ, ſed iſta * poſſibilitas, licet repugnet neceſſitati a ſe, non tamen ſecundum Ariſto. repugnat neceſſitati formali. ¶ Ad aliud, cum imponitur. Ariſto. de infinitate intelligentiæ, oppoſitum eſt verum. & etiam in ſe demonſtrabile. & oſtenſum eſt prius, quòd ſit de eius intentione.

rmi

ADILLAS ergo auctoritates eius pro hoc adductas, ¶ Ad primam, concluſio vltima 4. cap. non eſt illa, quòd primum eſt ſine magnitudine, quia infinitæ potentiæ, ſed poſt illam ſequitur alia concluſio, quaſi recitata, vt prius oſtenſa, ſcilicet quòd eſt impaſſibilis & inalterabilis. omnes enim alij motus ſunt poſteriores illo, qui eſt ſecundum locum. hęc ille. Nõ eſt autem illa ſubſtantia mobilis ſecundum locum: quod probari poteſt ex præhabitis ibi. & tũc concludit, ergo non eſt mobilis aliquo poſteriori motu, & ita alterabilis. & tunc ſequitur principium 5. c. vtrum autem vnam talem &c. ita ꝙ talitas iſta refertur ad eſſe in alterabile, de quo immediate præceſſit ſermo. Non autem refertur ad eſſe potentiæ infinitæ, de quo fuit ſermo in præcedenti. §. quæ enim continuatio eſſet ſermonis, quòd eſſe tale referatur ad conditionem prius habitam mediate, & non ad illam, quæ prius immediate habetur? vel poſſet dici ꝙ ſi tale referatur ad illam conditionem mediate propoſitam, referenda eſt ad illud, quod fuit in concluſione. ſ. non habere magnitudinem. & concedo qđ plures ſunt tales ſine magnitudine, ſicut plures ſunt inalterabiles, & impaſſibiles. ¶ Ad aliam auctoritatem dico, ꝙ negatio poteſt per tot media propter quid de aliquo concludi quot poſſunt eſſe in ipſo cauſæ repugnantiæ ad affirmationem oppoſitam. & ſi aliquid vnum ſit cauſa adæquata repugnantiæ, illud erit medium adæquatum ad oſtendendum talem negationem. infinitas autem intenſiua eſt vna cauſa repugnantiæ ad habere magnitudinẽ, ſed nõ adæquata. habere autem intellectualitatem ſine materia eſt rõ adæquata. Iſta autem duo oportet cõiungi. ſ. intellectualitatẽ, & immaterialitatẽ ad habẽdũ medium

t. c. 41.

t. t. item phy t t.

dium ſufficiens, quia ſicut non
ſufficit intellectualitas ſola ſe-
cundum mentem Ariſto. ſicut
patet in homine. ſic nec imma-
terialitas, ſicut patet in cœlo.
¶Ad iſtam ergo auctoritatem,
dico ꝙ non habere magnitudi-
nem poteſt concludi ex infinita
te potentiæ. & ſic concluditur
t. cō. 41. ibi capi. 4. concluſione penul.
t.c.78.& & etiam concluditur. 8. phyſic.
inde. Poteſt etiam concludi ex alio. ſ.
immaterialitate cum intelle-
ctualitate, purum enim intelle-
ctuale non poteſt habere ma-
gnitudinem, quia forma intelle
ctualis non eſt extenſibilis, ſed
ſi aliquod intellectuale ſit quā-
tum habet materiam, quæ perfi
cit'a forma intellectuali. & tunc
recipit quantitatem, non ratio-
ne intellectualitatis, ſed ratione
materialitatis, quam perficit for
ma intellectualis. ſicut eſt in ho
mine, Hæc ergo eſt vera. natura
habens infinitam potentiam, nō
habet magnitudinem. & hęc na
tura intellectualis non habens
materiam non habet magnitu-
t.c.41. dinem. Ibi ergo verſus finē.4.ca.
probatur non habere magnitu-
dinem per habere potentiam in
finitam: ſed illud non eſt mediū
adæquatum reſpectu prædica-
t.c.30. ti. ibi autem c. 3. poſt principiū
habetur de ſubſtantijs immobi-
libus, ꝙ oportet eas eſſe ſine
materia, ſempiternas enim eſſe
oportet. Et ſi aliquid eſt actu
ſempiternum, ergo actu ſine ma
teria. & poſtea in principio. 4.
t.c.36.& cap. habetur, quomodo iſtę ſub-
inde. ſtantiæ mouentes ſunt naturæ
intellectuales. Ex iſtis habetur
ſecundum medium ad remo-
uendum magnitudinem, quod
eſt eſſe intellectuale ſine mate-
ria. & iſtud eſt medium adæqua
tum reſpectu prædicati. quan-
do ergo dicitur ca.4. quòd opor t. c.
tet tot ſubſtantias eſſe ſine ma-
gnitudine propter cauſam præ-
dictam, hoc debet intelligi de
illa cauſa adæquata, quæ. ſ. eſt in
intellectualitas ſine materia,
quæ dicta eſt in principio tertij
capituli, & in principio quarti
capituli. non autem debet refer
ri ad illam propoſitionem, quæ t.c.30
tacta eſt in fine de infinitate po c.36.
tentiæ. nec hoc videtur deſtrue inde.
re ſententiam literæ, cum intel-
lectualitas immaterialis ſit pro-
pria cauſa, immo adæquata re-
ſpectu prædicati. hoc autē quod
eſt habere infinitam potentiam,
vel non eſt eius cauſa, vel nō eſt
adæquata, quia prædicatum om
ni intelligentiæ conuenit. me-
dium autem conuenit ſoli Deo,
cui honor eſt, & gloria in ſecula
ſeculorum.

QVÆSTIO. VIII.

Vtrum filius, vel verbum diuinum habeat cauſalitatem aliquam propriam reſpectu creaturæ.

VTRVM filius, vel verbum diuinum habeat cauſalitatē aliquam propriam reſpectu creaturę? Arguitur ꝙ ſic, quia ars dicit reſpectū cauſalitatis ad artificiatū, & idea ad ideatū. ſed verbo diuino competit proprie eſſe artem, & habere in ſe ideas omnium factibilium. ergo &c. minor patet per Auguſt. 6. de trini. c.9. vel 37. verbum inquit perfectum, cui non deeſt aliquid eſt ars quidem omnipotentis, & ſapientis Dei. hoc pro prima parte minoris, & ſequit. plena omnium

nium rationum viuentium incommutabilium, & hoc pro ſecunda parte minoris, quia per rationes illas intelligit ideas, vt patet ex intentione eius.38.q.q.46. & ſequitur ibi. nouit Deus omnia quæ fecit per ipſum, hoc pro vtraque parte minoris. intelligendo ſic.nouit tanquàm in arte, in qua relucent rationes artificiatorum. ¶ Ad oppoſitum Aug.2.de trini. c.5. loquens de filio incarnato.mitti inquit a patre ſine.ſ.ſ.non potuit. & ſequitur paucis interpoſitis. Fortaſſe aliquis cogitat, vt dicamus ē a ſeipſo miſſum eſſe filium, quia ille Mariæ conceptus & partus operatio trinitatis eſt, qua * cau-ſante omnia cauſantur. Et iſtam conclusionem concedit implicite, cum reſpondet ad obiectionem, quæ poſſet fieri contra eā dicens, quomodo inquit pater filium miſit, ſi ipſe ſe miſit? cui primo reſpondeo,&c, ¶ Item, ibidem intelligat iſtam incarnationem, vna eademque operatione patris & filij inſeparabiliter eſſe factam. non vtique inde ſeparato.ſ.ſ. ¶ Item, idem lib.4.c.22.vel 38.plane fidenter dixerim patrem, & filium & ſ.ſ.vnius eiuſdemque ſubſtantiæ Deum creatorem trinitatem omnipotentē, inſeparabiliter operari.

ta-

QVÆSTIO iſta generaliter propoſita intelligi poteſt de quacunque cauſalitate, quæ Deo conuenit reſpectu creaturæ, ſed argumenta magis tangunt de cauſalitate effectiua. ¶ De iſta ergo cauſalitate primo inquirenda, ſunt tria videnda. ¶ Primo, vtrum aliqua ratio formalis cauſandi ſit propria verbo. ¶ Secundo, vtrum aliquis modus, vel ordo in cauſalitate, ſeu cauſando ſit proprius ſibi. ¶ Tertio, vtrum aliquis reſpectus cauſalitatis vel aliquis alius reſpectus ad creaturam includatur pro ſe in eius proprietate conſtitutiua.

DE PRIMO dici poteſt ꝙ non eſt propria ſibi aliqua ratio formalis agendi ad extra. ¶ Et hoc poteſt tripliciter oſtendi. ¶ Primo auctoritate. Secundo ratione ſumpta a poſteriori. ¶ Et tandem ratione ſumpta a priori. ¶ Auctoritas eſt Augu.5. trini.14.vbi dicit ſic. ad creaturā pater & filius & ſpiritus ſanctus ſunt vnum principium, ſicut vnus creator, & vnus Deus. ¶ Et hoc videtur, ꝙ ſicut eſt in eis vna formalis Deitas, per quā dicuntur vnus Deus, ſic eſt vna formalis ratio cauſandi, & principiādi, per quam dicūtur vnus creator, & vnum principium. ¶ Hoc idem vult Dionyſius de diuinis nominibus dicens, communia totius diuinitatis ſunt cauſabilia omnia. ¶ Ratio a poſteriori ſumitur ab actu cauſandi, de quo actu ait ſaluator. Ioā. 5. quæcunque ille. ſ. pater fecerit, & hæc & filius ſimiliter facit. ¶ Per hoc quod ait, quæcunque, patet, ꝙ non ſe habent pater & filius in agendo, ſicut cauſa vniuerſalis, & particularis, ſicut ſol & pater in generatione animalis. ¶ Ex hoc quod ait, hæc. patet, ꝙ non ſunt cauſæ variæ reſpectu aliorum cauſātorum, ſed eorumdem. ¶ Ex hoc ꝙ ait, facit patet, ꝙ nō ſe habent ſicut agēs, & ratio agendi. ratio quippe agendi non proprie agit. ¶ Ex eo ꝙ ait, ſimiliter, patet, ꝙ non habent ſe in agendo, ſicut cauſa ſuperior & inferior, quæ non agit virtute propria, ſed virtute alterius. *Speculatio notabilis.*

rius, puta dependenter,& imperfecte reſpectu eius, nec etiam agunt, ſicut duæ cauſæ partiales continentes vnam cauſalitatem completam. ſiue ſint eiuſdem rationis, vt duo trahentes nauē, ſiue ſint alterius rationis, vt intellectus agens,& phantaſma ſecundum aliquos in mouendo intellectum poſſibilem, quia in talibus neutra cauſa poteſt dici complete facere, ſed ambę faciunt totaliter, vtraque autem per ſe, non niſi diminute,& partialiter. vnde magis proprie dici poteſt vtraque alteri coagere, quàm facere effectum. ſimiliter tales duæ cauſæ non omnino ſimiliter cauſant effectum. His ergo differentiis, & imperfectionibus excluſis, intelligit Chriſtus, ꝙ pater,& filius, & pari ratione tota trinitas, quæcunque cauſata ſimul cauſant. & hoc ęq perfecte, & complete. ¶ Ex hoc ſequitur, ꝙ verbo non eſt propria aliqua ratio formalis agendi. conſequentia iſta probatur. nullum ſuppoſitum formaliter agit niſi ſit actu per illud, quod eſt ſibi formaliter ratio agendi, Et intelligo ſic vel ꝙ habeat illud tanquam formam informantem, vt eſt in creaturis, propter quod Ariſto. 2. de anima concludit animam eſſe actum & formam corporis, quia eſt principium, quo conueniunt ei operationes corporis animati. vel ſic, ꝙ illud quod eſt principiū agendi ſit omnino idem ſuppoſito agenti, ſicut eſt in forma ſimplici ſubſiſtente, quæ ſe tota ſtatim eſt illud, quod eſt ex. 8. Meta.& ita ſe tota agit. ¶ Nunc autem illud quod eſt prorium vni perſonæ, non poteſt eſſe actus alterius perſonæ, nec primo modo, nec ſecundo modo, ſicut vult Auguſt. 7. de trini. c. 1. vel. 9. vbi vult, ꝙ pater non poteſt eſſe ſapiens ſapientia genita. ſequitur ergo ſi illud, quod eſt ratio formalis agendi in aliqua actione, ſit proprium vni perſonę, ꝙ alia perſona non agit formaliter illa actione. ¶ Si dicatur ad illud ſecundum vnam opinionē, ꝙ tres perſonæ in ſuo intellectu communi & eſſentiali habent vnum verbum, quod eſt formale principium cauſandi, quaſi proximum,& eſſentia quaſi remotum, ſed pater habet illud verbum a ſe, quaſi dicendo ipſum. filius.& ſ. ſ. habent ipſum a ſolo patre. qui vice omnium vni cum verbum dicit ad perficiendum intellectum eſſentialem. Et ſimiliter de. ſ. ſ. reſpectu voluntatis. ¶ Contra. certum eſt, ꝙ pater non habet verbum, aut actū ſuum formalem altero prædictorum modorum. ergo tantū modo habet ipſum, vt correlatiuum, vel conſubſtantiale, diſtinctum tamē in ſuppoſito. ſed neuter modus habendi ſufficit ad hoc, vt ſic habens dicatur formaliter agere iſta actione, reſpectu cuius illud, quod ſic habetur eſt proprium formale principium. quia neuter modus habendi ſaluat hoc principium formale haberi, tanquàm formam, vel actum habentis. quod tamen requiritur ad hoc, ꝙ habens poſſet dicere agere tali actione. Iſtud patet de creaturis, non tantum de correlatiuis, ſed quibuſcunque diſtinctis, hypoſtatice comparatis ad eandē actionem. ¶ Tertio arguitur ad propoſitum a priori, primo per medium proprium ſic. formalis rō cauſandi in Deo, & proxima eſt

B. Hac eadem ratione vtitur in 1. diſt. 1. pag. 6. c. 1.

t. c. 6. & 18. & 24.

t. c. 16.

He... c. 9...

eſt intellectus, vel voluntas, vel aliquis actus intellectus, vel uoluntatis, ſed trium perſonarum eſt idem intellectus & eadē uoluntas, & per conſequens earum eſt omnino idem actus intelligēdi & uolendi, & idem obiectū, ſiue primarium, ſiue ſecundarium. ergo & eadem ratio formalis cauſandi, etiam proxima eſt communis tribus perſonis.

.pri ¶Hanc rationem tangit Aug. 2.
Io. tri.8. quō inquit pater eum.ſ. fi-
cun- lium ſanctificauit, ſi ipſe ſeip-
Io. ſum ſanctificauit? vtrunque
imū enim ipſe dominus ait, ſicut
tecū probat ibi. & poſt. quō pater
gal. eum tradidit, ſi ipſe ſe tradidit? utrunque enim dicit apoſtolus, ſicut ipſe probat ibi. Et ſubdit reſponſionem, credo. reſpondebis ſi probe ſapis, quia vna uoluntas eſt patris & filij, & inſeparabilis operatio. quaſi dicat, huiuſmodi ueri, quod pater agit, & filius ſimiliter agit, cauſa eſt propter eandem rationem agendi, quia una uoluntas eſt patris & filii, & ex hoc ſequitur inſeparabilis operatio. ¶Hoc etiam confirmatur per illud. 3. tri. 6. uoluntas Dei prima eſt, & ſumma cauſa omnium, ideſt formalis
. ubi ratio cauſandi. ¶Diceretur ad hoc, quod licet uoluntas, vel intellectus ſit formalis ratio cauſandi, non tamen in qualibet pſona, ſed aliqua proprie habet potentiam, ut eſt principium formale uel proximum cauſandi. ¶Contra hoc, ſi eſt eadem potentia, & habens eundem actum, & circa idem obiectum, ipſa in quocūque ſuppoſito ſit, ſemper habebit eandem rationem cauſalitatis reſpectu obiecti cauſabilis per ipſam potentiam. nam ſuppoſitum non tribuit aliquam rationem cauſalitatis ipſi rationi formali agēdi, ſed ipſum habet rōnem cauſę agentis, præciſe per hoc ꝙ hēt rōnem formalem agēdi. q̄cunque ergo pſona hēt eādem potentiā, hēbit eandē habitudinē ad obiectum cauſabile. ¶Aliud mediū proprium accipitur ad propoſitum ipſum. ſ. eſſe diuinum. & ex hoc medio arguitur ſic. eſſe diuinum commune eſt trib. quia ipſa eſſentia cōis eſt trib. eſſe autem diuinum eſt proprium principiū cauſandi, probo, eſſe rerū ꝓprie eſt eē cauſatū, & oportet ꝙ cauſet a ſuo ſimili. ergo p ſe cātur ab eſſe diuino. ¶Contra hoc, eſſentia ut eſſentia non eſt principium agendi, niſi per modum naturę. Deus autem ad extra nihil agit hoc modo.

Tho. in 2. ſcrip. di. 1 & in 1. 1. per. ſum. qō. 45. ar. 6. & aliqualiter q. 4. ar. 3. et q. 6. ar. 4.

¶Vltimo pōt oſtendi ꝓpoſitum per medium cōe a priori, & hoc ſic. oē cātum p ſe dependet a cā prima, ſicut imperfectum & poſſibile a perfecto & ſimpliciter neceſſario. ergo illud quod eſt formalis ratio cauſandi, eſt formalis ratio terminandi iſtam dependentiam cauſati, & per cōſequens formalis ratio eſſendi pfectum, & neceſſarium, ſed neceſſitas & pfectio eadē eſt cōis trib. perſonis. ergo & ratio terminandi dependentiam cauſati erit communis. & per conſequēs formalis rō agendi erit cōis.

CONTRA iſta poteſt argui. notitia & amor in diuinis ſecundum quod ſunt procedētes, ſunt rationes ſm quas creaturæ producuntur, & hoc ſecundum genus cauſæ formalis, ſine quibus intellectus & uoluntas eſſentiales non ſufficienter diſponerent ad ipſas

creaturas producendas, Nunc autem notitia procedens, verbũ eſt, & amor procedens. ſ.ſ. eſt, ergo verbo eſt aliqua ratio formalis cauſandi propria. & ſimiliter ſpiritui ſancto. ¶ Maior oſtenditur quadrupliciter. ¶ Primo ſic. ſapientia vt eſt eſſentialis non eſt niſi ſpeculatiua, ſed vt eſt perſonalis eſt practica, reſpectu operandorum continens in ſe ideas, quæ ſunt principia operandi. Nunc autem non ſufficit ad operandum aliqua notitia, tanquam ratio proxima, niſi ſit practica, ergo &c. ¶ Secundo oſtenditur per exemplum de artifice creato. Artifex enim in ſapientia artis duplicem habet notitiam de artificiato. vnam ſimplicis notitię in arte vniuerſali, qua intuetur operanda pure ſpeculatiuè. & aliam habet notitiam diſpoſitiuam ad opus, qua in arte particulari concepta de arte vniuerſali, intuetur ordinem productionis ſuæ in opus, & eſt cognitio practica, ſine qua impoſſibile eſt artificem procedere in opus. Similiter Deus in notitia ſimplici eſſentiali nouit ſingula ſimpliciter, & abſolute, tanquam in manifeſtatione quadam. In notitia vero producta nouit eadẽ intrinſeca, & extrinſeca, tanquã in quodã declaratiuo, & ſpecialiter nouit factibilia in eo, tanquam in quodam diſpoſitiuo eorum ad opus. ſicut ergo notitia artis vniuerſalis non ſufficit ſine notitia artis particularis, quæ eſt diſpoſitiua, & practica, ita in Deo non ſufficit notitia eſſentialis ſine notitia producta. ¶ Tertio oſtenditur iſta maior per quoddam ſimile in naturalibus, quia ſicut forma naturalis non eſt principium actionis, ſecũdum quòd eſt perfectio eius, in quo eſt, ſed ſolũmodo ſecundum quòd habet reſpectum ad effectum: ſimiliter ſapientia, vel amor ſolummodo ſecundum quòd habet reſpectum ad effectum, eſt principium operandi. ſapientia autẽ diſponens, & amor effectans, quæ reſpiciunt effectum, non ſunt niſi ſapientia, & amor procedentes. ¶ Quarto oſtenditur eadem maior ex ordine ꝓductionis intrinſecæ ad extrinſecam, & hoc ſic, vbi in diuinis terminatur ordo rationis in eſſentialibus, ibi incipit ordo originis in perſonis, ergo pari ratione vbi terminatur ordo originis in perſonis, ibi incipit ordo originis creaturarum. Non poteſt ergo pater creaturam ꝓducere, niſi prius productis verbo & ſpiritu ſancto. Si autem pater haberet in ſe formaliter omnem rationem cauſandi creaturam, ita quod in verbo non eſſet aliqua propria ratio cauſandi, videtur ꝙ poſſet pater cauſare, licet non produceret filium. ¶ Confirmatur iſtud per Auguſt. 15. de trini. cap. 11. vel 28. poteſt eſſe inquit verbũ noſtrum, quod non ſequatur opus: opus autem eſſe non poteſt niſi præcedat verbum. ſic & verbum Dei eſſe potuit, nulla exiſtente creatura. creatura autem nulla eſſe poteſt, niſi per ipſum, per quod facta ſunt omnia.

AD ISTA, maior primæ rationis neganda eſt, quia (vt dictum eſt prius) notitia & amor ſecundum ꝙ Deus eſt cauſa creaturæ, ſunt communes formaliter tribus perſonis. ¶ Ad pri-

primam probationem iſtius maioris, notitia in memoria & notitia verbi non differunt in nobis, vt ſpeculatiua & practica, quia non differunt, niſi ſicut habitualis notitia & actualis, quę conueniunt ſemper in ratione ſpeculatiui, vel practici. Si ergo notitia eſſentialis in patre ſe habet ſicut notitia in memoria reſpectu notitiæ, quæ eſt in verbo, non erit illa in patre ſpeculatiua, & alia practica, ſed vel vtraque practica, vel vtraque ſpeculatiua. Quod additur ibi de continentia idearum, ſoluetur reſpondendo ad argumentum principale. ¶ Ad ſecundum, notitia in patre de creatura non ſe habet, ſicut notitia artis vniuerſalis reſpectu notitiæ eiuſdem in verbo, patet hoc ex prædictis, quia ſe habent ſicut notitię memoriæ & intelligentiæ, & licet prima ſit quaſi habitualis, & ſecunda quaſi actualis, tamē vtraque eſt ęque vniuerſalis, vel particularis.

¶ Illud etiam quod dicitur de arte vniuerſali, ꝙ ipſa ſit ſpeculatiua, & ars particularis practica, non videtur verum. quia ſecundum diffinitionem artis. 6. Ethic. Ars eſt habitus cum recta ratione factiuus. patet ergo, ꝙ omnis ars eſt habitus practicus: quia omnis habitus factiuus eſt practicus. ¶ Hoc etiam arguitur ex eo, quod dicitur artem particularem concipi de arte vniuerſali, quia concluſiones practica reſoluuntur in principia practica, ſaltem vt in principia proxima, immo videtur, quod non poſſint reſolui aliquo modo in principia ſpeculatiua, niſi practica ſit ſubalternata ſpeculatiuæ, quia omnis doctrina concluſiones proprias reſoluit in principia propria, niſi ſit ſubalternata alicui ſuperiori, cuius concluſiones habet pro principijs. Si quandoque ergo inueniatur dictum ab aliquo auctore, quod ars vniuerſalis eſt ſpeculatiua, & particularis practica. Hoc indiget expoſitione. & poteſt ſic intelligi, quanto aliquod medium recedit magis ab vno extremo, tanto non ſolum accedit ad alterū, ſed dicitur habere rationem alterius, ſicut patet ex 5. Phyſic. quod rubeum reſpectu albi dicitur nigrum. Nunc autem cognitio mere ſpeculatiua eſt illa, quę nullo modo eſt directiua in opus. Cognitio vero mere practica, eſt illa quæ immediate eſt directa in opus. quæcunque ergo cognitio media, pro quanto magis recedit ab vno extremorum, tanto magis poteſt dici contineri ſub altero. Nunc autem cognitio artis vniuerſalis, non eſt immediate directiua in opus, quia operationes ſunt circa ſingularia. 1. Metaph. Notitia autem artis particularis eſt immediate directiua. pro tanto igitur notitia artis vniuerſalis poteſt dici ſpeculatiua, pro quanto non eſt immediate directiua in opus, ſicut eſt particularis, nec tamen eſt ſimpliciter ſpeculatiua, ſed directiua, licet mediate, quia particularis virtute eius eſt immediate directiua. ¶ Quod igitur additur, quod in verbo tanquam in diſpoſitiuo nouit Deus factibilia, quęro quid intelligit per notitiam diſpoſitiuam in Deo? In nobis video vnam notitiam de agibili determinantem, quid ſit agendum,

[Margin notes: t. c. 5. (beside "Ethic."); t. c. 50. (beside "ſed dicitur habere rationem al-"); In proœmio. (beside "1. Metaph.")]

dum. & hanc ſequitur actus voluntatis, qua rectè volo ſic agere ſicut ratio dictat agendum eſſe. Iſtam volitionem ſequitur quædam cognitio, qua ſcio me ſic velle. Et ſi ſcirem voluntatem meam eſſe immutabilem, & non impedibilem, ſcirem me aliquando ſic facturum eſſe. In Deo autem non poſſumus habere diſtinctos actus re, ſed quaſi ratione. Aut ergo per notitiam diſpoſitiuam intelligis in Deo notitiam quaſi præcedentem omnem actum voluntatis, ſiue illum, quo vult ſe ſic facturum eſſe, & tunc ſequitur quòd ſit talis notitia in Deo diſpoſitiua eſt in vna perſona, & in alia. quia omnis notitia in Deo, quæ quaſi præcedit omnem actum voluntatis habetur in intellectu diuino virtute primi obiecti mouentis. illud autem mouet neceſſario intellectum diuinum ad quamcunque notitiam præcedentem actum voluntatis, quia in tota iſta motione non inuenitur principium motiuum, niſi per modum naturæ, & per conſequens neceſſario. Aut per notitiam diſpoſitiuam intelligis illam quæ ſequitur determinationem voluntatis, & tunc ſequitur quod cum quælibet perſona nouit determinationem voluntatis in quacunque perſona, ſicut in ſeipſa, quod quælibet habet æque notitiam diſpoſitiuam de quolibet operabili.

¶ Nec valet dicere, quòd hæc perſona nouit illam ſic diſponere de operabili, ſed non ſeipſam, quia ſicut argutum eſt ad concluſionem principalem iſtius articuli. vnius voluntatis vna eſt diſpoſitio, & ita ſi vna perſona diſponat de hoc operabili, per conſequens & alia quæ habet eandem voluntatem eodem modo, immo eodem actu diſponit, & per conſequens reflectendo ſe per actum intellectus ſuper actum voluntatis, ſicut vna ſcit ſe ſic diſponere de hoc operabili, & ſic & alia. & ſic notitia diſpoſitiua iſto modo intellecta eſt communis tribus perſonis.

¶ Ad tertiam probationem, quæ eſt de forma naturali actiua. Reſpondeo, licet forma naturalis actiua habeat reſpectum quendam ad productum, qui reſpectus ſignificatur per nomē principij, vel potentiæ, tamen illud quod dicitur eſſe principium vel potētia tanquam ſubſtratum huic reſpectui eſt aliqua forma abſoluta, quod probatur, quia non minus formale principium actionis, vel motus eſt aliquod abſolutum, quàm terminus. Et præcipue ſi iſta propoſitio eſt vera, illud eſt formale principium agendi in quo agens & productum aſſimilantur, nunc autem terminus formalis actionis vel motus, non ſolum poteſt eſſe forma abſoluta, ſed neceſſario videtur ex 5. Phyſic. ꝙ eſt forma abſoluta non includens aliquam relationem. ergo vel neceſſarium, vel ſaltem poſſibile, quòd illud quod eſt principium formale agendi ſit forma abſoluta, & vt forma abſoluta. hoc declaratur in exemplo, quia licet calor ſit potentia calefaciendi, & hoc quod dico potentia importat reſpectum in concreto, tamen ille reſpectus per ſe non includitur ratione principij actiui. ſicut loquimur de principio actiuo.

T. c. & ex ſius: ſic. t & ...

no. accipiendo pro illo, quod immediate denominatur ab illo reſpectu. ¶Hoc patet in alio exemplo magis remoto, hoc quod eſt eſſe obiectum importat ex ſignificatione nominis reſpectum. Si tamen quæratur, quid ſit primum obiectum viſus, nõ reſpondetur per aliquod relatiuum, quia tunc eſſet facile aſſignare omnia obiecta potentiarum, puta ꝙ primum obiectũ viſus eſt viſibile, & auditus audibile, & ſic de alijs: ſed oportet aſſignare pro primo obiecto aliquod abſolutum ſubſtratum illi relationi, q̃ importatur ꝑ hoc quod eſt obiectum, cuius abſoluti forma ſit per ſe motiua talis potentiæ, ſicut lux, vel color reſpectu viſus, & ſonus reſpectu auditus, & ſic de alijs. hoc eſt quod dicit Ariſ.2.de anima. cuius inquit eſt viſus, hoc eſt viſibile, & ſequitur viſibile eſt color. hoc autem eſt ſm ſe viſibile. ſm ſeipſum aũt non ratione, ſed qm̃ in ſeipſo habet cauſam eſſe viſibile. omnis enim &cæte. vult dicere, ꝙ ſi color eſt primũ obiectũ viſus, ipſum ſm ſe eſt viſibile eſt per ſe primo mõ, & hoc eſt ꝙ dicit non rõne, hoc eſt, hoc prædicatum qđ eſt viſibile non cadit in rõne ſubiecti, ſed per ſe ſecundo modo, quia in ſubiecto eſt cã prædicati, & hoc intendit cũ ſubdit. ſed qm̃ in ſeipſo habet cauſam. ¶Conſimiliter eſt in multis alijs, & ſpãliter in propoſito, quia cũ quærimus principium actiuum reſpectu alicuius actionis, nõ intelligimus de reſpectu, qui importatur in concreto ꝑ hoc qđ eſt principium actiuum: tũ c.n. facile eſſet, oſtendere reſpectu oĩs actionis ſuum principium, quia principium actiuum reſpectu calefactionis eſt calefactiuum, & illuminationis illuminatiuum, & ſic de ſingulis. Sed intelligimus de illo, quod eſt proximum fundamentum illius reſpectus, illud autem eſt forma abſoluta, & hoc non includendo aliquem reſpectum, quin reſpectus ille non poſſet alicui eſſe prior natura termino reſpectus. forma autem actiua eſt prior natura termino actionis, ſaltem in actibus æquiuocis. Applicando ergo ad propoſitum, ſi notitia quæ eſt ratio formalis producendi creaturam non plus includat rationem reſpectus ad eam, quam ratio reſpectus includitur in forma in ratione principij actiui naturalis, & ibi non includitur, ſed tantum conſequitur, videtur ſequi, ꝙ in ratione notitię, vt eſt formale principium producendi creaturam, non includit reſpectus ad eam. ¶Aliter breuiſſime poteſt dici, ꝙ in notitia producta non eſt aliquis reſpectus ad creabile, qui non ſit in notitia cõi tribus perſonis, ſicut prius probatum eſt. ¶ Ad quartam probationem maioris, licet iſta congruentia de prioritate productionis intrinſecæ ad extrinſecam poteſt multipliciter impediri, tñ conceditur cõcluſio, ꝙ vera eſt. ſ. ꝙ pater non poſſet producere creaturas, niſi prius productis filio & ſpiritu ſancto. & rõ huius eſt, quia qñ ab eodẽ vnũ ſimplr̃ neceſſario producit, & aliud contingenter. non põt producere illud ad qđ contingenter ſe habet, niſi prius producto illo, ad quod neceſſario ſe hẽt, & maxime quando eadẽ eſt neceſſitas producti, & produ- *Reſolutio notabilis.*

centis,productum aūt extrinſecum contingenter producitur. Intrinſecum vero neceſſario,ſic ꝙ ipſum eſt neceſſarium eadē neceſſitate, qua & producens. Non poteſt ergo inchoari ordo productorum extra, niſi prius terminato ordne productorum intra.¶Alia ratio eſt,quia producto priori communicatur cauſalitas reſpectu poſterioris, ſi non repugnet proprie rationi illius producti, nam ex ordine productorum nulla repugnat ſibi cauſalitas, cum ipſum ſit prius productum. Cum ergo perſona producta(vt tactum eſt in ratione priori) ſit producta prius quacunque creatura, & cum non repugnet ſibi ex ratione productionis cauſalitas reſpectu creaturæ,ſequitur quod eſt prius creatura non tantum vt eſt prius producta,quam ipſa creatura, ſed & vt productiua ipſius.Et hæc duplex ratio prioritatis poteſt haberi ex verbis Auguſtini ibi adductis. prima tio in hoc, quod ait:verbū Dei eſſe potuit non exiſtente creatura, non autem econuerſo. ſecunda in hoc, quod ſubdit:per quod omnia facta ſunt. Nec tamen ex iſtis duabus rationib. nec ex iſta auctoritate ſequitur, quod verbo ſit aliqua propria ratio formalis cauſandi, quia abſque tali proprietate rationis cauſandi pōt ſtare, tam prioritas perſonæ ad creaturam,tanq̄ producti ad productum, quam prioritas tanquam principij ꝓductiui ad productum,non em̄ oportet quod productum immediatius producenti,vel productioni, & etiam productiuū tertij habeat propriam rationem producendi illud tertium, ſed ſufficit, quod habeat rationem communem eandem cum primo producente, ſic quod neceſſario ſibi illam cōmunicat, antequam vltimū productum producatur,& ſic eſt in propoſito:per hoc apparet quare pater filio & ſpiritu ſancto, non productis, non poſſet creare, quia non producto illo, ad qđ producens neceſſario ſe habet,non poteſt produci illud aliud ad quod contingenter ſe hēt. non producto etiam illo quod natum eſt habere eandem cauſalitatem reſpectu tertij cum producente,non poteſt produci illud tertiū. ergo illa propoſitio aſſumpta, ſi verbum non haberet propriam rationem cauſandi, pater & ſi non produceret verbum, tñ poſſet creare. falſa eſt propter duplicem rationem prædictam. ¶Si arguitur contra hoc,quia ſecundum auctoritatem Aug.allegatam creatura neceſſario præexigit verbum in rōne cauſæ.vnde ait.creatura nulla eſſe poſſit, niſi per ipſum per quod omnia facta ſunt. ſ. verbum.non aūt neceſſario præexigeretur in rōne cauſæ, ſi totalis & completa cauſalitas eſſet in patre.¶*Reſpondeo,ꝙ verbum neceſſario præexigatur in rōne cauſæ ad productionem creaturæ poteſt dupliciter intelligi,vel tanquam cauſalitatē perficiens, vel tanquam in eadem cauſalitate cum primo præexacto conueniens.Primo modo non req̄ritur filius,quia non perficit cāſalitatē patris, ſed pater in ſe, & a ſe hēt cālitatē perfectā, & eam cōicat filio,& iō filius hēt,quia pater hēt, ſcdo mō requiritur filius, quia.n. prius, q̄ creatura producatˀ cōicatur ſibi eadē natura

tura cum prē, & p̄ conſequens eadem virtus actiua reſpectu cuiuſcunque poſterioris. ſequitur, ꝙ filius tanquam cōueniens in eadem cāſitate cum patre præexigatur ad productionē creaturæ. ¶ Ar̄r pōt dici, & reddit in idem, quod effectum præexigere aliquid in rōne cāæ pōt eſſe dupliciter. Vno mō ex parte ipſius effectus ſimpliciter, quantū eſt de ſe, ita. ſ. ꝙ effectus non hr̄et a quo ſufficiēter poſſet ꝑduci niſi illud eſſet cauſa. Alio modo ex parte neceſſariæ cōcomitantię in cā: primo mō filius non præexigitur in rōne cauſæ, ſed ſcdo mō quia eandē perfectionem totalem cauſandi hr̄et pater ſi per impoſſibile ſolus eſſet, ſed non pōt in actū illius cāſitatis exire, niſi prius filius concurrat ſecum vel cōicat ſecum in eadem perfectione, & ſm̄ eam exeat in eundem actum.

DE SECVNDO articulo principali dico, quod filius negata ſe auctoritatē primariā cauſandi. Ioan. 5. non poteſt filius a ſe facere quicquam. concedit autem ſubauctoritatē in cauſando cū ſubdit. niſi quod viderit patrem facientem, & infra ibidem, opera quæ dedit mihi pr̄ vt perficiam ea ipſa opera quæ ego facio. ergo &c. Dedit mihi pater, ecce ſubauctoritas. Ego facio, ecce cauſalitas. ¶ Cōſimiliter reſpectu ſpiritus ſancti, hēt filius auctoritatē in agēdo. Et rō vtriuſque eſt, quia a quo aliquid hēt principiū agendi, ab eo hēt & agere, & per conſequens virtute illius agit. non virtute eius tanquam cauſæ ſuperioris, quia non hēt virtutē diſtinctā ab eo, ſed virtute illius, tanꝗ principij communicantis ſibi cāſitatem, & iō hn̄tis auctoritatē in iſta auctoritate in qua recipiens habet ſubauctoritatē. ¶ Sed hic obijcitur, quia ſi pater prius origine cauſat quam filius, ergo filius non cauſat illud cātum, quia qđ prius cātū eſt, poſterius cauſari non pōt. niſi idem bis cāretur, quod eſt impoſſibile. ¶ Sīr poteſt argūi de ordine originis, ſicut de ordine cauſalitatis, quia ſi pr̄ facit a ſe, & filius non a ſe, ergo pater cauſat prius origine, & tunc, vt prius non poterit cāri a filio, quaſi in ſecundo ſigno originis, quia idem non poteſt bis cauſari. ¶ Ad iſta reſpondeo qđ ordo in cauſando pōt intelligi, vel vt actio reſpicit producens, vel vt actio reſpicit productum. ¶ Si primo mō, eſt ordo auctoritatis & ſub auctoritatis in ꝓpoſito, quia ille eſt inter ſuppoſita agentia in habendo principium formale agendi, pro quanto. ſ. vnum illorum habet illud ab altero. ¶ Secundo modo non eſt hic ordo, quia non prius ponitur creatura in eſſe per actionem patris, & poſtea ſequitur actio filij, ſed virtus cauſandi ordinate ſecundum ordinem originis habetur in vtroque prius natura, quam terminus producatur. Et iſta virtute habita a tribus in eodem ſigno naturæ, cōpleto tamen toto ordine originis, ponitur effectus omnino ſimul a tribus. ¶ Quod ergo dicitur, quod prius cauſatum non poteſt poſterius cauſari, concedatur referendo prius & poſterius ad ipſum cauſari, & ſic probatur propoſitio, ſed non propter hoc eſt negandum, quin prius habens virtutem cauſandi & poſterius origine habens

B. Argumenta ſubtiliſſima quæ fiunt ab aduerſarijs contra Scotū 1. qui ponit iſtam prioritatē originis i diuinis, q̄ pulchre ſoluūtur hic.

ſpon ... par ... odu- *...ic ſo ... na'i ... uſa ... pa- ... ſit di ... a a ... ate ſi ... c. vt ... ſen. ... & ... bi no*

eandem poſſint per ipſam ſimul natura habitam in vtroque ſimul effectum cauſare.

¶ Aliter poſſet dici ſpecialiter ad ſecundum, quod prius origine cauſare, eſt cauſare a ſe, poſterius origine cauſare, eſt cauſare ab alio: ſicut autem ab alio habet virtutem cauſandi vel a ſe, ſic & cauſare, nec eſt verum quod ſic prius cauſatum ab aliquo non poſſit poſterius cauſari ab alio, quia huiuſmodi intellectus eſt iſte quod aliquid non poſſit cauſari ab vno a ſe, & ab alio non a ſe, qui intellectus falſus eſt, vbi eadem virtus actiua eſt in producente & producto,

DE TERTIO articulo principali dico, quòd nullus reſpectus ad creaturam poteſt p ſe includi in conſtitutiuo perſonæ verbi. ¶ Tum, quia quicquid in ea includitur per ſe eſt reale. diſtinguendo reale contra ens rationis, quia conſtitutum eſt ſic reale, & per conſequens quicquid in ipſo per ſe includitur eſt hoc modo reale. Nunc autem quicunque reſpectus in diuinis ad creaturam eſt tantũmodo ens rationis, ergo &cę. ¶ Tum, quia quicunque reſpectus Dei ad creaturam habet pro fundamento proximo aliquid commune tribus (non dico, quòd ſic proximo, quod ex natura fundamenti oriatur relatio illa, quia tunc eſſet relatio realis, ſed ſic proximo, quod illud ſit proxima ratio comparãdi per actum intellectus diuini perſonas diuinas ad creaturam. Sicut etiam tactum eſt in primo articulo de intellectu & voluntate, ſic poſſet probari de quocunque, ſecundum quod Deus per actum intellectus eſt comparabilis ad creaturam.) Quando autem fundamentum proximum eſt commune trib. reſpectus non poteſt eſſe proprius vni. non ergo reſpectus ad creaturam includitur per ſe in proprietate alicuius perſonæ, quia quicquid includitur ſic, eſt proprium illi perſonæ.

¶ Tum tertio. quia iuxta primam viam poſſet argui, ꝙ quicquid eſt in perſona diuina eſt neceſſe eſſe a ſe, & hoc excludendo per ly a ſe, aliud in ratione cauſæ, non autem in ratione principij, quia quicquid eſt ibi, eſt incauſatum. licet aliquid ibi poſſet poni principiatum. Nunc autem reſpectus ad creaturam, etiam in quocunque eſſe reali, vel cognito, non poteſt eſſe neceſſarius a ſe hoc modo, quia nec terminus reſpectus poteſt eſſe neceſſarius ſic, quia in quocunque eſſe creatura eſt, vel poſſibilis, vel ſaltem non neceſſaria a ſe, ergo nullus reſpectus ad creaturam in quocunque eſſe poteſt per ſe includi in perſona diuina.

¶ Sed iſta ratio, licet forte procedat ex veris, tamen apparenter poſſet multipliciter improbari, & impediri, & non euidenter ſolui, niſi cum prolixitate tanta, quãta hic aggredi non intendo. ¶ Sed obijcitur contra iſtud, quia verbum importat p ſe proprietatem ſecundæ perſonæ, & cum hoc per ſe importat reſpectum ad creaturam. ergo & cætera. ¶ Prima propoſitio patet ex principio euangelij Ioannis: In principio erat verbum. vbi euangeliſta per hoc quod eſt, verbum, intendit exprimere proprie ſecundam

dam perſonam in diuinis. Et Auguſti.7.trinita.capitu.ſecundo. Eo verbum, quo filius.

¶ Secunda propoſitio probatur per illud.83.quæſtio.qō.63. vbi exponitur illud.In principio erat verbum.Auguſtinus, quod græce inquit logos dicitur, latine verbum,& rationem ſignificat. hic tamen verbum melius interpretatur, vt ſignificetur non ſolum ad patrem reſpectus, ſed etiam illa, quæ per verbum facta ſunt operatiua potentia.Vult ergo, quod cum dicitur verbum, importetur reſpectus ad creaturam.

¶ Item, contra rationem factam obijcitur, quia ſi verum ſit hoc, quod accipitur in illa ratione, quod creatura in quocunque eſſe non eſt neceſſaria a ſe, nec per conſequens quicunque reſpectus ad creaturam eſt ſic neceſſarius, tunc ſequitur, quod nec reſpectus Dei, vt intelligētis ad creaturā intellectā, nec reſpect⁹ eius, vt creatiui ad creaturā creabilē ſit neceſſarius a ſe, ſed Deus nihil eſt formaľr, & neceſſario, niſi illud ſit neceſſarium a ſe. ergo ſequeretur, quod Deus non neceſſario eſt intelligens creaturam, nec cauſatiuus creaturæ, quorum vtrūque eſt falſum.

¶ Ad iſta. ad primum poſſet eſſe duplex difficultas, vna ex re, alia ex ſignificato huius nominis, verbum. ¶ Quantum ad primum dico, quod in proprietate ſecundæ perſonę non includitur aliquis reſpectus per ſe proprius ad creaturam, propter rationes ad hoc poſitas.

ē.1. ¶ Quantum ad ſecundam, ol.et dico quod reſpectus realis. & reſpectus rationis non faciunt aliquid per ſe vnum, & ideo ſi tales duo reſpectus importentur per hoc nomen, verbum, ſequitur quod illud nomen nō præciſe ſignificat vnum per ſe conceptum, quia reſpectus ad patrem vt dicentem eſt realis, reſpectus autem ad creaturam, vt dictam, vel cauſatam eſt rationis tantum. ergo ſi hoc nomen, verbum, per ſe importat tantum vnum conceptum, ſequitur quod alterum illorum ſignificabit, & alterum connotabit tantummodo: quod ſi verum eſt, probabiliter dici poteſt, quod ſicut idem ſignificat filius & filiatio, licet alio modo ſignificandi, ſic idem ſignificat verbum, vt eſt quaſi concretum, & eius abſtractum, ſi licet fingere, quod ſcilicet eſt, verbatio, quod ſignificat idem, licet alio modo, verbari enim eſt idem, quod dici, ſiue intellectualiter exprimi, & per conſequens verbum importat in concreto hoc quod eſt intellectualiter expreſſum, & tunc connotabit relationem ad illud, quod dicitur per verbum, pro tanto, quod cō notat notitiam perfectam, quæ notitia habet reſpectum rationis ad cognita per eam. ¶ Secundum hoc igitur quantum ad ſignificatum huius vocis, verbum, eſſet iſte ordo, quod primo, & per ſe ſignificatur reſpectus originis, ſcilicet expreſſio intellectualis paſſiua, ſed modo concreto. Secundo connotatur notitia, quaſi terminus formalis communicatus per iſtam expreſſionem, & illa eſt communis tribus, tamen appropriata verbo. Tertio vero per hoc, ꝙ iſta notitia habet reſpectum ad noſcibilia, connotaret in nomine

ne verbi talis reſpectus. ſecundum hoc ergo neganda eſſet ſecunda propoſitio aſſumpta in argũ. ¶ Et cum probatur per Augu. 83. q. quol. 63. dici poteſt ꝙ pro tanto melior eſt tranſlatio huius, quod eſt logos, in hoc, qđ verbum, quam in hoc, quod eſt rõ, quia hoc nomen rõ, nec reſpectum originis proprium, nec illum conſequentem appropriatum, qui eſt ad creaturã, ita importat, ſicut hoc nomen, verbũ, quare verbum, vt verbum poteſt comparari per intellectum ad quodcunque, & conſequens habere appropriatam relationẽ rationis. ¶ Quod vero ait, vt ſignificatur ad patrem reſpectus, hoc debet intelligi de eo, quod primo, & principaliter ſignificatur, quod autem addit ad ea q̃ facta ſunt ibi, debet intelligi ſignificare, pro connotare.

B. vide 27 di. 1. q. 1. Pag 676. c. 2.

¶ Ad ſecundum põt dici, quod neceſſarium a ſe abſque omni repugnatia quantum eſt ex parte ſui põt eſſe ſine eſſe reali cuiuſcunque non neceſſarij a ſe, quia non eſt contradictio quantum eſt ex parte prioris abſoluti, quod ipſum ſit ſine poſteriori, tamen illud neceſſarium non poteſt eſſe ſine eſſe cognito cuiuſcunque alterius, quia eẽ eius neceſſario requirit cognitionẽ alterius, & per conſequens alterum in eſſe cognito, & conſimiliter eſt de eſſe poſſibili. Nõ igitur perſonæ diuinæ competere aliquid reale poteſt, niſi illud ſit neceſſarium a ſe, hoc eſt incauſatum: quicquid aũt includitur in proprietate perſonę cõpetit perſonæ vt aliquod reale, poteſt tamen perſonæ diuinæ cõpetere aliquod cognoſcere, vel aliquid poſſe, licet illud non neceſſariũ a ſe, ſicut nec terminus. ¶ Aliter poteſt dici, ꝙ Deus eſt ſic neceſſario intelligẽs creaturam, & cauſatiuus creaturæ, quod vtrunque iſtorum formaliter dicitur aliquid neceſſariũ a ſe, prout a ſe excludit cauſam, ſed non neceſſarium in eſſe reali, ſed in aliquo eſſe diminuto, quicquid autem includitur in proprietate perſonæ ſic eſt neceſſarium a ſe, quod eſt in eſſe reali. Nunc autem neceſſariũ a ſe, non neceſſario coexigit aliquid aliud in eſſe reali, licet coexigat aliquid aliud in eſſe cognito, vel eſſe diminuto. ¶ *Tertio modo poſſet dici, quod alio modo eſt neceſſarium illud qđ neceſſario requiritur, & hoc ſiue præexigatur ſiue coexigatur ad eſſe neceſſarij. Alio modo eſt neceſſarium illud, quod ad eſſe neceſſarij neceſſario cõſequitur.

B. hanc eandem regulam docet in 1. di. 8.

B E... colliq... ille r... ctus tripli... neceſſ... ſ. præ... gitu... exigi... & co... tiue.

¶ Ex dictis de cauſalitate effectiua patet ſolutio quæſtionis de cauſalitate exemplari, & finali, quia cum cauſa exemplaris ſit aliqua ratione formali exemplans, & cauſa finalis ſit aliqua ratione terminans, ſiue finiens, ſicut cauſa efficiens aliqua ratione formali efficiens, ſequitur ex conſimili ratione, quod nulla iſtarum cauſalitatum poteſt eſſe propria, niſi ratio formalis cauſandi ſit propria, non ergo poteſt alicui perſonæ eſſe propria ratio exemplandi, ſiue finiendi, ſicut nec formalis rõ agendi. ¶ Hoc poſſet probari hic ſicut prius probatũ eſt de cã effectiua, ſed de probationib. prius poſitis euidentior ad propoſitũ vř illa vltima, qa ratio formalis terminandi depẽdentiam cauſati ad cau

ſam

ſam in quocunque genere cauſæ de quo eſt hic ſermo eſt aliqua perfectio, & loquendo de cauſa prima in quocunque illorum generum eſt aliqua perfectio ſimpliciter. Si ergo quæcūque perfectio ſimpliciter eadē eſt in tribus, ſequitur, ꝙ quęcunque cauſalitas in quocunque generum illorum ſit communis.

AD ARGVMENTVM in propoſitum. Ad minorem dico, ꝙ quælibet perſona, ſicut eſt creatrix, ſic eſt artifex, & cū ſit ſimplex in qua non differt habens, & illud qđ habetur, quęlibet eſt ars & ars æque particularis, & æque actualis, ſicut patet reſpondendo ad obiectionēs: in primo articulo tamen appropriate verbum dicitur ars, ſicut ſapientia, ſiue notitia pro tanto, quia ex modo ſuæ proceſſionis cōpetit ſibi, ꝙ ſit notitia actualis procedens de memoria paterna declarans omne intelligibile, quod in memoria illa continetur. Hoc patet per Augu. 7. trini. cap. 1. ita dicitur filius ſapientia patris, quemadmodum dicitur lumen patris, & qualiter hoc ſit, ſtatim ſubdit. i. quemaddum lumen de lumine, & vtrunque idem lumen, ſicut intelligitur ſapientia de ſapiētia, & vtraque vna ſapientia, conſimiliter dico ars de arte, & vtraque vna ars. ¶ Ad aliud quod additur in minori de ideis, patet prius in reſponſione ad primam obiectionem in primo articulo, quia ideæ ſunt communes cuilibet perſonæ, licet approprientur verbo propter modum proprium emanationis eius, quia procedit vt notitia actualis declaratiua omnis obiecti, quod quaſi habitualiter continetur in memoria paterna.

QVÆSTIO. IX.

Vtrum Deus poſsit facere Angelum informare materiam?

CONSEQVENTER quæritur de omnipotentia in comparatione ad obiectū, qđ reſpicit: & ſunt tres quæſtiones. ¶ Prima quæſtio de omnipotentia, vt reſpicit ſubſtantiam materialem, & eſt iſta. ¶ Vtrum Deus poſſit facere angelum informare materiam. ¶ Secunda quęſtio eſt de omnipotentia, vt reſpicit formam accidentalem, ſed habentem eſſe modo ſupernaturali. & eſt iſta. ¶ Vtrum Deus poſſit ſpecies in euchariſtia conuertere in aliquid præexiſtens. ¶ Tertia eſt de omnipotentia, prout reſpicit formam accidentalem habentem eſſe modo naturali. & eſt hæc. ¶ Vtrum Deus poſſit facere quod manente corpore, & loco, corpus non habeat vbi, ſiue eſſe loco? ¶ Ad primam quæſtionem arguitur ꝙ ſic. Deus poteſt facere formam materialem eſſe ſine materia. ergo & formam immaterialem eſſe in materia, & per conſequens angelum eſſe in materia, & informare materiam. Antecedens probatur ſic, quia Deus facit accidens materiale ſine ſubiecto in ſacramento altaris. Conſequentia probatur, quia non magis videtur repugnare formæ immateriali eſſe in materia, quam formæ materiali eſſe ſine materia. ¶ Contra, ſi angelus informa-

ret

ret materiam, aut daret ei actũ ſimpliciter, ſiue ſubſtantialem, aut actum ſecundum quid, ſiue accidentalem, non primo modo, quia cum ſit per ſe ſubſiſtẽs, non poteſt facere per ſe vnum cum alio: actus autem ſubſtantialis facit per ſe vnum cũ illo, quod informat. nec ſecundo modo, quia ſecundũ Ariſto. 1. Phy. quod vere eſt nulli accidit, angelus eſt id, quod vere eſt. i. ſubſtantia, ergo &c.

T. c. 26. et 27. HIC SVNT TRIA videnda. ¶ Primo, intellectus quæſtionis exponatur. ¶ Secundo, ſolutio eius, prout poſſibile fuerit, declaretur. ¶ Tertio, aliqua dubia diſſoluantur. ¶ De primo, breuiter hic non quæritur ſi angelus habeat materiam partem ſui, quia tunc angelus non informaret materiam, ſed forma quæ eſſet altera pars eius informaret eam, ſicut ignis non informat materiam, ſed forma quæ eſt altera pars eius. ¶ Nec quæritur vtrum angelus poſſit informare materiam, hoc eſt effectiue tranſmutare materiam ad formam. & hoc virtute Dei, licet forte virtute ſui non poſſit, vt ſic Deus faciat angelum effectiue informare materiam, ſicut ſecundum aliquos facit corpus effectiue agere in ſpiritum. ¶ Sed quæritur de informatione formali. an ſcilicet Deus poſſit facere angelum eſſe formam informantem. Ricar. & Tho.

DE SECVNDO concluſio negatiua eſt tenenda. ¶ Et ad hoc poſſent poni duæ rationes. ¶ Quarum prima ſumitur ex medio communi. ¶ Secunda ex medio magis proprio. ¶ Addentur poſtmodum rationes inquirendo de eis, ſi concludant. ¶ Prima ratio eſt iſta, illud quod eſt ſimpliciter per ſe ſubſiſtens, non poteſt eſſe forma materiæ, angelus eſt huiuſmodi. ergo &c. Maior declatur. Ens per ſe poteſt intelligi tripliciter. ¶ Vno modo intelligitur ens per ſe ſolitarie. prout accipitur. 1. Poſterio. in tertio modo per ſe. & hoc modo accidens poteſt eſſe ens per ſe, quã do non eſt in ſubiecto. T. c.

¶ Secundo modo dicitur ens per ſe, prout diſtinguitur contra ens in alio. & ſic per ſe ens eſt idem quod non inhærens actualiter, nec aptitudinaliter. & hoc modo quæcunque ſubſtantia non tantum compoſita, ſed etiam materia, & forma eſt ens per ſe, quia forma ſubſtantialis, licet inſit materiæ informando, non tamen inhæret, quia inhærere dicit non per ſe informare, quia inhærens, nec eſt actus ſimpliciter, ſed actus ſecundum quid, nec cum illo cui inhæret facit per ſe vnum. oppoſita conueniunt ei, quod per ſe informat.

¶ Tertio modo ens per ſe, dicitur illud quod habet actualitatem vltimatam, ita quod non eſt per ſe ordinabile ad aliquem actum ſimpliciter vltra iſtum, quem habet, qui quidem actus vlterior poſſit eſſe actus eius per ſe. & hoc vel primo, vel participatiue. quod hoc modo eſt per ſe ens, communiter dicitur ſuppoſitum, & in natura intellectuali, dicitur perſona. hoc modo intelligitur maior de ente per ſe. Iſtud ſolum dicitur proprie ſub ſiſtens, ſicut philoſophus loquitur. 2. de anima dicens, quod materia eſt potentia hoc aliquid. t. c. 1.

quid. ſpecies autem ſecundum quam aliquid dicitur hoc aliquid. tertium quod eſt ex ipſis, quod ſimpliciter eſt hoc aliquid, ſcilicet per ſe ſubſiſtens, habet actualitatem vltimatam, non ordinabilem per ſe ad aliquem actum vlteriorem. ¶ Maior ſic intellecta, probatur, quia forma ſubſtantialis per ſe ordinatur ad eſſe totius. Illud autem eſſe eſt actus ſimpliciter, compoſiti quidem per ſe primo. ſed formæ participatiue, quia pars dicitur eſſe per ſe per accidens, hoc eſt per ſe participatiue, totum autem primo. quod igitur eſt per ſe ſubſiſtens, nec poteſt ordinari ad aliquod eſſe per ſe, illud non poteſt eſſe per ſe forma. ¶ Probatio minoris. angelus eſt perfectus in ſpecie perfecta, immo perfectiori, quàm ſit aliqua ſpecies ſubſtantiæ materialis. ordo enim ſpecierum eſt, vt ordo numerorum. 8. Metaphyſic. nunc autem aliqua ſubſtantia materialis eſt ita in actu vltimo, quòd non eſt per ſe ordinabilis ad aliquem actum vlteriorem. alioquin poſſet eſſe proceſſus in infinitum in ſubſtantijs materialibus, vt quælibet poſſet eſſe pars alterius. ergo multo magis angelus eſt per ſe ſubſiſtens ſecundum intellectum prædictum.

¶ Hæc ratio præcedit ex medio communi, quia medium illud quod eſt per ſe ſubſiſtens, æque concludit propoſitum de igne, ſicut de angelo. immo de quocunque quod eſt complete in aliqua ſpecie ſubſtantiæ. ¶ Hinc patet, quod non vnibile non eſt differentia diſtinguens angelum ab anima, quia eſt commune angelo & igni. ¶ Hinc etiam patet, quare anima ſeparata non eſt perſona. licet enim non ſit nata inhærere & ideo ſit ens per ſe ſecundo modo prædicto, licet etiam poſſet eſſe ens per ſe primo modo. i. ſolitarie, non tantum per virtutem cauſæ extrinſecę, ſicut poteſt accidens vel forma materialis, ſed virtute naturæ ſuæ ſibi derelictę. & hoc non neceſſario dependet a materia in proprio ſuo eſſe, tamen non poteſt eſſe ens per ſe tertio modo prædicto, & ſolum illud quod eſt ſic per ſe ens, dicitur ſuppoſitum. In natura autem intellectuali dicitur perſona. & ſic eſt perſona incommunicabilis, quia ſibi repugnat communicari, nō tantum in vniuerſale ſingularibus, ſed vt forma matarię actuādæ per ipſam.

¶ Secunda ratio ad propoſitum eſt hęc. quicquid poteſt eſſe forma ſubſtantialis, hoc ſibi competit immediate per eſſentiam ſuam, ſcilicet poſſe dare actum ſimpliciter ipſi materię, t.c.15. quia. 8. Metaphyſic. patet quod non eſt alia ratio, quare hoc poſſet facere per ſe vnum cum materia, niſi quia hoc eſt per ſe actus, & illud per ſe potentia. & huius non eſt aliqua ratio vlterior, niſi propria ratio huius, & illius. ergo cui repugnat eſſe hunc actum materiæ, pręciſe repugnat ſibi per rationem propriam. conſequentia iſta probatur, quia maiori perfectione atteſtatur, ꝙ alicui repugnat eſſe formā materiæ, q̄ ꝙ ſibi conueniat. ſi ergo non pōt hoc ſibi conuenire, niſi per ſuā propriā rationem, ſequitur quòd cui repu-

pugnat maxime repugnabit per propriam rationem formalē ipſius. Si igitur ratio propria quiditatiua angeli eſſet nota, per illam propter quid poſſet oſtendi, ꝙ ſibi repugnat informare materiam. ¶Iſta ratio, licet oſtēdat, ꝙ medium eſſet proprium ad concluſionem, ſi ipſa eſſet
a. l. vera. * nota, tamen non oſtendit conclusionem eſſe veram. vnde negans eam diceret, ꝙ non repugnat huic informare. nec eſſentia ſua propria eſt ratio per ſe repugnantiæ ¶Ideo vlterius confirmatur ratio ſic. cuilibet actui ſimpliciter per rationem propriam, vel conuenit aptitudo ad per ſe informandum, vel repugnat informare. de eſſentia angeli non eſt dari primum, ergo ſecundum. & tunc vltra, vt argutum eſt, ipſa eſſentia eſt propria ratio repugnantiæ. probatio minoris, aptitudo non eſt ſine actualitate, quin ſit imperfectio
Vide. 2. de anima et 2. de Ge. aliqua. ¶Tertia ratio poſſet poni talis. ordo perfectionis informis videtur eſſe per receſſum earum a materia, ſicut actus perfectior plus recedit a potentia. ſed anima intellectiua tantum recedit a materia, ꝙ naturæ ſuæ relicta poteſt habere eſſe ſuum proprium ſine ea. ergo angelus, qui eſt perfectior quacunque anima intellectiua, plus recedit a materia. ſed non videtur, ꝙ plus poſſit recedere, niſi ſibi repugnet ineſſe materiæ. ¶Iſta ratio non videtur multum probare, quia multiplex datur excellētia actus ad actum alia, quàm iſta. ſic recedere a materia, immo anima intellectiua, licet poſſit eſſe ſine materia, tamen ita perfecte poteſt vniri materię, ſicut aliqua forma inferior, ita diceretur ꝙ angelus poteſt quidem eſſe ſine materia, etiam perfectiori modo quàm anima intellectiua, ſed tamen poteſt eſſe in materia, quia licet dependere a materia ſit imperfectionis, nō tamen eſt euidens, ꝙ poſſe communicare actualitatem ſuā materiæ ſit imperfectionis. & præcipue quando talis communicatio poteſt eſſe ſine dependentia, ſicut poneretur in propoſito. ¶Quarta ratio videtur ſumi ſecundum aliquos ex operatione angeli, quæ eſt intelligere, & *Th. 1. te ſum 89. art* hoc ſic. intelligere eſt operatio immaterialis, ergo intellectus eſt potentia immaterialis. & vlterius. ergo natura intellectualis eſt natura immaterialis. ¶Prima conſequentia probatur per hoc, ꝙ operatio non eſt magis abſtracta a materia, quàm potētia cuius eſt operatio. operatio enim ineſt operanti ſecundum potentiam propriam, vt ſecundum rationem proximam operandi. & per conſequens ſi potentia ſit materialis, illa operatio non eſt immaterialis. ¶Secūda conſequentia probatur, quia potentia non excedit ſubſtantiam, & videtur iſta conſequentia præcipue tenere de natura illa, quæ eſt mere intellectualis cuiuſmodi eſt natura angelica. nō ſic manifeſte tenet de natura, quę eſt diminute intellectualis, & cum hoc ſenſitiua, quantum ad aliquam potentiam, ſicut eſt anima noſtra, quia illa dependet a materia in operando, ſaltem aliqua operatione, ſed natura mere intellectualis nullo modo dependet a materia in operando, nec per conſequens in eſſendo. ¶Videtur etiam conſequentia a primo ad vltimum confirmari

mari per commentum propoſitionis penultimæ de cauſis vbi habetur. Impoſſibile namque eſt, vt ſit res cuius ſubſtantia cadat ſub tempore, & eius actio ſub æternitate. ſic. n. eius actio melior eſſet ipſius ſubſtãtia, hoc eſt impoſſibile. ¶ Primum antecedens probatur ex obiecto, quia ab obiecto actus quilibet recipit ſpeciem & perfectionẽ, nũc autem obiectum intellectus, inquantum huiuſmodi a materia abſtrahitur, quia formæ in materia ſunt indiuiduales, quas nõ apprehendit ſecundum ꝙ huiuſmodi. ¶ Si huic rationi inſtetur, quia ſimili ratione poſſet concludi per operationem, & vlterius per potentiam ꝙ anima intellectiua eſſet immaterialis, & tamen concluſio eſt falſa. hoc eſt quod non eſt perfectio materiæ. licet ſecundum aliquos vera ſit de immateriali. hoc. eſt non compoſita ex materia & forma. ¶ Diceretur, ꝙ bene potentia intellectiua eſt immaterialis, & etiam anima hoc modo eſt immaterialis, quia non eſt immerſa materiæ nec a materia totaliter apprehenſa. & hoc declaratur, quia quanto forma eſt nobilior, tanto magis dominatur materię corporali, & minus ei coniungitur, & magis eam ſua virtute excedit. anima autem noſtra vltima eſt in nobilitate formarum. vnde in tantũ ſua virtute excedit materiam corporalem, ꝙ habet aliquam operationem & virtutẽ, in qua nullo modo communicat cum materia corporali, & hæc virtus dicitᷣ intellectus. ¶ Cõtra iſtud. homo non eſt homo ſecundum animam, ſiue per animam, niſi ſecundum ꝙ anima informat materiam. ergo nec operatᷣ operatione propria hominis ſecundum animam niſi vt anima informat materiam. ergo vel non intelligit ſecundum animam vt ſecundum formam quæ ſit principium huius operationis. vel intelligit ſecundum eam vt informat materiam: ¶ Prima propoſitio probatur, quia compoſitum nõ eſt illud quod eſt, niſi ex partibus. & hoc non vt diuiſis ſed vt vnitis. vt patet. ex. 7. Meta. reſpectu huius ſyllabe ab de. a. & b. & ita vniuerſaliter de partibus & toto. nec ſolum eſt hoc verum de partibus materialibus, quas vocat ibi philoſophus elementa, ſed etiam de partibus eſſentialibus quæ ſunt materia & forma. compoſitum enim ex hoc vnum eſt, quia hoc eſt potentia, & illud actus, ſicut vult. 8. Metapyh. hoc eſt quia vna pars quæ eſt potentialis informatur, & alia quæ eſt actus informat ipſam. ¶ Item ſecundo contra idem. Anima ſecundum ſupremum gradum perfectionis ſuę eſſentialis informat materiam. ſed intelligere non poteſt competere ſibi ſecundum aliquem gradum ſuperiorem, quam ſit ſupremus. non ergo competit ſibi vt excedit materiam. intelligendo per excedere non informare. prima patet, quia alioquin homo non eſſet ſupremum ens corporale. nec per conſequens proximum angelo in ordine ſpecierum, quia non eſſet actu formaliter per illud quod eſt ſupremum in anima intellectiua, quę eſt proxima forma angelo ¶ De iſta quarta ratione videndũ eſt. ¶ Primo de antecedente. Illud autem antecedens. ſ. ꝙ intellectio eſt operatio immaterialis, poteſt

Margin notes: de (beside "cedens probatur"); t. c. 60. (beside "vnitis. vt patet. ex. 7. Meta."); t. c. 15. (beside "Metapyh. hoc eſt quia vna pars")

poteſt intelligi tripliciter. ¶ Vno modo per oppoſitum ad operationes ſenſitiuas, quæ dicuntur organicæ, quia exercentur per organa determinata, & ſic materiales quia requirunt determinatam partem corporis determinate complexionatam. & per oppoſitum intellectio eſt operatio non organica. non enim per aliquam partem corporis determinatam exercetur. & hoc modo intellectus dicitur eſſe nullius partis corporis actus. intelligendo ſic vt in nulla parte vel per nullam partem proprie exerceat operationem ſuam, ſicut potentiæ ſenſitiuæ. ¶ Sed ex iſto intellectu antecedentis non videtur ſequi immaterialitas formæ, forma enim pure materialis, dummtamen ſit vniformis in toto & in qualibet parte, non dicit͛ operari per organū. ſicut ignis non dicitur operari per organum, & Commen. 7. Meta. ſuper illud ergo ſicut dictum eſt. Virtutes iſtę aſſimilantur intellectui in hoc, ꝙ non agunt per organum. & loquitur de virtutibus quæ ſunt in ſeminibus; & paulopoſt, virtutes quæ ſunt in corporibus animalium agunt per inſtrumenta determinata & mēbra propria, virtus autem formatiua nō agit per membrum proprium. & ratio huius eſt quia illa ſola forma dicitur principium operandi organice. quæ. ſ. quodammodo illimitata in agendo, poteſt eſſe principium difformium actionum, quæ tamen non poſſunt elici niſi mediantibus partibus diſſimilibus: & ideo requiritur ꝙ perfectibile a tali forma habeat partes diſſimiles, per quas operationes illæ organicæ exerceantur. & talis forma eſt proprie ſola anima, quæ propter ſui perfectionem vltra formas inferiores poteſt eſſe principium plurium operationum per ipſam conuenientium ſuo toti, & ideo requirit pro ſuo perfectibili adæquato corpus habens partes maioris diſſimilitudinis quę conueniunt pluribus operationibus diſſimilibus, quarum poteſt eſſe principium. Immo ex iſto intellectu antecedentis, videtur poſſe argui, ꝙ intellectio eſt operatio æque materialis ſicut viſio, quia viſio poteſt exerceri per partem materialem determinatam, intellectio autem non per aliquam partem, ſed eſt totius primo. non enim manus intelligit, ſed homo, ſed ſi anima non vt perficiens totum poſſit eſſe principium intelligendi. ergo ipſa vt perficiens quamcunque partem æque poſſet eſſe principium intelligendi ſicut ipſa vt perficiens totum. & tunc dici poſſet, ita digitus intelligere, ſicut homo, quia digitus eſſet in actu per formam vt eſt principium intelligendi. Si ergo totum eſt æque materiale, ſicut pars, vel magis, ſequitur ꝙ iſta operatio, quæ non competit formæ niſi vt eſt in toto, ſit æque materialis, ſicut illa quę ſibi cōpetit vt eſt in parte. ¶ Reſpondeo ad hoc, operatio quæ competit formę, vt eſt quodamodo illimitata perfectio ſi communicetur materię vel toti, cōmunicatur ei quod eſt in actu per formam ſic illimitatam, tale eſt. totum & non aliqua pars eius reſpectu animę intellectiuæ, cui vt ſic illimitata eſt, competit intellectio.

Co. 31.

¶ Alio modo poſſet intelligi antecedens, ꝙ intellectio eſt immate

materialis terminatiue. hoc eſt tendit in obiectum abſtractum a materia,& in hoc intellectu videtur antecedens probatū fuiſſe per immaterialitatem obiecti, ſed iſta probatio non concludit immaterialitatem ſimpliciter, etiam terminatiue, ſiue obiectiue, quia ſm oēs quiditas rei materialis pōt eſſe p ſe obiectū intellectus noſtri, ſed tm̄modo ſi requiritur in obiecto immaterialitas, hoc eſt abſtractio a materia indiuiduali,& ex hoc ſequitur, ꝙ operatio ſit immaterialis terminatiue. hoc eſt indifferens ad obiecta ſingularia materialia. & tunc ad habendum cōcluſionem intentam oportet probare, ꝙ operatio quę reſpicit vniuerſale pro obiecto non poſſet aliquo modo communicari materiæ. ¶ Tertius intellectus antecedentis eſt iſte. intellectio non eſt primo alicuius materialis, tanquam proximi receptiui. ſed eius receptiuum proximū & proprium eſt forma. Non illa totius, quæ eſt quiditas, ſicut eſt humanitas, ſed illa quæ eſt ſimplex & altera pars compoſiti. q̄libet autem operatio ſenſitiua eſt primo compoſiti ex materia & forma ſicut proprij receptiui. ſicut patet in principio de ſenſu & ſenſato. non .n. ipſa anima eſt immediate receptiua viſionis, ſed ipſum organū qđ eſt cōpoſitū ex anima & determinata parte corporis eſt proxima rō recipiendi viſionē, nec eſt aīa, nec aliquid animæ, nec illa forma mixtionis, quæ eſt in determinata parte corporis, ſed forma totius organi, eo mō quo humanitas eſt forma totius hoīs, eſt proxima rō recipiendi viſionē. ¶ Ex hoc patet ꝙ ſi organū dicatˀ illa pars totius aīalis, in qua tanq̄ in proximo receptiuo recipitur ſenſatio, organū diceˀ eſſe aliq̄d compoſitū ex anima vt eſt principium talis operationis, & ex parte corporis ſic mixta. & tunc patet quare oculus cęcus non eſt oculus niſi ſm quid, quia nō eſt niſi altera pars cōpoſiti, qđ natū eſſet dici oculus, carēs alia parte quæ complete oculus eſt oculus. ¶ Ex hoc ēt patere pōt, ꝙ ſi potentia dicaˀ illud, quod eſt rō proxima recipiendi actū, potentia viſiua non erit aliquid pciſe animę, ſed vel erit forma totalis ipſius organi, vel aliquid conſequens illam formā. ¶ Patet ēt * quare anima ſeparata non pōt ſentire, quia non habet receptiuū ſenſationis, qđ eſt organum, nec formalē rationē recipiendi, quæ eſt forma totalis ipſius organi. ¶ Per oppoſitum eſt de intellectione, quia receptiuum eius proximum, & proxima rō formalis recipiendi eā eſt anima, vel aliquid ex parte animæ pręciſe non includendo aliquam materiā, & pp hoc poteſt ipſa * competere aīæ ſeparatæ, quia ibi manet proximū eius receptiuū. ¶ Secundū ēt iſtum tertiū intellectum, qui plus continet veritatis, intelligere eſt operatio immaterialis, quia proximum receptiuum hēt non includens materiam ſaltē corporalē, & iō ſine tali materia pōt ipſa operatio hri, nunc aūt potens hre operationem ſine materia, poteſt hre eſſe ſine materia. ergo natura illa cuius eſt iſta operatio propria non poteſt habere eſſe ſine materia. ¶ Ex hoc ergo medio .ſ. operatione poteſt concludi ipſius naturæ talis immaterialitas, hoc eſt a materia

Anima ſeparata cur non poteſt ſentire.

Anima ſeparata cur poteſt intelligere.

1. de aīa in proœ.

ria in eſſendo ſeparabilitas, non autem illa immaterialitas vlterius, quæ eſt impoſſibilitas informandi materiam, & hoc eſt rationabile ꝙ ex intellectione, quæ eſt medium commune animę & angelo, poſſit concludi immaterialitas cõmunis vtriq;.

DE TERTIO principali, obijcitur contra primam rationem, quia ex. 7. Meta. forma eſt magis ens quàm compoſitum. ergo illa non ordinatur ad eſſe totius, tanquã ad aliquid perfectius. ¶Præterea. ſpecialiter de animà videtur, ꝙ ipſa ſit per ſe ſubſiſtens, quia ipſa per ſe operatur. operatio enim qua compoſitum operatur per ſe non cõpetit ſoli formæ. animæ autem ſeparatæ competit intelligere ꝯ. ¶Præterea. eſſe animę eſt eſſe cõpoſiti. ergo non ordinatur ad illud eſſe. ¶ Antecedens probatur. pp hoc.n. anima humana remanet in ſuo eſſe, totius eſſe deſtructo, nõ aũt aliæ formæ, quia hoc idẽ eſſe qđ eſt totius eſt ipſius animæ, nõ ſic in alijs. ¶Pręterea. hæc aqua poteſt eſſe pars alicuius totius aquæ, & ita eſt ordinabilis ad eſſe perfectius quod ſit eius participatiue, & per conſequens hæc aqua nunc non eſt p ſe ſubſiſtens. ¶ Præterea. idem non repugnat eidem niſi p eandem rationem repugnantiæ. ſi ergo angelo repugnet informare materiã, hoc eſt p aliquã vnã rõnẽ in angelo pp quã ſit iſta repugnantia. non ergo ſunt duę rõnes. vna cõis ſicut proceſſit prima ratio, & alia propria ſicut proceſſit ſecunda ratio. ¶Pręterea. ꝯm philoſophos cęli videtur eſſe animati. non aũt põt poni ibi anima intellectiua, quia intellectiua inferior angelo non poteſt perficere corpus, niſi perficiat ꝯm perfectionem vegetatiuæ & ſenſitiuæ quas includit, vel niſi illę ſi ſint diſtinctę ſimul perficiant. ¶ Præterea. angelus quandoque ſumit ſibi corpus per quod exercet actus vitæ, ergo cum agere præſupponit eſſe dabit illi corpori eſſe viuũ, & per conſequens informabit illud. ¶Ad iſta quinque. Ad primum non intelligitur prius & maius ꝯm perfectionẽ, ſed ꝯm principalitatem, & independentiã, quia eſſe principij principalioris eſt independens reſpectu principiati, & reſpectu principij minus principalis. ¶ Ad ſecundum quamuis iſta ponatur ratio fundamentalis pro concluſione iſta, ꝙ anima intellectiua eſt ſubſiſtens, tamen concluſio non videtur vera, loquendo proprie de ſubſiſtẽte, eo modo quo prius dictum eſt, ꝙ ens per ſe tertio modo ibi accipiendo dr̄ ſubſiſtens, ſed nec omnia intellectiua vnita eſt per ſe ſubſiſtẽs. i. ſolitarie, ſicut accidens in altari dicitur per ſe ens, quia tunc vnita non informaret corpus, ſeparata enim quia ſic eſt per ſe ens non informat. ſi ergo vnita eſſet ſic per ſe ens eundem modum eſſendi haberet informans, & non informans. ¶Ad rõnem ergo illam intellectio quæ eſt operatio immanens in operãte põt dici competere per ſe alicui dupliciter. ¶Vno modo ſicut proximo ſuſceptiuo. ¶Alio modo ſicut remoto. Exemplum, primo modo ſuperficies dicitur alba. ſecũdo mõ nõ, ſed bene dicitur homo eſt albus. ſic anima diciť per ſe intelligere, tanquam proximum receptiuum intellectionis. ſed non primũ qñ eſt vnita, quia

8.c.7. *8. co.' & Me. & 9. Me. Auic.* *Enu rat ſ. hic utndi duo ma ſolui primu di. i, ꝯm a q. vn*

quia quando eſt vnita eſt rō ſecundum quā intellectio conuenit homini, tāquam toti per formam. homo autem dicitur per ſe intelligere, tanquā receptiuū remotū, quia non recipit intellectionē niſi per hoc, ꝙ anima q̄ eſt eius forma proximius recipit eam, qñ ergo accipitur in maiori, quod per ſe operatur eſt ꝑ ea ſubſiſtens, verum eſt de primo operante. quod.ſ.ſic operatur ꝙ non eſt vlterius alicui rō operandi illa operatione. Si aūt non eſſet ſubſiſtens, ſed forma informans non poſſet operari, quin vlterius eſſet ratio operandi ſuo toti, ſed iſto modo minor eſt falſa, ꝙ anima per ſe intelligit, hoc enim eſt verum, niſi eo modo, quo operatio conuenit formæ, ſicut proximo ſuſceptiuo. ¶ Ex iſta patet quomodo intellectio eſt immaterialis, ſcilicet non ꝙ non ſit ipſius animæ vnite prout informat materiam, ſed quia ipſa eſt ſolius animę vt proximi ſuſceptiui. totius autem compoſiti tanquam remoti ſuſceptiui & tantum ſecūdum partem formalē ſui. ¶ Ad aliud habens * omnino idem eſſe non videtur ſimpliciter imperfectum per hoc, ꝙ non communicat alteri illud eſſe. ſi ergo animæ eſſet idem eſſe quod & totius, quare anima ſeparata eſſet imperfecta in eſſendo? cum tunc nihil ſibi tollatur, niſi ꝙ ſuum non communicat alteri. quare etiam idem eſſe habens anima eſſet imperfecta in eſſendo, & totum habens idem eſſe eſſet imperfectum in eſſendo? quomodo ēt manet eſſe totius, niſi maneat totum, habens illud eſſe. ¶ Dico ergo ꝙ eſſe animæ manet idē dū anima manet ens illo eſſe, & hoc ſiue ſit coniuncta, ſiue ſeparata, & conſimiliter vr, ꝙ eſſe totius non manet idē, niſi dum totum manet idem in illo eſſe, quia nullus eſſe actuale vr manere idē, niſi manente illo actualiter habente illud eſſe. Videtur ergo iſta neganda, ꝙ eſſe animæ eſt idē quod eſſe totius, quia anima habens eſſe vr pars totius habentis eſſe. conſimiliter videtur eſſe ſe habere ad eſſe. ¶ Et illa probatio, quæ adducitur ad propoſitum, ſcilicet ꝙ anima remanet in ſuo eſſe, non ſic aliæ formæ, non concludit propoſitum, immo oppoſitum. ideo enim remanet in ſuo eſſe, quia eſſe eius eſt omnino incorruptibile, & ꝑ ſe, & per accidēs. videretur autem corruptibile ſi eſſet idem cū eſſe compoſiti: cōpoſitū.n. vere corrumpitur, ſicut .n. generatio videtur terminari ad eſſe generati, ita eſſe corrupti videtur eſſe terminus a quo corruptionis, & per conſequens non manere. ¶ Aliæ autem formę materiales nō manēt in ſuo eſſe, corrupto toto, non quia eſſe earum non fuerit aliud ab eſſe cōpoſiti corrupti, ſed quia ipſe corrumpuntur per accidens, hoc autem eſt, vel quia agens corrumpens per principium ſuū actiuū contrarium illis attingat illas, vt contraria, vel ſaltē attingit cōpoſitū corrumpēdo ipſum, & formæ tales ſunt inſeparabiles a cōpoſito in eſſendo. neutrū aūt iſtorū verum eſt de anima intellectiua. Si aūt (vt iſti dicunt) anima intellectiua ſit incorruptibilis, quia eſſe ꝑ ſe conuenit formæ q̄ eſt actus, quod aūt ſm ſe conuenit alicui inſeparabile eſt ab illo. ſicut ergo impoſſibile eſt, ꝙ forma ſepare-

Vide ... 4. q. 1 ... 4.

Cū nobilis, quare forma nō remanēt. poſt compoſitum.

paretur a ſeipſa, ſic impoſſibile eſt ꝙ forma ſubſiſtens deſinat eſſe. Si inquam iſta ſit ratio incorruptibilitatis animæ intellectiuæ, ſequitur ꝙ non eſt incorruptibilis propter hoc, quod idem eſt eſſe eius, & totius. eſt enim ſeparabilis a toto, manens tamen inſeparabilis a ſeipſa.

¶ Poteſt igitur ad clarius videndum reſponſiones ad duo argumenta prædicta diſtingui de eſſe. ¶ Vno modo eſſe poteſt intelligi illud, * quo primo formaliter aliquid recedit a non eſſe. primo, aũt receditur a non eſſe per illud, per quod aliquid eſt extra intellectum, & potentiam ſuæ cauſæ. hoc modo cuiuslibet entis extra intellectum & cauſam eſt proprium eſſe.

a.l. per quod.

¶ Alio modo dicitur eſſe vltimus actus, cui .ſ. non aduenit aliquis alius dans eſſe ſimpliciter, & ipſum dicitur ſimpliciter habere eſſe, cui primo cõuenit eſſe, ſic dictum. Primo inquã ſic, ꝙ non ſit alicui alteri ratio eſſendi illo eſſe. Iſto modo compoſitum perfectum in ſpecie dr̃ eſſe, & ſolum illud, pars autem eius dicitur eſſe per accidens tãtũmodo, vel magis proprie participatiue iſto eſſe totius. ſic igitur ſolum compoſitum eſt per ſe ens, accipiendo eſſe ſecundo modo. Anima autem intellectiua non dr̃ ſubſiſtens, niſi improprie & ſm̃ quid, licet dicat̃ ens, & per ſe ens primo mõ accipiendo eſſe, & hoc pro reſponſione ad primum argumentum. ¶ Per eandem diſtinctionem patet ad ſecũdum, quia primo modo accipiendo eſſe formæ & totius, non eſt idem eſſe omnino, ſecũdo mõ eſt idẽ eſſe, ſed illud nõ eſt vtriuſque eodẽ mõ, ſed totius primo, & partis participatiue. ¶ Ex hoc patet quõ aĩa ſeparata dr̃ imperfecta in eſſendo, quia eo mõ quo ipſa eſt vnita põt dici pfecta in eſſendo, non eſſentialiter & primarie, ſed participatiue, ſuo quidem proprio eſſe eſt ęque perfecta ſeparata & coniuncta, ſed coniuncta perfecta eſt eſſe totius participatiue, licet non primarie. & quantum ad hoc ſeparata eſt imperfecta, quia caret ipſo eſſe totius, & poſſet dici, ꝙ iſta imperfectio eſt imperfectio ſimpliciter, quia caret illo eſſe, quod eſt perfectio ſimpliciter, licet non propria, immo ipſa eſt maior perfectio, q̃ eſſe eius proprium, quia includens illud eſſe. Non igitur dicitur forma imperfecta ex hoc ſolo, ꝙ nõ cõicat ſuam perfectionẽ alteri. ſicut nec ipſa perficitur in hoc, ꝙ cõicat, ſed dicitur imperfecta ex carẽtia perfectionis eſſe totius, quæ carentia cõcomitatur illud non cõicare.

¶ Ad * quartũ, illud quod poteſt eſſe pars integralis homogenea totius, & ſi participet eſſe eius, qñ eſt in toto, & non participet, quando eſt extra totũ, tñ ſeparatum non dicitur imperfectum, quia habet eſſe æque perfectum cum illo eſſe, quod poteſt participare. vnde nõ dicitur proprie ordinabile ad eſſe totius, ſicut illud quod natum eſt eſſe pars eſſentialis per ſe ordinabilis ad eſſe illius, cuius natũ eſt eſſe aliquid, nec põt eſſe in ſe aliquid eiuſdẽ rõnis cũ illo. ¶ Ad aliud dico, ꝙ in eodem poſſunt plura includi. quorũ cuilibet ſm̃ propriam rationem, etiam alio circõſcripto repugnat aliquid idẽ, & tunc quocunque illorum põt eſſe ratio repugnantiæ illius includen-

B. [...] ſoluti[...] requi[...] 2. diſ[...] q. 10.

B. H[...] regulã de ſup[...] qõ. 7. 16. d primi.

cluden-

eludentis ad aliud. Exemplum, homini per rationem ſubſtãtię repugnat ꝙ ſit albedo,ēt quocunque alio circunſcripto.¶Itē, ꝑ rationem rõnalis.illa ergo ꝓpoſitio eſt neganda, ꝙ vnũ vni non repugnat,niſi per vnam rationem repugnantiæ:ſed ſi addatur non niſi per vnicam ratio nem primam,diſtingui põt, qa ratio repugnantiæ vni extremo, cõpetit illi cui eſt rõ repugnandi, & alteri repugnat. vel ergo primitas iſta refertur ad iſtam conuenientiam, & tunc illa erit prima rõ repugnantiæ quę primo conuenit iſti,& cum hoc repugnat alteri, vel primitas iſta refertur ad repugnantiã, & tũc illa erit prima ratio repugnantiæ,quę primo opponitur illi,& cum hoc conuenit iſti,& vtroq; modo poteſt diſtingui de primitate communitatis, & perfectionis.Quantum ad primitatē communitatis, prius repugnat ſubſtantiæ eſſe quantitatem, quam animali: econuerſo tamen quantum ad primitatem perfectionis, quia animal plura includit propter quæ repugnat ſibi,ꝙ ſit quantitas,quam ſubſtantia includit, accipiendo tamen vniformiter primitatem, vera eſt propoſitio, quod eiuſdem ad idem vna eſt prima ratio repugnantiæ,& ex hoc ſequitur,ꝙ non proceſſit vtraque ratio poſita ad concluſionem ex ratione repugnantię, prima eadem primitate. quod concedo. ¶Similiter quantum ad primitatem communitatis prius competit homini eſſe ſubſtantiam,q̃ rationalem, & quantum ad primitatē perfectionis eſt econuerſo. ¶ Sed ſi arguatur. idem non competit eidem,niſi per eandē rationem. ergo ſimiliter eſt de repugnantia. ¶Reſpondeo,non eſt ſimile,quia multis communiter non conuenit idem prædicatum,ſaltem quod non eſt de eſſentia eorum, niſi per idem cõi eis, ſed multis repugnare põt idem non per aliquid cõe eis.Exemplum.repugnat homini & albedini eſſe Angelum, & licet forte homini & albedini ſit ens cõe vniuoce, tñ ens non eſt rõ iſtius repugnantię, quia conuenit Angelo. Exēplũ manifeſtius.lapidi,& chimere repugnat eſſe Deum,non tamen per aliquid commune, ſicut manifeſtum eſt.

Additio. ¶ Aduerte, quia doctor non ſoluit duo vltima argumenta.ſ. ſexum,& ſeptimũ facta in principio tertij articuli.¶Ad primũ igitur dici poteſt, ꝙ licet Auic. hoc poſuerit.9.ſuę.meta.cap.4. ſcilicet cœlum eſt animatum,tamen Ari.nunquam poſuit. Et ſi dicatur,quod Ariſto. in de cœlo & mũdo.& 12.met. videatur hoc dicere,vel alibi.¶Reſpondetur, ꝙ anima duplex officium habet,vt patet.2. de anima, ſcilicet mouendi & informandi.De primo dicit Ariſto. quod eſt ſecundum quam intelligimus, & ſentimus,&*mouemur, & ſm hanc vltimam proprietatē cœli dici poſſunt eſſe animati, & ſic Angeli ſunt formę cęli, non informantes ſed mouentes. ¶ Ad aliud per idē dico,vt patet in 2. diſt. 8. ꝙ Angelus poteſt aſſumere corpus, & vniri illi vt motor naui,& mobili. non aũt per informationem,vt patet de multis Angelis & bonis & malis,vbi ſupra.in ſecundo &c.

B.Hic clare hēs q̃d intelligentia non informat orbem, ſed tantũ aſſiſtit.

Alioꝛum. AD ARGVMENTVM principale,nego cõſequētiã. Et ratio

ratio eſt, quia prius poteſt eſſe ratio repugnandi alicui, ne inſit ſibi, quod ſi ineſſet eſſet poſterius, ſicut repugnat homini eſſe rudibilem, & illud quo formaliter homo eſt homo, eſt ratio illius repugnantiæ, & tamen rudibile ſi ineſſet, eſſet poſterior homine, ſicut paſſio eſt poſterior ſuo obiecto. Eſt igitur prius ſimpliciter neceſſario cauſa repugnantiæ ſic, ſcilicet quod contradictio eſt illa coniungi, non ſic neceſſario poteſt eſſe ratio conuenientiæ alicuius poſterioris. ſic ſcilicet, quod contradictio ſit illa non vniri, quia nõ eſt contradictio abſolutum prius ſeparari a ſuo poſteriori. ¶ Ad propoſitum, formam materialem ſeparari a materia non requirit, niſi forma non ſit ſimpliciter neceſſaria rõ ſuę vnionis ad materiam, quod verum eſt, quia eſt entitas abſoluta, & ita prior natura illa vnione, ſed formam immaterialem, vt Angelum poſſe vniri materiæ poneret aliqua vniri, quorũ vnum eſt ratio repugnantiæ, vt oſtenſum eſt in ſolutione quęſtionis.

QVÆSTIO. X.

An Deus poſsit ſpecies in eucharistia conuertere in aliquid præexiſtens.

AD ſecundum quæſitum an Deus poſſet ſpecies in euchariſtia conuertere in aliquid præexiſtens. Arguitur ꝙ non, quia non poteſt aliquid conuerti in alud, niſi habeat aliquid cõe. iſtę ſpẽs non hñt aliquid cõe cum aliquo p̃exiſtẽte. ergo &c. Maior probaẽ, ſi nihil maneret cõe. ergo eſſet iſtarũ ſpẽrum annihilatio, & non conuerſio. Minor probaẽ, quia iſtę ſpẽs nõ habent ſubſtantiã ſubiectã, nec ẽt materiam, q̃ eſt primum ſubiectum in his quæ tranſmutantur adinuicẽ. ¶ Contra natura põt iſtas ſpecies conuertere in aliquid non præexiſtẽs. ergo Deus põt illas conuertere per actum nutritionis in ſubſtantiã nutriti, ita ꝙ ex eis virtute naturæ generetur caro non præexiſtens, quia ſi præexiſtens magis hr̃ ꝑpoſitum. conſimiliter ex eis virtute ignis poſſet gñari aliquod aĩal per putrefactionem. Probatio conſequentiæ, magis vr̃ potentia diuina poſſe ſuper iſtas ſpecies, vt conuertendas in præxiſtens, q̃ potentia naturæ in non præexiſtens, quia potentia excedit potentiam in infinitũ, præxiſtentia termini & nõ præxiſtentia, non variant rationẽ termini in infinitum. ergo &c. r.ph. r.de & 7 & 1 dẽ bis

QVÆSTIO iſta non quærit generaliter de poſſibilitate totalis conuerſionis vnius in aliud, ſed ſpecialiter de conuerſione inter tales terminos, de quibus eſt ſpecialis & propria difficultas. ¶ Ad cuius ſolutionẽ propriam videndum eſt. ¶ Primo ſi in iſtis terminis de quib. quæritur, ſit aliqua ſpecialis ratio impoſſibilitatis ad conuerſionem totalem.

¶ Et hoc videndum eſt. ¶ Primo, ex parte illius termini a quo, qui dicitur quantitas ſeparata. ¶ Secundo, ex parte termini ad quem, qui intelligitur per hoc quod eſt aliquid preexiſtens. ¶ Tertio, ex parte conuerſionis, qualis eſt iſta conuerſio. puta ſi illa ſecũdum

quod

quòd tangit argumentum ſit annihilatio.

DE PRIMO dico, quòd non eſt aliqua ſpecialis ratio impoſſibilitatis in quantitate ſeparata, quin ipſa poſſit æque conuerti in quodcunque, ſicut poſſet aliud creatum. vbi ponitur conuerſio totalis eſſe poſſibilis. hoc poteſt ad præſens breuiter oſtendi ſic. Illud agens æque poteſt quemcunque terminum in quemcunque totaliter conuertere, quod in virtute ſua actiua habet vtrunque terminum æque totaliter quantū ad eſſe, & non eſſe, & etiā quod libet neceſſario concomitans vtrunque terminum in eſſendo. Deus habet quæcūq; duo creata æque iſto modo in ſua poteſtate, ſiue potentia actiua. ergo &c. ¶ Maior primo exponitur ſic, totum aliqñ tenetur cathegorematice, & ſignificat idē, quod perfectum ex partib. Aliqñ ſincathegorematice, & ſignificat idem, ꝙ q̄libet pars. In generatione ſubſtantiæ ſm philoſophum primo de gñatione, q̄d conuerſio eſt totius in totum. hoc intelligitur primo mō, quia tam corruptum, quam generatum eſt per ſe vnum, & iō vere totum. In gñatione vero ſm q d qualis eſt in alteratione, vel augmentatione ibi gñatum nō eſt per ſe vnum ſm phi. 7. met. c. 6. Non fit inquit quale, ſed quale lignum, & ideo ibi genitum nō eſt vere vnū. In propoſito vero intelligitur conuerſio totalis, ſiue totius in totum accipiēdo totum ſincathegorematice, vtpote, ꝙ ſic conuertatur compoſitum in compoſitum, vt materiam in materiam, & forma in formā. ¶ Maior ſic expoſita probatur, quia agens ꝙ æque hēt in virtute ſua actiua vtrunque terminum conuerſionis, quantum ad aliquid partiale in eo, æque pōt vnum in alterum conuertere conuerſione partiali. ſicut enim gñans, q̄d hēt in virtute ſua actiua formā huius corrupti, & formam huius geniti, pōt illud in illud conuertere cōuerſione partiali, quæ eſt ſm formam. ſic illud agens, q̄d æq̄ habet in virtute ſua formam huius corrupti & formā huius geniti, æque pōt partialiter conuertere iſtud in illud corrumpēdo, vel generando, ergo pari ratione agens q̄d æque habet in virtute ſua actiua vtrumq; terminū iſtū, & vtrūque illū, & hoc quātū ad quodlibet vtriuſq;, & quantum ad quodlibet neceſſario cōcomitans vtrumq; in eſſendo, quæ pōt vtrobiq; iſtum terminum conuertere in illum conuerſione totali, tale autem agens eſt Deus. ¶ Secundo modo ſic, eodem modo poteſt aliquid conuerti in aliud, quomodo illud pōt ſuccedere iſti, nūc aūt virtute diuina pōt quodcūque creatū ſm ſe totū & quodlibet eius ſuccedere alteri creato. ergo &c. ¶ Cōtra iſtud obijcitur primo ſic. quia ſecundum hoc Deus poſſet æque conuertere ſubſtantiam corpoream in ſubſtantiam incorporeā, & vnā incorpoream in aliam, ſicut poteſt conuertere vnam corporeā in aliam corpoream. conſequentia patet, quia potentia diuina æq̄ hēt terminū vtrobiq;, ſed cōſequens eſt falſum, hoc probatur primo per Aug. ſuper Gen. 7. Oē corpus in oē corpus poſſe mutari non defuerunt qui aſſererent, corpus aūt aliq̄d conuerti- C. 4.

in animam,fierique naturam in corporeã,nec quẽquam ſenſiſſe ſcio, nec fides hẽt. In eodẽ lib. ẽt.c.10.24.vel. 26.expreſſius habet idẽ. oẽ inquit corpus in oẽ corpus mutari credibile eſt, qđ libet aũt corpus poſſe mutari in aĩa credere abſurdum eſt.

¶Præterea.Boetius lib. de duabus naturis & vna perſona Chriſti,in parte qua diſputat contra Euticem dicit.Neque corporea ſubſtantia in incorporeã muta a.l.poſſet. ri*põt.nec incorporeæ in ſe inuicem proprias formas mutãt. ſola enim in ſe mutari pñt, quæ hñt vnius naturæ ſubiectũ cõe, hæc ille. ¶Secundo inſtatur contra iſtã rõnem,quia cũ nõ ſolũ ſubſtantiæ creatæ, ſed quęcunque creata æque ſubſint virtute diuinæ,ſequeretur, ꝙ ſi aliquod creatũ poſſet Deus totaliter cõuertere in aliud creatũ, ꝙ hoc poſſit æque de quibuſcunque creatis,& tunc ſequuntur multa quæ videnť inconuenientia. ¶Puta ꝙ ſubſtantia poſſet conuerti in accidens, & ita poſſet fieri inhærens. ¶ Et abſolutum poſſet conuerti in reſpectiuũ, & ita poſſet habere duos terminos, & pari rõne econuerſo in vtraque conuerſione. ¶ Tertio inſtatur contra iſtã rõnem, qa qđ agens in virtute actiua habeat totalr vtrumq; terminum non infert, niſi ꝙ põt totaliter iſtũ deſtruere quod eſt annihilare,& illũ totaliter producere, ꝙ eſt creare. Sed hoc creare & illud annihilare non eſt conuertere hoc in illud.ergo &c. ¶ Ad iſta.¶Ad primum intentio Aug. ibi eſt probare,ꝙ anima in prima productione non ſit producta de aliquo corpore, ſicut ipſe procedit, & primo per viam diuiſionis de ſingulis corporibus, & tandem ſummatim de omni corpore per illud quod allegatum eſt,corpus conuertitur in animam & cæ. Productio aũt primaria non habet opus miraculoſum, ſed talis eſt qualis competit rebus productis. Non vult ergo negare, quin Deus poſſet conuertere corpus in aĩam,ſed vult dicere, ꝙ hoc in prima rerũ productione non ſit factũ, vel nõ potuit fieri ſm modũ productionis,qa illa non erat miraculoſa, ſed corrñdens naturis rerũ ꝓductarũ. hoc eſt de intẽtione Aug. ibidẽ.¶ Si vero arguať ex verbis Aug.quia dicit oẽ corpus poſſe mutari in oẽ corpus,ſed non in aĩam,non eſt aũt primum poſſibile, niſi ꝑ omnipotentiã diuinã,ergo nec ſm per illam eſt poſſibile,quod eſt propoſitum.¶Rñdeo, ſi aliquid eſt impoſſibile,vbi cõcurrunt multæ rões impoſſibilitatis,quodcunque aliud vbi deficit aliqua illarũ rõnum comparatarum ad illud põt dici poſſibile, non abſolute ſed reſpectu huius.verbi gratia. Si lapidẽ eſt impoſſibile videre, & aĩal excęcatũ eſt impoſſibile videre, & catulũ ante nonum diem impoſſibile eſt videre.In iſtis ſemper poſterius eſt poſſibile reſpectu prioris, quia non remanet rõ illa quæ eſt præcipua reſpectu impoſſibilitatis in priori. Patet diſcurrendo per rões impoſſibilitatis in iſtis exẽplis ad propoſitũ,vt ignẽ cõuerti in cęlũ multas hẽt rões impoſſibilitatis,puta quia nõ hñt iſta corpora principia tranſmutandi ſe inuicem cuiuſmodi ſunt qualitates actiuæ,& paſſiuæ formaliter vel virtualiter oppoſitę:nõ etiam

etiam habent ſubiectum receptiuum tranſmutationis adinuicem. non propter iſtas rationes ſolas eſt impoſſibile corpus conuerti in animam, ſed propter aliam rationem repugnat, quæ.ſ.eſt, ꝙ vnum eſt extēſum, aliud non, & ſic non conueniūt in aliquod, quod natum eſt manere commune in tranſmutatione vnius corporalis in aliud, quia corporale non tranſmutatur in aliud, niſi per alterationē quæ recipitur in corporali & modo extenſo, & ita nec productum producitur niſi vt extenſum & habens modum extenſi. ¶ Ad aliam auctoritatem quæ eſt Boetij, dico ꝙ intentio ſua eſt ꝙ non ſunt conuertibilia in ſe inuicem, niſi quæ habent materiam communē, nec hæc omnia ſicut ait ibi, ſed ea tm̄ quæ in ſe facere & pati poſſunt. vnde dicit ibidem ꝙ non pōt ęs in lapidem permutari, ergo non loquitur de quacunque cōuerſione poſſibili Deo, ſed de conuerſione quæ requirit materiā communem, immo & vltra hoc ēt qualitates actiuas & paſſiuas oppoſitas, quæ ſufficiunt ad cōuerſionem mere naturalē, quia aliter intelligi non poteſt, ꝙ æs non poſſet conuerti in lapidem niſi de conuerſione naturali & non quacūque ſed immediata. ¶ Si obijcias ꝙ ſic intelligendo dicta ſua non pōt ſieri cōcluſio, quam intendit probare. i. ꝙ humanitas non poſſet conuerti in deitatem, quia ſecundum prædicta ex pręmiſſis ſuis non poterit prædicta concluſio concludi, niſi de conuerſione immediata quæ poſſet fieri virtute naturæ: de tali conuerſione non fuit contradictio inter ipſum & Euticem. ¶ Reſpondeo. rō Boetij in præmiſſis ſuis non plus cōcludit quam quod dictum eſt ſupra. ſ. ꝙ natura humana non poteſt conuerti in diuinitatem tali conuerſione quæ requirit ſubiectum communem & principia agendi & patiendi mutuo in conuerſis, ſed vt habeatur cōcluſio quam intendit. ſ. ꝙ ꝑ nullam potentiam poteſt humanitas conuerti in diuinitatē, oportet addere iſtam propoſitionē, diuinitas non minus excedit actiuam potentiam quamcunque cātiuam in rōne termini, ꝗ vnum ens naturale excedit quā cunque potentiā naturalem cōparatum ad aliud ens naturale. patet hæc propoſitio, quia cum diuinitas ſit infinita & incābilis, nullo mō pōt eſſe terminus potentiæ cātiuæ: quodcunque aūt creatū pōt eſſe termin⁹ potentię cātiuę, & hoc non tm̄ abſolute ſed cōparatum ad quodcunque aliud ens creatū tanꝗ ſuccedens illi, tunc fiat argumētum Boetij per locum a maiori. ſi per totā potentiā creatam non pōt æs immediate mutari in lapidem. ergo multo magis vel æque non pōt per quancunque potentiam actiuam natura creata conuerti in diuinitatē. ¶ Ad illud de ſubſtantia & ente abſoluto concedi pōt cōcluſio, quæ infertur, ꝙ ſubſtantia pōt conuerti in accidens, & ens abſolutum in ens reſpectiuū, non tn̄ ſequitur qđ ſubſtantia inhęrebit, manens ſubſtantia quia vterque terminus conuerſionis habebit proprium modū eſſendi ſibi correſpondentem, ita ꝙ terminus a quo ſi fuerit ſubſtātia habuit modum per ſe eſſenci, terminus aūt ad quem iſtius

con-

conuerſionis ſi fuerit accidens habebit proprium modum ſibi correſpondentem.ſ.eſſe in alio, non ergo ſubſtantia exiſtit in alio, ſed ſubſtantiæ per ſe enti tanq̃ termino a quo ſuccedit ens in alio tanquã terminus ad quem. ¶ Conſimiliter de ente abſoluto & reſpectiuo. ¶ Ad tertium dici põt, ꝙ non improbat conuerſionem totalem quantitatis nec ẽt in aliquid p̄exiſtẽs, ſed ſi aliquid improbat, improbat gñaliter cõuerſionẽ totalẽ, q̃ tñ in iſta quæſtione ſupponenda videtur, & illa ſuppoſita diffi cilia declaranda eſſent.

Egi. de ro. in theorematibus theorema. 1.

DE SECVNDO principali conceditur cõmuniter, ꝙ non eſt aliqua rõ ſpecialis impoſſibilitatis ad iſtã conuerſionem in præexiſtentia termini ad quem, quia in euchariſtia ponitur panis conuerti in corpus Chriſti præexiſtens. Huius aũt crediti poſſibilitas declaratur vno modo ſic, Deus quia non agit vt inſtrumentum, cũ ſit primum agens. ideo poteſt agere non per motũ. & ſic ſequitur, ꝙ põt formam deſtructã eandem reducere, & hoc in eadẽ materia: nam iõ prohibetur forma eadem redire actione alicuius agenti creati, quia illud agens agit per motum, qui cũ ſit ſucceſſiuus non põt idem redire. ¶ Vlterius Deus reſpicit materiam, vt eſt quid, & vt ſic eſt indiſtincta. quancunque ergo formam põt ponere in hac materia, eandem poteſt ponere in quacũq; materia ¶ Ex iſtis duobus declaratis arguit̃, q̃a Deus põt formam deſtructam eandẽ reducere in ſuã materiã ex primo, & per conſequens ex ſecundo põt illã formã in quancũq; materiã reducere, & pari rõne formam manentem in manentẽ in materia propria põt eandem in quancũq; materiã inducere. ſed ad identitatẽ formę in numero, ſequit̃ ꝙ eadẽ ſit materia: ergo Deus põt facere, ꝙ quęcunque materia fiat hęc materia, ſicut põt facere ꝙ fiat ſub hac forma. põt ergo Deus facere, ꝙ forma corporis Chriſti ponatur in materia panis, ſicut poteſt facere ꝙ materia panis fiat ſub hac forma, & ſic iſta materia conuertit̃ in materiã illius corporis, & forma in formã, & totũ in totũ. ¶ Aſſumpta multa in iſta deductione declarantur diffuſe, ſed declarationes illę cã breuitatis pñt omitti, immo iſtã deductionẽ breuiando, vis eius in hoc vr̃ ſtare, cõpoſitũ .a. conuerti totaliter in cõpoſitũ. b. eſt potẽtiale .a. informari forma ipſius .b. hoc aũt eſt poſſibile. ergo &c. prima probat̃, ꝙ potentiale ipſius a. informari forma ipſius .b. eſt iſtud potentiale fieri illud, quia idẽtitas formę concludit idẽtitatẽ materiæ, & ita conuertit̃ .a. in .b. nõ ſolũ forma in formã, ſed materia in materiã, & econtra. probatio ſcdæ, quia potentiale ipſius .a. & potẽtiale ipſius .b. eſt quid indiſtinctũ, & ſic in hoc, & in illud põt eadẽ forma induci ab agẽte reſpiciente illud potentiale, vt eſt quid. ¶ Iſto mõ breuiando iſtã deductionẽ non vr̃ neceſſarium eſſe ad propoſitũ illud, q̃d ibi tangitur de ratione formæ deſtructæ. ¶ Cõtra iſtud, materia tota, vt eſt quid ſub qua ratione Deus eã attingit in agendo, aut intelligitur eſſe eadem identitate numerali, aut tantummodo eadẽ, q̃a eiuſdem rõnis. ¶ Si primo

mo modo, hoc videtur falſum, & contra Ariſt.12.Meta. c.2.horum inquit, quæ ſunt in eadem ſpecie diuerſa,(ſupple ſunt principia non ſpecie,ſed quia ſingularium aliud tua materia, & ſpecies, & mouens & mea, ratione autem vniuerſali eadem. Si etiā ſit eadem numero materia. a.& materia. b. ergo cum forma. a. non poſſit educi de materia. a. quia materia. a. iam actu habet illam formam, pari ratione non poterit educi de materia.b. Intelligatur per a. corpus Chriſti, & per b. panis ſi de materia panis educatur forma corporis Chriſti non propter hoc materia panis fieret materia corporis,ſiue cõuertetur in eam, quia materia quadam prioritate eſt prior forma ſecundum Augu. 12.confeſ. c.16. Eſſe vtique aliquid non formatum poteſt formari, quod autem non eſt, non poteſt, ſic ergo eſt prior materia,quàm illud quod ex ea ſit.& in lib.13.c.18.Cum aliud ſit cęli & terræ materies, aliud cęli & terræ ſpecies,materiam quidem de nihilo omnino,mundi autem ſpeciem de informi materia, ſimul tamen vtrunque feciſti. & ſm illud.1,Met.In fundamento naturæ non eſt aliquid diſtinctū &c. ¶Et per rõnem,quia ipſa materia eſt eadem ſub oppoſitis formis,forma autem nõ poteſt ſine ipſa manere.Nunc autē ad variationem poſterioris non ſequitur variatio prioris. nõ ergo ſi hæc forma recipiatur in aliqua alia materia, ſequeretur, ꝙ illa fieret iſta. nam ibi non eſt, niſi inductio formæ in materiā, qui prius eam non habuit, materia aūt tranſiens a priuatione ad formam,non propter hoc ſit una materia,quę ipſa prius non fuit.¶Si autē intelligatur ſecundo mõ, ꝙ quæcunque materia, vt quid eſt eadē, hoc eſt eiuſdē rõnis. ex hoc non ſequitur, ꝙ forma q̄ eſt in iſta materia poſſet eadem numero ſimul ineſſe illi, ſed tantummodo, ꝙ aliqua eiuſdē rõnis cū ea,hoc aūt non ſufficit ad habendum intentum. ¶Vlterius quantū ad iſtum articulum dico,ꝙ dupliciter põt intelligi cõnexionem fieri in præexiſtens. ¶Vno mõ. ſ. in illud quod aliqñ fuit,ſed nunc non manet. ¶Alio modo in præexiſtens quod. ſ. ꝑfuit, & nunc in eodem eſſe manet. ¶Et hoc ſm adhuc dupliciter intelligitur. ¶Vno mõ,ꝙ manens ſimpliciter in eſſe ꝑhabito, tñ aliqua nouitate ſuperaddita illi eſſe ſit terminus nouæ conuerſionis,puta ꝙ ibi ſit noua ꝑſentia illius termini alicui, cui prius nõ fuit pręſens.¶Alio mõ, ꝙ ibi non ſit aliqua nouitas,nec in ipſo eſſe, nec in aliquo poſteriori. ¶De iſtis tribus intellectibus ꝑ ordinē eſt videndū. ¶Primus non hēt aliquā difficultatē magis de termino ꝑexiſtēte, hoc eſt ꝙ aliqñ ꝑfuit, q̃ de non ꝑexiſtente, niſi iſtā, ſi Deus põt deſtructū idē numero reparare, qđ conceditur ab oībus catholicis. nec mirū, quia non eſt ibi contradictio.¶De alio aūt intellectu ꝑexiſtentię, qđ.ſ.in eodem eſſe manet, eſt amplior difficultas, quia nulla mutationū, de quibus loquitur philoſophus. 5. Phy. vr̄ poſſe poni ad terminū *t.c.7.& inde.*
ꝑexiſtentē ſic. ¶Primus vero intellectus ſubdiuiſionis eſt ſcđs principalis,qui vr̄ poſſibilis,quia ita vr̄ de facto ponendū in euchariſtia. corpus. n. Chriſti ꝑhabens, & retinens idē eſſe ſimul'r.

per

per iſtã conuerſionẽ fit de nouo præſens ſpeciei panis. Et con ſimiliter poſſet poni de quãtitate conuertenda in præexiſtens, quia non eſt aliqua repugnãtia ex parte termini ad quem.

CONTRA ISTA arguitur, primo cõtra illud, quod dr̃ de euchariſtia, & hoc ſic, ſm illud aliq̃d eſt per ſe terminus ad quem conuerſionis, ſm ꝙ ſuccedit termino a quo, ſed per te corpus ſuccedit pani ſm iſtã pſentiã, quam habet de nouo, & nõ ſm eſſe ſubſtantiale. ergo per ſe terminus ſm ꝙ habet illã præſentiam, vel ſecundum ꝙ fit pręſens. ſed ſic eſſe præſens non dicit formaliter ſubſtantiam, nec aliquid ſubſtantiale, quia eadẽ ſubſtantia per te manens non fuit prius præſens, & nunc eſt præſens. ergo per ſe terminus ad quem conuerſionis in euchariſtia non eſſet ſubſtantia. & per conſequens iſta conuerſio non eſſet trãſubſtantiatio, quia trãſſubſtantiatio eſt tranſitio vnius ſubſtantiæ in aliam. ¶ Præterea. ſecundo arguit̃ contra illud qđ dr̃ hoc eſſe poſſibile de quantitate. Primo ſic. ideo genitum eſt vbi prius corruptũ fuit. quia rõ locandi, quæ eſt quantitas manet eadẽ in vtroque, ſic etiã in euchariſtia, quod fuit rõ locandi panem, manet idem in conuerſione, & per hoc corpus Chriſti quod eſt terminus conuerſionis põt poni ibi eſſe ſiue hr̃e pſentia talẽ. ergo per oppoſitum, ſi non manet illud quod fuit in termino a quo, ratio locandi ſequitur, ꝙ terminus ad quem nõ eſt ibi, vel non habebit talẽ præſentiam, ſed ſi quantitas conuertatur in aliquid, patet ꝙ ratio locandi non manet, quia quantitas fuit illa ratio locandi. ¶ Præterea. ſi per conuerſionẽ quantitatis in aliud, aliud fieret hic præſens, ſequeretur, ꝙ illud eſſet hic tali modo eſſendi, quali modo conuerſum habuit hic præſens eſſe, ſed conuerſum, qđ eſt quantitas fuit localiter circumſcriptiue. igitur terminus ad quem conuerſionis eſt hic localiter, ex quo videntur ſequi duo impoſſibilia. ¶ Primo, quòd idẽ ſit ſimul in duobus locis localiter. Conſequentia probatur, q̃a terminus qui fit hic localiter poteſt manere in ſuo proprio loco localiter, ſicut corpus Chriſti nunc manet localiter in cœlo. Conſequens autem ꝙ idem ſit ſimul in duobus locis localiter, videtur inferre multa impoſſibilia, puta quòd idem ſimul moueretur, & quieſceret, quia poſſet ibi moueri, & hic quieſcere. Similiter, quòd idem ſimul calefieret & frigefieret, ſi hic habeat approximatũ ignem, ibi aquam. Similiter idem eſſet continuum, & non continuum, ſi hic habeat diuidens partem a toto, & ibi non. Similiter idem erit ſimul mortuum, & viuum, ſi animal habeat ibi corruptiuum inferens mortem, & hic non habeat, ſed quæcunque neceſſaria, & ſufficientia ad ſalutem. ¶ Secundum impoſſibile principale, ſequens ex hoc ꝙ terminus conuerſionis ſit hic localiter eſt iſtud. quod duo corpora poſſent eſſe ſimul in eodem loco. Conſequentia probatur, tum, quia conuertatur iſtud in duo corpora, qua ratione eſt hic localiter vnum & aliud. tum quia conuertatur iſtud in aliquod maius: illud maius, ſi ſit hic localiter, pars erit cum parte.

te.conſequens autem,ſcilicet ꝙ duo corpora ſint ſimul, videtur Ariſto. probare eſſe impoſſibile ex intentione.4. Phyſicorum.

AD ISTA. ad primum, ſi terminus per ſe tranſſubſtantiationis eſt ſubſtantia, & ſecundũ eſſe ſubſtantiæ vt arguitur, cum corpus ſecundum eſſe ſubſtantiæ non ſuccedit pani, proprie loquendo de ſucceſſione, quia & ſi habeat eſſe poſt eſſe panis, non tamen incipit habere illud eſſe deſinente pane, quod videtur neceſſarium ad hoc, quòd proprie diceretur ſuccedere ibi ineſſe, Alioquin poſſet dici ſol ſuccedere vermi corrupto, quia habet eſſe ſuum poſt eſſe vermis,neganda eſt ergo il a propoſitio,ſecundum hoc aliquid eſt per ſe terminus ad quem, ſecũdum quòd ſuccedit termino a quo,quia ſecundum idem eſt prius, & nunc manens.ꝙ per cõſequens alteri proprie non ſuccedens corpus Chriſti, diceretur terminus eſſe ad quem trãſſubſtãtiationis,& hoc ideo,quia illa non eſt productiua termini adquem, ſed tãtũmodo conuerſiua alterius in ipſum. ſecundũ autem illud eſſe non dicitur proprie ſuccedere termino a quo, ſicut prius dictum eſt.Poſſet tamen iſta concedi, ꝙ ſecundum illud eſt nouitas in termino ad quẽ,ſecundum ꝙ ſuccedit termino a quo,accipiendo proprie ſuccedere. & tunc concedi põt, ꝙ non eſſet hic nouitas in termino niſi ſecundum iſtam præſentiam, ſecundũ quã nũc vere, & realiter eſt hic, & prius non fuit hic, dum ſubſtantia panis fuit hic.¶Ad ſecundum dico, ꝙ nũc corpus Chriſti eſt vbi fuit panis, nec tamen quantitas, qua fuit pani formalis rõ eſſendi hic, eſt formalis rõ corpori Chriſti eſſendi hic. tũ, quia quantitas iſta non eſt formaliter in corpore Chriſti.ergo nec aliquid corpori Chriſti cõpetit per illã,vt per rõnem formalem.¶Tũ, quia quãtitas non poteſt eſſe formalis rõ locandi,niſi circunſcriptiue, q̃a illa eſt ratio determinata ad illum motum locationis. quicq̃d ergo per quantitatem,vt per rõnem formalem locatur, hoc circunſcriptiue locat̃, corpus Chriſti non ſic eſt præſens in ſacramento,patet.ergo &c. licet ergo non maneret illud q̃d fuit cõuerſo ratio formalis locandi,adhuc poterit Deus terminum conuerſionis facere ibi præſentem vbi conuerſum fuit. ¶ Et quod adducitur de generato, & corrupto,ſi concedetur eandem quãtitatem manere, & ideo per illam generatum localiter eſſe vbi corruptum fuit,hoc non cõcludit propoſitum, quia p iſtam conuerſionem non oportet terminum eſſe localiter, vbi fuit ipſum conuerſum, immo eſt hic eodem modo eſſendi, quem tribuit ſibi agens conuertens aliud in ipſum.

¶ Ad aliud, negari poteſt iſta propoſitio, terminus eſt hic eodem modo eſſendi, quo modo fuit hic illud, quod conuerſum eſt.Inſtantia enim eſt, quia ſubſtantia panis quæ conuerſa fuit, fuit hic localiter ſuo modo, ſicut ſcilicet ſubſtantia panis poteſt eſſe alicubi localiter, quia pars ſub quantitate fuit in parte loci,& tota in toto,nec tamen ſubſtantia corporis Chriſti, in quam cõuertitur,eſt hic tali modo,immo tota eſt vtrobiq;. non ergo ſequit̃, ꝙ terminus in quẽ

con-

conuertitur quantitas neceſſario ſit hic localiter. ¶ Si tamen daretur, ꝙ Deus poſſet conuertere quantitatem in illum terminum, & ille ꝙ fieret hic localiter alicui, forte videretur ꝙ illa quæ ſequũtur ex hoc nõ ſunt impoſſibilia ſimpliciter, ſic ſcilicet, ꝙ includant contradictionem, quæ ſola dicuntur eſſe impoſſibilia Deo, apud quem non eſt impoſſibile omne verbum, hoc eſt omnis conceptus poſſibilis in intellectu, qualis eſt omnis conceptus in quo non includuntur contradictoria. Cum ergo ex primo iſtorum, quod eſt idem corpus eſſe ſimul in duobus locis localiter inferunt mul ta, quæ apparent impoſſibilia, ꝑ duas propoſitiones videtur probabiliter poſſe reſpondere. ¶ Prima eſt, formæ priores ipſo vbi, non variantur propter variationem ipſius vbi, quia propter variationem poſterioris non variatur prius, ex qua propoſitione habetur ꝙ idem habens duo, vbi non propter hoc variatur ſecundum aliquam formam ſubſtantialem, nec ſecundum aliquam de genere quantitatis, vel qualitatis, quia formæ iſtorum generum ſunt ſimpliciter priores ipſo vbi. ¶ Secunda propoſitio eſt iſta, quancunque paſſionem ad formam ſubſtantiæ, vel quantitatis, vel qualitatis reciperet idem corpus a duobus agentibus ſibi in iſto eodem vbi approximatis, & illam, & non aliã reciperet ab eiſdem ſibi in diuerſis locis, vel vbi approximatis. Exemplum, ſi hic circa lignũ approximentur ignis & aqua, qualem tranſmutationem facient circa illud lignum in hoc vbi, eandem & non aliam faciẽt circa idem lignũ, ſi habeat duo vbi, & in vno approximetur ſibi ignis, & in alio aqua. Iſtud probatur ex prima propoſitione præcedente, quia in diuerſis vbi. nõ variatur forma abſoluta, quæ eſt ſimpliciter prior ipſo vbi. ¶ Iſtas duas applicando ſoluuntur quæ tanguntur in argumento, & multa ſimilia. ¶ Primum. ſ. idem moueri in hoc loco, ſiue vbi, & quieſcere in alio vbi, non ſunt repugnantia, ſicut nec habere hoc vbi & illud, quia duo. ſ. moueri & quieſcere ſecundũ vbi ſunt poſteriora ipſo, iõ poſſunt variari ſecundum variationem in illo priori. ¶ Secundum de calefieri & frigefieri ſoluitur per ſecundam propoſitionem. non enim aliter calefieret, & frigefieret idem exiſtens in duobus vbi, quàm exiſtens in vno vbi, in quo haberet iſta duo agẽtia approximata. & ſicut tunc, ſi alterum agentium ſimpliciter vinceret virtutem reliqui agentis, illud aſſimilaret ſibi paſſum, & impediret reliquum, quod eſſet minoris virtutis aſſimilare ſibi paſſum. ſi autem eſſent aliquo modo æqualia in virtute alterarẽt paſſum, quaſi ad quoddam medium inter duo extrema. ſic etiam nunc quando ponitur idem in duobus vbi. ¶ Tertiũ de continuitate ſoluitur per idem, quia ſi agens ſoluens continuitatem vinceret virtutẽ conſeruantis continuitatem, abſolute continuitas eſſet diuiſa vtrobique, non tamen vt ab aliquo vtrobique. ſicut reſpondetur de corpore Chriſti in pixide, quando idem corpus fuit diuiſum in cruce. ¶ Quartum ſimiliter vel facilius ſoluitur, quia forma ſubſtantialis, ſi virtute alicuius agen-

Luc. 1.

agentis circa iſtud in vno loco ſeparraretur a materia ſimpliciter, nuſquam eſſet vnita eidem materiæ vt diceretur de corpore Chriſti, quando fuit mortuum in cruce, non fuit viuum in euchariſtia ¶Secundũ principale, quod infertur tanquàm inconueniens.ſ. duo corpora poſſe eſſe ſimul, diceretur non eſſe inconueniens, nec impoſſibile, quia contradictio non apparet, cum vnitas loci non ſit formaliter vnitas corporis, ſed corpus habet propriam vnitatẽ intrinſecam, cui accidentaliter aduenit eſſe in vno loco. ergo non ſequitur quodcunque corpus eſt in hoc eodem loco. ergo eſt idem corpus, nec ſimultas variat vnitatem corporis, vel loci. ¶Ad auctoritatem Ariſt. 4. phy. dici poteſt, ꝙ probatio ſua ad hoc procedit ꝙ virtute propria, vel naturæ creatæ propter ſui limitationem non poteſt idẽ corpus eſſe in diuerſis locis adæquatis, ſed de virtute diuina illimitata non concludit. ¶Tertius intellectus principalis. ſ. ꝙ aliquid manens in eodem eſſe, qđ iam prius habuit nulla omnino nouitate facta circa ipſum, poteſt eſſe terminus nouæ conuerſionis, declaratur eſſe poſſibilis hoc modo, quando Deus conſeruat creaturam, terminus illius conſeruationis non eſt aliquid nouum, ſed idem, & ſecundum idem eſſe, quod prius habuit: non ergo requirit conſeruatio actio, vel paſſio nouitatẽ in termino. ergo nec conuerſio, conſequẽtia declaratur ex hoc, ꝙ ſicut Deus volens hoc habere eſſe, quaſi poſt idem eſſe conſeruet illud. ſic volens illud habere eſſe poſt eſſe illius, conuertit illud in iſtud, quia facit eſſe iſtius, & ſi non proprie, tamen aliquo modo ſuccedere ipſi eſſe illius, non requiritur autẽ ad hoc, ꝙ illud ſit terminus actionis, ꝙ ſimpliciter & proprie ſuccedat alteri ſ. tanquàm nouum, ſicut patet in conſeruatione. ſecundum hoc diceretur, ꝙ ſicut Deus eodem velle creat illud, inquantum vult hoc eſſe poſt non eſſe, & conſeruat illud inquantum vult hoc eſſe, quaſi poſt idem eſſe. ſic eodem velle conuertit aliud in * iſtud, quia vult * idem poſt iſtud. ¶Si arguitur, quomodo poteſt illud eſſe terminus conuerſionis poſitiue, ſi per eam non accipiat aliquod eſſe, cum etiam in diuinis illud, quod eſt terminus actionis accipiat eſſe per illam actionem? ¶ Diceretur, ꝙ non oportet omnem terminum actionis poſitiue habere eſſe acceptum per illam actionem. niſi vel ſimpliciter, vel in ordine ad aliquod aliud. & ſic terminus conuerſionis poteſt dici accipere eſſe in ordine ad conuerſum, inquantum Deus vult iſtud eſſe poſt illud. ¶Aliter diceretur, ꝙ actio poſitiua, vel eſt productiua termini ſimpliciter, vel æquiualenter. & iſta conuerſio ſecũdo modo eſt productiua, quia quantũ eſt ex parte ſua, ipſa ſufficeret ad hoc, ꝙ terminus acciperet eſſe per eam, ſed ſi non accipit eſſe, hoc ideo eſt, quia iam præhabet illud eſſe. ¶ Contra iſtam declarationem arguitur, quia ſecundum hoc poſſet dici Deũ quicquid annihilat conuertere in ſolem, quia vult ſolem manere in ſuo eſſe. poſt eſſe illius annihilati, ſicut præexiſtens manet poſt eſſe illius conuerſi. ¶ Aliter põt decla-

a. l. illud.
a. l. illud eſſe.
Suſtinẽdo primã declaratio nẽ hoc argumentũ.

declarari poſſibilitas illius intellectus,& hoc ſic.quod poteſt eſſe terminus conuerſionis concomitante ipſum aliquo posteriori,quod non includitur in per ſe termino ipſius, illo circunſcripto poteſt eſſe terminus eiuſdē. hoc patet (quia vt prius eſt terminus conuerſionis, & a priori vt prius poteſt circunſcribi poſterius.)Nunc autem ſubſtantia corporis Chriſti eſt per ſe terminus tranſubſtantiationis , licet cōcomitetur præſentia illa, qua de nouo eſt præſens ſpeciei panis(ſicut declaratum fuit exponendo intellectum præcedentem.)ergo ſine tali præſentia , & quacunque nouitate alicuius poſterioris ipſo eſſe corporis poſſet corpus eſſe terminus cōuerſionis.

Quare ockam quol.5.q.35.Henr. quol.9.q.9.quo.11. q.4.quoli. 12.qō.4. Quare Egid. & alios.

DE TERTIO principali, tenetur communiter ꝙ in conuerſione totali non eſt annihilatio termini a quo:vna opinio deducit ex hoc, ꝙ poſt conuerſionem panis non eſt nihil. & probat conſequentia, quia ſi eſſet nihil oporteret dicere, ꝙ eſſet annihilatum, & vltra deducit. ſi non eſt nihil,eſt aliquid.Non autem eſt ꝙ præfuit,quia illud cō uerſum eſt,nec aliquid extra terminum ad quem. patet diſcurrendo.ergo poſt conuerſionem eſt illud in quod conuerſum eſt, vt ſic verum ſit dicere quod præ fuit panis, eſt corpus Chriſti. Aut ſi iſta negaretur, neceſſario eſt dare , ꝙ aliquitas corporis Chriſti ſit eius,quod fuit panis. ¶ Contra illud quod ipſe addit, ꝙ panis poſt conuerſionem nō eſt nihil,ſed aliquid,ſic ꝙ aliquitas corporis ſit eius , quod fuit panis.poteſt argui primo ſic. qđ nullo modo aliter ſe habet in ſe poſt conuerſionem, quàm prius ſe habuit,nec aliquid in ſe aliter ſe habet,non habet aliquam aliquitatem quam prius non habuit . corpus Chriſti nullo modo ſe habet in ſe aliter poſt cōuerſionem,quàm ante, ſed ante conuerſionem panis nō habuit in ſe aliquitatem panis , nec aliquitas corporis erat aliquitas panis.ergo nec poſt conuerſionem.¶Præterea. eſſe termini ad quem conuerſionis requirit nō eſſe termini a quo. patet ſi termini ſint oppoſiti, cum eſſe vnius oppoſiti excludat eſſe alterius oppoſiti. ergo terminus ad quem conuerſionis , vt talis, non habet in ſe entitatem,vel aliqualitatem termini a quo. ¶Aliter dicitur ꝙ non annihiletur, quia manet in potentia in materia corporis Chriſti.¶Cōtra hoc arguitur , quia tunc non poſſet Deus annihilare aliquod materiale,niſi ſimul annihilaret omnia materialia,quia quocunque materiali non annihilato ſemper in materia eius manet in potentia quodcunque materiale. ¶Præterea.vbi totum tranſit in totum, ibi non manet materia termini a quo:cū ergo in tranſmutationibus quæ requirūt materiam , materia manens ſit illa quæ fuit corruptio.ergo &c. Aliter dicitur, ꝙ ſicut ſecundum Ariſto.5.phy. tranſmutatio naturalis aliqua eſt a non ſubiecto in ſubiectum , & illa eſt generatio.aliqua econtra,vt corruptio, aliqua a ſubiecto in ſubiectum, vt alteratio , & generaliter omnis motus proprie dictus. Sic in tranſmutatione ſupernaturali aliqua eſt verſio a non ſubiecto in ſubiectum,vt creatio , aliqua econuerſo vt annihilatio & aliqua

Egi[...] the[...] ri. 14.

Va[...] diſi[...] cui[...] dat[...] nes[...] inſi[...] t.c. de.

qua a ſubiecto in ſubiectum vt conuerſio totalis vnius poſitiui in aliud. non eſt ergo iſta conuerſio annihilatio, quia habet per ſe terminum poſitiuum. ¶ Contra hoc. licet ſint duo termini poſitiui, tamen concomitantur duo termini negatiui. ſicut quando concurrunt generatio & corruptio cōiter in naturalibus ſunt duo termini negatiui concomitantes duos terminos poſitiuos, ſicut eſſe aquę corrūpendæ concomitatur non eſſe ignis generādi, & eſſe ignis concomitatur nō eſſe aquæ. Cō ſimiliter in propoſito, eſſe panis concomitatur non eſſe corporis Chriſti, & eſſe corporis cōcomitatur nō eſſe panis. Tunc arguitur, mutatio dr̄ eſſe creatio, vel annihilatio ex p ſe terminis ei⁹, non aūt ex concomitantibus p ſe terminos. ſicut generatio nō eſt per ſe creatio, pp hoc ꝙ terminus p ſe, a quo non eſt nihil, ſed priuatio, & conſimiliter eſt de p ſe termino ad quem corruptionis. Cū ergo comparando p ſe terminos huius conuerſionis, qui ſunt eſſe panis, & nō eſſe panis, cū illud non eſſe ſit totale nō eſſe, quia nihil panis manet. ſequeretur, ꝙ ipſa deſtructio per ſe conſiderata ſit annihilatio. ¶ Aliter pōt dici, & deduci ad propoſitū illud exemplum de corruptione, vbi non tm̄ per accidens terminat aliquod poſitiuum, quod. ſ. eſt per ſe terminus gn̄ationis cōcomitantis, ſed cū corruptio ſit deſtructio partialis. ſ. totius, non niſi ſm formam, ibi relinquitur altera pars cōpoſiti. ſ. materia per ſe, ergo corruptio nō eſt annihilatio, q̄a aliquid corrupti manet. Sed ſi iſta eſſet præciſa rō, tunc forma videretur annihilari, quia nihil eius remaneret. ¶ Similiter illud manens non eſt p ſe terminus corruptionis ad quē. Iō magis adhuc diſtinguitur per ſe corruptio ab annihilatione per ſuum per ſe terminum, quia ille non eſt nihil, ſiue negatio abſoluta, ſed eſt negatio in apto nato ſiue priuatio. & pro tanto etiam forma poſſet dici non annihilari, quia ei ſuccedit pro termino non nihil, ſed priuatio illius formæ, adhuc ſi vtraque iſtarum rationum deficeret, puta ſi Deus ſubito cōuerteret totum ignem in totam aquam non manente eodem ſubiecto communi, adhuc non eſſet annihilatio, quia terminus ad quem deſtructionis ignis, etſi non ſit proprie priuatio formæ ignis, tamen non eſt negatio extra genus, ſed eſt negatio, vt includitur in forma oppoſita poſitiua, negatio autem in genere non poteſt eſſe terminus ad quem annihilationis, ſicut nec talis negatio poteſt eſſe terminus a quo creationis. In propoſito, licet duæ primæ rationes nō inueniant̄, quia nec aliquid termini a quo manet, nec formæ eius ſuccedit priuatio ipſius proprie loquendo, quia non in eodem ſuſceptiuo. tertia tamen ratio inuenitur, quia deſtructionem panis terminat negatio eſſe panis nō extra genus, ſed vt includitur eſſe termini ad quem. ¶ Sed contra hoc arguitur, quia termino deſtructionis accidit, ꝙ ſit terminus aliq̄s ad quē poſitiuus. ergo qualis eēt iſta deſtructio, ſi nō eēt terminus poſitiuus cōcomitans. talis eſt mō, quantū ad p ſe rōnem deſtructionis, nō ergo prohibetur eſſe annihilatio,

per hoc quòd terminus poſitiuus concomitatur. ¶ Diceretur autem hic, ꝙ negatio extra genus, & negatio in genere, abſoluta tamen, & negatio quæ dicitur priuatio non differunt formaliter ſecundum rationem negationis, & tamen ſic diſtinguuntur, ꝙ alicuius mutationis vnũ eſt per ſe terminus, & non aliud, vt patet de corruptione, ita negatio, vt includitur in termino poſitiuo ſuccedente eſt hic per ſe terminus,

AD ARGVMENTVM principale, aliquid eſſe commune terminis poteſt eſſe dupliciter. ¶ Vel communitate reali. ſicut materia, quæ eſt commune ſubſtratum vtrique termino in corruptione. hoc modo non oportet in conuerſione totali aliquid eſſe commune terminis, immo tale commune repugnat conuerſioni totali. ¶ Alio modo poteſt intelligi commune communitate rationis, puta, ꝙ vterque terminus contineatur ſub ente, & hoc ſufficit ad excludendum rationem creationis & annihilationis, quia in illis alter terminus non continetur ſub ente: & hoc modo diceretur, quòd iſtę ſpecies, & illud pręexiſtens, in quod conuerterentur, haberēt aliquid commune. ¶ Aliter poſſet poni aliquid commune terminis non eſſentialiter, ſed communis habitudo ad idem agens, quia potentiæ agentis eodem modo ſubiacet vterque terminus conuerſionis, & hoc etiam ſufficit ad excludendum annihilationē, quia nihil proprie non ſubiacet potentię agētis, cum non ſit aliquid cauſabile. ¶ Argumentũ in oppoſitum probat, ꝙ natura pōt conuertere aliquid in aliud conuerſione totali, & ita non requirit ſubiectum commune, qđ manifeſte eſt inconueniens in quacunque tranſmutatione naturali ſecundum philoſophum. ideo ad illud argumentum dicendum eſt, ꝙ agens naturale poteſt omnem tranſmutationē illam, & ſolũ cauſare circa iſtas ſpecies, quæ tranſmutatio poteſt hic habere ſubiectũ tranſmutabile. nulla autem tranſmutatio ſubſtātialis habet hic ſubiectum tranſmutabile, quia nulla eſt hic ſubſtantia, nec compoſita, nec materia, ideo agens naturale non poteſt hic tranſmutationem ſubſtantialem cauſare, ſed accidentalem, in qua ſufficit quantitas pro ſubiecto. In illo ergo nunc, in quo per actionem agentis naturalis eucharistia habet primo non eſſe, cum natura nihil corrumpat, niſi aliquid incompoſſibile producendo produceretur virtute naturæ quoddam compoſitum per accidens, ſcilicet quantum, quale, qualitate incompoſſibili euchariſtiæ quæ corrumpitur, & iſtius compoſiti ſubiectum præfuit, & forma inducta eſt ab agente creato habente eam in virtute ſua actiua. ¶ Sed nunquid tunc producitur aliqua ſubſtantia? ¶ Reſpondeo, non actione naturæ, quia non habet paſſum de quo producat ſubſtantiam. ſi ergo tunc ſubſtantia ꝓducatur. hoc eſt actione Dei, q diſpoſuit nuſquam accidens eſſe ſine ſubiecto in euchariſtia manente, & ideo illa deſtructa, Deus producit ſubſtantiam cōpoſitam, quę nata eſt affici illis accidentibus cauſatis per agens naturale, nec illa ſubſtantia nova

ua requiritur propter actionem naturæ, immo actionem illam ſequitur ordine naturæ, nec neceſſario, quia Deus poſſet non producere ſubſtantiam illam, ſed ſequitur ordine diſpoſitionis diuinæ. ¶ De ipſa autem deſitione euchariſtiæ dup'ex eſt opinio, vna quæ videtur eſſe Innocen. de officio miſſę. parte tertia, vbi dicit, quòd quamuis ſpecies maneant quæ poſſent afficere ſubſtantiam panis & vini ſi eſſent ibi. ſi tamen tanta fiat alteratio circa ſpecies, quòd panis eis affectus non eſſet conueniens nutrimentum, deſinit eſſe euchariſtia, & in eodem inſtanti actione diuina fiet ibi noua ſubſtantia, quæ nata eſt affici illa qualitate. hoc autem eſt ſubſtantia panis. & tunc illa manet vlterius in alteratione vſque ad inſtans generationis nouæ ſubſtantiæ, & illam generat natura corrumpendo illam ſubſtantiam compoſitam, quam potentia diuina reduxit. ¶ Alia eſt opinio, quod manet, quandiu manẽt qualitates, quæ poſſent afficere ſubſtantiam cõuerſam, licet ipſa ſic affecta non eſſet cõueniens nutrimentum, non ergo deſinit eſſe euchariſtia, niſi quando deſineret ipſa ſubſtantia panis, & ſecundum hoc eſſet dicendum, quòd in illo inſtanti corruptionis ſpecierum eſt ſubſtantia noua, ſed nõ panis, quia illa non eſſet nata affici qualitatibus incompoſſibilibus pani iam inductis: ſed talis eſt illa ſubſtantia noua, qualem natura generaret de pane corrupto, ſi ſubſtantia panis ibi fuiſſet.

QVÆSTIO. XI.

Vtrum Deus poſſit facere, quod manente corpore & loco corpus non habeat vbi, ſiue eſſe in loco.

AD tertium ſic proceditur. arguitur, ꝙ Deus non poteſt facere ꝙ manente corpore, & loco, corpus nõ habeat vbi in loco, quia non poſſunt manere extra, quin maneat relatio media, ſicut nõ poſſunt eſſe duo alba, quin ſint ſimilia. corpus & locus videntur eſſe extrema, inter quæ ipſum vbi eſt quaſi habitudo media. ſecundum illud ſex principiorum, vbi eſt circunſcriptio corporis a circunſcriptione loci procedens. Cõtra. ſic ſe habent corpus & locus ad vbi ſicut actiuum & paſſiuum ad actionem & paſſionem, nunc autem Deus poteſt facere, quòd manente actiuo & paſſiuo non ſit inter illa actio & paſſio. ergo &c. maior probatur. quia ita videtur habitudo media inter locum & corpus. ſicut actio & paſſio inter agens & patiens. minor probatur, q̃a ſicut hr̃ Dan. 3. Tres pueros in fornacẽ miſſos ignis non cõbuſſit, & tñ fuit actiuus, quia flãma erũpens interfecit eos, q̃ miſerunt eos in fornacẽ, & corpora eorũ erant paſſiua, quia nõ eſt veriſimile, ꝙ tunc habuerint dotem impaſſibilitatis. *Bar. Vide 10. dt. 4. q. 3. pag. 109. col. a.*

ISTA Qõ põt hr̃e duplicẽ intellectum. ¶ Vnũ de corpore, & loco determinato. ¶ Et vterq; põt ſubdiſtingui. Et iõ ſunt hic quatuor declaranda. ¶ Primo, ſi corpori in cõi repugnat non hr̃e vbi, poſito loco in cõi. ¶ Scdo, ſi

repugnat loco in cõi eſſe ſine vbi, ſiue non circunſcribere, & hoc poſito corpore in cõi. ¶Tertio, ſi poſſibile ſit hoc corpore & hoc loco manentibus, ſed hoc corpore huic loco non præſente, ꝙ hoc corpus nõ habeat hoc vbi. ¶Quarto, ſi hoc corpore & hoc loco manẽtibus, & hoc corpore huic loco præſente, poſſibile eſſet hoc corpus non habere hoc vbi.

DE PRIMO dico, ꝙ non includit contradictionẽ corpus eſſe ſine corpore aliquo continente, & per conſequẽs ſine vbi, immo ita eſt de primo cęlo qđ non habet corpus continens. poſito ẽt ꝙ eſſet locus, nõ tñ quicunque, ſed aliquis capax huius corporis, non eſſet adhuc cõtradictio, ꝙ hoc corpus non haberet vbi. Rõ primi eſt, quia non eſt contradictio abſolutum manere abſq; reſpectu ad illud qđ non eſt prius eo, vel ſaltẽ qđ nec eſt prius, nec ſimul natura cum ipſo. nũc aũt locus nec eſt prius natura corpore, nec ſimul, immo vr̃ poſteriꝰ corpore. ergo &c. Ex hoc poteſt accipi ratio ſecũdi. ¶ Contra iſtud. corpori per ſe competit eſſe in loco, ita ꝙ corporeitas eſt per ſe ratio eiſſendi in loco, ſed contradictio eſt rationem formalem eſſe, niſi illud ſit cuius eſt ratio formalis. ¶Præterea, corpus locatum dependet a locante. ergo illa habitudo locati ad locans eſt habitudo quædam dependentiæ, ſed abſolutum non poteſt eſſe ſine dependentia propria, quam natum eſt habere. ¶ Præterea, contra illud quod dicitur de primo cęlo arguitur, quia illud corpus, ſi moueatur, non eſt dare quo motu moueretur, niſi locali, ſed

4. Phy. & 1. cæli et alibi.

4. Phyſic.

moueri localiter requirit eſſe in loco, quia moueri localiter eſt aliter ſe hr̃e in loco nũc, q̃ prius. Si der̃ ꝙ cęlũ quieſcit, ſequir̃ ꝙ quieſcit quiete oppoſita illi motui, quẽ natũ eſt hr̃e, & ita quieſcit localiter. & tunc propoſitũ. ¶Ad primũ poteſt dici, ꝙ dimẽſio eſt rõ fundamentalis proxima reſpectu vbi, & ſi ſic intelligeretur rõ formalis bene poteſt talis rõ formalis ſeparari ab illo reſpectu cuius dr̃ eſſe rõ. & hoc intelligendo in actu, licet nõ ſepararetur ab aptitudine vel potentia ad illud. Exemplũ. albedo iſto modo eſt rõ eſſendi ſimile, & tñ non eſt contradictio, ꝙ ſit ſine ſimilitudine actuali. ¶Contra. ſi dimenſio eſt propria rõ fundamentalis reſpectu paſſiuæ locationis, ſaltem iſta erit per ſe ſecundo modo, & ſi non primo mõ, corpus locatur, ſicut color vr̃, ſed in propoſitione per ſe ſecundo mõ, cũ ſit neceſſaria ſimpliciter ſubiectum non põt eſſe ſine prædicato. ¶Reſpondeo, ꝙ corporeitas eſt ratio fundamentalis reſpectu huius quod eſt eſſe locabile, & reſpectu huius etiam, quod eſt locari. propria quidem & proxima vtriuſque, quia * cuius eſt potẽtia, eius eſt & actus, ſed reſpectu primi eſt rõ neceſſaria, reſpectu ſecundi non neceſſaria, quia aptitudo eſt intrinſeca per iſtam rõnem etiam præciſe acceptam, ſed illud ad quod eſt aptitudo non ineſt actualiter niſi per agẽs reducens aptitudinem ad actum. Negandum eſt igitur, ꝙ aſſumitur. i. hãc eſſe per ſe ſecũdo mõ. corpus locatur, licet concedendũ ſit, hãc eſſe per ſe. corpus eſt locabile. Exemplum huius, hæc eſt per ſe ſecundo modo, homo eſt

5. Th

Prir ſom vig B. P auth te vi ſtori lench 4. 2: 9. M 4. & Ant Met.

eſt riſibilis, hæc autem contingens, homo ridet. ¶ Ad ſecundũ, illa dependentia quæ eſt locati ad locans non eſt ſimpliciter neceſſaria ex parte eius, quod dicitur dependere ſicut eſt dependentia cauſati ad cauſam, ſed eſt dependentia aliqualis, tanquam ad illud, quod natum eſt conſeruare rem in ſua diſpoſitione naturali. corpus quidem naturale in ſuo loco naturali natum eſt ſic conſeruari. ſine tamen tali conſeruante poteſt abſolute eſſe. ¶ Ad tertium poteſt dici, quod ſi moueatur, mouetur ſecundum locare nõ ſm locari, quia nũc aliter locat corpus contentum, quam prius locauit, ſed non aliter locat, quia non locatur, & iſto modo intelligitur dictum Auerrois, ꝙ cęlũ eſt in loco per centrũ, quia ſuũ eſſe in loco eſt locare locabile fixum in loco. ¶ Si autem quæratur de iſto locare ad quod genus pertinet, vt ſic motus ille diceretur eſſe in illo genere, non ad genus vbi, quia vbi eſt circũſcriptio paſſiua, non ad aliquod aliud genus. tũ quia motus eſſet in pluribus generibus quam ponit phi. 5. phyſi. tum, quia diſcurrendo non inuenitur ad qđ genus aliud pertineat.

¶ Præterea. ſicut cœlum poteſt circulare, licet non cõtineatur a corpore, ſicut põt circulare, licet non cõtineat corpus, puta ſi eſſet idem corpus continuum, & ſphęricũ. igitͬ illa forma fluens ſm quam eſt ꝑ ſe motus circulationis, poſſet ꝑ ſe eẽ ſine reſpectu tã ad cõtinens, q̃ ad cõtentũ. & ita eſt forma mere abſoluta. ¶ Rñſionem quęre.

¶ Ad primũ dr̃, ꝙ illud locare pertineat ad ꝑdicamentũ vbi, & licet non diffiniatur, niſi vbi paſſiuũ a philoſopho, tamen eſt aliud vbi actiuũ, qđ eſt ſpẽs alia ipſius vbi, qđ eſt prædicamentũ cõe ad vbi actiuum, & vbi paſſiuum, pater in 4. diſtin. 10. q. 1. ¶ Ad ſecundũ dr̃ ab aliquibus, ꝙ in tali caſu non moueretur cœlum. ¶ Aliter tamen dico, ꝙ talis motus eſſet ad vbi imaginarium, non actuale, & reale, nec hoc eſt inconueniens concedere, cum hoc ſequatur ex caſu. patebit inferius in iſta. qõ. & cæt. *Aliorum.*

DE SECVNDO articulo dico, ꝙ non apparet contradictio ſuperficiẽ cõcauã eſſe ſine reſpectu ad aliud corpus, vt cõtẽtũ. eſto ẽt ꝙ aliud corpus ſit qđ eſſet natũ contineri, quia vt prius argutũ eſt de reſpectu locationis paſſiuæ ita põt hic argui de locatione actiua. ¶ Item confirmatur, quia cęlum eſt incorruptibile, & licet elementa ſm ſe tota ſint incorruptibilia ſm philoſophũ, non tñ eo mõ ſunt incorruptibilia quo cœlũ, quia forma elementi cum ſit eiuſdẽ rõnis in toto & in parte, non eſt formalis rõ incorruptibilitatis in toto, ſicut nec in parte, & licet non ſit aliqua cã naturalis corruptiua totius elementi, ſicut partis, tñ iſtam poſſibilitatem intrinſecam ad corruptionem reduci ad actum, non eſt ita impoſſibile ſicut cęlum corrumpi. ¶ Aut ſaltem ſm theologos poſſibile eſſet Deum elemẽta annihilare, quæ quantum eſt ex formis ſuis ſunt corruptibilia, licet non annihilare cœlum quod ſecundum formã ſuã eſt incorruptibile, qa in conſeruando prius, & magis neceſſarium non reqrit tanq̃ medium aliqđ *2. et 3. cæ. et in gene.*

minus neceſſarium conſeruari. Abſolute igitur poſſet annihila re elementa, & nihil innouare circa eſſe cœli. hoc poſito latera cœli non concurrerent in inſtanti, quia natura non poteſt facere talem tranſmutationem in inſtanti. remanere igitur pōt ſuperficies concaua cœli, & tñ non continens aliquod corpus. ¶Contra iſta. vacuum eſſe eſt impoſſibile ſimpliciter, vt probat Ari.4.phy. ſed ſi ſuperficies concaua eſſet ſine corpore, eſſet vacuum. igitur &c. ¶Ad probationem maioris, vna rō philoſophi in c. de loco. contra ponētes locum eſſe ſpacium, eſt iſta, quia tunc infinita vtique eſſent loca, ei ſubdit ad probationem iſtius conſequentiæ. Diſtantiæ .n. aere & aqua, idē faciunt oēs partes in toto, qđ oīs aqua in va ſe. ¶Præterea inter latera vacui nihil eſt medium, ſed ſm phi. 5. phy illa ſunt ſimul, quorū nihil eſt medium. ſi igiť eſſet vacuū, latera eēnt ſimul & non ſimul. ¶Præterea in tpe eſt contradictio duo inſtantia eſſe diſtātia, & non eſſe tps medium. igitur pari rōne in loco contradictio eſt duo eſſe localiter diſtantia, & non eſſe corpus medium. ¶Ad primum. iſta probatio conſequentiæ ſm philoſophū multipliciter exponitur: ſed qualitercunque conſequentia declaretur, non tenet niſi exponendo vacuum eſſe ſpacium actu dimenſionatum, licet non habeat qualitates naturales: quamdiu enim ponitur ibi dimenſio in actu, ſemper remanet ratio ſm philoſophū. quare nō cōpatitur ſecū aliud corpus, niſi vnū diuidat alterū, ſed vacuum iſtud, qđ poniť poſſibile Deo in iſto mē-

C. de vacuo fere p totum.
8. c. 37.
8. c. 22. & inde c.
Idem. 7. phy. t. c. 9. expreſſi⁹.
Quare Auer. & alios.

bro, non eſt aliquod ſpaciū hñs dimenſiones poſitiuas, ſed tm̄modo eſt ibi poſſibilitas ad tantas dimenſiones poſitiuas. cum carentia cuiuſcunq; dimēſionis in actu, & hoc mō pōt dici de oībus rōnibus philoſophi, ibi poſitis, ꝙ procedunt contra vacuum vno mō imaginando. ſ. ꝙ ſit ſpaciū actu dimenſionatum ſine corpore, & ita nihil concludunt cōtra intellectum, qui cōceditur Deo eſſe poſſibilis. ¶Ad ſecundū dico, ꝙ mediū pōt intelligi, vel poſitiuum & actuale, vel priuatiuum &*potentiale, & vtroque mō dēt intelligi nullū eſſe mediū eorū, q̄ tangūt ſe, & quæ ſunt ſimul. latera aūt vacui & ſi non habeant medium primo mō, hñt tñ medium ſecundo mō, quia inter ea poſſet tm̄ corpus intercipi, quantū eſt illud corpus qđ intercipitur, qñ ſpaciū eſt actu plenū. eſt ibi igiť medium potentiale, & ſequitur ex hoc qđ eſt ibi medium priuatiuum, ſiue priuatiue, quia carens tanto medio, quantū poſſet intercipi inter illa extrema. ¶Ad tertium diceretur, ꝙ nullo motu exiſtēte, poſſet eſſe quies aliqua, ēt proprie accepta, quia nullo corpore moto poſſet aliquod corpus vniformiter ſe habere, & cum hoc eſſe aptum natum aliter & aliter ſe hre, ſicut poſt iudicium corpus beati poſſet vniformiter ſe hre in ſua diſpoſitione, licet nullum corpus aliter ſe haberet, quia non oportet, quod aliqua corpora*inferiora aliter ſe habeant ad hoc, vt beati vniformiter ſe habeāt: nec aliqua alia corpora ponuntur tunc fore mouenda. huic etiam vniformi diſpoſitioni correſpōdet propria menſura, quæ eſt tem-

a. l. ſitiona
Loquitur ibi Sco. de tempore imaginario.
a. l. inferno.

tempus, inter cuius quæcũque duo inſtantia imaginata poſſet tantus fluxus ſine motus intercipi,& ita ſi tempus dr̃ menſura motus,ſiue fluxus, illa vniformis exiſtentia habebit tempus, licet non vniformiter actuale poſitiuum,ſed potentiale,& priuatiuum, vnde intellectus habens notitiam temporis actualis,& poſitiui applicando eã ad iſtam durationem vniformem, põt cognoſcere quantitatẽ ipſius.ſ.ꝙ tãtã hrẽt poſitiue,ſi eſſet tp̃s poſitiuũ. ¶Confi͞r eſt in ꝓpoſito de diſtãtia in loco poſitiua,& priuatiua,ſicut mora priuatiua menſurat partes alicuius ſucceſſiuas,ſic dimenſio priuatiua menſurat partes permanentes, & hoc, quia priuatio æquatur habitui ſuo modo.vnde illud argumentum poteſt adduci pro propoſito confirmando, & hoc ſic. poſſibile eſt diſtantiam aliquam eſſe inter aliqua quaſi ſecũdum tempus, licet non ſit inter illa tempus poſitiuũ intermedium, hoc eſt poſitiua menſura motus, ſed ſufficit, ꝙ ſit tempus potentiale,vel priuatiue acceptũ ad hoc, vt ſit diſtantia inter illa quaſi
10. temporalis,ſ͞m quam hoc dicit̃ eſſe poſterius,vel prius*illo.igit̃ a ſimili de loco, & diſtantia locali. ¶Si arguitur contra hoc,ꝙ diſtantia non poteſt eſſe,niſi ſit aliquid, in quo ſit illa diſtantia, & hoc nihil eſt,quia nullum eſt medium. ¶Poteſt dici,quod diſtantia formaliter importat reſpectum inter extrema. reſpectus autem eſt in vno extremo, & ad aliud ſicut ad terminum. hic autem eſt dare vtrumque terminum poſitiuum.licet non ſit medium poſitiuum, & ſi ex ſolo primo iſtorum diceretur habitudo poſitiua, poſſet concedi, quod hic eſſet diſtantia poſitiua,ſed ſi vltra hoc requiratur, quod medium ſit poſitiuum, tunc ſaltem ſaluatur propoſitum, quia hic eſt diſtantia priuatiua & poſitiua potentialis,ſed non actualis.

DE TERTIO patet, ꝙ ſi hoc corpus non ſit huic loco præſens,nõ circunſcribitur iſto loco, igitur non habet vbi in hoc loco:ſi etiam non eſt huic loco præſens ſecundum curſum naturæ eſt in alio loco, & ſecundum naturam nõ poſſunt ſimul habere duo vbi, ergo nõ habet hoc vbi,& tamen iſte locus manet, quia manet hoc vltimum corporis continentis, & hoc patet in ſecundo articulo. ¶Contra hoc.locus importat rationem continentis,quia ſuperficies abſoluta circunſcripta ratione continentis,non habet rõnem loci. nunc aũt continere cum dicat reſpectum, non videtur manere niſi ſit ad eundem terminum.igitur qñ continetur aliud, & aliud nõ videt̃ manere idem locus, ſed qñ corpus non eſt pñs huic loco, non eſt idem contentum.¶Rñdeo.4.phy.vult philoſophus,ꝙ idem locus maneat ſuccedentibus ſibijnuicẽ corporibus,ex hoc patet,ꝙ non eſt alius locus,ſi aliud locatum contineat. Qñ igitur arguit̃ de relatione continentis ad cõtentum, cõcedi põt, ꝙ locus vltra ſuperficiem addit relationẽ cõtinẽtis,vt intelligitur p illud qđ dicitur in diffinitione vltimum continentis, hoc eſt proximum & immediatum continens, & tunc conſequenter dicendum eſt, vel ꝙ variato contento non

t.c.17.21. & 36.

4.phi.t.c. 41.

variatur relatio in alio extremo. & hoc eodem modo,quo reſpicit illud extremum,quia reſpicit pro extremo per ſe contentum in cõi, & non hoc ſignatũ. vel põt dici ꝙ variato contento variatur relatio ipſa correſpondens,& ita eſt aliud & aliud cõtinere reſpectu alterius & alterius contenti, ſed non variatur extremum relatum, quia idem eſt continens,& ita idem locus. Exemplũ huius. corpus hñs albedinẽ,ſi ꝭm eã eſt ſimile multis,multas habet ſimilitudines, quia ſimilitudo numeratur termino numerato, ſed tñ ipſum non eſt multa ſimilia,ſed vnum ſimile,ſicut habens multas ſciẽtias eſt vnum ſciens, quia concretum non numeratur ad ſolã numeratione formæ, ſed oportet ꝙ cum hoc ſit numeratio ſuppoſiti habentis formam.

Nota vnum dictum ſubtiliſsimũ.

DE QVARTO videtur ꝙ poſſet eſſe ibi triplex intellectus. Primus quod hoc corpus modo quantitatiuo ſit preſens huic loco ſine alio corpore ſic præſente. Alius intellectus,ꝙ ſimul cum alio præſente ſit hoc modo præſens. Tertius intellectus,ꝙ ſine modo quantitatiuo ſit huic loco pñs. ¶ De primo planum vr̃, ꝙ talis præſentia non põt eſſe ſine vbi, ſicut non poteſt poni ſine circunſcriptione paſſiua corporis a loco, quia circunſcriptio illa non vr̃ aliquid ponere vltra hoc quod eſt corpus eſſe pñs huic loco modo quantitatiuo.ſ.tanquam coextenſum,& commenſuratũ. ¶Sed*hoc eſt dubium,quia iſta circunſcriptio, vel pñtia non vr̃ dicere aliquid niſi reſpectum formaliter,& per conſequẽs ipſum vbi nihil eſſet formalr̃, niſi reſpectus.Hoc conſequens videtur falſum, quia ꝭm phi.5.& 7. phy.ad relationem non eſt per ſe motus, ſed ꝭm phi.5.phy.motus eſt per ſe in genere vbi. ¶ Si dr̃,ꝙ vbi per ſe importat abſolutum & reſpectũ,& per illud abſolutum quod importat diſtinguitur ab alijs generibus,quæ* ſimpliciter importãt reſpectus, ſed determinatos per determinata fundamenta. ¶Contra.abſolutum & reſpectus nõ faciunt per ſe vnum conceptum,ſed cuiuſcunque generis eſt conceptus per ſe vnus.ergo &cę. nec abſolutum per ſe contrahit reſpectum ad tale genus,vel ad talem ſpeciem in tali genere propter idem medium,quia non facit per ſe vnum conceptum cũ illo.¶Similiter ex eodem medio põt argui vlterius, quia accipiatur vterque iſtorum conceptuũ per ſe,vterque ſi eſt cõis eſt dicibilis de pluribus in quid, ergo vtrobique aſcendendo ſtatus eſt ad vnum conceptũ cõiſſimũ per ſe dicibilẽ de plurib. & tunc in vtroque proceſſu ſtabitur ad conceptum proprij generis in illo proceſſu.¶Hic dici põt quod ſi ꝭm cõiter dicta ſaluanda ſit diſtinctio decem generum,& per conſequens ſex genera relationis, cum non appareat ꝙ importent formas abſolutas,nec ſimul important abſolutum,& reſpectum vt argutum eſt. conſequens dicere ꝙ ſunt eſſentialiter reſpectus,nec tñ de genere relationis, igitur oportet diſtinguere inter reſpectum & reſpectum ẽt diſtinctione ꝭm genus, poteſt autem diſtinctio reſpectum, quos importãt iſta ſex genera ab illo reſpectu, qui proprie dicitur relatio, quæ eſt quat-

a. l. hic. B. Nota digreſsionem.

t.c. 17. t.c. de.

al. iter.

Specu notab.

quartum genus, accipi ex illo dicto communi, quo dicuntur reſpectus de genere relationis eſſe reſpectus extrinſecus aduenientes, reſpectus autẽ illorum ſex generum extrinſecus aduenientes hoc põt intelligi ſic; nullus reſpectus ſic intrinſece aduenit abſoluto, quod cõueniat ei ſecundum ſe, ſiue ad ſe, quia tunc non eſſet reſpectus, de ratione enim reſpectus eſt quod ſit vnius ad alterum, ille * igitur reſpectus dicitur intrinſecus adueniens, qui neceſſario conſequitur fundamentum poſito termino, quia non poſſet eſſe reſpectus magis intrinſecus abſoluto, & per oppoſitum ille eſt intrinſecus adueniens, qui non neceſſario conſequitur fundamentum etiã poſito termino.

¶Si iſta ſint vera. reſponderi poteſt ad illam auctoritatem phi. 5. phyſi. quod neget motum ad relationem proprie dictam, quę pertinet ad quartum genus, nõ autem ad quemcunque reſpectum pertinentem ad aliquod ſex generum, immo concedit ibi motum eſſe in vbi. qui communiter non dicitur eſſe motus ad formam abſolutam, q̃a vbi vt videtur non eſt forma abſoluta, ſed reſpectus corporis contenti ad locum continentẽ. ¶Ratio autem differentiæ relationis ab alijs reſpectibus in non terminando motum, videtur eſſe, quia ex quo relatio neceſſario conſequitur extrema poſita, nunq̃ poteſt ipſa acquiri per ſe, ſed tantummodo per accidens, alio ſ. abſoluto acquiſito in altero relatorum, & talia quæ non acquiruntur, niſi per accidens. ſ. alio acquiſito negat phi. in 5. phy. per ſe * terminare motum, reſpectus aũt non neceſſario cõſequens extrema poteſt habere propriam nouitatẽ abſque nouitate vnius, vel alterius extremi, & ideo poteſt habere propriam acquiſitionem. nam ita videtur eſſe de vbi, q̃a poteſt Deus conſeruare idem locabile, & eundem locum, & tamen non manebit eadem circunſcriptio, quia corpus eſt abſens ab illo loco, & hoc etiam poteſt natura facere, ponendo aliud corpus præſens illi loco. non igitur iſtã extrema locum & locabile neceſſario conſequitur ipſum vbi, & ideo poteſt eſſe nouum nouitate propria, & acquiri corpori nullo abſoluto acquiſito nec corpori, nec ipſi loco. ¶Sed ſi quæratur quomodo poteſt acquiſitio reſpectus eſſe ſucceſſiua, niſi ſucceſſio ponatur in aliquo abſoluto.

¶ Diceretur quod corpus ſucceſſiue ſm partem aliam & aliã fit pñs eidem parti loci, ſimiliter corpus ſm eandem partem fit * ſucceſſiue pñs alij & alij parti loci, ita ꝙ tã ex diuiſibilitatẽ corporis q̃ loci ſequitur diuiſibilitas circunſcriptionis corporis a loco, & diuiſibilitas ſucceſſiua, quando pars poſt partem acquiritur. non eſt ergo diuiſibilitas in reſpectu ſine diuiſibilitate in abſoluto, ſed eſt ſucceſſio in reſpectu qui eſt circunſcriptio ſine ſucceſſione in forma abſoluta corporis, vel loci. ¶ De ſecnndo intellectu in iſto articulo, ſcilicet an hoc corpus haberet hic vbi, ſi ſimul cum ipſo hic eſſet aliud corpus modo extenſo, videtur poſſe dici, quod tunc hoc corpus non haberet hic vbi. quia pari ratione aliud corpus habe-

B. Exemplũ de ſerpẽte ingrediente per foramẽ lapidis, primo ingreditur caput, ſecundo pars pinguis, et ſic conſequenter, vbi patet quomodo ibi etc.

haberet hic vbi. non pñt autem eſſe duo vbi eiuſdem loci, quia vnius loci vna circunſcriptio. ¶Item, corpus locatum facit latera continentis diſtare, ſed hoc corpus quod aduenit ſecundo huic loco non facit latera eius ſtare, immo iam per aliud corpus, qđ prius fuit hic fuit diſtãtia inter latera. ¶ Et confirmatur, quia ſi vtrumque faceret latera diſtare. igitur vtrumque eſſet medium inter iſta diſtantia, ſed vbi eſt aliud, & aliud mediũ per ſe. ibi vr̃ eſſe alia & alia diſtantia, & ita inter eadẽ latera eiuſdem loci eſſet duplex diſtãtia. ¶Poteſt tñ dici, ꝙ in iſto intellectu vtrumque corpus haberet vbi in hoc loco, quia cũ vtrũque ponatur hic, ſicut contentum, coextenſum & commenſuratum, vel vtrũque erit locatũ, qđ eſt propoſitum, vel neutrũ, & tunc eſt locus iſte vacuus in quo ponuntur eſſe duo corpora modo extenſiuo, qđ nullus diceret. Similiter vtroque iſtorũ amoto altero remanente, illud remanens habebit hic vbi, ſed non alium modum habebit hic ex parte ſui ad locum continentẽ q̃ modo habeat. ¶Iſtud patet ꝑ oppoſitũ de Angelo, q̃a ſi Angelus ſit ſimul cum corpore nõ hẽt proprie vbi in iſto loco, in quo corpus coexiſtens habet proprie vbi, quia Angelus non eſt ibi coextenſus & commenſuratus illi loco, nec replet illũ locum, vnde ſi corpore amoto ſolus Angelus ibi maneret. locus ille proprie diceretur vacuus. oppoſita iſtorum ſunt vera de corpore exiſtente alteri corpori. ¶Et ſi quæras, quomodo poteſt locus iam plenus* iterum repleri? ¶ Reſpondeo ad

Bar. Quo ejatus vi

hoc, & ad obiectiones pro alia parte. ¶ Ad primam ſecundum iſtam viam, quæ ponit in eodẽ ſuppoſito ẽt fundamento poſſe eſſe plures reſpectus eiuſdem rationis ad diuerſos terminos. concedendum eſt. ꝙ eidem loco põt cõpetere alia, & alia circunſcriptio actiua, & põt ſibi in alio & alio corpore alia & alia circunſcriptio paſſiua correſpondere. ¶ Ad aliam. facere latera diſtare põt ĩtelligi dupl'r, vel effectiue, & ſic agens diſtendens latus a latere, facit ea diſtare, vel quaſi formaliter, & ſic mediũ interceptum dicitur facere diſtare, & hoc ſecundo modo concedendum eſſet ꝙ vtrũque corpus hic extenſiue exiſtens facit latera huius loci diſtare, quia vtrumque eſt mediũ inter extrema. primo autem modo neutrum corpus facit latera diſtare, ſed ipſum agens, quod primo diuidit hoc latus ab illo, & per hoc ẽt patet, q̃o vtrumque replet quia non effectiue, ſed formal'r: non. n. eſt maius inconueniẽs locũ plenũ repleri de nouo aliquo replente formal'r, q̃ continens vnũ ſibi cõmenſuratum de nouo continere aliud ſimili mõ continendi. ¶Ad confirmationẽ illã diceret', ꝙ accipiendo diſtantiã pro illa habitudine, quæ eſt in vno inſtante ad alterum vt ad terminum, non eſt niſi vna diſtantia inter eadẽ extrema, ſiue ſint plura media ſiue vnicũ: nec illa eſt vera hoc modo loquendo de diſtãtia, qđ vbi eſt aliud per ſe mediũ, ibi eſt alia per ſe diſtantia, niſi intelligatur aliud per ſe medium, hoc eſt aliud neceſſario requiſitum, tanquam medium diſtantiæ, ſed in propoſito nõ. requirit' illud

illud tanquam aliud. Si autem diſtantia acciperetur alio mō ꝓ dimenſione media inter extrema quæ diſtant, concedendum eſſet ſic loquendo, ꝙ inter latera continentis duo corpora eſt duplex diſtantia. ¶ De tertio intellectu in iſto articulo .ſ. ꝙ ſi hoc corpus eſſet præſens huic loco, ſed non modo quantitatiuo, hoc eſt non tanquam coextenſum loco, nec commenſuratum. Poteſt dici ꝙ tunc proprie non haberet vbi in hoc loco, quia ꝓprie vbi eſt forma ſm ſe diuiſibilis, cum ſm eam per ſe poſſet eſſe motus, & ideo nō conuenit alicui, niſi diuiſibiliꝰ, & per modum diuiſibilis ſe habenti. corpus aũt quod non coextenditur loco. ſed eſt totũ præſens cuilibet parti illius loci, non hẽt modum diuiſibilis in cõparatione ad locũ, nec per conſequens hẽt vbi proprie reſpectu illius. Extẽdẽdo tñ vbi ad talẽ pñtiam ſimplicem, ſm quã angelus dr̃ eſſe hic, ſic concedendũ eſſet, ꝙ corpus pñs ſm iſtum intellectũ diceretur improprie habere vbi. nã vere eſt hic pñs, non circunſcriptum. ¶ Ad argumentũ principale, ſi illa maior quæ accipit̃ vera eſt, non habet veritatẽ niſi de relatione proprie dicta. reſpectus autem quem importat vbi, non eſt talis. Iſtorum aũt declaratio patet ex dictis in tractando primum intellectum in quarto argumento principali.

QVÆSTIO. XII.

Vtrum rei creatæ ſit idem reſpectus ad Deum vt creantem, & Deum vt conſeruantem.

EXPEDITIS his quæ q̃ſita erant de Deo, ſequuntur aliqua quæſita de creaturis. ¶ Et primo de omnibus in cõmuni. ¶ Deinde de quibuſdam in ſpeciali. ¶ De omnibus in communi fuit vnum quæſitũ, & eſt iſtud. ¶ Vtrum rei creatæ ſit idem reſpectus ad Deum vt creãtem, & Deum vt conſeruantem? ¶ Arguitur ꝙ non. aliquid poteſt creari, & non conſeruari, igitur poteſt habere reſpectum ad Deũ, vt creantẽ tñ & nũquã habere reſpectum ad Deum, vt conſeruantẽ, igitur non eſt idẽ reſpectus. probatio primi antecedentis. Res in inſtanti creationis non conſeruatur, quia non indiget conſeruatione, niſi quãdo poteſt non eſſe & de ſe tendit ad non eſſe. ſed dum creatur non poteſt nõ eſſe, nec tunc tendit ad non eſſe, cum tunc accipiat eſſe: nihil igitur conſeruatur niſi quod manet poſt inſtãs creationis ſuæ, ſed Deus poteſt aliquid creare quod non maneat poſt inſtans creationis ſuę. quia non eſt contradictio quod tantummodo habeat eſſe in vno inſtanti & in illo creetur. ¶ Contra, eiuſdem ſimplicis ad idem ſimplex non eſt niſi idem reſpectus realis, nunc autem Dei creantis & conſeruantis eadem eſt voluntas, qua formaliter creat, & conſeruat & ipſa exiſtentia rei creatæ & conſeruatę eadem eſt. igitur reſpectus eſt idem rei createę & conſeruatę ad Deum vt creantem & conſeruantem.

HIC SVNT tria videnda. ¶ Primo, de eo ꝙ principaliter q̃rit̃ .ſ. ſi idẽ ſit reſpectus realis in creatura ad Deũ, vt creantẽ, & conſeruantẽ. ¶ Scdo, de eo ꝙ tangit primũ argumentũ, ſi ſimul poſſet dici res creari, & cõſeruati,

ri, iſta difficultas magis tangit modum loquendi. ¶ Tertio de quodam annexo quod tangit idem argumentũ, ſcilicet ſi poſſet aliquid creari, quod tamen non conſeruet poſt inſtans creationis.

DE PRIMO dici poteſt quod idē eſt reſpectus creaturæ ad Deũ, vt creantē & conſeruantem. & hoc probatur ſic. eiuſdem re & ratione ad idem re & ratione non eſt dependentia eſſentialis, niſi vnica eiuſdem rationis, exiſtentia autem creaturæ permanentis eſt eadem omnino in creatione & conſeruatione, & ex parte termini eſt omnino idem re & ratione ſcilicet velle diuinum, & habitudo non ſolum ad creantem, ſed ad conſeruantem eſt habitudo dependentiæ eſſentialis, & eiuſdem rationis. igitur &c. maior probatur, ſi eſſent plures dependentiæ omnino eſſentiales inter extrema omnino eadem, ſicut dependentia creaturæ ad Deum, vt ad efficientem, & vt ad finem. tamen iſtæ videntur eſſe alterius rationis, ſi enim eſſent eiuſdē rationis, eſſent ſibi incompoſſibiles in eodē, & ſecundũ idē, quia quando aliquid dependet ad aliud aliqua dependentia, ſi illa ſit ſufficienter terminata nō dependet ab eo alia dependentia eiuſdem rationis, quia tunc vtraque illarum ſine alia terminaretur, & dependeret tali dependentia, & non depēderet, & hoc dependentia ſufficienter terminata. ¶ Minor habet tres partes. ¶ Prima, ſcilicet quòd idem ſit eſſe rei permanentis in creatione & conſeruatione. probatur, quia in hoc eſt differentia permanentis a ſucceſſiuo, quia ſucceſſiuum, dum manet, ſemper habet aliud & aliud eſſe, ſicut aliam & aliam partem, ſed permanens habet ſemper idem eſſe, nec variatur ſecundum partem & partē, quia tunc eſſet ſucceſſiuum, nec ſecundum totũ & totũ, quia tunc in quolibet alio & alio inſtanti haberet totaliter aliud & aliud eſſe, quod eſt abſurdum. ¶ Secunda pars minoris, ſcilicet quòd velle diuinum omnino idem eſt ratio terminandi habitudinem rei creatæ & conſeruatę, probatur, quia vel le diuinum reſpectu cuiuſcunque volibilis ſemper manet idē, illud autem eſt ratio proxima intrinſeca terminandi quodcunque extrinſecum. ¶ Tertia pars minoris, ſcilicet quòd vtraque habitudo eſt habitudo dependentiæ eſſentialis, de creatione eſt manifeſta, de conſeruatione probatur, quia ad illud dependet res eſſentialiter in eſſendo, quod eſt ſibi ratio habendi eſſe, talis eſt conſeruatio cauſæ conſeruantis, iuxta illud Auguſt. 4. ſuper Gene. 14. Creatoris namque potentia, & omnipotentis atque omnitenentis virtutis, cauſa ſubſiſtendi eſt omni creaturæ, quæ virtus ab eis, quę creata ſunt regendis, ſi aliquando ceſſaret, ſimul & illorum ceſſaret ſpecies, omniſque natura cōcideret, neque enim ſicut ſtructor ædium cum fabricauerit abſcedit, atque illo ceſſante atque illo abſcendēte ſtat opus eius. ita mundus nec ictu oculi ſtari poterit, ſi ei Deus regimen ſubtraxerit. hæc ibi. ¶ Diceretur hic, quòd fundamentum relationis creaturæ ad Deum vt creātē non eſt abſolute exiſtentia rei creatæ, ſed ipſa creatio paſſiua conſi-

Eſſe permanentis differentia a ſucceſſiuo.

S. Bl. lib. 2. ſtin. 1

conſi-

conſimiliter fundamentum relationis creaturæ ad Deum conſeruantem, non eſt exiſtentia creaturæ abſolute, ſed ipſa conſeruatio paſſiua, hoc probatur per philoſophum. 5. Meta. c. de ad aliquid, vbi vult, quòd relationes ſecundi modi fundantur ſuper actionem & paſſionem: nũc autem licet abſoluta exiſtentia creaturæ ſit eadẽ in primo nunc eſſendi, & deinceps tamen creationem paſſionem, & conſeruationem paſſionem eſſe eadem, non eſt manifeſtius, quàm illud quod quæritur. ¶ Hic dici poteſt quòd philoſophus. 5. Meta. non intelligit, quod actio & paſſio ſint proxima fundamenta relationũ ſecũdi modi. quia relatio non manet fundamento nõ manente, manet autem relatio ſecundi modi, non manente actione vel paſſione, ſicut aliquis manet pater, non manente generatione: ꝙ autem dicit * relationẽ de ſecundo modo fundari ſup actionem & paſſionem, intelligendum eſt, nõ tanquã ſup fundamentum proprium, vel ſup rõnẽ primã fundamenti, ſed tanq̃ ſuper diſpoſitionem mediam inter fundamentũ propriũ & ipſam relationẽ, ipſa aũt potentia actiua & paſſiua poſſunt poni fundamentũ immediatum relationis ipſius actionis & paſſionis, licet requiratur actio & paſſio media, non vt ratio fundandi relationem, ſed vt quoddam pręuium ad hoc vt ipſa in fundamento tali fundetur. ¶ Specialiter autem in propoſito, non videtur concedendum ꝙ aliqua paſſio ſit ratio fundamẽtalis huius habitudinis, qua habet creatura ad Deum, vt creantem vel conſeruantem, quia nunquã ꝓprie eſt paſſio, niſi quando eſt aliquod paſſum recipiẽs formã ab agente, quia ſm̃ philoſophũ. 5. Meta. Potentia actiua eſt principiũ tranſmutandi aliud, in quantum aliud. igitur potentia paſſiua eſt principium tranſmutandi ab alio: talis tranſmutatio non inuenitur, niſi vbi eſt paſſum recipiens eam ab agente, in conſeruatione & creatione non eſt ita, ſed totum creatum, & totum conſeruatum eſt totaliter a creante & conſeruante, non ſic vt aliquid eius paſſum recipiat formam ab agente. ¶ Hic obijcitur per illud Augu. 11. ſuper Gene. vbi vult, quòd aer non eſt factus lucidus a ſole, ſed fit lucidus, alioquin recedente ſole, remaneret lucidus, æque autem videtur quæcunque creatura dependere a Deo in eſſe, ſicut aer a ſole in illuminato eſſe, quod ipſe intelligit p lucidum eſſe a ſole. igitur nulla creatura reſpectu Dei eſt facta in eſſe, ſed continue fit in eſſe, & per conſequens eſſe creaturæ eſt in continuo fieri. ¶ Reſpondeo, philoſophus. 3. Phyſic. dicit, quod aliqua ſunt in fieri, quæ non habent completum eſſe, ſicut ſucceſſiua, & p oppoſitũ aliqd dicit̃ in facto eſſe, quãdo ſic habet eſſe completum, ꝙ non dependet in eſſendo ab aliquo extrinſeco. creatura autem ſemper in eſſendo æquę dependet a Deo in eſſe, quia æque ſemper ab ipſo per idem velle ipſius habet idem eſſe, & hoc modo poſſet dici, ꝙ productio perſonæ diuinæ ſemper eſt in fieri, quia nunquam iſta perſona põt habere eſſe, niſi accipiendo actualiter a producente, & tamen eſſe perſonæ eſt maximæ per-

Margin: id. .4. ag. :. — T. cõ. 17. Idem. 9. Meta. t. c. 2. — S. Bona. vbi ſupra & ſup Gene. c. 1 . habetur ex preſſe . aliqualiter 2. ibidẽ t. 24. — T. cõ. 1 5. 17. et 58.

permanens, hoc modo eſſe crea turæ, licet ſit permanens, tamen reſpectu Dei a cuius volitione actuali ſemper æque dependet, ſemper eſt quaſi in fieri, hoc eſt actu dependens a cauſa dante eſſe, & nunquàm in facto eſſe, hoc eſt in actu ſeparato, & independente a quocunque alio, nõ tamen eſt in fieri nouo & nouo, ſed per oppoſitum illi eſt in facto eſſe, hoc eſt in eſſe completo accepto ſine aliqua nouitate addenda.

B. nuſquã melius declarat natura creationis quã in iſto articulo.

DE SECVNDO articulo dico, ꝙ cum iſto reſpectu creaturæ habentis eſſe ad Deum vt a quo habet eſſe, poſſunt cõcurrere diuerſi reſpectus, idem.n. eſſe quandoque immediate ſuccedit non eſſe oppoſito, ſicut in inſtanti in quo res incipit eſſe, quandoque autem non immediate ſuccedit ipſi non eſſe, ſed quaſi eidem eſſe, vt prius habito, ita intelligendo, ꝙ licet non ſit iſta prioritas in ipſo eſſe ſecũ dum ſe, tamen dicitur eſſe in ipſo per comparationem ad aliud prius ſecũ coexiſtens. ¶ Primus reſpectus, qui.ſ. eſt ipſius eſſe ad non eſſe præcedens non eſt realis, quia non eſt ad terminũ poſitiuum. ¶ Secundus autem, qui eſt ipſius eſſe ad eſſe idẽ, quaſi præexiſtens, vel magis cum alio priori exiſtens non eſt realis, pro quanto eſt eiuſdem ad idem, reſpectus autẽ ipſius eſſe ad cauſam, a qua eſt, eſt realis, igitur neuter illorum dictorum reſpectuum eſt idem illi. Contingit tamen eadem voce multa diſtincta aliqualiter importari. ſicut ergo poteſt imponi aliquid ad ſignificandum dependentiam ipſius eſſe ad cauſam non præciſe, ſed vt eſt cum reſpectu ad nõ

7. Meta. 3. c. 15.

eſſe immediate præcedens, & ſic ſignificat, hęc vox creari, vel creatio, quia ibi non tantum notatur dependentia rei ad cauſam in eſſendo, ſed vltra hoc in accipiendo, tunc primo illud eſſe poſt non eſſe, poteſt etiam aliqua vox imponi ad ſignificandum illam dependentiam, vt eſt cum ſecundo reſpectu.ſ. vt eſt ipſius eſſe ad ſeipſum, quaſi præhabitum, & ſic imponitur hæc vox conſeruari, vbi non tantum notatur dependentia in eſſendo, ſed cum hoc habitudo illius eſſe, quaſi ad idem eſſe vt præhabitum. Pro tanto igitur non eſt verum dicere de creatura, quòd creatur proprie niſi in primo inſtanti, quia non niſi in illo habet immediatum ordinem ad non eſſe præcedens, nec eſt verum dicere, ꝙ conſeruetur niſi poſt primum inſtans, quia non niſi tunc habet immediatum ordinem ad ſeipſum, quaſi præhabitum. ¶ Propter igitur iſtos diſtinctos reſpectus rationis importatos per creari & conſeruari, non prædicatur vnum de re quando aliud prædicatur; reſpectus tamen ille, qui eſt ad cauſam, ſemper manet idem. & ſi iſte præciſe ſignificaretur; duabus vocibus vtraque ſimul vere prædicaretur de eodem, ſicut hoc ꝙ eſt eſſe ab alio, dante eſſe. & hoc ꝙ eſt accipere eſſe ab alio præciſe ſignificant illam habitudinem, non intelligendo ibi dare, vel accipere nouitatem, nec illam important, quia verum eſt dicere, ꝙ filius accipit deitatem a patre, & pater dat ei, & communicat deitatem, & iſta duo ſemper ſimul prædicantur de eodem. ¶ Nec curo diſputare de ſignificato huius vocis creari, an per ſe

ſe ſignificet reſpectum ad creatorem, & connotet reſpectū ad non eſſe præcedens, an econuerſo illum per ſe ſignificet, & illum connotet ad cauſam. An vtrunque ſignificet, & tunc non ſignificat præciſe conceptū per ſe vnum, ſed duos reſpectus & vnus eſt realis, & alius rationis, qui non faciunt conceptum per ſe vnum, quia quodcunque iſtorum trium detur, hoc * ſaltem ſaluatur ꝙ vterque reſpectus aliqualiter importatur, præciſe tamen propter illum, qui eſt rationis, negatur idem ſimul creari & conſeruari.

DE TERTIO principali dico, ꝙ non eſt contradictio aliquod ens tantummodo in vno inſtanti habere eſſe, ipſum enim inſtans raptim tranſit, ita ꝙ non eſt, niſi vt ita loquar inſtantanee, vel ſi dicas inſtans ſecundū ſubſtantiam ſemper manere idem, ſi illud dicatur eſſe ſubſtantia mobilis, cum illa ſubſtantia non ſit per ſe terminus alicuius continui de genere quantitatis. ſequitur, ꝙ illud quod vocas inſtans ſecundum ſubſtantiam, nō eſt terminus continuans per ſe partes temporis, ſaltem inſtans ſecundum eſſe non manet ſed raptim tranſit, & ita oportet dicere de mutatione, & per conſequens de inſtanti, quod eſt per ſe menſura mutationis. non autem videtur maior contradictio de re permanente, ꝙ non niſi in vno inſtanti habeat, quàm de ipſo inſtanti, vel mutatione. qa & ſi res permanens poſſit habere idem eſſe non præc. ſ. per inſtans, ſed permanſiue, & inſtās, vel mutatio non poſſit, tamen permanens totum eſſe ſuum habet in inſtanti vno, quia in hoc diſtinguitur contra ſucceſſiuū, non eſt ergo contradictio, ſi illud eſſe vltra hoc inſtans non habeat. ¶ Contra hoc videtur Ariſto. 8 Phy. vbi ait. Opponūtur inquit, generatio & corruptio. quare ſi impoſſibile eſt ſimul mutari ſecundum oppoſitas, nón erit continua mutatio, ſed erit medium ipſorum tempus. Et in fine. c. Penitus inconueniens videtur, ſi factum neceſſe eſt mox corrumpi, & nullo tempore permanere. ¶ Præterea inferius in eodem. 8. vult ꝙ non eſt accipere vltimum in eſſe ipſius corrūpendi, ſed primum in eſſe generandi. & cum hoc etiam primū in non eſſe corrumpendi. ſignū inquit vtrique commune eſt, & primo, & poſteriori, huius autē finis, illius autem principium, res autem ſemper poſterioris paſſionis eſt. & idem paulopoſt, ipſius temporis in quo fiebat, factum eſt in vltimo ſigno. ¶ Præterea ſi res creata tantummodo habet eſſe in inſtanti, tunc in illo verum eſt dicere, res iſta incipit eſſe, quia tunc primo eſt, & ſimul verum eſt dicere, res iſta deſinit eſſe, quia tūc vltimo eſt, nunc autem repugnantia videtur eſſe, ꝙ ſimul res incipiat eſſe, & deſinat eſſe. ¶ Ad primum intentio philoſophi eſt ibi, ꝙ ſolus motus localis poteſt eſſe cōtinuus & perpetuus, & nullus alius motus, nec etiam mutatio: & hoc probat, quia omnes alij motus, & mutationes ſunt ex oppoſitis in oppoſita, vt generationis, inquit, & corruptionis, eſſe & non eſſe termini ſunt. Alterationis autem contrariæ paſſiones &c. Si igitur aliquis iſtorum motuum, vel mutationum poſſet eſſet perpetuus, & continuus

T.cō.61.
T.cō.65.
T.cō.69.

tinuus non eſſet ab eodem termino a quo ad eundem terminum ad quem,quia in motu ſic ſimpliciter vno,vera eſt iſta pro-
T.cõ.91. poſitio.6. Phyſi.mutatio autem neque vna infinita. eſſet ergo illa continua perpetuo modo per continuam reflexionem a termino in terminũ, puta ſi motu finito moueretur a calido in frigidum , ceſſaret alteratio quantum eſt in iſtis terminis,niſi ſtatim eſſet reflexio a frigido in calidum,ſed in tali reflexione motus prior & poſterior cum ſint oppoſiti,non poſſunt continuari nec facere vnum motum continuum.cuius probatio eſt,quia tunc mobile ſimul moueretur motibus, vel mutationibus oppoſitis. Hæc conſequentia probatur,quia in motu cõtinuo verum eſt dicere a principio motus,ꝙ mobile mouetur ad vltimũ terminum , ſicut ſi vltimus terminus motus continui eſt calor, verum eſt dicere de mobili in principio motus , ꝙ caleſit.ſi igitur calefactio poſſet cõtinuari frigefactioni a principio huius totalis motus continui,eſſet verum dicere, ꝙ mobile caleſit, & frigeſit.¶Et propter conſimilẽ
a.l.probauit. rationem * probat ibi, ꝙ nõ poteſt continuari corruptio generationi, vt ſit vna mutatio , quia tunc a principio mutaretur oppoſitis mutationibus, quia corruptione,& generatione.Nam in quacunque vna mutatione, ſiue continua verum eſt dicere ꝙ a principio mutatur ad vltimum terminum. Ille autem eſt terminus generationis, igitur a principio mutatur mutatione generationis,& tamen tunc per poſitũ
a. l procedere. mutatur mutatione corruptionis,quia illa ponitur * præcedere, vt continuanda generationi. iſtud autem nihil eſt cõtra hoc, quod dictum eſt, rem in vnico ſolo inſtanti. ſ.creationis habere eſſe, quia non concedo, ꝙ illi creationi poſſit continuari annihilatio,vt ſit vna mutatio,quia tunc ſecundum argumentũ philoſophi, quando creatur verum eſt dicere,ꝙ annihilatur, ſed tantummodo concedo, ꝙ creationem conſequitur annihilatio. ¶Et ſi arguitur, ꝙ tam annihilatio , q̃ creatio eſt in inſtanti, qa vtraque eſt a virtute infinita,quę non poteſt agere in tempore, vt videtur philoſophus probare. 8. t.c.
phy.igitur in propoſito, vel erũt in eodem inſtanti, quod eſt inconueniens philoſopho. ſ. idem ſic mutari oppoſitis mutationibus.vel erunt in diuerſis inſtantibus,& illa inſtantia erunt immediata, quod etiam eſt inconueniens apud philoſophũ. ¶ Ad hoc dico, ꝙ rõ philoſophi quæ tacta eſt.ſ.ꝙ idem non poteſt ſimul mutari mutationibus oppoſitis. probat corruptionem non poſſe continuari generationi,ſed cum hoc eſt alia concluſio vera. ſ. ꝙ generationem non poteſt immediate ſequi corruptio.ſed illius eſt alia ratio , hæc ſ.ꝙ vtraque eſt in inſtanti, & nõ ſimul in eodem, vt patet ; erunt igitur in alio,& alio inſtanti, ſed non ſunt duo inſtantia ſibi immediata. ¶ Hæc probatio quæ 4.
eſt ſecundum intentionem philoſophi , licet non ibi ponat eã, Phyſ.
non eſt contra propoſitum noſtrum , quia iſta res creata quæ non manet,niſi per inſtans creationis, annihilatio eius non eſt in inſtanti,ſed in tempore habito inſtanti creationis,ſi quidem poſt inſtans non eſt aliquid in tem-

tempore indiuiſibiliter immediatum, ſed diuiſibiliter tali, ſcilicet immediatione, qua continuum terminatū eſt immediatum ſuo termino, & hoc modo motus eſt immediatus vltimo quietis, qa poſt illud ſtatim eſt motus, ſicut diuiſibile poſt indiuiſibile, quod eſt eius principiū. Cū igitur arguitur, ꝙ annihilatio eſt in inſtanti, negandū eſſet de annihilatione in caſu, in quo loquimur, & hoc ſemper referendo intentionē ad inſtans temporis, ſiue in illo dicatur proprie eſſe creatio & annihilatio, ſiue magis cum illo. ¶ Et cum probatur, quia virtus infinita non agit in tempore. Illam propoſitionē philoſophus non concederet, niſi de virtute infinita naturali neceſſitate agente, quia de alia nō eſt inconueniens illud, ad quod ipſe deducit. ſ. ꝙ virtus finita & infinita agunt in æquali menſura. Theologi aūt non concedūt Deū agere naturali neceſſitate circa creaturā. ¶ Sed nunquid tenendo Deū agere naturali neceſſitate, poſſet concedi aliquid poſſe manere tantum per inſtans? cum mutatio ſic tantum maneat etiam ſecundū philoſophum. ¶ Quære reſponſionem.

¶ Ad iſtud conſequenter reſpondeo ad cauſam, ꝙ ſi Deus produceret aliquid. aut produceret illud ſine cauſis ſecundis, qđ philoſophi nō admitterēt, & tunc poſſibile eſſet illud tm̄ durare ꝑ inſtans, ſicut & Dei actio per inſtans duraret. ¶ Si autem produceret mediantibus cauſis ſecundis, ſic non vr̄ concedendum, ꝙ illud poſſet tm̄ per inſtans durare loquendo de re ꝑmanente, ſecus eſt de indiuiſibilibus, vt de mutatione & inſtantibus ēt ſ̄m philoſophum, quæ tantum per inſtans durant. Sed probabilius eſt ſimpliciter in tali caſu tenere negatiuam, loquendo de permutationibus. quære. 8. diſtinc. 1. quæſt. vltima ad finem.

¶ Ad aliam auctoritatem philoſophi, illa requirit alium intellectum etiam ab vtroque prædictorum, quia ſcilicet * natura nihil producit, vt ſtatim corrumpatur, nec quòd neceſſe eſt mox corrumpi. ſicut ipſe dicit, quia natura producens ſic influit ad conſeruationem producti, ꝙ poſſit per tempus aliquod manere, ita quòd corruptiua vel non ſunt approximata, vel non vincunt virtutem generantis & conſeruantis generatum, quia tunc generans impediretur generare, nec ex illo pōt haberi aliqua impoſſibilitas reſpectu potentię diuinæ. ſed tantum impoſſibilitas ſ̄m cauſas naturales inter ſe cōparatas. ¶ Ad * aliud dico, ꝙ in generatione, & corruptione naturali corruptū nō hēt vltimū ſui eſſe, quia tūc haberet qualitates conuenientes ſaltem in tali gradu, in quo poſſent ſtare cū forma illius. & ſi ſic, non ſubito abijcerentur. nec igitur corrumpendū ſubito corrūperetur, ſicut corruptum non hēt vltimum ſui in eſſe. ſic hēt primū in nō eſſe, quia cū eſſe geniti cōcurrit nō eſſe corrupti. genitū aūt in inſtāti gn̄ationis hēt eſſe, quia tūc forma eius eſt in materia. & hēt tūc primū eē, qa tūc forma immediate ſuccedit priuatiōi, & ſicut genitū hēt primū ī eē, ſic corruptū hēt primū in nō eē, ſed ſi aliqua virtute cōſeruaret aliquod ens in eſſe in aliquo inſtanti vltimo, ibi tunc

B. vid. 2. diſt. 2. q. 4. p. 87. co. 1.

Vide. 1. cæli. t. 2. 131.

a. l. illud.

non eſſet dare primum non eſſe. ſic eſſet de illa creatura permanente, quæ non haberet eſſe, niſi per inſtans. ¶ Vniuerſaliter autem dico, ꝙ in ſuccedentibus ſibi inuicem, ſiue ſint oppoſita priuatiue, ſiue cōtradictorie, ſiue quaſi contrarie, quia ambo ſunt poſitiua, nunquā eſt dare vltimū ꝑcedentis, & cū hoc primū conſequentis, quia tunc oppoſita eſſent in eodem inſtanti, vel duo inſtantia immediata. ſemꝑ tñ alterū eſt dare. ſ. vel vltimum prioris, vel primum poſterioris, quia diuiſibile nō eſt immediatū niſi indiuiſibili, & ſuccedentia ſibi inuicem ſunt oppoſita immediata. Cum igitur illa quę accipiunt nō eſſe poſt eſſe, quędam ſunt raptim tranſeuntia, quædam permanentia naturaliter genita, vel corrupta, quædā autem poſſunt eſſe entia permanentia virtute diuina producta, vel corrupta. In primis. ſ. raptim tranſeuntibus, eſt dare tam vltimum, ꝙ̄ primū in eſſe, quia illud inſtans in quo ſolo habent eſſe. & iō nec eſt dare primū, nec vltimū in nō eſſe, quia tam in toto tpe terminato ad hoc inſtans, ꝙ̄ in toto tpe ſequente hoc inſtās, habet non eſſe. ¶ In ſecundis autem eſt dare primum in eſſe, ſed non vltimum, & ſimiliter in nō eſſe eſt dare primum, & non vltimum, ſicut expoſitum eſt prius pro intentione philoſophi. in alijs autem quæ per virtutem diuinam producūtur, vel deſtruūtur poteſt eſſe vterque iſtorum modorū. Et etiam tertio mō. ſ. ꝙ ſit ibi dare vltimum in eſſe, & non primū in non eſſe, quia illa virtus pōt in quemcūq; modū ſucceſſionis vnius ad alterū, qui non includit contradictionem.

¶ Ad aliud dico, ꝙ incipit, dupliciter exponitur. ¶ Vno mō cū poſitione pñtis, & negatione ꝑteriti. ſic. ſ. eſt & non prius fuit. ¶ Alio modo per negationem præſentis, & poſitionem futuri. ſic, non eſt, & erit. ¶ Similiter deſinit dupliciter exponitur. dico igitur ꝙ ſecundum vnū modū exponendi, verum eſt ꝙ ſimul aliquid incipit & deſinit, quia raptim tranſiēs incipit. hoc eſt, eſt & nō fuit, & deſinit eſſe, hoc eſt, eſt & non erit, vbi vtrobique affirmat eſſe, & negationes iſtæ hinc & inde. ſ. non fuiſſe & non fore, non ſunt oppoſitæ, præciſe autem repugnantiam important incipere, & deſinere ſecundum iſtos intellectus, in quibus eſt aliquid idem affirmatum & negatū, vel oppoſita aliqua includuntur.

AD PRIMVM argumentum principale, patet ex ſecūdo articulo principali, q̄uo primū antecedens eſt verum. ſ. ꝙ aliqđ pōt creari & nunꝗ̄ conſeruari. hoc. n. eſt tantūmodo ex rōne alterius & alterius reſpectus importati in hoc, ꝙ eſt creari & cōſeruari. ſ. reſpectus ad oppoſitū, ſ. ad non eſſe præcedens. quantū ad creationē, & ad ipſummet eſſe vt præhabitum quantum ad conſeruationē. qui duo reſpectus ſunt tantum reſpectus rationis. primus eſt reſpectus negatiuus, quia ad non eſſe, & nullus talis eſt realis. ſecundus eſt eiuſdem ad idem prehabitum, ſicut primus ad idem eſſe non habitum. non eſt autem verum rōne reſpectus ad cauſam. ¶ Et cū infertur, igitur pōt hre reſpectū ad Deū creantē, & tñ nunꝗ̄ habere reſpectum ad Deum cōſeruantem cōcedi poteſt, ſi vnifor-

formiter accipiatur. hoc eſt ꝙ Deus nunquã dicatur cõſeruare illud, quantum ad totum qđ importatur per conſeruare. ¶Si aũt intelligatur, ꝙ nunquã habebit ad Deum reſpectum illũ quem importat hoc, quod eſt conſeruari a Deo, qui eſt reſpectus dependentiæ ad cauſam in eſſendo, neganda eſt conſequentia, quia & ſi nunquam habeat reſpectum dependentiæ cum illo alio, qui eſt quaſi ſucceſſionis ad ſeipſum, tñ illum qui eſt dependẽtiæ neceſſario habebit, & tunc in vltimo conſequenti non põt plus cõcludi, niſi ꝙ totũ quod importatur per illũ terminum creari, non eſt idem toti, quod importatur per conſeruari .ſ. duplex reſpectus hic duplici reſpectui ibi. quod verum eſt, quia licet ille qui communiter vtrobique importatur ſit omnino idem. tamen alter qui importatur in hoc, quod eſt, creari alius eſt ab illo altero, qui importatur per hoc, quod eſt conſeruari.

QVÆSTIO. XIII.

Vtrum actus cognoſcendi, & appetendi ſint eſſentialiter abſolùti, vel eſſentialiter relatiui?

DE creaturis in ſpeciali tmmodo q̄rebatur de creatura viuente, & hæc vita ſenſitiua, vel intellectiua. Et erat qõ cõis omni viuenti hac vita vel illa, & erat iſta. Vtrũ actus cognoſcendi, & appetendi ſint eſſentialiter abſoluti, vel eſſentialiter relatiui? Arguitur, ꝙ relatiui, quia talis actus non põt intelligi niſi cointelligendo terminũ. abſolutum aũt põt intelligi non cointelligẽdo aliquid in rõne termini. igitur &c. prima probatur, quia nõ poteſt intelligi ꝙ ſit viſio niſi ſit alicuius viſibilis, vel obiecti, minor de ſe eſt manifeſta. ¶ Cõtra. talis actus eſt qualitas. omnis autẽ qualitas eſt forma ſimpliciter abſoluta, quia genera ſunt impermixta. ergo &c.

QVÆSTIO iſta non quęrit de actu terminato ad cognitionem, tanquam ad terminum quo. ſ. actu producitur, vel educitur, vel inducitur ipſa cognitio, ſed quærit de actu cognoſcẽdi, qui. ſ. eſt ipſa cognitio actualis, ita ꝙ iſte actus, ſi dicatur actio, non intelligitur ꝙ ſit de genere actionis, quia ipſa eſt ſemper ad terminum aliquem accipientem aliquo modo eſſe per ipſam actionẽ, ſed intelligitur, quòd ſit actio hoc eſt operatio, qua agens tanquam actu vltimo perficitur. Et breuiter ad cautius loquendum in tota iſta q̄ſtione intelligitur hoc nomen actio pro actione de genere actionis, quę ſcilicet eſt actio ꝓductiua, vel ſaltem aliquo modo facies ad eſſe termini per ipſam ponendi, & hoc nomen operatio intelligitur pro actu intrinſeco quo ipſum operans perficitur vltimate. Item, licet quæſtio generaliter poſſet intelligi de reſpectu ad obiectum, vel ſubiectum, tamen argumenta videntur reſtringere eam ad primum intellectum. ¶ Eſt igitur intellectus quæſtionis primo tractandus iſte. An actualis cognitio ſit eſſentialiter relatiua ad obiectum cognitum, & ſimiliter de actuali appetere. ¶ Vbi tria ſunt videnda. ¶ Primo,

5 Phy. c. 8. & 10. & 14 Meta. & in Themiſtio & Boetio.

mo, ꝙ in omni intellectione & generaliter operatione quacunque, de qua loquimur eſt aliqua entitas abſoluta. ¶ Secũdo, qualiter illud abſolutum habeat aliquam relationem ad obiectum ſibi annexam. ¶ Tertio, an illa relatio ſit actui iſti eſſentialis.

PRIMA CONCLVSIO probatur tripliciter. ¶ Primo ſic. vltima perfectio ſubſtantiæ viuæ non eſt ſola relatio, operatio eſt huiuſmodi perfectio ſubſtantię viuę, qua nata eſt operari, puta viuentis vita ſenſitiua, vel intellectiua. igitur operatio non eſt ſola relatio. igitur &c. ¶ Maior probatur, quia ſola relatio non ſumme appetitur appetitu naturali, & electiuo naturę perfectiſſime appetẽtis, ſed vltima perfectio naturæ viuentis a tali natura ſumme deſideratur deſiderio naturali, de quo intelligi poteſt illud Augu. 13. de tri. c. 4. Beati omnes eſſe volumus: quod ſemper verũ eſt, ſiue de btitudine actu cogitemus ſiue non, & tamen ſine actuali cognitione nõ eſt in nobis actuale velle voluntatis. Ibidẽ ẽt vult, quod quicquid aliud quiſquam latenter velit ab hac voluntate communi non recedit. deſideratur etiam ſummo deſiderio electiuo volũtatis bene diſpoſitæ. ¶ Minor probatur etiam per philoſophum. 1. & 10. Ethy. vbi vult ꝙ felicitas, q̃ eſt finis vltimus naturæ intellectualis, & per conſequens ſumme deſiderabilis, eſt operatio optima, vel conſiſtit in operatione optima. Idẽ vult. 12. Metahpyſi. ca. 6. vbi de Deo loquens dicit. quod ſi non intelligat quid vtique eſt inſigne & ſtatim poſt. ſi non eſt hic quid ſua intelligẽtia ſed potentia. non eſt vtique optima ſubſtantia. per intelligẽtiam intelligit actualem intellectionem. nam ad probationẽ dictę conſequentiæ ſtatim ſubdit: per intelligere enim ei honorabile ineſt. Idem habetur: 9. Meta. c. 7. vbi vult quod actus eſt prior potentia non ſolum tẽpore & ratione, ſed etiam ſubſtantia, hoc eſt perfectione. vnde in probatione illius membri ꝙ actus prior eſt ſubſtantia exemplificat ipſe. vt vir puero, & homo ſpermate. & concluſionem ſic intellectam ibi probat, quia gratia actus, tanq̃ finis ſunt alia ordinata ad actum, ſicut declarat ibi in multis exemplis. ¶ Similiter auctoritates multæ de fine vltimo & ſumme deſiderabili, qui eſt beatitudo, ſiue dicant de cognitione, ſicut illa Auguſt. viſio tota merces. ſiue loquantur de dilectione. ſiue de doctrina Chriſtiana. ſumma merces eſt, vt ipſo perfruantur. ſaltem in hoc omnes conueniunt, ꝙ finem vltimum & maxime deſiderabilem dicunt eſſe operationem, vel in operatione conſiſtere. ¶ Secundo probatur concluſio principalis ſic. relatio proprie dicta non eſt noua ſine nouitate alicuius abſoluti prioris. & hoc in ſubiecto, vel in termino. Operatio autem poteſt eſſe noua ſine nouitate cuiuſcunque alterius prioris abſoluti in ipſo operante. ſine etiã cuiuſcunque alterius abſoluti nouitate in termino. igitur operatio non eſt præciſe relatio ꝓprie accipiẽdo relationẽ. igiť &c. Maior ꝓbať. Tũ p philoſophum. 5. phy. vbi negat motũ in ad aliq̃d. & expreſſius in 7. vbi vult ꝙ ad virtutẽ & malitiã non eſt altera-

Marginal notes: Quære ockam quo. 1. q. 18. — Bar. vide 49. diſt. 4. — c. 8. — C. 9. & inde. — c. 7. et 8. et inde. — t. c. 51. — t. c. 15. — t. c. — 1. trin pen. — t. c. 10 — t. c. 1? — t. c. 1?

tera-

teratio,quia ſunt ad aliq.d. hæc autem quæ ad aliquid neque generationes ſunt,neque generatio eſt ipſorum, neque alteratio oĩno.hęc ille.Tum per ratio nem,quia relatio proprie dicta neceſſario ſequitur extrema ſimul poſita,& ita nõ poteſt eſſe noua ſine nouitate alicuius extremi. ¶ Minor probať quantũ ad primam partem , quia illud quod exit de potentia accidẽtali ad actum,non recipit aliquã formam nouam priorem ipſa operatione,quia tunc nõ fuiſſet prius in potentia accidentali,ſed eſſentiali. ¶Secunda pars minoris eſt manifeſta.patet eñ ꝙ nihil abſolutum aduenit viſibili.qñ vř actu,nec intelligibili,qñ intelligitur actu, & ſimiliter de alijs.¶Præterea omnis relatio realis fundamentum ſuũ proximum,vel rationem fundãdi proximam neceſſario conſequitur,vel concomitatur,& hoc poſito termino.Nunc autem ipſam potentiam operatiuã non neceſſario cõcomitatur relatio actualis ad obiectum, igitur ipſa potentia non eſt proxima rõ fundandi talem relationem. igitur ſi ponatur aliqua rľo actualis operantis ad obiectum,oporteret dare ſibi pro fundamento vel ratione fundandi proxima aliquid poſterius ipſa potẽtia , & quaſi medium inter ipſam potentiam & illam relationem,tale quid non videtur poſſe poni,niſi ipſa operatio.Nunc autem illud quod eſt proximũ fundamentum relationis , vel proxima ratio fundandi eam, aut eſt abſolutum iuxta illud. 7.de tri.c.1.Omne quod relatiue dř eſt aliquid excepto relatiuo.aut ſaltem non eſt præciſe illa relatio, cuius eſt fundamentum, vel ratio fundandi. igitur operatio non eſt pręciſe relatio operantis ad obiectum , & pari ratione operatio non eſt pręciſe aliqua relatio. ¶Ex hac cõcluſione ſic probata, concludiť vlterius propoſitũ ſic.ſi hæc operatio eſſet præciſe reſpectus,tũc eſſet relatio,quia reſpectus quẽ Philoſophus concedit aliquo modo cõuenire operationi, eſt proprie de gñe relationis, & pertinet ad tertium modum relatiuorum,vt patet ex.5.meta.cum igitur operatio non ſit præciſe relatio ,vt probant rõnes iã poſitæ,ſequitur ꝙ non ſit præciſe reſpectus , & per conſequens eſt ibi aliqua entitas abſoluta,qđ eſt propoſitum in iſto articulo. t.c.20.

DE SECVNDO articulo principali tria ſunt videnda. ¶Primo,arguitur ꝙ in operatione neceſſario eſt aliqua relatio realis ad obiectum. ¶ Secundò dicetur qualiter hoc ſit intelligendum. ¶ Tertio videbitur de rõnibus ad iſtud probãdũ poſitis. ¶ Primum oñditur tripľr. & hoc correſpõdenter triplici probationi poſitę in primo articu. ¶Primo ex rõne perfectionis, ꝗ fuit medium in prima ratione, arguitur ſic. vltima & ſumma perfectio naturæ operatiuæ nõ poteſt eſſe ſine reali relatione ad obiectum perfectiſſimum circa quod ipſa nata eſt operari. Operatio autem eſt ſumma perfectio talis naturæ. igiť &cę. maior probatur, quia ſi ſumma perfectio naturæ viuæ diceretur aliquid,vt eſt ad ſe, ipſa ſubſtantia rei hoc modo eſſet ſumma perfectio , quia ſubſtantia eſt perfectior quocũque ſuo accidente ſecundum Ariſt. 7. met. t.c.4.

Si igitur concedatur beatitudinem creaturæ eſſe accidens illi naturæ beatificabili, & cũ hoc ſummam eſſe eius perfectionẽ. hoc non põt poni, vt eſt aliquid ad ſe, ſed præciſe inquantũ connectit ſiue coniungit fini vltimo ſimpliciter.ſ. obiecto extrinſeco quod per ipſum attingit. ipſa igitur relatio ad ipſum obiectũ eſt formalis ratio, propter quam beatitudo dicitur ſumma perfectio.

¶Cõfirmat hoc per illud Augu.13.de tri.c.5.vel.15.vbi alijs diffinitionibus beatitudinis reprobatis, concludit quaſi pro vera diffinitione. Beatus igitur non eſt, niſi qui habet oĩa, q̃ vult, & nihil mali vult. ¶ Ex hoc arguitur, q̃n in concretis eſt prędicatio per ſe. primo modo, ſequitur ꝙ abſtractum prædicatur de abſtracto, patet in exemplo, album eſt coloratum per ſe primo, & per conſequens non ratione ſubiecti, ſed ratione formæ, & ideo hęc eſt vera. albedo eſt color, igitur ſi hęc eſt vera. primo mõ beatus hẽt quicq̃d bene vult. ſequitur ꝙ beatitudo eſt (vt ita dicam) habitio cuiuſcunque bene voliti. nunc autem habitio, vel habere vr̃ per ſe importare relationem. ¶Præterea. iuxta ſecundum mediũ. ſ. de nouitate abſoluti arguitur ſic. Ad formam abſolutam nouam poteſt eſſe per ſe mutatio. Ad operationem, puta intelligere, vel huiuſmodi non poteſt eſſe per ſe mutatio. igitur &c. maior probatur, quia forma abſoluta põt acquiri ſubiecto non tm̃ per accidens.ſ. ad acquiſitionem alterius, ſed per ſe propria acquiſitione, quia põt primo p ſe ſuccedere ſuæ propriæ priuationi. minor probatur per philoſophum.7.Phy dicentem, neque in intellectiua parte animæ eſt alteratio, ſciens enim maxime ad aliquid dicitur, & multa ibidem tam in litera philoſophi, q̃ in commento videntur eſſe ad hanc intentionem. ¶ Præterea, iuxta tertium medium, ſ. de diſtinctione relationis & fundamenti eius arguitur ſic. In cuius ſubſtantia eſt relatio illud non eſt aliquid abſolutum, ſed in tertio modo relatiuorum in ſubſtantia vnius extremi.ſ. menſurati eſt relatio. operatio enim refertur ad obiectum illo tertio modo. igitur &c. maior probatur, quia abſolutum non includit in ſua ratione eſſentiali relatiuum, quia tunc eſſet p ſe ad alterum per illum reſpectũ incluſum, & eſſet per ſe non ad alterum, ſed ad ſe, quia ponitur abſolutum. minor patet p commen. 5. met. vbi vult, ꝙ in tertio modo relatiuorum relatio eſt in ſubſtantia alterius extremi tantum, ſicut in ratione intellectus, & non in ratione intellecti, vel intelligibilis. relatio inquit non eſt in ſubſtantia intellecti, ſicut eſt in ſubſtantia intellectiua, igitur &c. Ibi etiam illud verbum philoſophi idem bis diceretur. exponit ſic. intellectus nõ refertur ad intelligẽtem, ſed ad intellectum. quia ſi ita eſſet, tũc intellectus conſtitueretur per intelligentem, & videtur eſſe econuerſo, ex quo ſequeretur quod illud quod conſtituitur per aliud conſtituat illud ſicut ipſe arguit, quod intellectus ſi diceretur ad intelligentem conſtitueretur per ipſum, ita intelligit, quod conſtituitur per intelligibile ad quod dicitur,

Vt inquit phi.4 topi. c.15.

t.4.

Com.

tur, non autem conſtitueretur per illud, ſi eſſet in ſe aliquod abſolutum.

CIRCA SECVNDVM in iſto articulo diſtinguo de operatione,& eſt diſtinctio manifeſtior in actu cognoſcendi. poteſt tamen poni forte in actu appetendi.¶Aliqua ergo cognitio eſt per ſe exiſtētis, ſicut quę attingit obiectum in ſua ꝓpriá exiſtentia actuali. Exēplum de viſione coloris & communiter in ſenſatione ſenſus exterioris. ¶ Aliqua ēt eſt cognitio obiecti, non vt exiſtentis in ſe, ſed vel obiectum non exiſtit, vel ſaltem illa cognitio non eſt eius, vt actualiter exiſtentis. Exēplū, vt imaginari rem, qñ nō exiſtit, ſicut qñ exiſtit.¶Conſimilis diſtinctio ꝓbari pōt in cognitione intellectiua. hoc probať primo,quia patet ꝙ aliqua poteſt eſſe intellectio non * exiſtentis. aliqua ēt pōt eſſe obiecti exiſtē tis vt exiſtentis ,quia talē habebit beatus de obiecto beatifico, alioquin poſſet aliquis eſſe beatus in obiecto. eſto p impoſſibile,ꝙ ipſum nō eſſet exiſtēs, de quo dr hre claram viſionem, ſiue facialem, pp hoc ꝙ actus eius cognoſcendi tendit in illud,vt in ſe pñs in propria exiſtentia actuali.¶Secundo probatur idem, quia quicquid eſt perfectionis in cognitione, magis poteſt competere cognitioni intellectiuæ,q̄ ſenſitiuæ. nunc aūt poſſe attingere obiectum in ſe realiter perfectionis eſt vbi non vileſceret potentia attingentis propter imperfectionem obiecti. ergo intellectus poteſt hre actum quo ſic attingat obiectū in ſua reali exiſtentia, ſaltem illud obiectū quod eſt nobilius tali intellectu vel æque nobile. Et ſi concedatur de intellectu noſtro,ipſum.ſ.poſſe habere talem actum cognitionis,quo attingat rem vt exiſtentem in ſe, pari ratione pōt hoc concedi de quocunq; obiecto, quia intellectus noſter eſt potentialis reſpectu cuiuſcunque intelligibilis.¶Contra iſtam diſtinctionem arguitur primo per hoc,ꝙ intellectus noſter in cognoſcendo abſtrahit ab hic & nnnc, & pari rōne ab oī conditione exiſtentis, vt exiſtentis. igitur non competit ſibi aliquid per ſe intelligere,vt exigens.

¶Præterea .ſi ſint duæ tales intellectiones poſſibiles intellectui noſtro, tunc pari ratione eiuſdem obiecti poterunt eſſe duæ tales. ¶ Quæro tunc quomodo diſtinguerentur,non numero tm̄, quia duo accidentia eiuſdē ſpēi non pñt eſſe in eodē ſubiecto ſimul.nec ſpē, quia ſiue actus cognitionis accipiat ſpēm a potentia, ſiue ab obiecto, cum hic ſit eadē potentia, & idem obiectum, non poterit poni dña ſpecifica. ¶ Ad primū illorum dici pōt ꝙ diſtinctio q̄ poniť cōiter inter cognitionē intellectiuam, & ſenſitiuam ex parte obiecti, puta ꝙ intelligimus vniuerſale, ſentimus ſingulare,& quæcunq; diſtinctio alia iſti correſpondens non dēt intelligi tanq̄ inter potentias diſperatas ex æquo, ſicut eſt diſtinctio viſus in videndo colores,ab auditu in audiendo ſonos, ſed debet intelligi diſtinctio intellectus a ſenſu,ſicut potentiæ ſuperioris cognitiuæ ab aliqua cognitiua ſubordinata ſibi,& per conſequens,quod potentia ſuperior pōt cognoſcere

Margin: ſu . | ſ.mi. tex. non hnt commēū.

aliquod obiectum, vel ſub aliqua ratione quod obiectũ, vel ſub qua ratione potentia inferior, non poteſt cognoſcere, nõ tñ oportet econuerſo, ꝙ inferior poſſit aliquod obiectum, vt ſub aliqua ratione cognoſcere, quin ſuperior poſſit ẽt perfectiori modo obiectum illud cognoſcere, & ſub eadem ratione cognoſcibilitatis ex parte obiecti, & ſic põt concedi, ꝙ intellectus poteſt cognoſcere obiectum, non vt hic & nunc, quia ſub rõne quiditatiua abſoluta, ſenſus aũt non põt ſic cognoſcere obiectum, quia eſt virtus limitata ad cognoſcendum ipſum ſub rõne exiſtentis, ſed nõ propter hoc intellectus determinatur ad cognoſcendum obiectum ſub modo oppoſito, quia indifferens eſt ad cognoſcendũ ipſum ſub vtroque modo. ¶ Ad ſecundum concedi põt, ꝙ ſint duæ cognitiones eiuſdem obiecti ſimul, ſic ꝙ nõ diſtinguatur obiectum ab obiecto, ſicut eſſentia ab exiſtentia, quia licet inter iſta ſit aliqua diſtinctio obiecti, tñ non ſufficiens ad propoſitum, quia ẽt ipſa exiſtentia põt cognoſci cognitione abſtractiua, ſicut enim eſſentiam, ſic exiſtentiam poſſum intelligere, licet non ſit realiter extra intellectum. dicentur igitur cognitiones * diſtinctæ, & hoc ſm ſpeciem propter rationes formales motiuas hincinde, quia in cognitione intuitiua res in propria exiſtentis eſt per ſe motiua obiectiue, in cognitione autem abſtractiua eſt per ſe motiuum aliquid in quo res habet eſſe cognoſcibile, ſiue ſit cauſa virtualiter continens rẽ, vt cognoſcibilem, ſiue ſit effectus, puta ſpecies vel ſimilitudo repræſentatiue continens ipſum cuius eſt ſimilitudo. ¶ Iſta diſtinctione actus cognoſcendi ſuppoſita, poteſt dici ꝙ primus ſ. qui eſt rei exiſtentis in ſe neceſſario, hẽt annexam relationẽ realem & actualem ad ipſum obiectum, & rõ eſt, quia nõ poteſt eſſe talis cognitio, niſi cognoſcens habeat actualr̃ ad obiectum talẽ habitudinem, quæ neceſſario requirit extrema in actu, & realiter diſtincta, & quæ ẽt naturam extremorum neceſſario conſequitur. ¶ In ſpeciali autem vr̃ eſſe duplex rl̃o actualis in iſto actu ad obiectum. ¶ Vna poteſt dici relatio menſurati, vel verius menſurabilis ad menſuram. ¶ Alia poteſt dici relatio vnientis formaliter in ratione medij ad terminum, ad quem vnit. & iſta relatio medij vnientis ſpecialior nomine poteſt dici relatio attingentiæ alterius vt termini, vel tendentiæ in alterum, vt in terminum. ¶ Iſta autem diſtinctio duarum relationum. ſ. menſurabilis ad menſuram, & attingentiæ ad terminum, ſatis videtur eſſe manifeſta, quia vtraque ab altera ſeparari poteſt, ſicut in eſſentijs ſuperior habet rationem menſuræ reſpectu inferioris, nec tamen ſemper inferior habet reſpectu ſuperioris relationem attingentiæ de qua loquimur. Actus etiam voluntatis, vel intellectus totaliter cauſantis obiectum, vr̃ hr̃e relationem tendentiæ reſpectu eius vt termini intellectionis, vel volitionis, ſiue iſta relatio ſit realis ſiue tãtum rationis, non tamen talis intellectio, vel volitio habet reſpectu talis obiecti relationem men-

B. de hac cognitioni duplici vide 3. di. 2. p. 196. co. 2. q. 9.

ſ. d mat.

menſurabilis, ſed magis relationem menſuræ. ¶ De prima relatione. ſ. menſurabilis loquitur Ariſto. 5. met. quod illa proprie pertinet ad tertium modum relatiuorum. ¶ Vbi ſciendum eſt, ꝙ aliquid*menſurari eſt intellectum de eius quantitate determinata per aliud certificari, ita quod menſurari importat reſpectum ad intellectum, cui fit certitudo, & ad menſuram per quam fit certitudo. prima non eſt realis, ſicut, nec ſcibilis ad ſcientiam. ſecunda eſt cauſati non in eſſe, ſed in cognoſci ad cauſam in cognoſci, & hæc eſt relatio realis, quantum eſt ex parte dependentiæ cauſati ad cauſam, quæ dependentia eſt ratione extremorum, & non tm̄ p actum intellectus comparantis hoc ad illud: tamen quia iſta habitudo dependentię non quidē ipſius cognitionis ad cām cognitionis, quæ bene eſt realis, ſed dependentiæ obiecti, vt cogniti ad obiectum, vt per quod cognoſcitur, eſt inter extrema, non vt hn̄tia eſſe reale, ſed tantum vt habentia eſſe cognitum, ideo iſta habitudo non eſt ſimpliciter realis. nec tn̄ eſt ita pure relatio rōnis, ſicut eſt illa, q̄ eſt vniuerſalis ad ſingulare, vel illa quæ eſt contradictorij ad contradictarium. puta Ariſ. non dicit relationem in tertio modo eſſe menſurati ad menſurā, ſed eſſe mēſurabilis hoc eſt apti nati menſurari ad menſuram, hoc eſt aptam natam menſurare, quod ſic pot eſt intelligi. ſicut enim ex dictis patet. menſurari actualiter, eſt actualiter dependere in cognoſci, ita, menſurabile dicit aptitudinalem, vel potentialem dependentiam in cognoſci, vel dicit dependentiam in cognoſcibilitate, vnum quodque autem ſe habet ad cognoſcibilitatem ſicut ſe habet ad entitatem. igitur per menſurabile intelligitur illud ſubſtratum, rōne cuius hoc eſt menſurabile, & illud eſt entitas cauſata, vel participata, vt ſic in tertio modo relatiuorum per hoc, quod eſt aliquid dici, vt menſurabile ad menſuram intelligiꝛ dici tanquam dependens in entitate ad illud, a quo participat entitatem, vt ſic ſit relatio ſimplici er realis ex parte menſurabilis in hoc tertio modo, quia illud intelligitur ens per participationem, vel imitationem reſpectu alterius. ¶ Vlterius ad propoſitum cum aliquid poſſit multipliciter participare perfectionem ab alio actus cognoſcendi, ſic participatiue ſe habet reſpectu obiecti, ſicut ſimilitudo reſpectu cuius eſt, non dico ſimilitudo per communicationem eiuſdem formæ, ſicut eſt albi ad album, ſed ſimilitudo per imitationem, ſicut eſt ideati ad ideam. ¶ Secundus actus cognoſcendi, qui. ſ. nō eſt neceſſario exiſtentis, vl exiſtentis, non neceſſario habet relationem realem actualē ad obiectum, quia relatio realis actualis requirit per ſe terminū realem, & actualē, tn̄ iſte ſecundus actus pōt poni hr̄e ad obiectū relationē realē potētialē, & hoc primā, de qua in præcedēti mēbro dictum eſt. ſ. menſurabilis vel dependentiæ, non aūt ſecundam. ſ. vnionis, vel attingentiæ, pōt ēt iſta cognitio hr̄e ad obiectum relationē rationis actualem, ſed illam neceſſario requirit ad hoc, quod ſit ipſius obiecti.

1 2. met. t.c.4.

ęti. ¶Sunt ergo hic quatuor declaranda. ¶ Primum, quod cognitio abſtractiua habet relationem realem potentialem & aptitudinem. ſ.menſurabilis ad obiectum etiam non exiſtens. Hoc probatur, quia illud quod habet relationem actualem ad terminum exiſtentem, & quantum eſt ex parte ſui ſemper vniformiter ſe hēt ad illum, hēt relationem aptitudinalem ad illū terminum, qn̄ non eſt exiſtens, operatio eſt hmōi, quia eſt aliquid menſurabile per obiectū, hoc eſt aptum natum in entitate ſua dependere ad obiectum, hoc in ſpeciali tali dependentia qualis eſt eius quod eſt ſimilitudo per imitationem vel participationem ad illud cuius eſt ſimilitudo. hęc omnia quantum eſt ex parte fundamenti eſſent in actu, ſi terminus eſſet in actu ¶Secundum, ſcilicet de relatione attingentiæ ad terminum qui attingitur, poteſt dici, quod cognitioni abſtractiuæ non conuenit talis relatio realis, potentialis, vel aptitudinalis. Probatur, quia non conuenit fundamento, quantum eſt ex parte eius, nec ſibi competeret in actu ſi terminus poneretur in actu, quia terminus non eſt natus per illum actum attingi vt actu exiſtens. ¶ Tertium.ſ.de relatione rationis in cognitione abſtractiua poteſt dupliciter intelligi ¶Vno modo ſic.quando terminus non habet eſſe reale.ſed tm̄ eſſe in intellectu, tunc ad ipſum non pōt eſſe, niſi relatio rationis, quia non pōt relatio verius habere eſſe, quam terminus ad quem eſt, nunc autē obiectū, quod terminat cognitionem abſtractiuam, non oportet hr̄e niſi in intellectu. igitur &c. ¶ Alius pōt eſſe intellectus talis, actus intelligendi obiectū abſtractiue pōt intelligi actu reflexo. cum enim iſta intellectio ſit ſimilitudo naturalis obiecti per obiectum cognitum, poteſt illa cognoſci reflectendo, & intellectus ſic cognoſcens iſtam cognitionem poteſt comparare ipſam ad obiectum, ipſa aūt ſic comparata per actum intellectus refertur ad relationem rationis. ¶Inter iſtas duas relationes rationis vna eſt differentia, nam ſecunda ſicut poteſt eſſe obiecti non exiſtentis, ſic poteſt eē cognitionis nō exiſtētis. ſi tm̄ illa cognitio ſit intellecta, & ꝑ intellectum comparata. prima autem relatio non poteſt eſſe niſi actus exiſtentis, & non vt obiecti cogniti per aliquem actum reflexum, nec per intellectum comparati. ¶ Ex hac differentia ſequitur alia. ſ. ꝙ ſecūda relatio eſt rationis, quantum eſt ex parte vtriuſque extremi. Prima quantum eſt ex parte obiecti, eſt rationis. quantum aūt eſt ex parte actus, eſt realis, quia vr̄ ſequi naturam actus, & non tantum competere illi actui in obiecto intellecto, vel comparato. ¶ Contra hoc. ens reale non requirit tanquam ad naturam eius conſequens vel concomitans aliquod non reale. igitur actus cognoſcendi realis nō hēt relationem rōnis conſequentē ipſum ex natura ſui. ¶ Reſpondeo, per actū cognitionis, obiectum hēt eſſe cognitiuum, & iō poteſt naturam actus ſequi aliqua habitudo, quæ ſit ad obiectum vt hn̄s tale eſſe. ¶ Ex hoc patet quartum, qūo.ſ.relatio rōnis neceſſario concomitat̄. quia

hoc

hoc verum eſt de prima relatione rationis: nam ſine ſecunda poſſet cognitio ipſa eſſe, ſicut actus rectus ſine reflexo conſequente, & multo magis poſſet obiectum terminare actum illũ abſque hoc, & haberet relationẽ rationis ad actum, ſecunda contingenter cauſatur poſt actum intellectionis rectæ. igitur non fuit in obiecto neceſſaria ratio terminandi illum actum.

NVNC TERTIO in iſto articulo reſpondendum eſt ad argumenta facta in prima parte huius articuli, pro quanto videntur minus concludere.

¶ Ad primum concedo, ꝙ operatio quæ eſt vltima perfectio naturæ operantis neceſſario habet annexam relationem, puta ſi loquamur de operatione beatifica hominis vel angeli, iſta neceſſario eſt exiſtentis, vt exiſtentis: quia ſi ſit cognitio, eſt intuitiua, ſi ſit volitio, eſt neceſſario cõcomitans intuitionem. ¶ Sed cum dicitur, ꝙ ipſa eſt vltima perfectio præciſe inquantũ connectit cum obiecto. dico ꝙ vltima perfectio poteſt intelligi, vel aliqua ſumma perfectio per ſe vna, vel perfectio integrata ex illa, & omnibus neceſſario concomitantibus. ¶ Primo modo dico, ꝙ operatio eſt vltima perfectio, & eſt ſimpliciter pfectior quocunque concomitante ipſam, etiam illa relatione, quã formaliter importat cõnexio, quia ſi poſſem habere operationem beati, ſine illa relatione eſſem beatus, nõ autem eſſem beatus ſi haberem relationem ſine operatione. Iſtud patet de beatitudine Dei, quæ formaliter cõſiſtit in operatione ſm illud philoſo-
1. phi. 12. Meta. vbi de eo loquens ait. Si nõ intelligat quid eſt inſigne, & venerabile, ſed ſe habet quemadmodum, ſi dormiens: ſiue intelligit, & non eſt hoc qđ ſua inteligentia, ſcilicet actualis intellectio non eſt vtique optima ſubſtantia, & probat conſequentiam. per intelligere enim ei honorabile ineſt, & tamẽ beatitudo eius non requirit relationem rationis inter operationẽ, & obiectum, quia ſi poſſit intellectus eius comparare actũ ſuũ ad obiectũ, tñ iſta cõparatio, ſiue relatio rõnis nõ includitur in ipſa operatione, q̃ operatio ſm ſe eſt beatifica. non.n.vr̃ rõnabile quod magis Deus ſit beatus formaliter aliqua operatione includente relationẽ rõnis, q̃ beatitudo angeli includat aliquã talẽ relationẽ. beatitudo tñ creata neceſſario requirit relationẽ ad obiectum, ſed realẽ, & hoc quia non poteſt habere maiorẽ vnitatẽ cũ obiecto, quã vnitatẽ relationis. operatio aũt Dei habet cũ obiecto verã vnitatẽ, & idẽtitatẽ, & ideo ibi nulla requiritur relatio ad hoc vt ipſa ſola & abſoluta ſit plene beatifica. ¶ In hoc patet vna excellentia beatitudinis diuinæ ſuper creatam. quia illa vt abſoluta, eſt plene vltimum bonum eius. beatitudo creata non eſt vltimum, niſi cum relatione annexa. ¶ Quando igitur dicitur, ꝙ eſt vltima perfectio inquantũ præciſe connectit cum obiecto. Reduplicatio iſta põt intelligi fieri, vel ratione relationis, vel ratione fundamenti proximi. primo mõ negandũ eſt, q̃a ipſa formalis rõ relationis non eſt ſibi rõ eſſendi vltimam perfectionem, ſecundo mõ cõcedẽdum eſt, ꝙ inquantũ cõnectit, hoc

hoc eſt inquantũ eſt fundamentum proximũ cõnectens, ſic eſt perfectio vltima. ¶Per idem patet ad illã confirmationẽ. Beatus eſt qui habet, &c ſi.n. habere intelligatˀ ſibi importare relationem. tunc vel eſt deſcriptio ꝑ illud quod neceſſario concomitatur operationẽ beatificam. vel hoc nomen beatitudo non importat præciſe abſolutum. ſed cũ reſpectu ad obiectum. Si autem per habere intelligatur operatio, qua obiectum habet iuxta illud Auguſt. 83. q. q. 35. habere Deum nihil aliud eſt niſi noſce, tunc habere beatificum non importat per ſe relationem, ſed illa tantummodo concomitatur. ¶Contra hoc, non eſt contradictio abſolutum ſeparari a relatione, ſicut prius a poſteriori, & maxime quando non eſt relatio dependentiæ eſſentialis, igitur ſi operatio beatifica ſit abſoluta, poſſet per potentiam diuinã ſeparari a relatione illa. & tunc eſſet beatus, non tamen connexus obiecto. ¶ Præterea poſterius generatione eſt perfectius ſecundum philoſophum. 9. Meta. ſed relatio ſi eſt aliud ab operatione abſoluta, eſt poſterior generatione, igitur &c.

t.c.13. ¶ Ad primum alibi. Poteſt di

Additio. ci ſicut etiam in 4. diſt. 49. doc. dicit quod licet beatitudo non includat eſſentialiter reſpectum attingentiæ ad obiectum, neceſſario tamen requirit vt ſit ꝑfecta & completa beatitudo, iõ habens operationem illam ſine tali relatione non eſſet vere, & complete beatus. Quære in 4. diſtin. 10. quæſtione finali. & hic ſupra diſtinguendo de vltima perfectione ad illud argumentum. ¶ Ad ſecundum illa propoſitio philoſophi debet intelligi præcedendo in eodem ordine, quia ſi in alio ordine vel genere ſit aliquid poſterius generatione, non oportet, quòd ſit perfectius, ſic enim accidens eſſet perfectius forma ſubſtantiali, & tantum iſto modo eſt ratio poſterior abſoluto, non enim in eodem ordine aduenit tanquàm proprium complementum abſoluti, ſed abſoluto in ſe habente propriam perfectionem completam ex illa perfectione conſurgit relatio.

¶Ad ſecundum argumentum quod accipitur ex. 7. Phyſi. ſi diceretur ꝙ Ariſto. omnis illa dicit non ſecundum opi. propriã ſed ſecundũ opi. Pla. videtˀ poſſe haberi ex Commentatore. vbi in fine commenti Ariſt. inquit, intelligi in hoc loco non ꝙ hæc ſit opi. eius, ſed intendit declarare vim opinionis huius. hęc ille. Sententia etiam in ſe videtur illa quam imponit Auguſt. Pla. in 12. de tri. & Ariſto. primo poſterio. ſcilicet quòd addiſcere non ſit niſi reminiſci. ait enim ſic. Acquirere cognitionem in principio non eſt generatio, neque alteratio, homo enim fit ſciens & intelligens quãdo anima queſcit & firmatur, quemadmodum quando ſurgit a ſomno. Et commentator exponit, & in alia tranſlatione apparet illa eadem ſententia, ꝙ non mutatur anima in prima acceptione ſciẽtiæ, ſicut nec mutatur quando poſt impedimentum ſomni, vel ebrietatis poteſt vti ſcientia qua prius non potuit vti. ¶Tñ poteſt aliter dici ꝙ ſi Ariſto. iſta dixerit ſecundum propriam opinionem, hoc fuit ꝙ motum & mutatio nẽ non dixit ꝑ ſe eſſe ad ali

quam

quam formam niſi quæ poteſt propria acquiſitione acquiri, & ideo ad nullam formam dixit eſſe motum, quę tm̄ acquiritur alia acquiſita, ſicut eſt de relatione. vnde vult ibi ꝙ in qualitatibus illis non eſt alteratio quæ fiunt cum quædam alterantur, hoc eſt cū alteratio fit in alijs, denſata enim aut rarefacta &c. & poſt. Sicut ſanitas frigidorū & calidorum commenſuratio quædam eſt, & ideo ſanitas non eſt proprius terminus alicuius alterationis, ſed aliqua alia alteratio terminatur ad aliquem gradum calidi, vel frigidi, & tūc ipſum eſt commenſuratum alijs qualitatibus corporis, & ſic eſt ſanitas. Si autem hoc eſſet manifeſtum. ſ. ꝙ ſcientia vel actu conſiderare eſſet ſola relatio, ſatis pateret ꝙ ſecundum intentionem Ariſto. ad illam non eſſet mutatio vel alteratio. ſed probatum eſt in primo articulo ꝙ operatio non eſt ſola relatio, & pari ratione vel maiori nec habitus ſcientiæ. Vnde videtur aliquid vltra addendum. ſ. quod Ariſto. non concedit alterationē eſſe ad aliquam qualitatem. niſi quæ poteſt primo acquiri ſic, ꝙ ipſa non tantum conſequatur ꝑ accidens ad formam inductā ſicut relatio, ſed nec eius inductio neceſſario ſequatᷣ inductionē alicuius formæ prioris. & tunc iſta concluſio eius non eſt vera, niſi de alteratione immediata primo alteranti in illo ordine, & ſic ad ſcientiam, vel conſiderationē non eſt aliqua altetio immediata primo alteranti illo ordine, quia primum tale eſt obiectum extra. cognitio autem in intellectu non immediate cauſatur ab obiecto, *vt extra, ſed ab aliquo intra, quia intelligimus, cum volumus, non autē ſentimus, cum volumus. 2. de anima. quia ad intelligendū habemus obiectum intra, ad ſentiendum requiritur obiectum extra. ꝙ autem intelligat de tali alteratione, de qua dictum eſt probatur, quia parum ante concedit ſenſum alterari dicens, & ipſi ſenſus alterantᷣ, patiuntur. n. actio enim ipſorum motus eſt per corpus patientiæ aliquid ſenſu, hic autem negat partē intellectiuā alterari, & videtur aſſignare pro ratione, quia notitio intellectiua accipitur non immediate ab obiecto extra, quod non eſt primū alterans in iſto ordine, ſed mediante cognitione ſenſitiua. vnde ad probādum, quòd nulla mutatio eſt ad ſcientiam ait. ex ea. n. quę ſecundum partem experientia vniuerſalē accipimus ſcientiam. Et ſic illud verbum ibidem ſciens maxime ad ad aliquid dicitur. debet intelligi ſic. ad aliquid. i. ad obiectum intra, & non immediate ad obiectū extra, ꝙ eſt primū alterans. & iſta concluſio ſic particulariter intellecta de alteratione prima ſufficit ad propoſitum ſuū ibi, quia concluſionem illam. ſ. ꝙ mouens & motū ſimul ſunt, intendit probare inductiue in ſingulis motibus ſpecialiter in alterationibus, videtur habere inſtantiam de illis qualitatibus quæ non immediate inducuntur a primo alterante, quia ibi alterantur, & ſi ſimul fit cum proximo alterante, non tamen cum primo in illo ordine, de quo manifeſtius eſt ꝙ ipſum ſit alterans. ¶ Tertio modo poſſet dici, ꝙ dictum Ariſto. eſt intelligendum de alteratione quę eſt mo-

t.c.55. & 60. vide 13. de anima. ca. 8. & alibi.

t.c. 18.

t.c.19.

t.c.20.

t.c.11. & [illegible]

motus,vel ſi eſt indiuiſibilis, eſt mutatio terminatiua, vel continuatiua motus, vel ſaltem quæ eſt ſubiecti mobilis vel mutabilis,& ab aliquo agente naturali,nullum iſtorum inuenitur in parte intellectiua, quia ipſa eſt indiuiſibilis, & ita non ſuſceptiua motus,qui requirit ſubiectũ diuiſibile.ipſa etiam, quia indiuiſibilis, ideo non eſt localiter præſens alicui agenti naturali, quia non replet locum. agens autem phyſicum nõ eſt actiuũ, niſi in paſſum ſibi localiter præſens, ſenſus autem per oppoſitum poteſt dici alterari, & quia ibi compoſitum quantum recipit, & quia ab agente naturali cui eſt localiter præſens. ¶ Iſtud tertium dictum videtur ſatis verum,ſed non videtur poſſe haberi ex textu Ariſtotelis ibi. ¶ Ad tertium poteſt dici ꝙ in tertio modo relatiuorum ſic conceditur relationem eſſe in ſubſtantia alterius extremi tantum, ſicut in duobus primis modis cõceditur relationem eſſe in ſubſtantia vtriuſque extremi, vnde dicit ibi commentator, relatio eſt duobus modis, aut relatio eſt in ſubſtantia vtriuſque extremi relati,aut in ſubſtantia alterius tantum,nunc autem in duobus primis,modis non includitur relatio eſſentialiter in vtroque extremo, immo vtrumque ſecundum ſe eſt abſolutum, ſed dicitur ibi relatio eſſe in ſubſtãtia vtriuſque extremi, vt in fundamento proximo, ſiue ratione fundandi, & ſic in tertio modo eſt tantum in ſubſtantia alterius extremi, hoc planius habetur in alia tranſlatione,vbi ſic habetur, ſecundum numerum, & potentiam dicta ad aliquid,hoc *ſ. noua.* eſt primo & ſecundo modis,omnia ſunt ad aliquid, eo ꝙ ipſum quod eſt alterius dicitur ipſum quidem,ſed non eo, ꝙ aliud ad illud. menſurabile vero & ſenſibile & itellectuale, eo ꝙ aliud ad ipſum dicitur,ad aliud dicũtur.vult dicere ꝙ relatiuum primis duobus modis per ſe dicitur ad aliud. & non tantum eo ꝙ aliud refertur ad ipſum. In tertio modo tantum vnum extremum eſt per ſe fundamentum relationis, reliquum vero dicitur ad aliud ſolum, quia * aliud eſt eius. *a. l. quia* ¶ Hic breuiter dici poteſt,ꝙ hic eſt differentia iſtorũ modorum,quia in primis duobus eſt relatio mutua, ita ꝙ in vtroque extremo eſt ratio fundãdi relationem vnam,& ratio terminandi relationem aliam. In tertio modo eſt relatio non mutua,ſed ratio fundandi relationem,eſt tãtum in vno extremo, & in alio ratio terminandi eandem. ¶ Quod autem additur ibi de illo,ꝙ bis diceretur idẽ &c. poteſt Commentator ibi ſic intelligi.ꝙ aliquid dicatur conſtitui per illud,ad quod eſſentialiter dependet, licet illud non ſit intrinſecum illi, & ſic conſtituitur per illud quod eſt menſura eius.ſi igitur intellectus diceretur ad intelligentem,vt ad menſuram, conſtitueretur hoc modo per ipſum,ſed intelligens conſtituitur per intellectum vt per formam ſuam. igitur erit circulus in conſtitutionibus,licet nõ eodem modo conſtituendi, & hoc eſt impoſſibile, dum tamen vtrunque conſtitutum dependeat per ſe a conſtituente. quia non poteſt eſſe circulus in per ſe dependentijs, & hoc poteſt intelligi per illud dictum Commẽtato-

tatoris, ibi. Idem diceretur bis. & tunc idem erit cauſa & cauſatum eiuſdem, ſed facilius exponitur litera Ariſto. ibi ſecundū aliam tranſlationem, quia ſi intellectus diceretur ad intelligentem, vt ad menſuram, & cum dicitur ad intelligibile, vt ad menſuram idem vt menſurabile erit bis dictum, hoc eſt ad vtrūque duorum, vt ad menſuram, quod eſt inconueniens de duobus diſperatis .ſ. ꝙ vtrunque ſit complete menſura eiuſdem.

DE TERTIO articulo principali dico, ꝙ relatio poteſt tripliciter ſe habere ad abſolutum. ¶ Vno modo contingenter, & per accidens. vt ſimilitudo ad albedinem. ¶ Alio modo neceſſario, vt relatio creaturę ad Deū. ¶ Tertio modo ſecundum verā identitatem, ſicut in diuinis relatio perſonalis ſe habet ad eſſentiam, ſed non videtur, quòd poſſibile ſit amplior identitas, quæ proprie dicatur idētitas eſſentialis, quia nec relatio pôteſt eſſentialiter includi in abſoluto, quia idem eſſet eſſentialiter ad ſe, & eſſentialiter ad alterum, nec abſolutum & relatio poſſunt includi in aliquo ꝑ ſe vno, ſic per ſe vno, ꝙ ſit vnius generis, & ipſius ſit proprius conceptus per ſe vnus, & ꝙ ipſum ſit ꝑ ſe in vno genere, quia ſicut in rebus non poteſt fieri vnum per ſe ex diſtinctis, niſi illa ſe habeāt ſicut proprius actus, & propria potentia in eodem genere. vt patet per philoſophum 8. Meta. ſic non poteſt aliquid eſſe habens per ſe conceptum vnum, & cum hoc per ſe includens diſtincta, niſi conceptus vnius ſit per ſe potentialis, & alterius actualis per ſe determinans illum potentialem. relatio & abſolutū non poſſunt habere tales conceptus, quorum vnus ſit per ſe determinabilis, & alius per ſe determinans: quia ſi aliquis conceptus abſtractus ſit indifferens poteſt contrahi per conceptum abſolutum, quouſque ſit determinatiſſimus ſub genere relatiuo, neuter igitur eſt per ſe contractiuus, vel determinatiuus alterius, quia vterque ſine altero natus eſt habere conceptum determinatiſſimum in propria coordinatione. ¶ Ex his ad propoſitum in actu cognoſcendi de quo quæritur eſt aliqua entitas abſoluta, vt probatum eſt in primo articulo. ibi ēt eſt aliqua relatio, vt probatum eſt in ſecūdo articulo Et ex iſto vltimo habetur ꝙ abſolutum & relatiuum non poſſunt conſtituere aliquid per ſe vnum, nec ſaltem vnius generis, quod. ſ. habeat conceptum per ſe vnum. ¶ Ex his ſequitur, ꝙ actus cognoſcendi, vel non eſt aliquid per ſe vnum vnius generis, vel non per ſe includit illa duo, quæ probata ſunt ibi concurrere, videtur autem probata in primo articulo, ꝙ eſſentialiter includat abſolutum, & præcipue in prima ratione. igitur videtur ꝙ actus talis nō ſit eſſentialiter relatiuus, ſicut per ſe includens relationē, vel ſi dicatur, ꝙ eſt quoddm totum includens ambo illa, tunc non eſt aliquid per ſe vnum eſſentialiter relatiuum, ſed vnum per accidens eſſentialiter includens alteram partem, ſicut diceretur improprie, ꝙ homo albus eſt eſſentialiter albus. hoc enim improprie dicitur, quia nihil eſſentialiter proprie dicitur de eo, quod eſt in ſe quid vnum eſſen-

Vide. &. theþi..e. 10.

& r.

ſentialiter, ſicut nihil poteſt eſſe verum de eo, quod eſt in ſe falſum, ſicut eſt illud cuius ratio includit repugnātiam, quod quia non eſt in ſe poſſibile, ideo nihil dicitur de ipſo poſſibile. ſic in propoſito, quod non eſt per ſe vnū, nihil poteſt ei eſſe vere, vel
a.l.vnum. per ſe* idem. ¶ Si quæratur ſupponendo operationem eſſe per ſe vnam, & p conſequens vnius generis, ad quod genus pertinebit? Poteſt dici ꝙ per ſe eſt in genere qualitatis. hoc probatur diſcurrendo per genera. patet, ꝙ non eſt in genere ſubſtantiæ. & ſimiliter de omnibus alijs generibus præter quàm de qualitate, relatione, actione & paſſione. non eſt autem relatio, vt probatum eſt in primo articulo, nec actio, nec paſſio. probo primo p medium commune, illud. ſ. qđ poſitum eſt in in primo articulo, qa ſicut nulla relatio ita nec vlla actio de genere actionis nec paſſio de genere paſſionis eſt pfectio vltimo agentis vel operantis. hæc operatio eſt pfectio &c. ¶ Præterea. actio eſt tranſmutatio alterius inquātum alterum, ſicut potentia actiua ſecundum
T. c. 17. philoſophum. 5. Meta. eſt principium tranſmutādi aliud inquātum aliud. paſſio etiam eſt trāſmutatio ab altero inquantum alterum. operatio autem cognoſcendi, vel appetēdi nec eſt trāſmutatio alterius, nec tranſmutatio ab altero, quod licet videatur eſſe manifeſtum, tamen probari poteſt, quia tranſmutatio tam actiua, quàm paſſiua eſt neceſſario ad aliquem terminum accipientem eſſe iſta tranſmutatione, quia ſecundum terminū formalem paſſum ſe habet aliter nunc, quàm prius. operatio autem non eſt ad aliquem terminum accipientem eſſe per ipſam, immo eo modo quo habet terminum ad quem, nec eſt productiua termini ad quem, nec eductiua de potentia paſſi, nec inductiua in paſſum, ſed præſuponit terminum. omnis autem actio de genere actionis, vel eſt productiua termini vel eductiua, vel inductiua, immo eoipſo quo actio talis ponitur in diuinis, puta generatio vel ſpiratio, per ipſam aliquis terminus accipit eſſe. ſ. ſuppoſitum genitū, vel ſpiratum. ¶ Tertio ſic. agens actione de genere actionis nunquā eſt ſimpliciter perfectius p per illam, immo ex perfectione ſua complete agit communicando alteri perfectionē: nūc autem operatio eſt perfectio ſimpliciter operantis. relinquitur igitur tandem ꝙ illud abſolutum quod eſt in operatione ſit aliquid de genere qualitatis. ¶ Et ſi quæratur in qua ſpecie? Vno modo poteſt dici ꝙ diſcurrendo per ſpecies illius generis rationabilius videtur ponēdum ꝙ ſit in prima ſpecie, quia in nulla alia poteſt poni. patet de ſecūda & de quarta. de tertia etiam patet ſi in illa non ſit niſi qualitas ſenſibilis, ſicut videtur haberi in prædicamentis, & etiam T. c. quod videtur innui. 7. Phyſico. In illa etiam prima ſpecie videtur poni omnes qualitates ſpirituales ſiue ſint in eſſe quieto, ſicut ſunt operationes, niſi forte diceretur, ꝙ operationes pertinent ad tertiam ſpeciem qualitatis, & ꝙ ſint paſſiones ſpirituales, & ꝙ philoſophus mentionē ibi facit expreſſe de paſſionibus corporalibus, tanquam manifeſtioribus. Et per illas debent intelligi

telligi paſſiones ſpirituales, licet aũt in anima ſit diſtinguere operationẽ proprie dictã a paſſione cuiuſmodi eſt delectatio vel triſtitia in voluntate, quia operatio tendit quaſi in terminum operationis, paſſio autem quaſi a termino cauſatur in ſubiecto, ſicut triſtitia a triſtabili in volũtate. tamen in hoc conueniunt ſpiritualis operatio, & paſſio, qa vtraque eſt in fieri in ſubiecto, & pro tanto vtraque poſſet dici paſſio pertinens ad tertiam ſpeciem, quicquid autem dicatur circa hoc de prima ſpecie, vel tertia, hoc ſaltem videtur probabile, quod operatio ſit in genere qualitatis. ¶ Contra hoc videtur illud philoſophi. 9. Metaph. quorum inquit non eſt aliquod aliud opus pręter actionem, in iſtis exiſtit actio, vt viſio in vidente, & ſpeculatio in ſpeculante, hæc ille. Intentio ſua eſt diſtinguere inter actionem tranſeuntem & immanentem. vult igitur ibi ꝙ aliqua actio ſit immanẽs, ſicut exemplificat de viſione & ſpeculatione, tamen conſtat ꝙ iſtæ ſunt operationes, igitur operatio eſt actio ſecundum eum. Item philoſophus. 3. de anima intelligere quoddam pati eſt. Item. 10. Ethic. c. 2. dicit ſic. Nõ tamen ſi non qualitatum eſt delectatio, propter hoc neque bonorum: neque enim virtutis operationes ſunt qualitates, neque felicitas, hæc ibi. Item. 7. Phyſic. ſciens & cognoſcens dicuntur ad aliquid. vbi commentator, dignius eſtimatur eſſe de c. ad aliquid, quàm de qualitate.

¶ Præterea per rationem, abſolutum non diſtinguitur ſpecifice per aliquid extrinſecum, ſed per propriam drĩam intrinſecã ſibi, & abſolutam, nunc autem operationes diſtinguuntur ſpecifice per obiecta diſtincta ſpẽ, quia operationes circa diſtincta ſpecie magis diſtinguuntur quã operationes, quæ ſunt circa obiecta eiuſdem ſpeciei, iſtæ autẽ diſtinguuntur numero, igitur illæ habẽt maiorem differentiã ꝙ numeralem, & ita ſpecificam. ¶ Præterea operatio habet propriam perfectionem, & nobilitatem ab obiecto, vt videtur ſatis manifeſtũ. Et probatur per illud 10. Ethic. c. 4. ſm vnumquodq; optima eſt operatio optime diſpoſiti ad potentiſſimum eorũ quæ ſunt ſub ipſa, hoc eſt circa obiectũ optimũ talis operationis.

AD ISTA. ¶ Ad primũ operatio hẽt duas cõdõnes, in quibus conuenit cũ actione. ¶ Prima eſt, ꝙ ſemp eſt in fieri. nõ dico ſucceſſiuo, qa operatio eſt indiuiſibilis, ſed ſic in fieri, ꝙ in cõtinua dependẽtia ad cauſam eandẽ, & ſm idẽ ſicut dependẽtia rei conſeruatæ ad cauſam cõſeruantẽ, de qua dictũ eſt prius in quadã quæſtione habita de iſta materia. ¶ Secunda conditio eſt, ꝙ operatio tranſit in obiectum ſicut in terminum, licet non accipiat eſſe p ipſam. quia pſuppoſitum in ſuo eſſe, & pp iſtas duas conditiones poteſt operatio dici actio, ſicut propter iſtas ſignificatur grãmatice per verbũ actiuum, & propter eaſdẽ dr operatio actus ſecũdus, & ita iſta diſtinctio actionis ſic intellecta in tranſeuntẽ, & immanentẽ non eſt gñis in ſpecies, ſed vocis in ſignificationes, nã actio tranſiens eſt vera actio de gñe actionis, actio immanẽs eſt qualitas, ſed æquiuoce dr actio propter conditiones pdictas. ¶ Alio

mō pōt actio de gñe actionis diuidi in actionem immanentem, & tranſeuntem,ſicut ſuperius in inferiora . nam nō ſolum ad formam inductam per motum in paſſum aliud ab agēte eſt actio de gñe actionis, ſed ēt ad formā inductam per mutationem in ipſomet agente:illa enim forma abſoluta cum ſit noua eſt terminus alicuius actionis proprie dictæ,per quam accipit eſſe. quādo igitur forma terminans actionem eſt extra ipſum agens, tunc actio illa tranſit, quando vero forma illa eſt in ipſo agente, tunc actio eſt immanens. Diſtinctio iſtorum duorum modorum intelligendi actionem immanentem patet, quia illud quod ſecundum primum intellectum dicitur actio immanēs, hic dicit terminus actionis immanentis ſecundum alium intellectum,& quod in alio ſecundo intellectu dr̄ actio , cōiter intelligimus per hoc quod eſt elicere,qñ dicimus,ꝙ potentia elicit operationē,& per hoc qđ eſt dicere,qñ dicimus,ꝙ memoria ſiue ſuppoſitum per memoriam dicit verbum, & p ſpirare,qñ dicimus, ꝙ per voluntatem ſpirat quis amorem . ¶ Iſte ſecundus intellectus de iſta diſtinctione actionis immanentis,& tranſeūtis,licet ſit verus, non tamen eſt de intentione philoſophi, ſicut
8.4.14. primus, vt patet ex eo quod dicit. 9. Meta. non eſt aliud opus præter actionē, opus vocat operatum, præter autē illam actionem qua inducitur, vel educitur operatio eſt aliquod opus, hoc eſt terminus operantis, puta ipſamet operatio . Et ſequitur ibi. In iſtis exiſtit actio, vt viſio in vidente, vbi ſatis exprimit quòd viſionem vocat actionem immanentem , non autem aliquam aliam , cuius viſio ſit terminus . ¶ Ad ſecūdum poteſt dici , ꝙ ſicut eſſe albū , eſt hr̄e albedinem tanquā formā, ſic ſentire, vel eſſe ſentientem eſt habere ſenſationem,ſicut formam. vnde ſi obiectū, vel Deus cauſaret effectiue ſenſationem, non diceretur ſentire , ſed ipſe ſenſus in quo ſubiectiue recipitur ſenſatio.eſt igitur ſentire recipere, vel habere ſenſationem, & ſic intelligere recipere intellectionem, quia licet intellectus ſecundum aliquam opinionem cauſaret in ſe intellectionem, tamen non diceretur intelligens in hoc,ꝙ cauſat, ſed bene denominaretur aliquo modo a verbo ſignificante talem actionem, vel cauſationem , vtpote ſi eſſet impoſitum tale verbum B.li
intelligifico , quod igitur dici- di.1
tur intelligere eſt pati , non pro- pag
bat quòd ſit per ſe de genere col.2
paſſionis, ſed quòd formaliter
denominat per hoc , quòd reci- 2.T.
pitur in aliquo ſubiectiue, vt 24.
ſit ſenſus, intelligere eſt recipere intellectionem , & recipere eſt quoddam pati . ¶ Ad aliud. 10. Ethic. dici poteſt vno modo, quòd operationes virtutis dicuntur actiones elicitiuæ operationum proprie dictarum,& illę actiones bonæ ſunt, quia generatio boni eſt bona . illę autē operationes actiones non ſunt qualitates , ſed proprie ſunt de genere actionis . Ille intellectus videtur poſſe haberi a Commētatore , qui ad probationem illius , neque virtutis operationes qualitates ſunt . dicit ſic, ſiquidem operatio motio eſt operatiua,motio autem non eſt quali-

tas

tas, hæc ille. operatiua motio poteſt dici motio ad operationem. ¶ Et ſi obijciatur per hoc, ꝙ dicit, neque felicitas, poteſt dici ꝙ ſicut nomen operationis ſumitur hic minus proprie pro actione terminata ad operationem proprie dictã, ſic felicitas pōt improprie ſumi pro actione terminata ad ipſam, & ſufficit Ariſtoteli accipere operationes virtutis, & felicitatem pro illis pro quibus ſufficienter poteſt inſtare cōtra propoſitionē, omne bonum eſt qualitas, contra quam intendit facere inſtantiam. ¶ Aliter poteſt dici ad illam auctoritatem, ꝙ intēdit ibi tantum de qualitatibus in eſſe quieto, cum dicit, neque virtutis operationes qualitates ſunt, qđ apparet per hoc, quod negat ibi iſtam conſequentiam, delectatio non eſt qualitas, igitur non eſt bona, & probatur, ꝙ non ſequitur per illam inſtãtiam. neq; enim virtutis &c. antecedens.ſ. in iſta conſequentia non eſt verum, niſi de qualitate permanēte. nam delectatio vere eſt qualitas, ſed in fieri, igitur ſufficit ſibi inſtare de illis, q̃ hoc mō non ſunt qualitates, ſicut nec delectatio eſt qualitas.ſ. non in fieri, ꝙ autē delectatio vere ſit qualitas, probatur ex dictis ibidem. nam intendit probare, quòd delectatio non eſt motio. omnium inquit motionum proprie videtur eſſe velocitas, & tarditas, vel in ſe, vel ĩ cōparatione ad aliud. delectationi autem nullum horum exiſtit tranſponere in delectationē velociter, vel tarde eſt, non eſt autem velociter delectari. vult dicere, ꝙ delectatio nō eſt velox, & ideo non eſt motus, ſed contingit velociter trãſponi, vel tranſmutari ad eã. igitur poteſt eſſe terminus trãſmutationis velocis. igitur pōt eſſe terminus motus, ſed ſecundum philoſophum. 5. Phyſ. motus nō poteſt eſſe per ſe ad actionem & paſſionē. igitur ipſa delectatio non eſt actio nec paſſio, & tunc diſcurrendo per genera, relinquitur tandē, ꝙ eſt qualitas. Illi igitur qui fecerunt iſtam conſequentiã. ſuppoſuerunt tanquã verũ, omne bonũ eſt qualitas, habens eſſe quietum, delectatio non eſt talis. igitur &c. ¶ Et ad iſtam maiorē tactã in enthymemate reſpondet philoſophus ꝑ inſtantiam de operatione virtutis. Quod aũt non omnis operatio ſit actio proprie dicta probatur per illud ibidem. c. 5. Appetere inquit delectationem exiſtimabit quis vtique oēs, quod ꝓbat ſubdens. Quoniã & viuere oēs appetunt, vita aũt operatio q̃da eſt, hæc ibi, quō vita, vel viuere poſſet dici actio de gn̄e actionis. ¶ Ad aliud de 7. Phyſi. litera philoſophi ſm̄ ea quæ dicta ſunt in ſecundo articulo intelligenda eſt ſic, quia ſcientiæ neceſſario annexa eſt relatio ad obiectum intra, & ita non eſt a primo alterante immediate, nec per conſequens ad ipſam eſt prima alteratio, ſed illud qđ Commentator addit exponendo, ꝙ dignius eſt ꝙ ſit de c. ad aliq̃d, q̃ de qualitate, pōt hr̄e aliũ intellectũ, de quo diceť rn̄dendo ad argm̄ principale. ¶ Ad primã rōnē diceret, ꝙ * actus diſtinguũtur ꝑ obiecta q̃rũ ad manifeſtationē, quia manifeſtior eſt diſtinctio obiectorũ q̃ actuũ, & ex illa tanq̃ ex manifeſtiori innoteſcit iſta. ¶ Et confirmať hoc, q̄a ſecũdo de anima ſicut vult philoſo-

t.c.10.

tt c.

B. Vid. 1. di. 1. q. 3. pag. 225. co. 1. et 6. di. eiuſd. p. 367 co. 1. & 16. di. 2. pag. 354. co. 2. & 14. di. eiuſd. pa. 388. co. 2. & 24 di. 3. p. 134. col. 2. t. c. 33. et 36. et inde.

loſophus ꝙ actus diſtinguuntur per obiecta, immo magis, ꝙ obiecta ſunt præuia ipſis actictus, pp quod oportet prius tractare de diſtinctione obiectorũ ꝙ actuũ, ita ēt vult ꝙ potētię diſtinguuntur ꝑ actus, hoc aũt nõ eſt eſſentialiter, qa actus eſt eſſentialiter poſterior potētia, & poſterius non eſt ꝑ ſe rõ diſtinguendi prius, igitur nec ibi illud aliud. ſ. de obiectis in cõparatione ad actus debet intelligi de diſtinctione eſſentiali. ¶ Aliter poteſt dici, ꝙ a quo aliquid habet entitatē ab eo habet vnitatē & per conſequēs diſtinctionē, cauſatũ igitur ſicut habet entitatē a quacũque cā per ſe, ita vnitatē & diſtinctionē, & ēt quodcũq; dependens ab illo a quo dependet eſſentialiter. & maxime verũ eſt hoc, qñ dependet ab aliquo tanquam a cauſa propria, ſiue termino proprio ſuæ depēdentiæ, quia qñ cõiter terminat dependentia eius & alterius. ita accipitur vnitas eius, & diſtinctio ſm vnitatem & diſtinctionem talis termini dependentiæ, nunc aũt actus dependet ab obiecto tanꝗ a termino ꝓprio ſuæ dependentiæ. Concedi igiť põt ꝙ actus diſtinguuntur per obiecta ſicut per aliqua extrinſeca a quibus actus dependent dependentia eſſentiali & propria, non tñ diſtinguuntur per illa ſicut ꝑ formalia diſtinctiua, nec ēt qđ eſt ad propoſitũ ſicut per terminos relationis incluſę in actib⁹. ¶ Et cum dicitur ꝙ abſoluta diſtinguuntur per intrinſeca. Verum eſt tanꝗ per formalia diſtinctiua. ¶ Si aut acciperet ꝙ non diſtinguuntur per extrinſeca, cõcedendũ eſſet ſic intelligendo, ſicut ꝑ correlatiua & per ſe terminos relationis, quia abſolutũ non requirit extrinſecũ, vt per ſe correlatiuũ, nec per ſe terminũ relationis, poſſunt tñ abſoluta diſtingui per aliqua extrinſeca, ſicut cauſata per cauſas proprias ſiue per illa ad quæ habent propriam dependentiam in entitate & vnitate, & talia ſunt ſubiecta reſpectu operationum. ¶ Ad aliam rationem patet per idem, quia actus, & ſi non ſit eſſentialiter relatiuus, cum tamen ſit per ſe medium vniens potentiã tali obiecto, dicitur perfectio ex maiori perfectione obiecti, ſed iſtam perfectionem non habet ab illo, tanquam a principio intrinſeco, ſed ſicut a cauſa extrinſeca, vel ſaltem ab aliquo extrinſeco quod terminat dependentiam eius eſſentialem.

DE QVARTO principali dici poteſt quòd illa qualitas quæ vel eſt operatio vel includitur in operatione, non habet relationem ad ſubiectum magis eſſentialem quàm aliæ qualitates, & ideo ſi ponatur alias non eſſe eſſentialiter relatas ad ſubiectum, de quo non eſt modo quæſtio, nec iſta ponetur eſſentialiter relata ad ſubiectum. ¶ Quod ſi dicatur iſtam eſſe in fieri, & per hoc eſſentialius dependere a ſubiecto, quàm alias quę ſunt in facto eſſe vel in quieto eſſe. ¶ Rñdeo iſtud non variat depēdentiã ad ſubiectũ, ſed tm̃ variat modũ eſſendi ipſius formæ in ſe, vel ſaltem in cõparatione ad cauſam dantem eſſe. Vid Me. di. 4

AD ARGVMENTVM principale dici poteſt, ꝙ ſi aliqua vox imponeretur ad præciſe ſignificandum entitatem abſolutã quæ eſt operatio vel in operatione, & ꝑ ſe in gñe qualitatis

ſigni-

ſignificatum illius vocis poſſet intelligi non cointelligendo obiectum in ratione termini: ſed cōiter voces impoſitæ ad ſignificandū operationem importāt relationem vel principaliter vel connotando,& rō eſt quia operatio cōiter intelligitur ſub reſpectu tendente ad obiectū,& ſub mō quo intelligitur ſub eo cōiter ſignificatᷣ. Exēplum,ſpēs intelligibilis eſt qualitas abſoluta,qđ ſaltē oportet eos cōcedere,qui ponunt ſpēm eſſe forma lē rōnē intelligendi.ſ.p ſe principiatiuā actus, & tñ cōiter vocatur ſimilitudo obiecti,non ꝙ illa ſit relatio, quā per ſe importat hoc nomen ſimilitudo, ſed quia ipſa ex natura ſua eſt quędam forma imitatiua & repñtatiua obiecti,ideo dř ſimilitudo talis.ſ per imitationem:& ēt cū ſignificatur per hoc nomen ſpecies, adhuc non ſignificatᷣ ſub rōne abſoluti preciſe,ſed includendo illam relationē ſub qua cōiter intelligitur. vnde ēt ſpēs dř alicuius obiecti, ſpēs conſimiliter eſt de vocibus ſignificātibus operationem. ¶ Et ſi arguas aliqua operatio, puta illa quæ non eſt obiecti,vt exiſtētis non hēt ad obiectū niſi relationem potentialem ,nunc autem oportet cointelligere obiectum tanꝗ terminū actualis relationis,quia qui intelligit actum cognoſcendi oportet vt cointelligat obiectum,non tñ vt cognoſcibile ſed vt actu cognitū. igitᷣ cognoſcere importat relationē actualē.¶Rñdeo,relatio ꝗ quantum eſt ex parte fundamēti eſſet actualis & pp non entitatem termini eſt poſſibilis,ipſa denominat frequenter fundamentū, vel ſubiectū quaſi actualiter in eſſe.Exemplum, conceditur ꝙ anima ſeparata non eſt tñ inclinabilis ad corpus, ſed ꝙ inclinatur ad corpus, & tñ non eſt ibi actualis inclinatio,quia terminus non eſt in actu,ſed pro tanto actualř denominat, qa quantum eſt ex parte aīę actualř ineſſet.¶Conſiľr dř ꝙ ſcīa practica dirigit,licet non ſit actualis directio ꝭm eam,puta, qñ nulla alia potentia ab intellectu operatur nec dirigit ꝭm eā.¶Conſimiliter dř,ꝙ albedo eſt menſura omnium colorū. & ſic de primo in quolibet gñe reſpectu poſteriorum, licet qñq; non ſit actualis menſuratio pp defectū termini. ¶ Conſimiliter poteſt dici hic,ꝙ quia relatio operationis ad obiectū ſemper quantū eſt ex parte eius ineſſet actu, iō ſub rōne eius, quaſi actualř inhærentis operatio intelligitᷣ.& ſic ſignificatur, & ſic obiectum cointelligitur vt terminās actualem dependentiā. ¶ Illud qđ dictū eſt,verum eſſet ſi cointelligeretur ſemper obiectum ſub rōne menſuræ, quia relatio mēſurabilis eſt ibi potentialis, vt prius dictum eſt, nunc aūt intelligendo operationē, oportet cointelligere obiectū, tanꝗ illud qđ attingitᷣ per operationē. ¶Verius igitᷣ vř eſſe dicēdū,ꝙ oportet obiecto cointelligi talia-ctui,vt terminū attingētię vnionis in actu,ꝗ vt terminum depēdentię,vel menſurabilis:iſta aūt attingentia eſt relatio rationis in actu abſtractiuo, ſed qa ſub ratione illius relationis intelligentiæ communiter intelligitᷣ, & hoc attingentiæ actualis,licet illa non ſit actualitas realis, ſed actualitas relationis rationis,& iō communiter operatio ſignificatur

10.meta. 1.c.7.

catur ſub tali relatione actuali,
& oportet obiectum cointelli-
gi,vt terminans talem relationē
C. de quaſitate ad finem. actualem. ¶Hinc patet ꝙ illud
Ariſto. in prædicamentis nihil
prohibet idem in pluribus ge-
neribus enunciari. quod nō eſt
verum de aliquo per ſe vno, ſed
de aliquo vno per accidens, qđ
etiam quandoque vno nomine
ſignificatur, ſicut forte hoc no-
mine ſcientia,ſed nō pp hoc eſt
vnum improprie quod eſt vnū
ſecundum diffinitionem ſecun
t.c.13. dum illud.7.met.cap.3.Diffini
tio vero eſt non ſi nomen ratio
ni idem ſignificet, omnes enim
rationes eſſent termini, hoc eſt
diffinitiones, & probando con-
ſequentiam ſubdit. Erit enim
nomen quod cuilibet rationi
idem. Quare & ylias diffinitio
erit.Et ex hoc poſſet intelligi di
C 20. ctum Auer. 7. phyſico. dignius
eſt inquit quod ſit de cap. ad
aliquid,quā de qualitate, quod
forte verum eſt quantum ad il-
lud quod formalius eſt in ſigni
ficato nominis impoſiti ambo-
bus, vel illi toti per accidens,
quod eſt abſolutum ſub reſpe-
ctu.¶Ex hoc etiam forte poteſt
t. c. 20. intelligi illud.5.meta. quod ali-
Idem in prin. c. de qualitate ad finem. qua dicuntur ad aliquid ſecun-
dum genus, vt medicina, inqt,
eorum eſt quæ ad aliquid,quia
ipſius genus ſciētia videtur eſ-
ſe eorum quæ ad aliquid, no-
men forte ſpeciei imponitur
præciſe ad ſignificandum qua-
litatem,& propter hoc non di-
citur ad proprium correlatiuū,
nomen autem generis non im-
ponitur præciſe ad ſignifican-
dum genus ſiue qualitatem,
ſed ſignificandum ipſam ſub re
ſpectu.

QVÆSTIO. XIIII.

Utrum anima ſua naturali perfectioni relicta poſſit cognoſcere trinitatem perſonarum in diuinis.

CONSEQVENTER quæritur de his q̄ pertinent ſpecialiter ad creaturam habentem vitam intellectualem. ¶ Et primo de his quæ ſunt communia homini & Angelo. ¶ Deinde de his quæ ſunt homini propria. ¶Cōmunia ſunt iſta intellectus & voluntas ¶De intellectu fuerūt quæſita duo, vnum de obiecto. aliud de cauſa actiua actus intelligendi.¶Primum fuit. Vtrū anima ſuæ naturali perfectioni relicta poſſit cognoſcere trinitatem perſonarum in diuinis. Et idem poteſt quæri de Angelo.videtur quòd ſic,quia qui poteſt cognoſcere aliquem actum cognoſcendi, poteſt etiam cognoſcere obiectum,vt eſt obiectum illius actus. Nunc autem anima vel Angelus ex ſua perfectione naturali poteſt cognoſcere actum beatificum alterius animæ vel Angeli ,& obiectum illins actus eſt Deus trinus.igitur & cætera. probatio maioris. actus eſt naturalis ſimilitudo obiecti, actus etiam per ſe tendit in obiectum, igitur qui cognoſcit illum actum propter vtramque cōditionem ꝓdictam ſequitur quod cognoſcat obiectum.probatio minoris, potentia non impedita ſed ſuæ naturali perfectioni relicta poteſt cognoſcere quodcūque contentum ſub ſuo obiecto primo,ſiue adæquato,alioquin non eſſet ſibi adæquatum, ſed obie-

obiectum adæquatum commune tam angelici intellectus quã noſtri eſt ens in communi, vel ſaltem ens limitatum. actus autem beatificus continetur ſub iſto obiecto primo. ¶ Contra, obiectum ſupernaturale nõ poteſt creatura cognoſcere ex perfectione ſua naturali, quia tunc non eſſet ſibi ſupernaturale: nunc autem trinitas eſt obiectum ſupernaturale, immo obiectum beatificum. igitur &c.

AD INTELLECTVM quæſtionis aliqua præmittãtur. ¶ Primo de perfectione naturali animæ vel Angeli. Anima humana, & ſi in quocũque ſtatu, ſiue ſ. naturæ inſtitutę ſiue diſtitutę ſiue reſtitutę habeat eandẽ perfectionem naturalem intelligendo de illa quam ex neceſſitate naturæ requirit, tamen ad perfectionem naturalem ſupremam in ſolo tertio ſtatu attingit, in quo non tãtũ habebit ſupernaturalem perfectionem gloriæ, ſed ẽt perfectionẽ ſupremã ipſius naturæ. ¶ Poſſet igitur intelligi qõ vel de illa perfectione naturali, quæ ſemper hr̃, vel de iſta ſuprema, & tunc in primo intellectu bñ proprie dr̃ anima relicta &c. ſed in iſto ſecundo intellectu magis proprie quæritur, hoc modo. An aĩa ad perfectionẽ naturalem ſupremã reducta ex iſta perfectione poſſit ſic cognoſcere trinitatem. ¶ Secundo præmitto, ꝙ aĩam poſſe cognoſcere aliqd̃ obiectũ. ¶ Vno mõ põt intelligi ipſam poſſe recipere illã cognitionẽ. ¶ Alio mõ ipſam poſſe attingere in illam cognitionẽ, & hoc vel ex ſe ſola, vel ſaltẽ ex concurſu cãuum q̃ natę ſunt concurrere naturaliter ad illum effectũ. Iſtorũ membrorũ ſecundũ infert primum, ſed non econuerſo quia ad primũ ſufficit nuda capacitas, quomodo lapis per oppoſitum non põt cognoſcere, quia repugnat ſibi recipere illum actum. Ad ſecundum autẽ requiritur ꝙ tali capacitati correſpõdeat aliqua cã actiua naturaliter, quia vero difficultas eſt principaliter in ſecũdo membro qõnis. Ideo de primo bř expediendo poſſet concedi, ꝙ ſi intellectus poſſibilis eſt propria potentia receptiua cuiuſcunque intellectionis, ita ꝙ licet requiratur aliquod præuium intellectioni, non ẽtñ tanq̃ potentia receptiua vel rõ recipiendi, ſicut ſuperficies ponitur rõ recipiendi colorem, tunc qd̃cunque ens qd̃ habet in natura ſua intellectum poſſibilem põt ex natura ſua cognoſcere quodcunque cognoſcibile. hoc eſt recipere cognitionem eius, quantum eſt ex parte ſui. ¶ Tertio p̃mitto, ꝙ cognitio intellectiua, de qua eſt qõ, poteſt intelligi pfecta aut imperfecta, & intelligo ad propoſitum non de perfectione intenſiua, ſed de perfectione ex parte obiecti, ꝙ .ſ. illa intelligatur perfecta quã attingitur obiectum ſub perfecta ratione ſuæ cognoſcibilitatis. hoc eſt per ſe propria & diſtincta: & per oppoſitum imperfecta dicatur illa qua attingitur tm̃ per accidens vel tm̃ in aliquo conceptu communi vel confuſo. ¶ Item, cognitio diſtincta vel eſt mediata vel ĩmediata. dico immediatam qñ obiectum non mediate aliquo alio obiecto intelligitur per quod vel in quo intelligatur. ita ꝙ hic excluditur medium cognitum, nõ autem mediũ qd̃ eſſet pcıſe rõ cogno-

ſcendi, vel intelligendi. ¶Ex iſtis ſequitur quod ad ſolutionem quæſtionis tria ſunt videnda. ¶Primo, de cognitione imperfecta. ¶ Secundo de cognitione perfecta immediata. ¶Tertio de cognitione mediata: & in quolibet iſtorum ad quam poteſt anima vel Angelus attingere ex perfectione naturali vno modo, vel alio intellecta.

a.c.11. DE PRIMO, intellectus ſcdm phi. 3. de anima habet duplicem operationem. ¶Scilicet intelligentiam ſimplicium. ¶Et intelligentiam compoſitorum. ſ. componere & diuidere intellecta, & prima poteſt eſſe ſine ſecunda, & non ſic ecõuerſo &c. ¶Primo igitur videndum de prima cognitione dico, ꝙ anima ex perfectione naturali ẽt quã habet in iſto ſtatu qui eſt inter tres ſtatus infimus, põt hr̃e intellectionẽ imperfectã iſtorum terminorũ Deus & trinus, non aũt perfectã. põt.n. ex cognitione huius entis abſtrahendo cognoſcere ens ſcdm ſe & de bono. & hoc iſto modo quem tangit Auguſti. 8. de trini. c. 3. Bonum hoc & bonum illud, tolle hoc & illud, & vide ipſum bonum ſi potes. ita Deum videbis. & ibidem inferius ſatis patet, quomodo non ſolum poteſt cognoſci Deus in iſto quaſi confuſo conceptu boni, ſed in conceptu quodammodo proprio, ſi intelligitur bonum per eſſentiam, vel bonum ſummum, vnde ait inferius, ſi poteris ſine illis quæ participatiue bona ſunt perſpicere ipſum bonum, cuius participatione ſunt bona, perſpexeris Deum. ¶Conſimiliter ꝑ hoc verum poteſt intelligi ipſum verum, & ſecundum Auguſt. ibidem. c. 2. Deus veritas eſt. cum dicitur veritas, mane ſi potes in intellectione veritatis, & ſi intelligas veritatem non tantum in communi, ſed per eſſentiam. iam habes conceptum quodam modo proprium Deo. ¶Breuiter dico, ꝙ quodcunque tranſcendens per abſtractionem a creatura cognita poteſt in ſua indifferentia intelligi, & tunc concipitur Deus quaſi cõfuſe, ſicut animali intellecto homo intelligitur. Sed ſi tale tranſcendens in communi intelligitur ſub ratione alicuius ſpecialioris perfectionis, puta ſummum, vel primum vel infinitum iam habetur conceptus ſic Deo proprius, ꝙ nulli alij conuenit. ¶Conſimiliter abſtrahẽdo a numero proprie accepto, qui. ſ. eſt quantitas diſcreta, rõnẽ proprie diſcretionis, hr̃i põt conceptus eius, quod eſt trinitas. Et ad iſtũ modum acquirendi cognitionẽ ſimplicem iſtorum terminorũ Deus & trinus ſufficit naturæ animæ ẽt in hoc ſtatu. ¶Qđ probatur primo, quia fidelis & infidelis contradicentes ſibi de hac propoſitione. Deus eſt trinus & vnus, non tantum contradicunt ſibi de nominibus, ſed de conceptibus, quod non eſſet, niſi vterque in intellectu ſuo haberet conceptum terminorum. ¶Hoc ſecundo probatur, quia fides quæ diſtinguit iſtum ab illo, cum non ſit habitus inclinãs ad aſſentiendum ex notitia terminorum, non eſt ratio noſcendi terminos, ſed prȩſupponit eorum notitiam. ¶ Tertio põt idẽ oſtendi, quia abſtractio entis ab hoc ente, & ſummi ab hoc ſummo in ſenſibilibus eſt naturalis, & iſta duo ſibi coniuncta non

non habent repugnantiam, propter quod ratio iſta ens ſummũ nón eſt ratio in ſe falſa, ſicut loquitur phi. 5. meta. c. de falſo ꝙ illa ratio in ſe falſa, cuius partes includunt repugnantiam, & illa ratio poteſt concipi aliquo actu ſimplici intellectus, & per oppoſitum iſta, ens ſummũ poteſt vno actu concipi, quia alterum iſtorum non repugnat alteri. ¶ Reſtat vlterius videre qualiter anima habens notitiam de prædictis terminis. ſ. Deus & trinus, poſſit ex natura ſua cognoſcere veritatem huius propoſitionis. Deus eſt trinus, & cum poſſit intelligi de complexione hri notitia credulitatis vel ſcientiæ, & hoc vel ſcientiæ propter quid, vel quia, vidẽdum eſt quæ iſtarum poſſit haberi de iſto cõplexo, Deus eſt trinus. ¶ Dico ꝙ prima. ſ. notitia credulitatis ſaltem acquiſite pōt hri ẽt modo ex naturalibus, hoc probat, qa ſm Aug. 11. de ciui. c. 3. Ea quæ remota ſunt a noſtris ſenſibus qm̃ noſtro teſtimonio ſcire non poſſumus, de his alios teſtes requirimus, eiſque credimus a quorum ſenſibus remota eſſe vel fuiſſe non credimus, & idem 15. de tri. c. 1. vel. 23. Abſit vt ſcire nos negemus, quæ teſtimonio didicimus aliorum. Alioquin neſcimus eſſe oceanũ, neſcimus eſſe terras atque vrbes q̃ celeberrima fama commendat. ¶ Ex his & ſimilibus auctoritatibus eius habemus quod credere poſſumus teſtimonio aliorũ etiam tam firmiter vt illud credere dicatur apud eum ſcire, igitur magis poſſumus & magis debemus credere teſti magis veraci, & adhuc magis communicati, quam perſonæ ſingulari. nunc autem eccleſia catholica eſt communitas maxime verax quia illa maxime veritatem commendat & mendaciũ reprehendit, igitur eius teſtimonio certiſſime credi poteſt, & præcipue in illis in quibus illa plus damnat mendacium. puta de his quę ſunt fidei & morum. ¶ Poteſt igitur viator ex natura ſua audita & intellecta communi doctrina eccleſiæ firma credulitate aſſentire his quæ ipſa docet de fide & moribus. inter quæ principale eſt de trinitate in diuinis. De iſta credulitate acquiſita videtur accipi illud ad Rom. 10. Fides ex auditu, ſcilicet ſanæ doctrinæ Chriſti, de qua ſubdit. Auditus autem per verbum Chriſti. de iſta etiam poteſt accipi illud Auguſtini contra epiſtolam fundamenti. Ego inquit euangelio non crederem niſi me eccleſiæ catholicę auctoritas compelleret. ¶ Sed vltra iſtam fidem acquiſitam habemus fidem infuſam, & ad illam habendam licet poſſit homo ex naturalibus ſe diſponere, non tamen ex natura intrinſeca, nec etiam cõcurrentibus quibuſcunque cauſis naturaliter motiuis intellectus ad eam poteſt attingere, quia illam ſolus Deus infundit, qui non eſt cauſa naturaliter motiua alicuius intellectus cauſati. ¶ Comparando fidem infuſam & fidem acquiſitam ad actum credendi, in hoc conueniunt, ꝙ quando inſunt eidem animæ actus vnus & idem credendi elicitur ſecundum inclinationem vtriuſque quia quando ſunt duę formę, q̃ naturaliter inclinant ad actũ in eodem operãte, vtraq; q̃tũ eſt de ſe neceſſa-

B. hac clarius hñr. 21. et 24. diſt. 1.

ceſſario, & ſemper inclinat ad actum,& ideo quandocunque actus elicitur,elicitur ſecundũ inclinationem vtriuſque. Et ſi p hoc quod eſt actum credendi inniti fidei iſti intelligatur actũ elici ſecundum inclinationem eius, tunc concedendum eſt ꝙ actus credendi innititur vtrique fidei.Eſt tñ dñia vna quantũ ad hocquod eſt actum elicere iſta. ſ. ꝙ ex fide acquiſita etiam ſi ſola inſit poteſt elici actus credendi, ſicut credimus certis articulis teſtimonio fide digno aſſerentis,ad quæ tamen non inclinat aliqua fides infuſa.Hęreticus etiam in vno articulo diſſentit, alijs articulis credendo, non ex fide infuſa,cum illa non poſſit ſtare cum hæreſi in quocunque articulo.Sed ex fide ſolum infuſa, non poteſt quis elicere actum credendi, & hoc de lege communi, licet Deus fidei infuſæ aſſiſtendo poſſet mouere intellectum ad aſſentiendum actualiter illi ad quod fides illa inclinat,ſed tunc forte non ex ſola inclinatione fidei iſtius eliceretur actus ille, ſed ex motione diuina ,& multo magis de lege communi ex ſola fide infuſa non poteſt haberi actus credendi, hoc patet de puero baptizato, qui ſi poſtea nutriretur in deſerto vel inter infideles,& nullam haberet doctrinam de credendis,nunquam actum rectum credendi eliceret.Et ratio eſt,quia fides infuſa inclinat ad credendum ea quę non habent euidentiam ex terminis, nec includunt aliquã euidentiam connexionis terminorum ſi termini ſint apprehenſi ex ſenſibus. ¶Contra.nec fides acquiſita includit talem euidentiam. ¶Reſponſionem quære alibi.

Ada

¶Reſpondeo ſicut haberi poteſt in 3.diſt.23.& 24. Fidem infuſam nobis ineſſe, eſt tantum creditum,ideo nullo modo euidentiam facit.Acquiſitam experimur nobis ineſſe,qua mediante obiecta credibilia ſunt per auditum præſentia,& ſic aliquo modo euidentia, licet proprie neutra ſit ex obiecto euidens. Per infuſam ſine acquiſita non poteſt quis exire in actum, vt patet ſtatim ſuperius. Euidentiã habet acquiſita ex teſtimonio reuelantis, ſiue prædicantis.

¶ Alia differentia eſt quãtum ad hoc, quod eſt actum inniti fidei,quia fides infuſa non poteſt inclinare ad aliquod falſum,inclinat autem virtute luminis diuini,cuius eſt participatio,& ita non niſi ad illud, qđ eſt conforme illi lumini diuino. Actus igitur credendi, inquantum innititur iſti fidei, non poteſt tendere in aliquod falſum. Sed fides acquiſita communiter innititur aſſertioni alicuius teſtis,ꝙ poſſet deficere,& iõ illa fides non tribuit actui credẽdi, inquantum ſibi innititur,qđ nõ poſſit ſibi ſubeſſe falſum, frequenter tñ non ſibi ſubeſt falſum, qñ.ſ teſtis cuius teſtimonio innit̃ in teſtificando illud ſit verax.Et dixi cõiter, q̃a Deo immediate reuelanti poſſet qs credere credulitate acquiſita,ſi aliud non ſit verum reuelari a Deo,q̃ actum credẽdi,vel noicẽ di cãre immediate a Deo in eo, cui ſit reuelatio. Et qñcunqne ad idem inclinat fides infuſa,& acquiſita,tunc neceſſario acquiſitæ non ſubeſt falſum, non ꝙ hæc

Altera

Quere hoc in ... e. respo tionum infra ... dria.

hæc neceſſitas ſit ex ipſa fide acquiſita, ſed ex infuſa concurrente cum ipſa ad eundem actum. Innititur igitur actus credendi fidei infuſæ tãquam regulæ certæ & omnino infallibili, a quã actus habet, ꝙ non poſſit eſſe falſus, ſed innititur acquiſitę tãquam regulæ minus certæ, quia non per illam repugnaret actui, ꝙ eſſet falſus, vel circa falſum obiectum. ¶ Contra iſtam differentiam poteſt argui ſic, quando ad eundem actum concurrit regula fallibilis, licet cum regula infallibili ille actus non eſt infallibilis. probatur per ſimile, quia ex duabus præmiſſis quarum vna eſt neceſſaria, & alia cõtingens non ſequitur concluſio neceſſaria, & rõ eſt, quia quod dependet ex pluribus non poteſt eſſe perfectioris conditionis quocunque illorum: Nunc autẽ quicunque actus credendi ad hoc, ꝙ eliciatur dependẽt a fide acquiſita mouente. igitur ſi illa ſit fallibilis, nunquam actus elicitus erit ex principio tali, quin ſibi poſſet ſubeſſe falſum.

¶ Reſpondeo, ad quodcunque inclinat lumen fidei infuſæ illud eſt determinate verum, ſi autem ad idem inclinet ſimul aliud, quod quantum eſt de ſe poſſet inclinare in falſum, non ab illo alio, vt tale, ſed ab iſto lumine haberetur, quòd in illo actu non ſit deceptio. ¶ Tertia differentia poſſet poni, quæ conuenit cũ prima, quę ſcilicet eſt ꝙ nõ percipio me inclinari in actum per fidem infuſam, ſiue ſecundum illam elicere actum, ſed tantum percipio me aſſentire ſecundum fidem acquiſitam, vel eius principium .ſ. teſtimoniũ, cui credo, quia ſi perciperem me habere actum ſecundũ fidem infuſam, & cũ hoc ſcirẽ, ꝙ ſm fidem infuſam non põt haberi actus, niſi determinate verus, perciperẽ ꝙ actus meus non poſſet eſſe falſus, quia ex hoc ſequitur, ꝙ perciperem, ꝙ obiectum actus non poſſet eſſe falſum, & tunc ſcirẽ illud, ideſt, infallibiliter cognoſcerem illud eſſe verum, quod nullus experitur in ſe, vt credo, quantumcunque aliquis habeat vtranque fidem, & ſm vtranque aſſentiat, immõ igitur credimus in vniuerſali, ꝙ tendẽs in aliquod cõplexum ſm inclinationem fidei infuſæ in hoc non poſſet errare, quis aũt & qñ ſm eam tendit, nec ipſemet tẽdẽs ſcit, nec alius, nec aliquis certitudinaliter experitur. ¶ Contra hoc. 13. de trinit. cap. 1. Non ſic videtur fides in corde, in quo eſt ab eo cuius eſt, ſed eam tenet certiſſima ſcientia, clamatque conſcientia, & poſt. Illud quod credere iubemur, videre non poſſumus, ipſam tamen fidem quãdo eſt in nobis videmus in nobis.

¶ Reſpondeo, intelligit ſic fidem videri, quomodo concedit animam ſemper ſe noſcere, non ꝙ ſemper ſit actus elicitus, ſed quia ſemper eſt perfecta p̄ſentia obiecti actu intelligibilis, vnde ſubdit ibi, rerum abſentium præſens eſt fides &c. ita quòd generaliter illud ad quod habet anima potentiam accidentalem propinquam noſcendi, hoc Auguſt. dicit eam noſcere. ¶ Aliter diceretur, quòd accipit fidem pro actu credendi, de qua ibidem parum poſt dicit. Aliquando rebus falſis accõmodaẗ fides. hoc eſt aliquis

actus credendi. ¶ De ſcientia autem quia, dico ꝙ non poteſt aliquis modo ex naturalibus attingere ad ſic intelligendum trinitatem in diuinis, quia, non põt ſcire illud de cauſa per effectum demonſtratione quia, quo circũſcripto remanet in cauſa quicquid eſt neceſſarium ad cauſandum. ſed circunſcripta ꝑ impoſſibile trinitate, haberetur quicquid neceſſarium eſt in Deo ad cauſandum creaturam, quia & principium formale cauſandi perfectum & completum. & ſuppoſitum habens illud principium formale perfectum, vt patet in quadam quæſtione præhabita, de hoc mota. videtur autem ad cauſationem ſufficere ſuppoſitum perfectum habens principium formale perfectũ.

Habetur ſupra q. 1. & in 2. q 1.

¶ De ſcientia vero propter quid, dico quòd non poteſt anima modo ex naturalibus attingere ad ſciendum propter quid, Deum eſſe trinum, quia notitia eius quod eſt propriiſſimum ſubiecto non continetur virtualiter primo, & euidenter, niſi in per ſe & proprio cõceptu ſubiecti, vel in ipſo ſubiecto, ſic cõcepto, eſſe trinum eſt huiuſmodi reſpectu Dei, igitur non poteſt ſciri propter quid de Deo, niſi habito tali conceptu Dei, ſed talis non habetur pro ſtatu iſto de lege communi. ſicut patet in prima concluſione, quæ fuit de ſimplici notitia terminorum. probatio minoris. quia tale propriũ, aut ſciretur de ſubiecto proprio, & pe ſe concepto, & tunc patet veritas illius maioris. aut ſciretur de ſubiecto concepto in vniuerſali, vel indiſtincte, & de ipſo ſic concept non poteſt ſciri propter quid, niſi per conceptum illius proprium, & diſtinctum. Exemplum, eſſe primam figurarum non poteſt ſciri propter quid de aliqua figura in communi, niſi per medium proprium, ſcilicet per rationem circuli, nec mirum quia prædicatum proprium ad hoc, ꝙ ſciatur propter quid, requirit medium proprium. De iſto ſciri ꝑpter quid veræ eſſent duę primę concluſiones, quæ poſitę ſunt ſupra in quæſtione de omnipotentia, ſed non ſunt hic ad propoſitum, quia hic tantum quæritur de notitia poſſibili modo ſic haberi ex naturalibus.

1. t.c. q.7.

DE SECVNDO principali licet notitia per ſe, & propria, & immediata poſſit diſtingui in intuitiuam & abſtractiuam, de qua diſtinctione prius eſt habitum. tamẽ de vtraque videt̃ iſta concluſio tunc tenenda, ꝙ anima non poteſt attingere ad notitiam Dei propriam, & immediatam ex perfectione ſua naturali, etiam pro quocũque ſtatu naturæ, concurrentibus etiam quibuſcunque cauſis naturaliter motiuis ipſius animæ ad cognoſcendum, & idem diceretur de angelo. ¶ Et ratio, quia omnis talis intellectio, ſcilicet per ſe & propria & immediata requirit ipſum obiectum ſub propria ratione obiecti pręſens, & hoc vel in propria exiſtentia. puta ſi eſt intuitiua. vel in aliquo perfecto repræſentante ipſum ſub propria & p ſe rõne cognoſcibilis. ſi fuerit abſtractiua. Deꝰ autem ſub propria ratione diuinitatis non eſt præſens alicuĩ intellectui creato, niſi mere voluntarie de præſentia reali, patet per illud Ambro. ſuper Lucam in eius poteſtate ſatis eſt vi-

q.6. & in ſtm. 9. & diſt. 3. per.7 14. &

Idem het de v do L

videri,cuius naturæ non eſt videri,ſi vult videtur, ſi non vult non videtur,opime dicit, quod eius naturæ non eſt videri. ſupple a creatura, quia eius natura non eſt cauſa naturaliter actiua huius viſionis, nec etiam aliqua natura creata, quæ eſt naturaliter actiua, poteſt eſſe cauſa huius viſionis,vel perfecte præſentiæ obiecti, quia non poteſt continere in ſe perfecte eſſentiam illam ſecundum entitatē ſuam.igitur nec ſecundum ſuā intelligibilitatem. ¶Per idem ēt patet,ꝙ nihil creatum poteſt eſſe cauſa eius præſentiæ etiā abſtractiuæ apud intellectū, quia non poteſt cauſare aliquid, qđ ſit repræſentatiuum propriū & per ſe diuinitatis ſub propria ratione cognoſcibilis,quia tale repræſentatiuum non pōt cauſari,niſi vel ab ipſomet cognoſcibili,vel ab aliquo perfecte continente ipſum ſub ratione ſuæ cognoſcibilitatis. Et ſi igitur Deus poſſit cognoſci per aliqđ repræſentatiuum, illum tñ non poſſet cāri,niſi immediate ab ipſo Deo illud voluntarię cauſante.¶ Contra iſtud. quicquid per per ſe continet̃ ſub primo obiecto naturali alicuius potētię, ad illud potentia pōt naturaliter attingere,alioquin obiectū primū non eſſet adæquatum potentiæ, ſed tranſcendens in rōne obiecti.nūc aūt ens quod eſt primū obiectum naturale intellectus, veriſſime cōuenit ipſi Deo, igitur &c.¶Diceret̃,ꝙ obiectū primū naturale pōt dupliciter intelligi. ¶Vno mō ad qđ potētia inclinat̃.¶Alio mō ad qđ potentia poteſt naturaliter attingere. ſ.ex concurſu cauſarum naturalium.Ens in ſua communitate, ſiue ſit vniuocationis, ſiue analogiæ non curo modo, & ponatur obiectum adęquatū cuiuſcūque intellectus creati, loquēdo de obiecto adęquato primo mō, nō tñ de obiecto adęquato ſecūdo mō,īmo ſic pro quocunque ſtatu cuiuſcunque intellectus creati pͨciſe ens limitatum eſt obiectū adæquatū, quia præciſe illud poteſt attingi virtute cauſę naturaliter motiuæ intellectus.¶Sed nec ens adhuc in tanta communitate acceptum eſt obiectū naturale intellectus humani, vt videntur aliqui dicere, ſed ſpāliter quiditas rei materialis. ¶Ad quod ponitur talis ratio,potentia enim proportionat̃ obiecto. Triplex aūt ponit̃ potētia cognitiua. ¶ Quędam oīno ſeparata a materia,& in eſſendo & in cognoſcēdo, vt intellectus ſubſtātię ſeparatę.¶Alia cōiuncta materię & in eſſendo, & in operādo,vt potētia organica,ſicut ſenſus. ¶Tertia, quæ eſt formę habentis eſſe in materia. ſed ipſa nō vtitur materia, ſiue organo materiali in operando, talis eſt intellectus noſter. Iſti triplici potentię correſpondet triplex obiectum proportionatum primę quiditas ſeparata oīno a materia,ſecundę ſingulare omnino materiale, tertiæ igit̃ corrńdet quiditas rei materialis, quę licet ſit in materia, tñ non cognoſcit̃ vt in materia ſingulari.¶Sed contra arguitur,quia ſi illud intelligeret̃ de proprio obiecto intellectus humani,vt eſt talis potentia,ſequeretur ꝙ intellectus beati hr̃et quiditatē rei materialis pro obiecto adæquato, vel ſi non,non maneret eadem potētia quæ mō,quorum vtrūq; eſt falſum.¶Nec valet dicere, quòd ele-

Th. 1 parte. ſum. q. 12. ar. 4. & q. 85. ar. 1.

eleuatur per lumen glorię. nullus enim habitus eleuans potentiam poteſt habere obiectum, ꝙ tranſcendat primum obiectũ potentię, quia tunc ille habitus non eſſet illius potentiæ, ſed vel eſſet in ſe potentia, vel faceret potentiam eſſe aliam ab iſta, ſicut haberet aliud obiectum primum. ¶Dico igitur, ꝙ obiectũ naturale, hoc eſt naturaliter attingibile adæquatũ intellectui noſtro, & ſi pro ſtatu iſto ſit quiditas rei * materialis, vel forte adhuc ſpecialius q̃ditas rei ſenſibilis intelligendo, non de ſenſibili proprie ſolum, ſed etiam de incluſo eſſentialiter, vel virtualiter in ſenſibili, tamen obiectum adæquatum intellectui noſtro ex natura potentiæ non eſt aliquid ſpecialius obiecto intellectus angelici, quia quicquid poteſt intelligi ab vno & ab alio, & hoc ſaltẽ concedere debet theologus, qui ponit iſtum ſtatũ non eſſe naturalem, nec iſtam impotentiam intelligendi reſpectu multorum intelligibilium eſſe naturalem ſed pęnalem. Iuxta illud. 15. de trini. 27. certa inquit oculis tuis interioribus lux illa monſtrauit illa. ſ. æterna de qua ibi locutus eſt, & ſubdit, quę igitur cauſa eſt cur acie fixa lucem ipſam videre non poſſis, niſi vtique infirmitas? & quis eam tibi fecit niſi iniquitas? & de hoc ſupra ibidẽ. O tu anima mea vbi te ſentis eſſe? vbi iaces? ſequitur agnoſcis recte te eſſe in hoc ſtabulo quo ſamaritanus ille produxit illũ quem reperit multis a latronibus inflictis vulneribus ſemiuiuum relictum. ¶ Tamen philoſophus qui ſtatum iſtum diceret ſimpliciter naturalem homini, nec alium expertus erat nec ratione cogente concluſit. diceret forte illud eſſe obiectũ adæquatum intellectus humani ſimpliciter ex natura talis potentiæ, quod percepit ſibi eſſe adæ tum pro ſtatu iſto.

Bar. vide dist. 3. 2. q. 8. & de Rin. 3. 1. q. 3. pag. 223. co. 2.

CONTRA ISTA arguitur. ꝙ ens non tantum limitatum, ſed illimitatum ſit obiectum naturaliter motiuum intellectus creati, & ita ens, vt eſt indifferens ad vtrunq; erit obiectum adæquatum naturale. ſ. ꝑ actionem cauſæ naturaliter agẽtis attingibile. ¶Et arguitur primo ſic. eiuſdem obiecti primi accepti ſecundum ſuam totam differentiam ad potentiam, quã primo reſpicit acceptum ſecundum ſuam totam indifferentiã eſt idem motus ſe habendi in mouendo. ſ. naturaliter, vel non naturaliter. nunc autem ens illimitatum mouet naturaliter aliquem intellectum diuinum, igitur ſimili modo mouet quemlibet intellectum. Alia eſt minor iſta. aliquod ens mouet naturaliter intellectum cauſatum, & ſequitur, igitur quodlibet ſimili modo mouebit. Maior iſta probatur primo inducendo de potentijs & obiectis earum primis, & per ſe obiectis contentis ſub illis primis. probatur ſecundo quia obiectum proprium ſecundum totam ſuam indifferentiam eſt adæquatum obiectum, & reſpicit potentiam ſuam ſecundum totum genus ſuum vt proprium extremum. Aliquis igitur eſt modus proprius ſecundum quem hoc extremum reſpicit illud. Ille igitur modus ſaluabitur inter quæcunque extrema particulariter contenta ſub iſtis primis extremis, quia particularia extrema &

Difficultates nu les.

& ſe reſpiciunt ſecundum hoc, ꝙ includunt prima extrema, & ita ſe reſpiciunt eodem modo, quo illa prima. ¶ Præterea, omnis actus præcedens actum voluntatis eſt mere naturalis. nũc autem actio eſſentiæ diuinę ẽt vt eſt obiectum mouens intellectum creatum præcedit actum voluntatis. igitur &c. probatio minoris, quia eſſentia vt eſſentia eſt obiectum beatificum, nõ autem eſſentia vt voluntas vel vt volens, igitur mouere ad actũ beatificum conuenit eſſentię ratione qua eſſentia eſt, & per conſequens illa erit prior actione voluntatis. ¶ Confirmatur. quia ſi per impoſſibile Deus nõ eſſet volens, eſſentia ſua naturaliter moueret intellectum ad videndum ipſam. igitur & modo ſimiliter mouebit cum non moueat inquantum volens, ſicut nec eſt primum obiectum inquantum volens. ¶ Præterea. obiectum omne gignit notitiam actualẽ ſui. & iſta gignitio eſt naturalis, propter quod genitum dicitur proles ſecundum Aug. 9. de trini. c. vl. igitur iſta viſio eſſentiæ in intellectu beati naturaliter gigneť ab illa eſſentia. ¶ Præterea, ſi voluntas neceſſario concurrit cum eſſentia in ratione principij motiui ad actum beatificum intellectus creati, quęro quis eſt ordo eſſentiæ & voluntatis in mouendo? voluntas enim non poteſt dici ratio motiua prima & eſſentia ſecunda quaſi virtute eius mouens. oportet igitur dare econuerſo. ſ. ꝙ eſſentia ſit prima rõ motiua, ſed prima rõ motiua in mouẽdo tenet ſuũ propriũ modũ mouẽdi, nõ.n. determinatur ad mouẽdũ iilud quod ſecundum eſt, ſed determinat ipſum ad mouendum, ſicut videmus ꝙ actiuũ naturaliter quãtum eſt de ſe neceſſario agit, in illa tamen actione in qua ſubiacet volũtati nõ neceſſario agit, ſed poteſt contingenter agere & non agere, non quidem ex ſe propter contingentiam in volũtate ad agendum. ¶ Similiter ſi voluntas in agendo ſubiaceret principio, naturaliter actio determinaretur ab illo ad determinate agendum.

HIC intelligendum eſt ꝙ motio omnino prima ĩ entibus eſt neceſſario naturalis. qa omni motioni voluntatis eſt alia p̃ſuppoſita. Et ſi aliqua motio in entibus eſt ratio naturalis, maxime motio voluntatis eſt non naturalis. ¶ Item aliqua motio poteſt intelligi eſſe ad terminũ ſimpliciter infinitum, aliqua autem ad terminum finitum, vel ad infinitum includentem finitum, & illa quæ eſt ad terminũ infinitum ſimpliciter eſt prior, quia non poteſt infinitum præexigere finitum. Sicut igitur loqui poſſumus licet impropriè accipiendo motionem extenſiue aſſignari poteſt ordo motionum in entibus, & ſic loquendo omnino primum mobile motione naturali extenſiue loquendo eſt intellectus diuinus, & ideo primum motiuum motione naturali eſt eſſentia diuina, vt eſt primum obiectum intellectus ſui, igitur omnino prima motio eſt naturalis motio intellectus diuini a ſuo obiecto, & cum naturale mouens moueat mobile inquantum poteſt, illud autem obiectum poteſt mouere ad intellectionem actualẽ ſui, & hoc in intelligentia ingenita illius p̃ſonæ in qua primo eſt eſſentia, &

Digreſſio profundiſſima theologua fundamẽtalis vbique notanda.

& ad actionem notitiam ſui ge nitam ad vtranque naturaliter mouebit, licet ordine quodam, quia quod eſt alicui principiũ operandi operatione immanente & producendi productum diſtinctum, quoddammodo eſt prius principium operandi. ¶ Si dicas, ꝙ productio immanet in diuinis ſicut operatio. ¶ Reſpondeo, productio non immanet quantum ad terminum, operatio autẽ omnino immanet. ¶ Similiter eſſentia eſt naturale motiuum ad intelligendum quodcunque intelligibile ſimplex, ſed nõ niſi prius illa eſſentia ſit in omnibus ſuis ſuppoſitis, non quidem ꝙ ſine hoc eſſet defectus principij actiui, ſed ex parte termini requiritur ordo. Sic igitur completa eſt actio mere naturalis, & ad terminum omnino primum. ſ. infinitum, vbi motio omnino prima eſt elicere, vel quaſi elicere intellectionem intelligentia paterna, & huic proxima eſt gignere verbum. ¶ Hãc ſequitur actio, quæ nata eſt eſſe ad terminum omnino primum, puta ad eſſentiam primam communicandam, quæ licet non ſit naturalis, tamen eſt omnino neceſſaria, & hæc eſt motio voluntatis, & hæc quaſi eſt duplex. ſ. ad amare ſimplex, & etiam ad amorem procedentem, & hæc duplex motio voluntatis correſpondet duplici motioni naturali quæ dicta eſt eſſe in intellectu ad intelligere & dicere. Cõtra actio naturalis in eodem præcedit actionem non naturalem, nunc autem per te actione naturali intellectus diuinus intelligit creabile, igitur iſta actio præcedit omnem actionem voluntatis, & ita ſpirationem ſpiritus ſancti. ¶ Reſpondeo maior eſt vera, loquendo in in parte termini, hic autem eſt alius ordo ex parte primi termini & ſecundi, & ideo naturalis in vno ordine ſequitur non naturalem in alio ordine, prima enim diſtinctio ordinum attenditur ex parte terminorũ, ſecunda ex parte principiorum, quantum ad modum principiãdi. ¶ Contra, ordo principiorum eſt prior ordine terminorum, ſicut & principium termino: nam per principium terminus producitur, vel communicatur. ¶ Reſpondeo, antecedens verum eſt de termino totali, qui ſimpliciter capit eſſe non autem de termino formali, qui ſolummodo capit eſſe ſecundum quid. ¶ Cõpleto autem toto iſto proceſſu originis reſpectu primi termini ſ. eſſentiæ diuinæ communicandæ ſequitur ordo alius reſpectu termini ſecundi, eſſentiæ ſ. creabilis, & quidem eſſentia ipſa diuina in iſto ſecundo ordine mouet primo ad intellectionẽ ſimplicem omnis intelligibilis, & hæc intelligentia, vt iam eſt in tribus ſuppoſitis: non autẽ mouet ad diſtinctam notitiam veritatis cuiuſcunque complexionis, quia ſi moueret determinate ad cognoſcendam alterã partem in futuris contingentibus, cum naturale mouens neceſſario moueat, ſequitur ꝙ intellectus diuinus neceſſario intelligeret hanc partem contradictionis fore veram, & ita vel poſſet errare, vel oppoſitum nõ poſſet euenire, & tunc non eſſet contingens, ſed neceſſarium, illud quod ponitur eſſe cõtingẽs. ¶ Si quæratur, cum idem videatur eſſe ordo cuiuſcunque intelligibilis

Nota punctum, qui intelligibiliter.

Inſt.

Cã... tis ... ma... phil... tibi ... que... gis.

bilis ad primum intelligibile, quare primum non æque neceſſario mouet ad cognitionem. ¶ Reſpondeo, naturaliter moueret, & per conſequens neceſſario ad cognitionem cuiuſcunque, quod eſt poſſibile naturaliter & neceſſario cognoſci, huiuſmodi eſt quodcunque obiectũ ſimplex, & etiam quodcunque complexum verum neceſſariũ, non autem tale eſt aliquod cõplexum de exiſtentia contingentis, quia non autem tale eſt aliquod connatum ad veritatem. ¶ Et ſi quæras quare non neceſſario mouet ad ta em cognitionem de complexo habendã, qualis poſſet haberi de eo?

¶ Reſpondeo, aut moueret ad cognoſcendum ſub diſiunctione hoc fore vel non fore, & hæc cognitio non eſt determinata de altera parte. Aut ſi moueret determinate ad cognoſcendum alteram partem, illa neceſſario eſſet determinata. ¶ Completo igitur toto ordine motionis neceſſariæ, ſequitur motio contingens, illa non poteſt eſſe per principium naturalis motionis, quia illius nõ eſt niſi neceſſario mouere, igitur oportet illius motionis principiũ ponere voluntatem. Et fit huiuſmodi motio contingens ordinate. ¶ Primo ad intra, quia niſi ipſa voluntas determinet in ſe ad volendam alteram partẽ nunq̃ determinabit aliquid ad extra. ¶ Primo igitur determinat ſe ad volendum hoc fore determinate. ¶ Secundo ex hoc intellectus videns iſtam determinationem volũtatis infallibilem nouit hoc eſſe futurum: econuerſo igiť eſt in motione neceſſaria & contingente, quia in neceſſaria primũ principium eſt naturale, & ideo primo naturaliter determinatur ad propriam actionem: In cõtingente aũt primum principium eſt liberum, cuius actionem in primo ordine ſequiť naturalis. ¶ Cõpleta vero motione cõtingente ad intra, ſequiť motio ad extra. Illa igiť tota eſt cõtingẽs, & p ↄñs immediate ipſius volũtatis vt principij. nullũ igiť intellectũ creatũ mouet eſſentia vt eſſentia tanquam motiuum per modum naturæ, ſed omnẽ intellectionem illius eſſentiæ q̃ nõ cãt aliquod creatum cãt immediate voluntas diuina. ¶ Per hoc patet ad argumenta iam facta in contrarium. Maior enim primi argumenti debet ſic intelligi, quamcunque potentiam immediate mobilem a tali obiecto ipſum obiectum vniformiter mouet. ¶ Nunc autem quãtum ad primam minorem, eſſentia diuina eſt motiua immediate ſui intellectus, ſed non intellectus creati, quia intellectus diuinus eſt primũ mobile oĩno, & iõ primo mouetur a prima forma motiua, & nihil aliud eſt immediate mobile a prima forma motiua, quia non põt immediate mouere niſi primo mõ motionis, & nihil aliud natũ eſt ſic moueri. Si igiť concludas, ꝙ eſſentia diuina eodẽ mõ mouet omnẽ intellectũ, cõcedatur quẽ immediate mouet, ſed ille eſt ſolus intellectus diuinus, vt patet ex dictis. Alia aũt minor. ſ. ꝙ obiectũ creatũ naturaliter mouet, vera eſt de intellectu quẽ immediate mouet. falſa aũt eſſet, ſi aliquẽ intellectũ moueret mediante actu voluntatis, quia illum nõ naturaliter moueret: ſicut ſi voluntas mea poſſit libere cauſare

intellectionem eſſentiæ meæ in te. Sed iſto modo forte non eſt de aliqua eſſentia, & voluntate creata, quia quælibet eſſentia eſt immediate motiua intellectus creati, & ideo motione naturali. nulla autem voluntas creata eſt motiua ad intellectionem perfectam alicuius eſſentiæ vt eſſentia eſt, quia nec perfecte eam continet eminenter, vel vnitiue, & qualitercunque ſit de obiecto creato mouente intellectū naturaliter, patet prius, ꝙ nō eſt eadē rō de eſſentia diuina, quia ipſa nō eſt immediate motiua alicuius intellectus, niſi primi. ¶ Ad aliud dico, ꝙ mouere ad actum beatificū non eſt * p̄prius actus illius eſſentiæ diuinæ, neque eſt prius actu voluntatis, immo eſt proprie actus illius volūtatis. eſſentia.n. vt quodammodo prior voluntate, licet ſit obiectum primū, & immediatū illius viſionis in rōne terminantis, non tn̄ eſt obiectū immediatū in rōne mouentis, ſed tm̄ mouens remotū, pro quāto mouet intellectum diuinum ad viſionem præcedentem illud velle quo mouetur intellectus Michaelis ad viſionē. ¶ Et per hoc patet ad confirmationem ibi poſitam, quia ſi illa eſſentia nō eſſet formaliter volens, nihil omnino poſſet cauſare ad extra, q̄a nihil poſſet cauſare, niſi naturaliter, & quodcunque extrinſecū cū ſit formaliter poſſibile non poſſet eſſe a neceſſario, niſi contingenter. ¶ Ad tertium dici poteſt, ꝙ eſſentia non habet rōnē motiui ad viſionem ſui ab intellectu creato, niſi inquantum p̄ſupponitur ipſam mouiſſe intellectum diuinum ad viſionē, quę præſupponitur ipſi velle diuino

a.l. primo. a.l. nō eſt prius actu voluntatis diuinæ immo &c.

motiuo intellectus creati, non igitur habent eſſentia & voluntas, vt mouens ſuperius & inferius proprie loquendo ſic intelligendo ꝙ vtrunque attingat ipſum motum, ſed tantum voluntas attingit intellectū creatum, tn̄ preſupponit motionem intellectus diuini ab ipſa eſſentia, ſine qua ipſa voluntas nō haberet illud velle, quo mouet. ¶ Si arguitur contra hoc, quia voluntas vt voluntas non poteſt mouere, niſi ad videndum voluntatē vt voluntas eſt, non aūt ad videndū eſſentiam vt eſſentiam, nunc autem videre voluntatem vt voluntas eſt, & non eſſentiam vt eſſentia eſt, non eſt videre obiectum beatificum. probatio minoris, quia idem eſt obiectum beatificum intellectus creati, & intellectus diuini, Intellectus aūt diuinus non beatificatur in videndo voluntatem vt voluntas eſt, quia voluntas non eſt primū obiectū intellectus ſui, & non beatificatur niſi attingendo primum obiectum. probatio maioris, quia cum volūtas ſit quaſi poſterior ipſa natura, quia proprietas non poteſt eſſe principium cauſandi perfectam viſionem eſſentiæ vt eſſentia eſt, quę quodammodo eſt prior & perfectior. Iuxta illud Dama. c. 12. totum inquit in ſeipſo comprehendens, habet eſſe velut quoddam pelagus ſubſtantiæ infinitum, &c. ¶ Ad iſtud dico, ꝙ quia voluntas eſt perfecte idem cum eſſentia, ideo poteſt eſſe principium motiuum ad videndum eſſentiam vt eſſentia eſt, neganda eſt igitur illa maior. verum quidem eſt, quod ibi affirmat, ſcilicet ꝙ voluntas poteſt eſſe principium motiuum ad videndum

dum volũtatem, vt voluntas eſt, falſum autem eſt quod ibi negatur .ſ. ꝙ non põt eſſe principiũ ad videndũ eſſentiam, vt eſſentia eſt. ❡ Ad probationem maioris rñdeo, ꝙ prioritas illa eſt quaſi prioritas fundamenti, ſed illud fundamentum non ſolum eſt perfecte idem cum illo, quod intelligitur fundari in eo, ſed etiam illud habet perfectionem formalẽ formaliter infinitã propter quod perfecte, identice, & vnitiue continet perfectionẽ fundamenti, & pp iſtã rõnem poteſt voluntas eſſe principium cõicãdi eſſentiam, quia ipſa eſt idẽtice oĩno eiuſdem prrfectionis cum eſſentia, ❡ Ad aliud poſſet dici, ꝙ Auguſtinus loquitur ibi de notitia, quæ eſt verbum: vnde cum dixiſſet, naſcitur proles ipſa trinitatis notitia, ſubdit in fine capituli, Eſt quędã imago ipſa mens, & notitia eius, quę eſt proles eius, ac de ſeipſa verbum eius, & amor tertius. hæc ille. Non igitur quæçunque notitia actualis obiecti eſt verbum eius, ſed illa ſola quæ de ipſo naſcitur, tãquam proles, hoc eſt non tantum eſt naturalis ſimilitudo eius, ſed naturaliter gignitur ab ipſo naſcendo. notitia igitur actualis, quæ producitur immediate per voluntatem, nõ eſt verbum obiecti, quia & ſi ſit ſimilitudo naturalis obiecti, non tamen eſt naturaliter genita.

❡ Et propter iſtud poſſet dici, ꝙ beatus non habet verbum de Deo, quia & ſi illa viſio ſit imago diuinæ eſſentiæ, ipſam naturaliter repræſentans, non tamen eſt imago naturalis naturaliter ab ipſa procedens, ſed illius eſſentiæ eſt tantum vnicum verbum, & hoc in ſolo intellectu increato. in quo ſolo poteſt eſſe notitia ipſius obiecti naturaliter genita. ❡ Aliter poſſet dici ad illud. 9. de trinit. cum dicit Auguſtinus, quòd omnis res quamcunque cognoſcimus congenerat in nobis notitiam ſui, quod vel intelligitur de re, quã naturaliter cognoſcimus, hoc eſt ex cauſis naturaliter motiuis intellectus noſtri, illa quidẽ in ſeipſa vel in cauſis ſuis congenerat, hoc eſt naturali fęcunditate & neceſſitate cauſat in nobis tanquam naturalem ſimilitudinem notitiam ſui, & ſic verbum non gignitur, niſi de memoria: nunc autem obiectum quod fit cognitum per actum voluntatis, non oportet præeſſe in memoria, vel ſaltem non agit vt pręexiſtens in memoria. Sic igitur modo dicto ſaluatur propria ratio verbi. ❡ Vel ſi hoc ꝙ ait, omnis res extendatur etiam ad eſſentiam diuinam, tunc illud quod ſequitur, ſcilicet congenerat notitiam ſui, debet intelligi vel formaliter pro obiecto naturaliter motiuo, vel æquiualenter pro obiecto increato, quia ipſum vel per ſe, vel per aliquid ſibi idem cauſat in nobis notitiam ſui, quæ æquiualet in perficiendo intellectum ac ſi eſſet proles naturaliter genita, quia eſt ſimilitudo naturaliter ducẽs in obiectum, ſicut ſi eſſet ab obiecto naturaliter expreſſa. *Cap. vlt.*

❡ Hinc videtur ſequi, quod eſſentia non eſt repręſentatiua ſui Michaeli prius natura, quã viſio eius cauſatur in Michaele. igitur multo magis non eſt repræſentatiua alicuius alterius: ſed tam ipſa, quàm alia contingenter repræſentantur per actum voluntatis, ita quod ipſum re-

repræſentare non eſt præcedens quomodocunque ipſam intellectionem obiecti, quod dicitur repræſentari. ¶ Sed ſi quæratur hic repræſentatio quodammodo prior actuali intellectione, illa tantummodo inuenitur in memoria, & in memoria diuina nihil proprie eſt, niſi obiectum, quod quaſi tribuit actum primum, ſiue immediatū actui ſecundo, ſcilicet intellectioni actuali. illud autem ſicut actuās eſt præſentia completa primi obiecti, ſcilicet eſſentiæ diuinę. ¶ Contra, quomodo igitur beatus videt obiectum ſecundariū in ipſa eſſentia, ſi non eſt aliquo modo ibi repræſentatum, & nō repræſentatur ſibi in voluntate, quia voluntas nō eſt ſpeculum, in quo videatur, licet per voluntatem manifeſtetur?

Speculatio ſingularis ¶ Reſpōdeo, lapis videtur in eſſentia diuina, non vt in ſpeculo, in quo reluceat, vt obiectum pręſens, ſed ipſa eſſentia ſe ſolā & ſoli ſuo intellectui ſe repræſentat ante actum intelligendi, ſed lapis videtur in eſſentia diuina, vt obiectum ſecundarium in primo obiecto, nō quidem motiuo ad intellectionem ſecundi, ſicut mouet intellectum proprium, & ſicut intellectum noſtrum mouet principium ad cō cluſionem, ſed ordine primi obiecti, & ſecūdi terminantis quodam alio. ſcilicet voluntate mouente ad iſta duo obiecta ordine quodam actum intellectus terminandi.

DE TERTIO principali dico, quod anima ex naturalibus in quocunque ſtatu, vel angelus non poteſt cognoſcere eſſentiam diuinam ſub ratione propria mediate. ſic intelligendo, ꝙ per obiectum cognitum medium, vel in obiecto cognito medio cognoſcat ratio eius, quia nihil poteſt per ſe diſtincte intelligi hoc modo mediate, niſi in illo medio contineatur eſſentialiter & virtualiter, & hoc perfecte, ſcilicet ſecundum totam rationem cognoſcibilitatis ſuæ. eſſentia diuina in nullo alio ſic continetur igitur, &c. minor probatur, quia, nihil aliud a diuinitate continet eam perfecte ſub ratione entitatis, igitur nec ſub ratione cognoſcibilitatis. maior probatur. quia obiectum quodcunque ſi moueat ad aliquam notitiam, tunc ſecundum vltimum virtutis motiuæ mouet ad propriam & perfectam notitiam ſui, igitur nec poteſt mouere ad notitiam ſimpliciter perfectiorem illa, nec per conſequens ad notitiam propriam perfectioris obiecti. ¶ Cōtra iſtud inſtatur primo contra rationem ſic. ſufficit, quòd cauſa virtualiter contineat illud, cuius eſt cā, ita ꝙ ad hoc, ꝙ ſit cauſa non oportet, ꝙ contineat illud cuius non eſt cauſa, nunc autem quicquid moueret ad diſtinctā & perfectam notitiam eſſentiæ diuinæ, non propter hoc oportet ꝙ eſſet cauſa illius eſſentiæ, ſed tantum cauſa illius notitię. igitur licet non contineat illam eſſentiam, vt probatur, ſi tamen contineat illam notitiam, vt puta, ꝙ ſit perfectius ea, ſicut ſubſtantia eſt perfectior accidente, hoc ſufficit ad hoc, quòd moueat intellectum ad talem notitiam. videtur autem, ꝙ illa notitia poſſit eminenter contineri in ſubſtantia angeli, vel animæ. cū illa ſubſtātia ſit multo perfectior, q̄ notitia, & multo īmediatior

tior ipſi obiecto in ordine eſſentiali. ¶Præterea.inſtatur con tra concluſionem illam probatam. primo ſic. per illud qd eſt imago propria alicuius obiecti videtur poſſe diſtincte cognoſci illud cuius eſt imago.ſic em̃ ſenſus viſus diſtincte cognoſcit obiectum in ſpeculo.nunc autẽ non ſolum Angelus, ſed etiam anima eſt imago Dei ſecundum Aug.14.tri. c. 8. vterque autem poteſt diſtincte cognoſcere ſeipſum etiam ex naturalibus, ſicut de ipſa anima, de qua minus videtur,vult Auguſt. 14.de tri.c.vlti,quoniam ſemper ſe noſcere ſemperque ſeipſam velle comprehendebatur, ſimul etiã ſemper ſui meminiſſe, ſemperque ſeipſam intelligere & amare comprehenderetur,quamuis non ſemper ſe cogitare diſcretam &c.& eodem lib. 14.c.4.vel 8 diximus mentem noſcere ſemetipſam,nihil enim tam nouit mens,quam illud quod ſibi pręſto eſt, nec menti magis quicq̃ præſto eſt,quam ipſa ſibi, & de hoc ibidem multum.c.6. & 7. ¶Secundo inſtatur ad idem per hoc, quod intellectus creatus beatus poteſt naturaliter cognoſcere ſuum actum beatificum. igitur per illum poteſt naturaliter cognoſcere obiectum.con ſequentia iſta probatur. tum quia actus eſt naturalis ſimilitudo obiecti,immo videtur eſſe expreſſior ſimilitudo,quam eſſet ſpecies intelligibilis ipſius obiecti ſi poneretur. igitur obiectum diſtincte poteſt cognoſci per ipſum, vt per naturalem ſimilitudinem ſui.tum quia nõ videtur, quod actus poſſit cognoſci,vt eſt huius obiecti, niſi cognoſceretur hoc obiectum. ſub ea ratione, ſub qua ipſius eſt actus.

A D I S T A. Ad primum dico,quod nihil ſufficienter continet continentia virtuali ipſam notitiam,niſi cõtineat obiectũ cognoſcibile, tanquam propriũ repræſentatiuum eius.ſ. formale,vel eius repñtatiuum virtuale.ſpecies autem propria obiecti,& ſi ſit reſpectu eius diminuta in entitate,tñ continet ipſum primo modo tanq̃.ſ.repñtatum per ipſam formaliter, ſed qñ non eſt repñtatiuum formale obiecti,oportet ꝙ virtualiter contineat tale repræſentatiuum proprium,& quando eſt repræſentatiuum ſicut obiectum cognitum,tunc oportet ꝙ contineat aliud obiectum, quod per ipſum dẽt cognoſci. ¶ Ad duo alia argumenta, negaretur forte, ꝙ aĩa, vel Angelus ex natura lib. poſſet cognoſcere ſeipſum, & etiam actum ſuum beatificum.Sed, quia* vtrumque vr̃ cõtineri ſub proprio obiecto intellectus huius & illius,& hoc ſub primo naturaliter attingibili. ſ. ſub ente limitato, Ideo dici poſſet aliter,quod tam anima,q̃ Angelus, licet poſſit naturaliter noſcere ſe,quantum ad illud ab ſolutum, quod ipſum eſt notitia ſui,non tamen poteſt naturaliter noſcere ſe, quantũ eſt imago Dei, ſiue ſe eſſe imaginem Dei,quia non poteſt naturaliter cognoſci relatio,niſi naturaliter poſſit cognoſci vtrunque extremum. ¶ Pro iſta reſponſione videtur eſſe illud Auguſtini.15. de tri. 24. Qui vident inquit ſuã mentem, & in ea trinitatẽ iſtã, ſcilicet memoriã, intelligentiã, & voluntatem, nec tamen credunt ea q̃ intelligunt eſſe imagi nem

a.l.vtraque, vel vterque.

nem Dei, ſpeculum quidem vident, ſed vſque adeo non vident per ſpeculum, vt ſcilicet ipſum ſpeculum, quod vident, ſciant eſſe ſpeculum, ideſt imaginem. ¶ Contra iſtam reſponſionem dupliciter argui poteſt, primo ſic. relatio imaginis, vel eſt idē cum eſſentia animæ vel Angeli, vel ſaltem neceſſario conſequēs naturam eius. igitur per ipſam cognitam poteſt ipſa relatio cognoſci. Antecedens probatur ſic. quia relatio dependentię eſſentialis vel eſt idem naturæ dependenti, vel neceſſario conſequitur, quia ſi contingenter adueniret natura poſſet eſſe ſine illa dependentia, & ita non eſſentialiter dependeret, relatio autem imaginis videtur eſſe relatio dependentiæ imitantis, ad illud quod imitatur.

¶ Secundo ſic. potentia poteſt naturaliter cognoſcere quodcūque contentum ſub ſuo primo obiecto naturali, nunc autem ſub ente limitato, quod eſt primum obiectum naturale intellectus creati continetur illa relatio imaginis, quia ipſa non eſt infinita, cum ſit in fundamento finito. ¶ Ad primum. relatio nō poteſt cognoſci, niſi cognoſcatur vtrumque extremum, quando igitur fundamentum non includit terminum in ratione cognoſcibilitatis, ipſum non eſt cā ſufficiens ad cognoſcendum relationem, ita eſt hic. ¶ Et cum arguitur, ꝙ neceſſario conſequit̃ fundamentum. ex hoc non ſequitur, ꝙ per ipſum poſſet perfecte cognoſci, niſi eſſet entitas abſoluta, ad cuius cognitionem non requiritur aliud cognoſci in ratione termini. ¶ Cōtra hoc, quod includit aliud in entitate, & in cognoſcibilitate. fundamē tum autem illud includit in entitate relationem iſtam, ſi neceſſario conſequatur ipſum. igitur & includit ipſam in cognoſcibilitate. ¶ Reſpondeo, non includit eam in entitate, vt totalis cā eius, ſed vt proxima cā. ſuppoſita tñ alia cā ſcilicet termino, q̄ & ipſum fundamentum illam cām ſupponit. Conſimiliter cōcedo, ꝙ includit eam in cognoſcibilitate præſuppoſita alia cā eius in cognoſcibilitate, & hoc ſi ſimpliciter ſimplr̃, ſi alicui alicui. ſed iſti cognoſcenti. ſ. Angelo, vel animæ & hoc naturaliter, ſiue ex cauſis naturaliter motiuis non præſupponitur obiectum, ſiue terminus eſſe naturaliter cognoſcibilis, & ideo fundamentum licet ſit huic naturaliter cognoſcibile, non ſequitur relationem huic eſſe naturaliter cognoſcibilem. ¶ Ad ſecūdum. ens limitatum, & ad ſe, vel ſi ēt eſt limitatum & ad alterum, tamen limitatum eſt naturale obiectum intellectus creati, ſed entitas limitata in ſe, quæ eſt eſſentialiter ad alterum illimitatum, non eſt naturaliter intelligibilis ab intellectu creato, ſicut nec ipſa intelligi poteſt. ¶ Licet iſtę reſponſiones probabiliter videantur ſaluare, quod abſoluta entitas animæ vel actus beatifici poſſet naturaliter intelligi ab anima, licet non naturalr̃ poſſit intelligi ab ea relatio ad terminum, nec per conſequens oporteat Deum intelligi in ratione termini illius relationis, tamen rationes illæ de aīa, & de actu videntur habere aliam difficultatem, vnam communem, quia per illud, quod eſt naturalis imago obiecti, poteſt ipſum obiectum *Dubitileſu*

ctum cognoſci, licet per hoc quod eſt imago non cognoſcatur relatio imaginis. Exemplũ. per ſpeciem albi in oculo videtur album,licet non cognoſcatur relatio illius ſpeciei ad album,& ita eſt de intellectu ponendo ſpeciem intelligibilem, & ratio eſt,quia illa relatio fundata in ſpecie ſenſibili,vel intelligibili,non eſt formalis rõ cognoſcendi obiectũ, ſed illa forma in qua fundatur relatio.igitur in propoſito,licet non naturaliter intelligatur relatio animæ vel actus beatifici ad Deũ, tamen quia eſt tale fundamentum, quod ex ſe eſt ſimilitudo obiecti, per ipſum poterit cognoſci obiectum.¶Videtur etiã ſtare rõ prius facta de actu, q̃a actus vr̃ formalis ſimilitudo obiecti,& actualior, quàm ſpecies intelligibilis, ſi poneretur: igitur ſi per ſpeciem poſſit obiectum diſtincte intelligi vel cognoſci,magis vel æquè poterit intelligi per actum.¶Videtur ẽt ſtare aliud,quod fuit ibi tactũ, quia quod actus intelligatur, vt eſt obiecti,& non intelligať obiectum ſub illa ratione,ſub qua terminat actum, vr̃ eſſe contradictio,nunc autem ex naturalibus anima,quæ beata eſt,poteſt cognoſcere ex natura ſua actũ beatificum, vt eſt beatificus, & per conſequens vt eſt obiecti beatifici: quia & ſi non habeat actum illum ex natura ſua, tamen ſuper illum actum iam exiſtentẽ poteſt reflecti,& hoc virtute ſua naturali, quod probo primo per illud.15. de tri.c.11. vbi dr̃.Qui dicit,ſcio me viuere, vnum aliquid ſe ſcire dicit.pro inde ſi dicat ſcio me ſcire me viuere,duo ſunt,& ſequitur. ſic poteſt addere tertium,& quartum, & innumerabilia ſi ſufficiat.poteſt inquã ex virtute naturali,ſi tamen ſufficiat ad continuandum iſtos actus reflexos. ¶Hoc probatur ſecundo. quia ſi ad actum reflexionis requiritur aliquod ſupernaturale, pari ratione ad nouum actum nouũ ſupernaturale, & tunc ſicut in infinitum poteſt procedi in actibus reflexionis,ſic in infinitum requiritur aliud & aliud ſupernaturale,quo reflectetur.¶Confirmatur,quia actus tertius haberet ſe ad ſecundum,ſicut reflexus ad rectum:ſi igitur poſito actu recto,non poteſt anima reflecti ſuper illum, niſi virtute alicuius ſupernaturalis ad hoc eleuantis,pari ratione, nec per tertium reflecti poteſt ſuper ſecundum, niſi per aliud ſupernaturale. ¶Hoc probatur tertio. quia intellectus, actum quẽ hẽt põt percipere,& experiri,& hoc ſm̃ propriam perfectionem illius actus, & ex natura ipſius potentiæ,ſicut quando video ex virtute potentiæ naturalis percipio me videre, & poſſem illud ex ratione virtutis viſiuæ percipere,ſi eſſet reflexiua ſicut intellectus.

AD ISTA, aliquid eſſe medium cognoſcendi, vel in cognoſcendo poteſt intelligi dupliciter.¶Vno modo, ꝙ ſit medium cognitum, ſic ꝙ ꝑ ipſum cognitum cognoſcatur aliud. ſicut cognoſcitur concluſio per principium.¶Alio mõ ꝙ nõ ſit medium cognitum,ſed rõ cognoſcendi ſolum. ſicut ſpẽs ſenſibilis in ſenſu eſt rõ ſentiendi. ¶Primo modo nihil poteſt eſſe medium cognoſcendi obiectũ aliud, niſi contineat in ſe cognoſci- *Mediũ cognoſcendi duplex.*

gnoſcibilitatem illius obiecti,ſecundum quam illud cognoſcitur per illud.quia ſi iſtud excedat illud in cognoſcibilitate. tunc illud qualitercunque perfecte cognitum deficiet ab iſto cognito in cognoſcibilitate. ¶Secundo modo. bene põt aliquid eſſe medium cognoſcendi aliud, licet cognoſcibilitas ſua propria deficiat a cognoſcibilitate illius.dum tamen ſit natum ducere in illud, vt cognoſcibile. ¶ Per hoc patet ad primum. quia licet aĩa ſit imago Dei,tñ non eſt nata eſſe mediũ cognoſcendi Deũ,ſecundo mõ. ſed tm̃ primo modo, vt hri põt ex auctoritate Auguſtini prius adducta. Qui videt ſuam mentem &c.Medium aũt cognoſcẽdi ſecũdo modo reſpectu iſtius medij,vt cogniti,eſt aliquod ꝓprium formale repræſentatiuũ ipſius animæ,& per illud cognoſcitur anima ſub propria ratione,tanquam perfectiſſimum repræſentabile per illud,& per cõſequens per illud non poteſt intelligi Deus ſub ratione ſuæ intelligibilitatis, ſed tm̃ in aliquo diminuto inteligibili imitante & participante intelligibilitatem eius.

¶ EXEMPLVM hui⁹ apparet in ſenſu,qñ enim ſpecies coloris vr̃ ſicut qñ radius tranſit ꝑ vitrum rubeum, rubor apparet in pariete oppoſito,& ille rubor ita viſus non eſt rõ videndi ruborem in vitro ſub propria rõne,ſed tantummodo diminute, vel forte nullo modo niſi ꝑ collationẽ huius ruboris ad illum tanq̃ ſimilis:qñ aũt ſpẽs ſenſibilis eſt rõ ſentiendi obiectũ ſub propria rõne ſua,ipſa nõ eſt perceptra per ſenſum, ſicut apparet meniſeſte in viſione recta vbi nihil vr̃ in medio inter colorem & oculum & tamen eſt ibi ſpecies coloris multiplicata.

¶Sed contra,licet hoc ſit ibi, in viſione tñ reflexa vr̃ ꝙ ipſa ſpẽs videat̃,quia hoc qđ vr̃ apparet videri in ſpeculo,& tñ in tali viſione reflexa ſpẽs eſt rõ ſentiẽdi obiectũ in rõne ſua propria, quia obiectũ vr̃ ſub propria rõne viſibilitatis ſuæ.ergo a ſimili in propoſito poſſet Deus videri ꝑ medium quaſi ſpeculatum & tñ ſub rõne propria obiectiua. ¶Sed hic dicendũ ꝙ Alacem in perſpectiua ſua lib.4.c.4. ex intentione determinat ꝙ ſpecies non eſt in ſpeculo ſubiectiue, neque eſt ibi vt terminans actũ videndi. Et hr̃ oſtendi poteſt vnico exprimento, quia quod alicubi exiſtens in ſe videtur ab oculo exiſtente in hoc ſitu,põt ẽt videri ab ipſo exiſtẽte in alio ſitu,dum tñ medium ſit illuminatum, & non ſit opacũ interpoſitũ,& ſit ẽt debita diſtantia: ſed oculus qui in determinato ſitu exiſtens videret albũ in ſpeculo,alibi exiſtens non videret, quia non fit viſio iſta niſi in illo puncto ad quem peruenire põt radius reflexus, qui ſemper eſt in eadẽ ſuperficie cũ radio incidentię, & cum ipſo conſtituit angulum ęqualem illi angulo qui intercipitur inter radiũ incidentis & corpus ſuper qđ incidit.¶Patet ẽt propoſitũ ꝑ hoc ꝙ aliqua ſpecula nõ ſunt formal'r perſpicua,ſicut in calibe polito & argento polito bene vr̃ aliquis color tanq̃ in ſpeculo, & tñ in iſtis non recipitur ſpecies coloris,quia non eſt nata recipi niſi in perſpicuo tantummodo. ergo hic recipit̃ in aere propinquo

quo talibus ſpeculis, ſed vt ibi non põt terminare viſionẽ: qñ ẽt recipitur in ſpeculo perſpicuo vitreo, adhuc ibi non terminatur viſio niſi ad aliquid opacum ſuppoſitũ, puta plumbum vel aliud huiuſmodi, dico ergo ꝙ in viſione tali ſpeculari ſpẽs non eſt viſa ſed tm̃ rõ vidẽdi obiectũ illud cuius eſt ſpẽs, nõ tñ p lineam rectã ſed per lineã reflexam vñ obiectũ quidem nõ eſt pñs oculo per lineam rectã ſed reflexam concurrentem cũ recta in puncto vbi eſt concurſus radij viſualis cum catheco. ¶ Et per idem ad ſecundũ, quia actus eſt ſimilitudo cognita, & talis non ſufficit ad cognoſcendum illud cuius eſt actus, ſicut ſpecies intelligibilis in vno intellectu viſa, alij intellectui videnti eam non ſufficeret ad perfecte cognoſcẽdum obiectum cuius eſt.

14 ¶ Contra. actus in illo intellectu, cui ineſt, eſt ratio perfecte attingendi obiectum, tanquam præſens per illum actum, igitur ei cui ille actus eſt præſentialiter notus, ille per illum actum notum poterit attingere illud obiectum, quia per illum actũ, & in illo habet idem obiectum ſibi præſens. ¶ Reſpondeo. intellectus cui actus ineſt per illum, vt rationem proximam attingendi attingit obiectũ, ſuppoſita tamen præſentia obiecti propria. cui autem ille actus eſt cognitus, non habet illũ vt ſibi propriam rationem attingendi, ſed ad hoc, quod haberet actũ quo formaliter attingeret oportet habere alium actum, & cum hoc propriam pręſentiam obiecti. ¶ Ad aliud cum arguitur, quod anima ex natura ſua poteſt reflecti ſuper actum beatificum vt beatificus eſt, hoc poſſet negari. verum quidem eſt quod reflecti poteſt, ſed non niſi virtute illius, virtute cuius habet actum rectum. Nec plus probat auctoritas Auguſtini, quia non dicit quod poſſit ſemper ex ſola natura, ſed ſi habet actum rectum, poteſt reflecti ſuper illum, vel virtute naturæ, vel ex virtute illius, per quod habet actum illum, & nõ ſequitur illud inconueniens de proceſſu in infinitum, quia idẽ ſupernaturale ſufficit ad actum rectum, & ad omnes reflexos.

¶ Ad * illud etiam de ſenſu patet. quia quod percipio me videre, eſto quod hoc non ſit per potentiam viſiuam, tamen non eſt per potentiam aliquam inferiorem, ſed forte per aliquam ſuperiorem cuius eſt cognoſcere actum viſus.

QVÆSTIO. XV.

Vtrum reſpectu illius verbi creatura intellectus poſsibilis ſit actiuus, vel paſsiuus.

CONSEQVENTER quæritur de modo quo ĩtellectus exit in actum ſiue de cauſa intellectionis. ¶ Et eſt quæſtio poſito, ꝙ beatus in patria habeat verbum de creatura viſa in eſſentia diuina. Vtrum reſpectu illius verbi creaturæ intellectus poſſibilis habeat ſe pure paſſiue. ¶ Arguitur, quod ſic, quia Intellectus poſſibilis reſpicit illam intellectionem, ſed idẽ reſpectu eiuſdem non habet rationem receptiui & actiui, quod eñ recipit eſt

a. l idem. Arg principale qn ſoluit faciliter ex dictis, nõ omiſit dicto. ipſius ſolut onẽ hic.

3. de ãĩa t. c. 2 : 2. & 18.

eſt in potentia, quod autẽ agit eſt in actu, Idem autem non po
9.9.& 10. metl. teſt eſſe ſimul in potentia, & in actu, cum iſtæ ſint primæ differentiæ entis. igitur intellectus poſſibilis nullo modo actiue ſe habet reſpectu verbi, & per conſequens pure paſſiue.

¶ Contra. ſi verbum ibi formatur, non poteſt dici quod formatur ab obiecto, quia intellectio eſt actio immanens ſecun-
9.c.16. dum philoſophum. 9. metaphy. ſi autem eſſet actio obiecti in intellectum, illa eſſet actio tranſiens, nec poteſt dici formari ab intellectu agente, quia intellectus agens facit de potentia intelligibili actu intelligibile ſe-
t.c. 18. cundum philoſophum. 3. de anima. igitur tota actio eius completa eſt ante intellectionem actualem, & per conſequens ante verbum, nec poteſt dici, quod memoria formet actiue verbũ, quia verbum formatur per actũ intelligendi, memoria non intelligit, ſed omne intelligere eſt ip
Cap.7. ſius intelligentiæ. 15. de trinita.
Idem 14. igitur relinquitur tãdem, quod
tri.c. 7. nihil in anima actiue format verbum, niſi intellectus poſſibilis.

HIC NON QVÆRITVR ſi de obiecto beatifico poſſit haberi verbum. Nec de obiecto ſecundario viſo in illo obiecto primo. Nec ſi aliud ſit verbum obiecti primi, & ſecundi. Sed ſupponitur de obiecto ſecundario haberi verbum, & quæritur qualiter intellectus poſſibilis ſe habeat in eius formatione. Incipiendo igitur a manifeſtioribus. ¶ Primo inquiretur de formatione verbi ſecundum modum intelligendi, quẽ nunc experimur. Et ſecundo applicabitur ad intellectionem in patria.

DE PRIMO ſuppoſito, quòd intellectio perfecta, puta diffinitiua de obiecto diffinibili ſiue ſit verbum illius, ſiue nõ, ſaltem nõ eſt ſine verbo ipſius, & per conſequens, ſi quid actiue ſe habeat ad intellectionem illam perfectam, ipſum quodãmodo actiue ſe habebit in formatione verbi. de cauſa igitur intellectionis in nobis pro ſtatu iſto tria ſunt videnda. ¶ Primo, quod in parte intellectiua eſt aliquod principium actiuũ reſpectu intellectionis. ¶ Secundo, vtrum illud actiuum ſit aliquid animæ intellectiuæ, vel tantummodo ſit obiectum, vel repræſentatiuum obiecti, quod dicatur eſſe in anima. pro tanto ꝙ ſit in ipſa, ſicut accidens eius, vel repræſentatiuum, non autẽ ſicut aliquid naturæ eius. ¶ Ter 3. de
tio. dato quod ſit aliquid ani- t.c.18
mæ, inquiretur ſi eſt intellectus agens, vel poſſibilis. ¶ Prima concluſio probatur ſic. intellectio aliqua in nobis eſt noua, vt experitur quilibet, & eſt forma abſoluta, vt dictum eſt in quæſtione de hoc habita. Omnis autem
forma abſoluta cum ſit termi- 9. 11.
nus actionis habet aliqđ principium actiuũ, per quod accipit eſſe. igitur reſpectu intellectionis noſtræ nouæ eſt aliqđ actiuum principium. * Iſtud eſt in-
triuſecum ſuppoſito intelligen 2. lib
ti, vt patet per philoſo. 2. de ani- t.c.18
ma. c. 6. differt autem ſupple in intellectu & ſenſu, quoniã hæc quidem actiua operationis extra ſunt vt viſibile &c. & ſequitur, cã autem quoniam ſingulariũ ſm actum eſt ſenſus. ſcientia aũt vniuerſalium, hęc autẽ

im

in ipſa quodammodo ſunt anima, vnde intelligere in ipſa quidem eſt cum velit, ſentire autem non eſt in ipſa, neceſſarium autem eſt eſſe ſenſibile, hæc illæ. Habetur igitur hæc concluſio tanquam certa, ꝙ alicuius intellectionis nouæ principium actiuum ſufficiens eſt intrinſecum ſuppoſito intelligenti. ¶ Tunc arguitur vltra per diuiſionem, vel illud principium pertinebit ad voluntatem, vel ad partem ſenſitiuam, vel ad partem intellectiuam, vt diſtinguitur cõtra voluntatem & ſenſum. Non poteſt dari primum, ſaltẽ in prima intellectione, quia ipſa præcedit omnem actum voluntatis. Nec eſt dare ſm. ſ. ꝙ illud principiũ ſit præciſe in parte ſenſitiua, relinquitur igitur, ꝙ ſit in parte intellectiua. ¶ Secundum. ſ. ꝙ non ſit in parte ſenſitiua probatur tripliciter. ¶ Primo ſic. effectus * æquiuocus ſemper eſt minus nobilis totali cauſa ſua æquiuoca. vt habetur. 12. ſuper Gene. ſed intellectio eſt ſimpliciter perfectior phantaſmate, & quacũque tali perfectione, quę eſt in parte ſenſitiua, quia intellectio eſt proprie perfectio naturæ intellectualis, vt intellectualis eſt, quæ inquantum talis nobilior eſt tota anima ſenſitiua, & ita perfectior perfectione. ¶ Secundo probatur ſic. angelus non ſemper habet omnem intellectionem, quam poteſt habere, quia cum poſſit intelligere quodcunque intelligibile, vel haberet vnicam, quæ eſſet ſimul omnium intelligibilium, vel haberet tot diſtinctas, quot correſponderent omnibus intelligibilibus, quorum vtrũque videtur eſſe impoſſibile, quia primũ poneret nimiam perfectionem illius intellectionis, immo videtur, ꝙ infinitam, quia nec intellectio diuina excederet eã, quantum ad multitudinem obiectorum. ¶ Secundum videtur ponere nimiã pfectionẽ intellectus, quia ita diſtincte cognoſceret omnia p diſtinctos actus ſimul, ſicut vnum obiectum per vnum actum, ſequitur igitur ꝙ cũ poſſit quodcunque intelligibile intelligere, quod poſſit habere aliquam intellectionem nouam. igitur videtur ſibi attribuendũ quicquid perfectionis eſt in intellectu potente habere aliquã nouam intellectionem, ſed in tali perfectionis eſt habere notitiam habitualem perfectam, p quam * intellectus ſit in potentia accidentali tantum ad intelligendum ſecundum philoſophum. 3. de anima, qui loquens de intellectu poſſibili dicit. Cum autem ſic ſingula fiat, vt ſciens dicitur qui ſecundum actum, hoc autem confeſtim accidit cum poſſit operari per ſeipſum. Eſt quidem igitur, & tũc potentia quodammodo, non tñ ſimiliter, & ante addiſcere. vult dicere, quod quando habet habitum per quẽ põt ex ſe operari, licet tunc ſit in potentia aliqua, non tamen eſſentiali quæ eſt ad formã, ſiue ad principiũ operandi, ſed tantummodo accidentali ad operationem. & hæc eſt diſpoſitio perfectior eius, qđ de potentia operandi exit in actum operãdi. ¶ Hic dicit quod angelũ poſſe habere nouam intellectionem eſt mere creditũ, quia philoſophi pcipui hoc non viderũt. ¶ Præterea, hic ẽt diceretur ꝙ angelus ad quãlibet intellectionẽ quã hẽt moueret imme-

Margin notes: *Gene.* (beside "effectus * æquiuocus"); *a. l. angelus. t. c. 8.*; *Goff. quodli. 6. q. 7.*

mediate a Deo. ¶ Contra hoc, licet forte philoſophus, qui poſuit intellectionem angeli idē cum ſubſtantia angeli, diceret
9. de anima et 12. Meta. conſequenter intellectionem eſſe ab eo, a quo eſt ſubſtantia, & licet catholicus dicens intellectionem illam, qua angelus intelligit ſe eſſe, coæuam angelo, & quaſi propriam perfectionem neceſſario conſequentem naturam eius, poſſet aliquo modo probabiliter dicere illam immediate a deo iuxta illam propoſitionem ꝓbabilem. accidēs proprium coęuum ſubſtantiæ cuius eſt, eſt a generante illam ſubſtā tiam. Tamen de accidente ꝑ accidens, quod contingenter ineſt, non videtur probabile dicere, ꝙ illud ſit a generante. ¶ Et confirmatur, quia Deus poſſit immediate cauſare quamcunque intellectionem in angelo, tamē ſi aliquam non cauſet, vtpote huius obiecti, ſed derelinquat angelum ſibi, & ordini cauſarum naturaliter actiuarum, non videtur probabile quòd angelus non poſſit attingere ad intellectionem huius obiecti, cum anima ſic ſibi & cauſis naturalibus relicta, ad eius intellectionem poſſit attingere naturaliter, licet mediante ſenſu. Non enim videtur, quòd anima poſſit attingere ad intellectionem alicuius obiecti, etiam mediante ſenſu, quin ad intelligendum idem obiectum poſſit angelus attingere ſine ſenſu. ¶ Iſtud autem, quod dicitur ex philoſopho, videtur facere ad propoſitum noſtrum, quia ſi philoſophus vidiſſet aliquā intellectionem nouam poſſe competere angelo, dixiſſet ipſum aliquando eſſe in potentia accidentali ad intellectionem, quia hæc eſt diſpoſitio perfectior eius, quod aliquando eſt eſt in potentia ad intelligendum. Igitur ille qui tenet ſiue per rationem, ſiue per fidem aliquam eſſe intellectionem nouā in angelo, conſequenter dicat angelum quandoque ad illam eſſe in in potentia accidentali, ſicut philoſophus conſequenter diceret ad illud quod ipſe tenet. magis autem concordat cum philoſopho qui tenens Nota documentum
aliquod antecedens, concedit conſequens, quod philoſophus etiam concederet, ſi illud antecedens teneret, quàm ille qui tenendo illud antecedens negat illud conſequens. quia Ariſtoteles illud non negaret concedendo illud antecedens.

¶ Tertio, propoſitum probatur per auctoritates. 15. de trini. 7. vel. 14. dicit Auguſtinus. Quod excellit in anima mens vocatur. & poſt, homo non ſecundum omnia quæ ad naturam eius pertinent, ſed ſecundum ſolam mentem imago dicitur. Et lib. 14. cap. 8. Imago ibi inuenienda in nobis eſt, quo etiam natura noſtra nihil habet melius.

¶ Ex iſtis auctoritatibus, & alijs ſimilibus habetur quòd tota imago eſt in parte intellectiua, accipiendo intellectiuam pro ea, quæ tranſcendit ſenſitiuam. Sed imago includit parentem, & prolem. vt patet. 9. de trini. ca. vlti. & alibi multotiēs. igitur in parte intellectiua eſt parens gignens illam notitiam, quæ eſt proles, & per conſequēs principium actiuum reſpectu Vel... dam fuge...
intellectionis. Qui igitur poneret phantaſma, vel aliquam formam

mam talem in parte ſenſitiua, eſſe rationem immediate gignendi notitiam actualem, non ſaluaret, (vt videtur) rationem parentis mente proprie accepta. ¶ Præterea, Auguſt. 15. de trinita.cap. 23. Memoria hominis,& maxime illa quam pecora non habent, in qua res intelligibiles ita continentur vt non in eam per corporis ſenſus venerint, habet in hac imaginem trinitatis, imparem quidem, ſed tamen qualemcunque ſimilitudinem patris, hoc exponit cap. 13. in fi. ſic. Hoc verbum noſtrum de ſcientia noſtra naſcitur, quemadmodum & illud de ſcientia patris natum eſt. & cap. 21. vel. 53. Memoria inquit tribuens omne quod ſcimus. Ex iſtis habetur, quòd illa memoria quam pecora non habent, hoc eſt propria intellectiua, pro tanto habet ſimilitudinem patris. quia de ipſa, vel de ſcientia quæ eſt in ea, naſcitur verbum noſtrum, ſicut verbum æternum naſcitur de ſcientia patris. Satis expreſſe videtur in iſtis auctoritatibus velle, quod in parte intellectiua proprie accepta ſit principium actiuum reſpectu intellectionis.

DE SECVNDO primi articuli principalis, certum eſt ꝙ ad actualem intellectionem cauſandam concurrunt aliquid ipſius animæ itellectiuę, & obiectum aliquo mō prę́ſens. ſ. vel in ſe, vel in aliquo repręſentante. ¶ Sed quod iſtorum debet poni per ſe actiuum reſpectu intellectionis, auctoritates videntur varie loqui. Auguſt. 12. ſuper Gen. cap. 29. Non putandum inquit eſt corpus aliquod agere in ſpiritum, quaſi ſpiritus corpori facienti materię vice ſubdatur, omni enim modo præſtantior eſt res quæ facit illa de qua facit, nec vllo modo corpus præſtantius ſpiritu, immo ſpiritus præſtantior corpore: quàmuis igitur imago eſſe incipiat in ſpiritu, tamen eandem imaginem non corpus in ſpiritu, ſed ſpiritus in ſeipſo facit celeritate mirabili. ¶ Item, idem. 10. de trini. c. 5. Anima conuoluit & rapit imagines corporum. ¶ Pro actiuitate tamen obiecti videtur dicere. 16. de trinita. 10. vel. 24. formata cogitatio ab ea re, quam ſcimus, verbum eſt, quòd in corde dicimus. Et ibidem. Ex ipſa ſcientia quam memoria tenemus naſcitur verbum. Et. c. 12. vel. 30. verbum eſt ſimilitudo rei notæ, de qua gignitur & imago eius. ¶ philoſophus autem videtur loqui pro actiuitate obiecti. quia illud videtur eſſe principium actiuum, per quod aliqd reducitur de potentia eſſentiali ad accidentalem, hoc autem eſt aliquid ex parte obiecti, quia illud per quod obiectum eſt præſens ſub rōne actu intelligibilis, eſt ſpecies cauſata ab obiecto. t. 3. 60. ¶ Pro hoc eſt illud ſecundi de anima, quod prius eſt adductū, ſcilicet vniuerſalia quodammodo ſunt in anima, vnde intelligere in ipſa quidem eſt cum velit ac ſi diceret, ꝙ quia obiecto intelligibilia ſunt præſentia aīæ, ideo ipſa eſt in potentia accidentali potens intelligere cum velit. ¶ Sed pro actiuitate potentiæ videtur aliquibus eſſe illud t. c. 16. 9. Meta. ꝙ ſpeculatio eſt actio immanens. ſi autem intellectio nō eſt ab intellectu, ſed tm̄ ab obiecto, nō eſſet ibi actio immanens, ſed tm̄ tranſiens. De iſto arti-

articulo poteſt dici, ꝙ vtrunque concurrit in ratione principij actiui reſpectu intellectionis. ¶ Aliquid.ſ.ipſius animæ. ¶ Et ipſum obiectum, vel aliquid ex parte obiecti. Et hoc videtur haberi ab Auguſtino. 9. de trini. c. vlt. Liquido inquit tenendum eſt, ꝙ omnis res quamcunque cognoſcimus congenerat in nobis notitiam ſui. Ab vtroque enim paritur notitia.ſ.a cognoſcente, & cognito. Et 11. de tri. c. 2. vel 5. ex viſibili & vidente gignitur viſio. Et licet ibi ſubdat, informatio ſenſus. quę viſio dicitur, a ſolo imprimitur corpore quod videtur. hoc non eſt cõtra illud, quia æquiuoce accipitur hoc nomen viſio, Primo pro actu videndi, Secundo pro ipſa ſimilitudine rei viſæ, & illa a ſolo corpore cauſatur. Et iſta ęquiuocatio poteſt colligi ex multis verbis illius capituli. ¶ Pro hac concluſione videtur eſſe ratio, quoniam quando intelligibile eſt actu pręſens intellectui, poteſt haberi intellectio actualis illius obiecti, ſed non poteſt haberi ſine principio perfecte actiuo, igitur vel alterum illorum tantum eſt perfecte principium actiuum, vel ambo integrant vnum principium perfecte actiuum. ita ꝙ vtrunque ſit partiale actiuum. ¶ Quod autem neutrum ſit perfecte principium actiuum probatur. ¶ Primo de obiecto, quia aliquod obiectũ non eſt nobilius ipſa intellectione, ſicut accidens ſenſibile, & principium actiuum perfectum quando eſt ęquiuocum neceſſario eſt perfectius forma cauſata. ¶ Secundo probatur idẽ. quia obiecto exiſtente æque pręſente intellectui ſi maior eſt conatus, & maior intentio ad intelligendum, perfectior poteſt haberi intellectio, & hic videtur, q̃a perfectius veſtigium derelinquitur. igitur maior intentio voluntatis cauſat aliquo modo perfectiorem intellectionem, quod non videretur probabile, ſi ſolum obiectum eſſet cauſa actiua eius, quia illud videretur ſemper agere ſecundum vltimum potentiæ, cum ſit agens naturale non liberum per eſſentiam. patet, ſed nec liberum per participationem videtur, cum non ſit eadem natura cum voluntate. ¶ Tertio oſtenditur idem ſic, operatio illa non eſt per ſe perfectio agentis, quam ipſum elicit præciſe mediante aliquo ſuo accidente per accidens. Exemplum, calefacere, vel etiam calere non eſt per ſe perfectio ligni calidi, quia non competit ſibi niſi per calorem qui eſt accidẽs eius, illud autem a quo obiectũ aliud ab anima eſt præſens intellectui, eſt eius accidens per accidens, quia quandoque contingenter ineſt, quandoque nõ, igitur ſi ſolum illud eſt principium actiuum reſpectu intellectionis, intellectio non eſſet propria perfectio intellectus, vel hominis. ¶ Item ſecũdo probatur, ꝙ nec totalis actiuitas conueniat intellectui, quia actus videtur propria ſimilitudo obiecti. videtur etiam ſortiri ſpeciem ab obiecto, licet non ſicut a principio formali intrinſeco, tamen ſicut a per ſe principio extrinſeco. videtur etiam eſſentialiter dependere ab obiecto, propter quod refertur ad ipſum in tertio modo relatiuorum. hoc autem non videret̃ verum, ſi obiectum eſſet tantum cauſa per accidens,

cidens, vel cauſa ſine qua non. ¶ Concedo igitur auctoritates prius adductas ad qualcunque affirmatiuas, ſiue de intellectu, ſiue de obiecto. verum quidem eſt, ꝙ vtrunque iſtorum aliquo modo eſt actiuum ad intellectionem, ſed actiuum partiale. ambo autem integrant vnum actiuum totale.

SED HIC SVNT duo dubia. ¶ Primo quomodo iſta conſtituunt vnum perfectum principium. ¶ Secundum de quibuſdam auctoritatibus adductis, puta de illa Aug. Ex ipſa ſciētia naſcitur. verbum, quomodo iſta facit pro obiecto, & ſimiliter illa Ariſto. 2. de anima, ſcientia autē vniuerſalium eſt. ¶ Ad primum dico ꝙ * cauſę concurrentes quandoque ſunt eiuſdē rationis, & ordinis, vt plures trahentes nauem: quandoque vero ſunt alterius rationis, & ordinis. ¶ Et hoc dupliciter. quandoque poſterior habet virtutem ſuam a priore, Exemplum, ſol & pater in generatione hominis, quandoque poſterior non habet virtutem ſuam a priore, nec dependet in habendo ſuam virtutem ab ea, ſed tantum dependet ab ea in agendo ſecundum ſuam virtutem, ita ꝙ ſuperior principalius agit, & inferior minus principaliter agit. Exemplū forte de patre & matre in generatione prolis: vt enim videtur haberi ex 16. de animalibus. mater aliquo modo ſe habet actiue, quod videtur rationabile, cū formam eiuſdem ſpeciei conſequatur virtus eiuſdem ſpeciei. Mas autem & fœmina non differunt ſpecifice ſecundum philoſophum, 10. Meta. Mater autem virtutem ſuam actiuam nō habet a patre, nec in habendo ipſam ab illo dependet, ſed dependet ab ipſo in agendo ſecundū ipſam virtutem, & agit minus principaliter. ¶ Ad propoſitum, intellectus & obiectum non cōcurrunt primo modo. quia ille concurſus non eſt neceſſarius ex ratione concurrentium, ſed tantum ex defectu virtutis in vno, quia ſi duplicaretur virtus vnius ipſum ſolum ſufficeret: nō ſic hic, quia quantumcunque ſit obiectum perfectum, vel intellectus perfectus, neutrum tamen cauſaret actum ſine alio. Nec concurrunt ſecundo modo, quia intellectus non habet virtutem ſuam actiuam ab obiecto, non econuerſo. Tertio igitur modo poſſunt dici concurrere. ¶ Quod autem eorum ſit principalius, non oportet diſcutere. ¶ Ad ſecundum dico ꝙ iſta tria accipit Augu. pro eodem verbum * gigni de memoria. & verbum gigni de ſcientia in memoria, & verbum gigni de re nota: quia per ſcientiam intelligit actum primum, per quem anima eſt in actu ſufficiēti ad actū intelligendi, & virtute illius primi actus gignitur verbum, & in illo actu primo relucet obiectū, & pro tanto dicitur gigni de obiecto, igitur de ſcientia gignitur vt de principio formali gignendi, de obiecto autem relucente in illo principio, de memoria vero vt continente illud principium, ita ꝙ omnes tales auctoritates Auguſtini ſecundū intentionem illius loquuntur ꝓ actiuitate obiecti. ¶ Conſimiliter & illæ auctoritates Ariſtotelis, quæ dicunt ꝙ per ſcientiam poſſumus intelligere cum volumus. & in ſecundo de anima. ſciētia

B. Quære 1. diſt. 1. q. 6. pag. 113. a. b.

tia eſt vniuerſaliium, & in tertio de anima. Cum autem vnaqueque fiant, vt habetur ſupra. *t.c. 60. t.c. 8.* ¶ Et eſt intelligendum, ꝙ tam Augustinus, quam Ariſtoteles accipit ſcientiam, non pro habitu illo acquiſito ex actibus frequentatis, & facilitāte ad ſimiles actus, ſed pro illo per quod obiectum eſt præſens vt actu intelligibile, ſiue ponatur ſpecies intelligibilis ſiue aliquid aliud. *2. de anima t.c. 2. & 5. & 3. de aīa. t.c. 8. & 8. phyſ. t. 32.* Scientia enim eſt illud ſecundum Ariſtotelem ſecundum ꝙ anima educitur de potentia eſſentiali ad accidentalem, hoc autem præcedit omnem actualē intellectionem, quia illa eſt terminus potētiæ accidentalis. Sciētia vero acquiſita ex actibus, & facilitans ad conſiderandum non præcedit omnem actum intelligendi. ¶ Similiter apud Aug. Scientia eſt formalis ratio ſecundū quā memoria eſt pariens, ſiue gignens. Iſta autem ſcientia acquiſita ex multis conſiderationibus non eſt formalis ratio gignendi quamcunque intellectionem, immo gignitur ex multis præcedentibus. ¶ Si dicas, ꝙ illa auctoritas. 12. ſuper Gene. non affirmat tantum de anima, ſed etiam negat obiectum agere in aīam. ¶ Similiter Ariſtotele snō tantum concedit obiectum agere, ſed videtur negare intellectū agere, quia videtur ponere ꝙ intelligere ſit pati quoddam. ¶ Ad primum poſſet dici, ꝙ Aug. negat ibi obiectum agere in animam immediate ſecundum eſſe materiale qđ habet extra animam *2. & 3. de anima.* ¶ Ad ſecundum Ariſtoteles videtur frequentius loqui pro actiuitate obiecti, & paſſibilitate potentiç cuius ratio eſt, quia communiter locutus eſt de potentijs animæ inquantum ſunt illa quibus formaliter poſſumus operari, puta de ſenſu in quātum eſt, quo poſſumus formaliter ſentire, & de intellectu, quo intelligere, ſicut loquitur de anima, vt eſt illud quo formaliter viuimus. Nunc autem licet intellectus actiue cauſet intellectionem, *2. d t.c.* non tamen dicitur intelligere, inquantum cauſat, quia ſi Deus cauſaret illam eandem intellectionem, non tamen dicitur intelligere illa intellectione, ſed intellectus ille in quo cauſatur intellectio, igit & modo intellectus dicitur intelligere, non quia cauſat, ſed quia recipit intellectionem. Et ſic verum eſt, ꝙ intelligere eſt quoddam pati. quia intellectum intelligere, non eſt niſi ipſum recipere intellectionem. Illa autem auctoritas. 9. Meta. ſi faciat pro actiuitate obiecti, vel non, patet ex quæſtione de actu cognoſcēdi, & appetendi.

DE TERTIO primi articuli principalis videndum eſt, *q.13.* an illud in parte intellectiua qđ eſt actiuum ad intellectionem ſit intellectus agens vel poſſibilis, videtur ꝙ agens, quia intellectus poſſibilis recipit intellectionem, ſi igitur cum hoc ſit actiuus reſpectu intellectionis, pari ratione poſſet dici, ꝙ reſpectu ſpeciei intelligibilis, quam recipit eſſet actiuus, & ita non requireretur intellectus agens ad aliquem actum in intellectu. ¶ Cōfirmatur illud, quia actiuum & paſſiuum diſtinguunt potentias in anima. ¶ Secundo ad idem *3. de t.c. t.c.* ſic philoſophus. 3. de anima diſtinguens intellectum agentem a poſſibili ſic ait. Eſt enim intellectus his quidem talis, quo eſt om-

oĩa fieri. Et de agente, ille autẽ quo eſt omnia facere. Ex hoc videtur ſequi, ꝙ intellectus agens adæquatur poſſibili in ratione actiui & paſsiui. Eſt igitur actiuus ad omne illud, cuius poſſibilis eſt receptiuus, & per conſequens ad intellectionem. ¶ Præterea, idem ſequitur de intellectu agente, Et ſicut habitus quidam, & vt lumen: lumen aũt intellectuale videtur eſſe principium actiuũ cognoſcendi veritates intelligibiles. ꝭm illud. 12. de trin. 15 Mens rebus intelligibilibus naturali ordine diſponente conditore * ſubiecta ſic iſta videt in quadam luce ſui generis incorporea, quemadmodum oculus carnis videt quę in hac corporea luce circumadiacent. ¶ Præterea ibidem ſequitur, ſemper nobilius eſt agẽs patiente, & principium materia. & ſubdit de intellectu agente, igitur impaſſibilis eſt ſubſtantia in actu, igitur vult ꝙ intellectus agens eſt nobilior poſſibili, vel ſaltem non minus nobilis, nunc autem imago conſiſtit in eo qđ optimum eſt in noſtra natura, vt probatur in primo articulo ꝑ Auguſtinum, igitur intellectus agens pertinet ad imaginẽ, ſed non poteſt pertinere niſi ad memoriam, patet ſed cum memoria habeat conſeruare obiectũ, vel ſpeciem obiecti, & exprimere vel gignere notitiam actualem eius patet, ꝙ intellectui agenti non põt competere primum, quia non eſt virtus receptiua nec cõſeruatiua, igitur cõpetit ſibi ꝭm. ſ. exprimere notitiam. ¶ Sed pro alia parte. ſ. intellectu poſſibili, arguitur primo per illud Ariſt. ꝙ intellectus agens eſt ſicut lumen. Cõmen. vult ibi, ꝙ ſicut lumẽ facit quodammodo potẽtia colorẽ actu colorem, ſic intellectus agẽs facit de potentia intelligibili, actu intelligibile, igitur actus eius terminatur ad obiectum actu intelligibile, & hoc præcedit intellectionem. ¶ Confirmatur per illud 3. de anima comment. 18. vbi vult Commen. ꝙ ſi res haberent eſſe eo mõ quo poſuit Plato, non oporteret ponere intellectũ agentẽ, igitur non ponitur niſi vt per ipſum fiat obiectum actu vniuerſale, ſed hoc ꝓcedit actualẽ intellectionẽ. ¶ Præterea ſecundo ꝭm cõm. intellectus agens ponit̃ vt ꝑ ipſum * transferatur obiectũ de ordine in ordinem, quod ſic intelligi poteſt, de ordine ſenſibilium ad ordinem intelligibilium, & per conſequens de ordine corporalium ad ordinem ſpiritualium; & quare requiritur ibi aliquod tranferens proprium, ratio videtur eſſe, quia agens quod habet eſſe corporale non habet rationem agentis, niſi in paſſum corporale, propter hoc ꝙ tale agẽs requirit paſſum approximatum ſibi localiter, quia ſi non eſſet localiter pręſens, eſſet tali agenti quaſi non præſens, igitur nunquam aliquod corporale poteſt eſſe ratio immediate cauſandi aliquod ſpirituale, nec per conſequens trãsferendi ab illo ordine ad illum ordinem. Et iſta videtur eſſe ratio Auguſtini. 12. ſuper Gene. 29. Sed quando obiectũ fit de actu intelligibili actu intellectũ, nõ tranfertur ſic de ordine ad ordinẽ, igitur nõ requiritur ibi intellectus agens ¶ Cõfirmat̃, quia ad hoc, ꝙ intellectũ fiat actu volitũ, non ponit̃ talis trãſlatio ab ordine in ordinẽ, &

Cap. 19.

Ad finẽ.

Vbi ſupra

B. vid. 41 di. 4. q. 1 pag. 664. co. 1.

hoc ideo eſt. quia actu intellectum eſt ſufficienter proportionatum voluntati. Cum igitur actu intelligibile habens eſſe in memoria intellectiua ſit æque ſufficienter proportionatum intelligibile ad hoc, ſcilicet vt ſit actu intellectum, ſequitur, quòd ibi non requiritur virtus transferens de ordine ad ordinem.

¶ Præterea, tertio ſi intellectus agens eſſet per ſe actiuus ad intellectionem actualem, pari ratione vbicunque poneretur potētiam eſſe actiuam ad propriā operationem, & cum hoc etiam potētiam receptiuam talis operationis, ibi eſſet diſtinguere potentiam agentem & poſſibilem, vtpote voluntatem agentem, & voluntatem poſſibilem ſm cōmunem opin. quæ ponit voluntatem actiuam, & etiam receptiuam volitionis, & ſimiliter ſi ſenſus ponať actiuus propter hoc forte, ꝙ ſenſatio videť nobilior ipſo obiecto ſenſibili extra eſſet diſtinguendum de ſenſu agente & poſſibili. Cum igitur philoſophus iſtam diſtinctionem de agente & poſſibili nuſquam ponat ibi, niſi in intellectu, ſequitur ꝙ iſta differentia non eſt ꝑpter illa quæ cōiter inueniūtur in aliis potentiis, & ita non propter agere & recipere actionē.

¶ Præterea quarto videtur eſſe contra illud idem. 9. de tri. vl. a cognoſcente & cognito paritur notitia: intellectus autem agens non eſt cognoſcens, ſed ſolum poſſibilis, igitur ab illo patitur intellectio, & per conſequens actiue ſe habet reſpectu intellectionis.

DE ISTO articulo, ſi prima via tenetur, poſſet dici ꝙ intellectus agens habet duas actiones ordinatas. ¶ Prima eſt facere de potentia intelligibili actu intelligibile, vel de potentia vniuerſali actu vniuerſale. ¶ Secunda eſt facere de potentia intellecto actu intellectū. ¶ Primū intelligitur ſic, ꝙ virtute intellectus agentis de phantaſmate in phantaſia gignitur ſpecies intelligibilis in intellectu, vel aliqua rō in qua actu relucet intelligibile, ꝗ breuiter loquendo dicatur ſpecies intelligibilis, & iſtā gignitionem realē repræſentatiui de repræſentatiuo dř concomitari quędam gignitio metaphorica obiecti de obiecto. ſ. intelligibilis de imaginabili, qđ iō rationabiliter dř quia tale eſſe obiectiuū habet obiectum in repñtari quale habet repræſentatiuū correſpondens, & ideo translatione reali facta in repñtatiuo, qñ de corporali gignitur ſpirituale, .ſ. de repræſentatiuo ſingulari gignitur repræſentatiuum vniuerſale, cō ſimilis dř, vel intelligitur translatio in obiectis de corporali ad ſpirituale, vel de ſingulari ad vniuerſale. ¶ Secūda actio poneretur, ꝑ quā de potentia intellecto fieret actu intellectū, vbi ſimiliter intelligitur factio metaphorica ex parte obiectorū correſpondens factioni reali ex parte eorum, quibus tēditur in obiecta, quia realiter ſpeciem intelligibilem ſequitur actualis intellectio, & ſicut prima translatio de potentia ad actum, ſic etiam ſecunda diceretur fieri per intellectū agentē, tā ex parte obiectorū & hoc metaphorice, ꝗ ex parte illorū, in quibus relucent obiecta, & hoc realiter pro tanto. ſ. ꝙ virtute intellectus agentis de phantaſmate gigneret ſpecies intelligibilis, & ſic metaphorice

Doã ſingu

rice de potentia intelligibili gigneretur actu intelligibile,& ſecundo virtute ſpeciei intelligibilis gigneretur actualis intellectio, & ſic metaphorice loquendo in obiectis de potentia intellecto fieret actu intellectum. ¶ Conſimiliter poſſet poni duplex paſſio ordinata in intellectu poſſibili correſpondens iſti duplici actioni intellectus agentis. ¶Quarum prima eſſet receptio ſpeciei intelligibilis a phantaſmate per primã actionẽ intellectus agentis. ¶ Et ſecunda eſſet receptio intellectionis a ſpecie intelligibili per ſecundã actionem intellectus agentis. Et ſecundum hoc diceretur, ꝙ ad memoriam intellectiuam ꝑtinent intellectus agens & poſſibilis. Agens quidem nõ quãtum ad primam actionem, quę eſt facere de potentia intelligibili actu intelligibile. Immo illius actionis terminus eſt memoria in actu, quia ꝑ illã actionem eſt intellectus habens obiectũ actu intelligibile ſibi præſens. Sed quantum ad ſecundã actionem, quia cũ memoriæ ſit exprimere actualem notitiam, vel intellectionem,&intellectus agentis ſecunda actio ſit agere ad iſtã actionẽ, intellectus agẽs quantum ad ſecundam eius includeretur in memoria. Intellectus autem poſſibilis quantum ad primam eius receptionem, qua ſcilicet recipit actu intelligibile ſibi præſens,dr̃ memoria. Et quantum ad ſecundam receptionẽ. ſ. actualis intellectionis, dr̃ intelligentia. ¶Et ſm hoc reſponderi poſſet ad illa, quę videntur adducta in contrariũ ꝑ hoc, ꝙ actio abſtrahendi, quæ eſt prima actio intellectus agẽtis, eſt magis propria ſibi, q̃ ſecunda, quæ eſt cauſare intellectionẽ, quia illa pōt competere aliis potentiis, nulla aũt alia transfert obiectum ſuum de ordine ad ordinem, ſic intelligendo de ordine corporaliũ ad ordinẽ ſpiritualiũ, immo volũtas, licet cauſando actum ſuũ ſm aliquos per hoc metaphorice trãſferat obiectum ſuũ de ordine intelligibiliũ ad ordinẽ appetibiliũ,tñ iſta translatio nõ requirit voluntatẽ agentẽ ſic intelligendo, hoc eſt præparantẽ obiectum ſuum, vt ſit actu volibile,ſicut intellectus agens præparat obiectum ſuum, vt ſit actu intelligibile,quia quando obiectũ eſt actu intellectũ, eſt actu volibile, non igitur requiritur aliqua actio præparans obiectũ voluntati. Illæ igitur auctoritates affirmant, quod verũ eſt de primo actu intellectus agentis, & ſi quandoque dicatur, quod propter illum ſolum ponitur intellectus agens. Verum eſt, vt talis virtus eſt propria intellectui, quia eſt ibi tantum potentia præparãs obiectum: propter ſecundum enim actum nõ eſt proprie in intellectu talis virtus agens, nam aliæ potentiæ poſſunt agere ad operationem præ ſuppoſito obiecto.

SI VERO teneretur alia via ſcilicet, quòd illud animæ, quòd eſt actiuum ad intellectionem,eſt intellectus poſſibilis, & quod intellectus agens habet tantum actionem abſtrahendi obiectum, tunc eſſet dicendũ, quòd intellectus agens nõ pertinet ad memoriam, ſed actio eius terminatur ad memoriam, & hoc reſpectu ſenſibilium, quia terminatur ad illam for-

 mam

mam per quam obiectum actu intelligibile relucet intellectui, & illa eſt forma conſtituens perfectam memoriam. Reſpectu autem mere intelligibilium, puta ſpiritualium nullam actionem omnino haberet, & hoc ſi talia intelligantur non per ſpeciem, vel ſi per ſpeciem, tamen poſſunt eam cauſare virtute propria. Intellectus autem poſſibilis ſecundum hoc poneretur pertinere ad memoriam, non tantum vt retinens omne repræſentatiuum obiecti actu intelligibilis, ſed etiam vt exprimens actiue notitiam actualem. ¶ Et tunc ad illa, quæ ſunt adducta contra hoc poſſet reſponderi. ¶ Ad primum, q̀ potentia operatiua non eſt actiua ſui obiecti, licet ſit actiua ſui actus circa obiectum, & ideo non pari ratione poteſt intellectus poſſibilis cauſare ſpeciem intelligibilem, ſicut poteſt cauſare intellectionem illam. ¶ Ad confirmationem illam diceretur, q̀ loquendo de potentia, vt dicit reſpectum, bene diſtinguitur in actiuum & paſſiuum, ſed loquendo de illo qđ ſubeſt reſpectui, quod cōmuniter intelligimus, cum dicimus potentia, quemadmodum dicimus q̀ calor eſt potentia calefactiua, ſic nō oportet q̀ actiuum & paſſiuum diſtinguant ipſam, quia tunc volūtas eſſet duæ potētiæ. ¶ Ad aliud cum arguitur ſecundum Ariſtotelem, q̀ intellectus * agens eſt quo eſt omnia facere. Intelligēdum eſt ſic. facere omnia actu intelligibilia. Et hoc habetur ex eo quod ſequitur, quod lumen facit quodammodo potētia colores, actu colores, q̃a facit eos actu viſibiles. ſic intelligendo, q̀ licet natura abſoluta coloris q̀ eſt in genere qualitatis maneat eadem in tenebris, tamen vt ſic non eſt viſibilis intelligendo de potentia propinqua, quia quādo oportet duas cauſas concurrere ad agendum, vna earum, ſcilicet ſecunda non eſt in potentia propinqua niſi alia, ſcilicet prima concurrente. Ad hoc autem, q̀ color agat in viſum requiritur alia cā concurrens ad agendum, ſcilicet lumen, ideo tunc ſolum eſt color viſibilis in potentia propinqua qñ eſt actu illuminatus, hoc modo phantaſma nō pōt gignere ſpeciem intelligibilem, niſi concurrente actione intellectus agentis. Ille igitur intellectus facit omnia actu intelligibilia, & hoc in potentia propinqua, quia relucentia in ſpeciebus intelligibilibus quæ prius fuerūt in potentia remota, quia tantum relucentia in repręſentatiuo materiali, & repræſentante ea ſub ratione ſingularis, non autem dicit, q̀ agēs eſt qua eſt omnia facere actu intellecta. ¶ Cum igitur concluditur adæquatio intellectus agentis in agendo, ad poſſibilem recipiendo, debet inferri vniformiter de actione & receptione actu intelligibilis, non de actione & receptione actu intellecti. ¶ Ad tertium, veritas principij videtur in rationibus terminorum, illæ autem rationes terminorum vt actu intelligibiles, & vniuerſales relucent intellectui per actionem lucis intellectus agentis. Sic igitur videt veritatem principiorum in luce intellectu agentis, non tanquam immediate cauſante illam viſionē, ſed mediate, ſed cauſando rationes termi-

* Vid. 1. q. prolog. pag. 5. co. 1. & pag. 16. co. 1.

minorum in eſſe intelligibili, p quas poſtea cauſatur actus vidē di veritatem principiorum. ¶ Ad quartum diceretur, quod agens eſt nobilius poſſibili, præciſe vt reſpicit obiecta ſenſibilia, quia pciſe reſpectu illorum eſt agens in intellectum poſſibilem.

¶ De iſto articulo hoc tenendum videtur, quod illam diſtinctionem Augu. de tri. c. 11. memoria, intelligentia, & voluntas comparando ad illam Ariſtotelis in intellectu agentem & poſſibilē, ſic ſibi inuicē corrñdent, ꝙ ſolus poſſibilis eſt intelligentia, quia ſolus recipit actū intelligendi, & ſic ēt cōiter Ariſtoteles loquitur de intellectu, vt eſt quo intelligimus, ſiue quo recipimus intellectionē, ēt poſſibilis pertinet ad memoriā, inquātum memoriæ eſt recipere notitiam habitualē ſm illud 15. de tri. 10. ſcīa quam memoria tenemus, & ſic loquitur Ariſtoteles quandoq; de intellectu poſſibili, vt eſt quo ſcimus, ſiue vt eſt quo habemus ſcientiam, per quam reducitur de potentia eſſentiali ad accidentalem.

¶ Sed quo ad alium actum memoriæ qui eſt gignere notitiam actualem patet, ꝙ hoc cōpetit adhuc intellectui poſſibili per accidens, quia quando forma actiua ineſt alicui ſubiecto, actio ſm illam formam per accidens competit eidem, ſicut lignum per accidens calefacit, illud autem quo obiectum actiue ſe habet ad gignendum intellectionem, eſt forma intellectus poſſibilis. igitur intellectus poſſibilis. ſaltem per accidens gignit. ¶ Sed ſi vltra hoc q̄ras, an conueniat actus gignendi notitiam per ſe ipſi parti intellectiuæ. poteſt teneri ſecūdū prædicta, vel competere præciſe intellectui agenti, vel præciſe intellectui poſſibili, & ſm hoc iſte vel ille diceretur pertinere ad memoriam. ¶ Vel poſſet poni tertio modo actus gignendi vtrique competere. ſed agenti tanq̄ principaliori, & poſſibili tanq̄ minus principali. nec ſequitur, ſi ſint vna natura, igitur non pñt hr̄e reſpectu eiuſdē cāſalitatem principaliorem, & minus principalem, patet. n. inſtantia de intellectu, & voluntate, quarum vna ſm multos eſt actiua principalior, & alia ſubordinata in aliqua actione, & tamē ſunt vna natura. Sed iſta inſtātia ſm aliquos non eſt ſimilis, quia non vtraque potentia immediate attingit idem, vt cātum, ſed vna per operationem ſuam cauſatam mouet aliam ad ſuā operationem. ¶ Bř, ſi non teneretur diſtinctio potentiarum, nec re abſoluta, nec relatione reali, ſed tm̄ ꝙ idem abſolutū qdammodo illimitatum eſt principiū immediatum multorū actuū, & ſic reſpectu alterius & alterius diceretur alia & alia potentia, tūc prima via probabilis vř. *Vide auctorem de ſpiritu & anima.*

DE SECVNDO articulo dico, quod intellectus beatos poteſt, habere verbum de creatura cognita in genere proprio, & ad formationem illius verbi ponendum eſt intellectū poſſibilem ſic ſe habere tunc, ſicut ſe habet nunc ad formationem verbi, quod habet de obiecto nunc. quia ſm Auguſt. 7. de ciui. c. 30. Sic Deus res quas cōdidit adminiſtrat, vt eas proprios motus agere ſinat, igitur remanebit in patria naturalis actio, quæ nata eſt competere

naturæ ſecundum ſuam perfe-ctionem. ¶ Sed de creatura viſa in eſſentia diuina,dubiũ eſt an intellectus beatus habeat de ea verbum proprium,ꝙ ſi ſic,conſimiliter dicendum eſſet de intellectu poſſibili in formatione verbi de creatura viſa in eſſentia diuina, ſicut de viſa in proprio genere dictum eſt.

¶Sed poſſet dici,quod non eſt ibi verbum de obiecto viſo in eſſentia diuina,tum quia habẽs verbum immediate attingit obiectum cuius eſt verbum, lapis enim viſus in eſſentia non immediate attingitur,vt obiectum per actum viſionis, quia ſic videtur in genere proprio. ſed ibi ſola eſſentia diuina immediate attingitur, quia ipſa ſola primo mouet, & per conſequens ad ſeipſam attingendam.

¶Præterea, verbum proprium alicuius gignitur de ſciẽtia,ſiue propria ſpecie ipſius obiecti, nunc autem in memoria intellectus beati non eſt ſciẽtia propria,vel ſpecies lapidis, vt vr̃ in verbo,quia per illam non videt niſi in genere proprio.¶Itẽ, eodem actu videt eſſentia & res in ipſa, ſed de eſſentia viſa non habet intellectus videns verbum,& quia tunc videret illam immediate.igitur nec hr̃ verbũ de re viſa in ipſa eſſentia. ¶Contra iſta motiua arguitur contra primum,& ſi per principiũ cognoſcatur concluſio, tamen ipſa poteſt cognoſci immediate in ratione obiecti, quia diſcurſus non terminatur præciſe ad illud,ꝙ fuit principium diſcurrendi :quia tunc ab illo adhuc eſſet vlterius diſcurrẽdum, nec per conſequens eſſet diſcurſus terminatus, nunc autem concluſio de ſe eſt terminus diſcurſus ſyllogiſmi demonſtratiui. igitur illo diſcurſu terminato ſtat intellectus in cognitione immediata cõcluſionis:pari ratione licet eſſentia diuina moueat prius ad videndum ſeipſam, tamen, quia eſt motiuum illimitatum,mouet ſecundo ad videndum creaturam, in termino igitur illius motionis intellectus poteſt videre creaturam, vt obiectum immediatum.

¶Contra ſecundum ſic. ad gignendum verbum proprium alicuius obiecti ſufficit memoria perfecta,ſiue actualiter, ſiue virtualiter continens illud obiectum, ſicut per notitiam habitualem principij poteſt gigni actualis cognitio concluſionis, licet illa memoria non ſit huius obiecti formaliter propria, ſed eius virtualiter contentiua, ſic intellectus beati habens eſſentiam diuinam actualiter pręſentem,vt intelligibilem, habet memoriam propriam reſpectu viſionis illius eſſentiæ, & cũ hoc memoriam perfectam virtualiter contentiuam viſionis creaturæ,quia ſicut virtualiter continet in entitate,ſic in cognoſcibilitate,beatus igitur habet memoriam, ſiue ſcientiam in memoria ſufficientem ad gignendum proprium verbum lapidis, nec ſequitur in iſta ſecunda, ſicut nec in prima ratione, quod illa viſio ſit rei in proprio genere,quia viſio in proprio genere eſt per rationem videndi acceptam a creatura aliqua. ¶Contra tertium motiuum,ille actus non eſt propria cognitio alicuius obiecti, qui poteſt ſtare in intellectu,& tñ illud obiectum omnino non eſſe cognitũ, nũc

autem

ſit viſio eſſentiæ diuinæ poteſt ſtare eadem in intellectu beati, & tamen lapis non videri in ipſo. igitur &c. Probatio maioris, quia proprium formale in intellectu ad hoc vt obiectum ſit ſibi cognitum, eſt ipſe actus co gnoſcendi illud obiectum ſibi inhærens, & proxima ratio formalis, non videtur poſſe ineſſe alicui ſine illo, cuius eſt rō formalis, ſicut albedo non poteſt ineſſe alicui, niſi illud ſit albū. ¶ Præterea, pari ratione idem actus viſionis eſſet ipſius eſſentię & cuiuſcunque creati viſi in ea, & ita vnus actus finitus poſſet eſſe infinitorum obiectorū poſſibilium videri in ipſa, quia qua ratione non repugnat vnū actum eſſe duorum, vel trium obiectorum, pari ratione nec quorumcunque obiectorum. ¶ Item, nō patet neceſſitas illius conſequentiæ ſi eadem eſt viſio eſſentiæ diuinæ & lapidis, igitur ſi eſt verbum lapidis, eſt verbū eſſentiæ. ¶ Ad primum iſtorum diceretur, ꝙ illud quod cogno ſcitur per aliud, bene poteſt im mediate cognoſci. Sed non ſic ſi cognoſcitur pręciſe in illo. ſicut intellectus diuinus præciſe cognoſcit creaturam in eſſen tia ſua, & non per illam creaturam, vt obiectum immediatū, quia tunc intellectio eius vileſceret. ¶ Conſimiliter dr̄ de viſio ne quam beatus habet in verbo de creatura. ¶ Ad ſecundū diceretur, ꝙ eſſentia diuina non eſt in memoria creata beati aliquo ordine prius, quàm in intelligen tia, quia nō cauſatur aliqua for ma in intellectu beato repræſentans illam eſſentiam. Sed primum quod cauſatur intellectu beato eſt ipſa viſio, illa autem cauſatur in ipſa intelligentia. ¶ Vel aliter diceretur, ꝙ illa viſio immediata cātur a voluntate diuina, ſicut dictum eſt in quæſtione proxima præcedente, & conſimiliter viſio lapidis, & per conſequens neutra gigni tur a memoria, non ſolum ipſius videntis, ſed nec ab aliqua memoria. ¶ Contra, intellectio eſſentiæ diuinæ continet virtua liter intellectionem lapidis. igitur iſta intellectio gignit illam, & tunc illa eſt verbum. ¶ Reſpō deo, intelligentia non gignit. ¶ Vel pōt dici, ꝙ vtraque viſio immediate cātur a volnntate di uina. ¶ Ad tertiū. illud vr̄ æque concludere, ꝙ non eſt idē actus intellectus diuini reſpectu eſſentiæ ſuæ, & obiecti ſecundarij. quod oēs negant. Vn̄ maior rōnis eſt neganda, niſi intelliga tur de primo obiecto.

¶ Ad alia quære alibi. *Additio.*

¶ Ad alia duo argumenta, rn̄ſio poteſt haberi in 3. di. 14. q. 2. quaſi in fine, ibi pōt dici, ꝙ cō cluſio iſta poſſet. &c. Ideo conceditur totum argumentum, & ſi inferatur. igitur eadem erit viſio intellectus beati cū viſione intellectus Dei. negatur con ſequentia, quia intellectus Dei habet viſionē per accidens obiectorum ſecundariorum, quia illa per accidens intelligit. ſ. mediante eſſentia, oſtendente ſibi illa libere & contingenter. ideo actus beati nullam perfectionē accipit ab illis obiectis, ſed tota eius perfectio eſt ab eſſentia viſa, & illa oſte[...]nte. ¶ Ad aliud dr̄, ꝙ argm̄ va[...], & conſequētia tenet, ſi ſit v[...] & idem actus viſionis eſſenti[...] aliorum ob ie[...]orum: ſi autem ſit alius, & aliꝰ actus, cōſequētia nulla eſt.

AD PRIMVM principale,ſi teneatur in tertio articulo, quod intellectus agens actiue ſe habeat ad intellectionem, & poſſibilis paſſiue, tunc non ſecundum idem mouet, & mouetur anima ad intellectionẽ, nec tamen ſecundum diſtincta ſubiecto,quia illa duo non ſic diſtinguuntur.Si autem dicatur, ꝙ poſſibilis actiue ſe habeat ad intellectionem, tunc idem ſecũdum idem mouet ad eã, & mouetur. ¶Et ſi dicaꝛ hoc eſſe impoſſibile,quia *tunc idem ſecũdum idem eſſet in potentia & in actu.

B. vide 3. di. 1. q. 7. p. 3 13. co. 1. & 2. di. 2. q. 10 p. 127. co. 1.

¶ Reſpondeo, omnis actio, quæ eſt ad formam non actiuã, eſt agentis æquiuoci, & nõ vniuoci,quia ſi agens eſſet vniuocum, forma qua agit eſſet eiuſdem rationis cum forma terminante,& ita illa eſſet actiua. Augmentationum autem, & multarum alterationum,& communiter motus localis termini non ſunt formæ actiuæ. igitur mouens in iſtis,& vniuerſaꝛr agens æquiuocum eſt in actu aliquo non eiuſdem rationis cum termino ad quem mobile eſt in potentia,ſed eſt in actu ſecundum aliquid virtualiter ſe eminenter continens illum terminum,ſic diceretur in propoſito, quod idem in anima eſt ratio virtualiter continendi intellectionem, vt effectum æquiuocum,& recipiendi eandem.

¶ Contra hoc. habens formam nobiliorem,non eſt natum recipere formam minus nobilem. igitur habens illam nobiliori modo,ſcilicet virtualiter nõ eſt natum recipere illam formam formaliter. ¶Et confirmaꝛ, quia pari ratione diceretur,ꝙ quodlibet quod ſit tale formaliter, eſſet tale virtualiter.& ita quodlibet tranſmutaretur a ſeipſo.

¶Ad primum dico,quod formæ eiuſdem ſpeciei non poteſt ſimul haberi intenſius, & remiſius,nec duæ formæ vt contraria,& media poſſunt ſimul eſſe in eodem,ſed tamen duæ formæ diſperatæ bene poſſunt ſimul eſſe, & etiam eiuſdem generis remoti .ſicut calor, & color,quarum tamen vna eſt nobilior altera. ¶ Non eſt igitur impoſſibilitas formarum in eodem, quia vna eſt eminentior altera.vel eminenter,ſiue virtualiter ipſius contentiua, ſed ex aliqua ratione ſpeciali, puta propter contrarietatem,vel vnitatem ſpecificam, vel aliquam aliam talem. Antecedens igitur vniuerſaliter ſumptum falſum eſt,& licet in multis ſingularibus videatur eſſe verum, tamen hoc non eſt ratione nobilioris formæ, vel nobilioris modi habendi formam, & minus nobilis, ſed ex aliqua alia ratione ſpeciali, quę non reperitur hic in principio motiuo, & in iſta forma recepta. ¶Si tñ aliqđ haberet iſtam formam eminenter,ſic quod infinite virtualiter, non eſſet capax eius formaliter,quia infinitas excludit omnem potentialitatem,ſed quando forma illa virtualiter, ſed finite habetur,bene poteſt aliqua perfectio, licet ſecundum quid,& accidentalis addi ſubiecto per hoc, quod illa recipit formaliter, ſicut licet ſubſtantia ſit ſimpliciter perfectior accidente,tamen aliquo modo ꝑficitur recipiendo accidens, & totum illud. ſ. ſubſtantia qualis,perfectior eſt, quam ſubſtantia

tia

tia ſola,ſic potentia operans eſt perfectior, quam ſeipſa potentia ſola, & operatio eſt aliqualis perfectio ipſius potentię, licet potentia ſit ſimpliciter perfectior operatione. ¶ Ad confirmationem illam poteſt dici, quod ibi eſt cautela transferendi ſe a parte opponentis ad partem reſpondentis, propter defectum argumenti, nec videtur aliud niſi obligare reſpondentem ad probandum vnum neceſſarium manifeſtum, puta ꝙ non quodlibet mouet ſe. ¶ Et ad illam probationem pari ratione &c. poteſt dici, quod licet in hoc ꝙ eſt eſſe in potentia tale formaliter non ſit aliqua repugnantia ad hoc, quod eſt eſſe tale virtualiter, nec econuerſo, quantum eſt ex parte rationis terminorũ, quia tunc vbique eſſet eadem repugnantia, tamen alicubi concomitatur vnum iſtorum aliquid quod repugnat alteri. Et tunc gratia materiæ verum eſt, ꝙ illud quod eſt tale virtualiter, non poteſt recipere tale formaliter, ſed non per ſe propter hoc, ꝙ eſt habere virtualiter, ſed propter illud concomitans. Exẽplum. Sol eſt calidus virtualiter, & tamen non poteſt recipere calorem formaliter, ſed tamen nõ repugnat eſſe formaliter calidum propter hoc, ꝙ eſt calidus virtualiter, quia etiam Saturno, qui eſt frigidus virtualiter, repugnat eſſe calidum formaliter, huius autem repugnantiæ cauſa communis eſt ſoli, & ſaturno, quia corpus cœleſte non eſt receptiuum qualitatis elementaris. vel cuiuſcunq; corporis corruptibilis, ſicut nec econuerſo ſic in propoſito aliquod mobi' le ad formam concomitantes habet aliquid, propter quod repugnat ſibi virtualiter continere eam, ſicut lignum habet aliquid, propter quod repugnat ſibi virtualiter continere calorem, ſed hoc non eſt, quia eſt receptiuum caloris, ſed quia habet talem formam mixtam. ¶ Ad argũ in oppoſitum cũ arguitur de obiecto, ꝙ actio eſt immanens, concedo ꝙ intellectio quæ dr̃ actio, ideſt operatio, eſt actio immanens ſimpliciter in potentia operante, ſed actio illa de genere actionis, q̃ terminatur ad illam operationem, aliqua quidem eſt immanens non ſolum in eodem ſuppoſito, ſed etiam in parte intellectiua, & ſm̃ vnum modum dicendi in tertio articulo, eſt immanens in eodẽ intellectu poſſibili, ad illam tamen intellectionem eſt aliqua actio, non immanens, puta illa quæ eſt obiecti. ¶ Cum arguitur de memoria, ꝙ illa non intelligit, illa rõ deficit dupliciter. ¶ Primo, quia remouendo aliquid a memoria non propter hoc concluditur illud competere intellectui poſſibili, ſed magis contrarium, quia ſecundum dicta in tertio articulo, vel ſolus intellectus poſſibilis eſt memoria, vel ſaltem intellectus ille includit neceſſario in memoria. ¶ Secundo deficit ſic, quia memoriã non intelligere, nõ concludit ipſam non eſſe actiuam reſpectu intellectionis, vt termini per actionem eius producti. verbũ aũt nõ eſt terminus productus per intellectionem, ſed per actionem aliquã productam in de genere actionis.

QY

QVÆSTIO XVI.

Vtrum libertas voluntatis, & neceſſitatis naturalis poſſint ſe compati in eodem reſpectu eiuſdē actus, & obiecti.

CONSEQVENTER quæritur de voluntate. ¶ Et primo, de actione eius in cō muni. ¶ Secundo, in ſpeciali de diſtinctione vnius actus eius intrinſeci ab alio actu. ¶ Et tertio de diſtinctione actus intrinſeci ab extrinſeco. ¶ Prima quæſtio eſt hęc. Vtrum libertas voluntatis, & neceſſitas naturalis poſſunt ſe compati in eodem reſpectu eiuſdem actus, & obiecti. Et arguitur quod nō, quia neceſſitas & libertas videntur repugnare. Iuxta illud Auguſtini de libe. arbi. Satis (inquit) compertum eſt nulla
3.e.,8. ratione fieri mentem ſeruam libidinis, niſi propria voluntate, & ſtatim poſt. Qui motus ſi culpæ deputetur, non eſt naturalis, ſed voluntarius in eo quidem ſimilis motui illi, quo deorſum lapis fertur, quod ſicut iſte eſt proprius lapidis, ſic ille animi, ſed in eo diſſimilis, quod in poteſtate non habet lapis cohibere motum, quo mouetur deorſum, animus vero non ſic, & ſequitur. Ideo naturalis lapidis eſt ille motus, animi vero iſte voluntarius, hæc verba Auguſtini, & paulo poſt verba diſcipuli ab Auguſtino quidem approbata ſequuntur iſta. Motus quo voluntas conuertitur, niſi eſſet voluntarius, & in noſtra pœnitus poteſtate, neque laudandus neque culpandus homo eſſet, neque monendus, monendum autem hominem non eſſe, quiſquis exiſtimat, de hominum numero exterminādus eſt. Ex iſtis ſatis patet, ꝙ repugnat naturalis motio, & libera reſpectu eiuſdem. ¶ Contra. 5. de ciui. 10. Si neceſſitas (inquit) dicenda eſt, quæ non eſt in noſtra poteſtate, ſed etiam ſi nolumus efficit quod poteſt, vt eſt neceſſitas mortis. manifeſtum eſt voluntates noſtras quibus recte vel perperam viuitur ſub tali neceſſitate non eſſe. Et ſequitur. Si autem diffiniatur illa neceſſitas eſſe ſecundum quam dicimus neceſſe eſt, vt ita ſit aliquid, aut vt ita fiat, neſcio cur eam timeamus, ne nobis libertatem auferat voluntatis, neque enim & vitam Dei, & pręſcientiam Dei ſub neceſſitate ponimus, ſi dicam⁹ neceſſe eſt Deū ſemper viuere, & omnia præſcire. Et poſt. cum dicimus neceſſe eſt, vt cum volumus libero velimus arbitrio, & verum dicimus & non ideo liberum arbitrium neceſſitati ſubijcimus, quæ adimit libertatem.

HIC SVNT TRIA videnda. Primo, an in aliquo actu voluntatis ſit neceſſitas. ¶ Secundo, ſi cum hoc ſtet ibi libertas. ¶ Tertio, ſi quandoque cum libertate poſſit ſtare naturalis neceſſitas.

DE PRIMO. Dico, quod in actu voluntatis diuinæ eſt neceſſitas ſimpliciter, & hoc tam in actu diligendi ſe, quā in actu ſpirandi amorem procedētem. ſ. ſpiritus ſanctus. hoc ſic patet, quia Deus neceſſario eſt beatus. igitur neceſſario videt, & ēt diligit obiectum beatificū. Siſr ſpiritus ſanctus eſt Deus, & per conſequens ſumme neceſſarius

tius in eſſendo, igitur cum accipiat eſſe procedendo, actus ille quo procedit eſt ſimpliciter neceſſarius. vtraque autem concluſio probatur propter quid ſic: voluntas infinita ad obiectũ perfectiſſimum ſe habet modo perfectiſſimo ſe habendi, voluntas diuina eſt huiuſmodi, igitur ad ſummum diligibile ſe habet modo perfectiſſimo, quo poſſibile eſt ad aliquam voluntatem ſe habere ad ipſum, ſed hoc non eſſet, niſi ipſum neceſſario, & actu adæquato diligeret. & etiam amorem eius adæquatũ ſpiraret, quia ſi aliquod iſtorum deficeret poſſet ſine contradictione intelligi aliquam voluntatem perfectiori modo ſe habere ad obiectum, quia ille modus poſſet intelligi perfectior, & ille modus non includit contradictionem, quia non eſt contradictio, quòd voluntas infinita habeat actum infinitũ circa obiectum infinitũ, & per conſequẽs actum neceſſarium, & etiam neceſſario, quia ſi poſſet non habere talem actum circa tale obiectum, poſſet carere ſumma perfectione. Similiter ſi amor adæquatus obiecti eſt ſpirabilis, vt credimus, maxime competit voluntati infinitæ eſſe principium ſpirandi illum.

¶ Ad hanc concluſionem ponuntur quædam probationes, quæ etiam concludunt de omni volũtate reſpectu illius obiecti, ſiue clare viſi, ſiue in vniuerſali apprehenſi, ſicut modo ipſum apprehendimus. ¶ Prima probatio talis eſt, voluntas neceſſario vult illud, in quo eſt ratio omnis boni, quia non poteſt obiectum aliquod non velle, in quo non eſt malitia aliqua, nec aliquis defectus boni, finis autem vltimus eſt huiuſmodi. ¶ Secunda probatio habetur ex dicto philoſophi. 2. Phyſic. ſicut principium in ſpeculabilibus. Et 7. Ethic. in actionibus, quòd cuius gratia eſt principium, quemadmodum in mathematicis ſuppoſitiones, nunc autem intellectus aſſentit neceſſario principijs in ſpeculabilibus, igitur voluntas neceſſario aſſentit vltimo fini in agibilibus. ¶ Tertia probatio talis eſt, voluntas neceſſario vult illud cuius participatione vult quicquid vult, vltimus finis eſt huiuſmodi, igitur &c. probatio maioris. omne variabile reducitur ad aliquid inuariabile, & ita varietas actuum circa ea, quæ ſunt ad finem præexigit actum inuariabilem, & per conſequens maxime circa illud cuius participatione alia obiecta terminant actum. minor probatur per illud. 8. de trinit. 3. Tolle hoc, tolle illud, vide ipſum bonum, ſi potes, & ita Deũ videbis non alio bono bonum, ſed omnis boni bonum. ¶ Iſtæ rationes non videntur probare concluſionem neceſſariam de quacunque voluntate in communi. Nec etiam videntur in ſe neceſſariæ. ¶ Primum probatur: quia * quando ſunt duę naturæ abſolutæ & eſſentialiter ordinatæ, prior ſine contradictione videtur poſſe eſſe ſine poſteriori, nunc autem iſtorum trium, quæ ſunt obiectum diligibile, & ipſa apprehenſio, vel viſio illius obiecti in intellectu creato, & ẽt ipſa volũtas creata, quodcunque eſt abſolutum, & prius naturaliter actu diligendi illud

Marginalia: t. c. 16. — Cap. 12. — B. Quare, 1. dist. 1. q. 4. — (left margin, partly cut off:) ...uo ...17. ...9. ...6. ...ar

illud obiectum (& hoc loquendo de dilectione in voluntate creata.) igitur quodcunque illorum poſſit eſſe, immo quòd omnia illa poſſint eſſe ſine actu illo dilectionis non includit contradictionem, nec per conſequens oppoſitum eſt ſimpliciter neceſſarium, quomodo illud dicitur neceſſarium, cuius oppoſitum includit contradictionem. ¶Hic dicitur, ꝙ maior vera eſt de illis abſolutis, quorum vnũ non dependet ab alio, nec ambo a tertio, in propoſito autem viſio & fruitio dependent ab eodem tertio. ſ. obiecto. ¶Contra hoc, quodcunque abſolutum Deus poteſt immediate cauſare, & tamen nõ neceſſario, ſi cauſat illud per cauſam mediã poteſt non neceſſario cauſare, quia illa cã media non neceſſitat ipſum ad cauſandum effectum illius cauſę mediæ. igitur licet ambo iſta cauſentur a cauſa cõi, tñ ſecundum non ſolum contingẽter cauſabit, ſed etiã poſito primo adhuc contingenter cauſabitur. ¶Præterea *potentia quæ neceſſario agit circa obiectum neceſſario continuat actum illum, quantum põt. voluntas autem ſaltem viatoris nõ neceſſario cõtinuat actũ circa finẽ vniuerſali apprehenſum, quantum poſſet continuare. igitur nõ neceſſario agit circa illum. Maior patet exemplo, de appetitu ſenſitiuo, & videtur poſſe probari per rationem, quia illud quod eſt intrinſeca ratio ipſius potentiæ neceſſario agendi, erit etiam ratio ſemper neceſſario agendi, quantum eſt ex parte potentiæ, & ita continuandi, quantum ipſa potentia poteſt continuare. Minor probatur, quia voluntas

B. vid. 1. diſt. q. 4.

viatoris poſſet quandoque continuare actum intellectus, quo conſiderat finem, qñ non continuat, ſed vel conuertit intelligentiam ad conſiderationem alicuius alterius, vel ſaltem non impedit quin obiectum aliud occurrens impediat illam conſiderationem, illa autem conſideratione non continuata, non continuatur circa illud obiectum actio voluntatis, & continuata illa continuaretur iſta, probatio eiuſdem minoris per illud primo retractationum. 9. & 22. Nihil tam eſt in poteſtate voluntatis, quàm ipſa voluntas, quod nõ intelligitur quantum ad eſſe illius voluntatis, ſed quantum ad agere eius, nunc autem in poteſtate voluntatis eſt, quod ꝑ eius imperium alia potentia habeat actum, vel non habeat, ſicut ꝙ intellectus non conſiderat ſaltem illud obiectum, ſine cuius conſideratione poteſt voluntas habere actum imperandi, igitur in poteſtate voluntatis eſt, ꝙ ipſamet non habet actum circa illud obiectum determinatum, hoc non intelligo ſic, ꝙ ipſa poſſit voluntarie ſuſpendere omnem actum ſuum, ſed voluntarie poteſt non velle illud obiectum, ſed habet tunc aliud velle. ſ. reflexum ſuper ſuum actum, iſtud. ſ. volo modo non elicere actum circa illud obiectum, & hoc bene poteſt ex ſe, alioquin non poſſet omnem actum ſuſpẽdere poſt deliberationem, & eſt ſimile de actu intellectus & volũtatis quo ad hoc, nõ poteſt ſuſpendere illam intellectionem, quæ neceſſaria eſt ad volitionẽ illam, per quam ſuſpendit illam intellectionem, ſed poteſt quamcunque aliam ſuſpendere, ſic non

non poteſt pro nunc ſuſpendere omnem volitionem, quia nõ illam, qua voluntarie ſuſpendit, ſed poteſt ſuſpendere quamcunque aliam ad hoc non neceſſario requiſitam.

4. ¶ Præterea, neceſſitas agendi eſt ab illo, quod eſt principium per ſe agendi, quia ſi illud non neceſſario ſe habet ad agere, nec aliquid per illud neceſſario agit, paſſum aũt ſecundũ ſe eſt in potentia contradictionis. Si igitur per te obiectum ſit ratio neceſſitatis in volendo, quia ponis ꝙ quæcunque voluntas comparata ad ipſum obiectum neceſſario vult ipſum, nulla autem voluntas vult neceſſario quodcunque obiectum, tunc videtur ſequi, ꝙ obiectũ ſit principale actiuum reſpectu volitionis, quod tamen ſic arguens nõ concedit. ¶ Secundum ſcilicet, ꝙ illę probationes non ſunt neceſſariæ, patet diſcurrendo per eas. Ad primam negatur maior, quantumcunque in obiecto aliquo ſit perfectio tota obiecti, tamen ad neceſſitatem actus requiritur, ꝙ potentia neceſſario tendat in illud obiectũ, & quicquid ſit de voluntate creata beata, & de perfectione eius ſupernaturali, qua tendit in obiectũ illud, tamen diceretur quod voluntas viatoris ſimpliciter contingenter tendit in illud. & etiã quando eſt in vniuerſali apprehenſum, quia illa apprehenſio eſt ratio determinandi voluntatem ad neceſſario volendum illud, nec ipſa voluntas neceſſario ſe determinat illo poſito, ſicut nec neceſſario continuat illud poſitum, vt tactum eſt in ſecunda ratione, tamen iſta poſſet concedi, quòd voluntas non poteſt reſilire ab obiecto, ſiue nolle obiectum, in quo non oſtenditur aliqua ratio mali, nec aliquis defectus boni, quia ſicut bonum eſt obiectum huius actus, qui eſt velle. ita malum, vel defectus boni, quod pro malo reputatur, eſt obiectum huius actus, qui eſt nolle. & non ſequitur vltra. non poteſt nolle hoc, igitur neceſſario vult hoc, quia poteſt hoc obiectum, neque nolle, neque velle vt tactum eſt ſupra, pertractando illam auctoritatem primo retractationum. ¶ Contra hoc poteſt argui ſic. ſi non poteſt nolle hoc obiectum, hoc ideo eſt, quia habet in ſe aliquid, cui repugnat illud nolle. tale autem repugnans nõ poteſt eſſe niſi actu velle illud obiectum. igitur illud neceſſario ſibi ineſt. Maior probatur, quia ſi vnum incompoſſibilium repugnat, alterum neceſſario ineſt. Minor probatur, quia nulla inclinatio ad volendum habitualis vel aptitudinalis repugnat illi nolle actuali, quia cum vno modo poſſet ſtare poſſibilitas, vel aptitudo ad oppoſitum actum.

¶ Hic poteſt dici, quòd illud repugnans actui nolendi finem, eſt ipſamet potentia voluntatis. quia ipſa non poteſt habere velle, niſi reſpectu obiecti volibilis, vel nolle, niſi reſpectu obiecti nolibilis, quia nullum aliud velle, vel nolle eſt poſſibile fieri. finis autẽ non habet rationem nolibilis, quia nec malitiam, nec defectum boni, vnde hoc quod eſt nolle finem, includit contradictionem, ſicut videre ſonum. Sicut vult Auguſt. in enchi. 14. Sic enim beati eſſe volumus, vt miſeri eſſe non

non ſolum nolimus, ſed nequaquàm velle poſſimus. Sicut igitur repugnat ipſi actui volendi tendere in miſeriam, ita videtur repugnare actui nolendi tendere in beatitudinem, vel forte magis, quia non ita caret miſeria omni ratione volibilis, ſicut beatitudo ratione nolibilis. ¶ Ad ſecundam probationem, illud ſimile philoſophi de fine & principio, debet intelligi quo ad duo. ſcilicet ad ordinem obiectorum intelligibilium, & obiectorum volibilium inter ſe, & etiam quo ad ordinem quem habent reſpectu potentiarum ordinate tendentium in ipſa. Intelligo ſic primum. ꝙ ſicut eſt ordo in veritate inter principium & concluſionē, quæ hēt veritatē participatam a principio, ſic eſt ordo inter finem & ens ad finem in bonitate, ſiue appetibilitate, q̄a ens ad finem habet bonitatem participatam reſpectu finis. Et ex hoc ſequitur ſecundum. ſ. ꝙ ſicut intellectus ordinate tendens in illa vera propter principium aſſentit concluſioni, ſic voluntas ordinate tēdens in illud, quod eſt ad finem, tendit in ipſum propter finem. Sed non eſt ſimile hincinde comparando illa ad potentias iſtas, vt abſolute operantes, quia tunc non poſſet aliqua voluntas velle illud, quod eſt ad finem, niſi vtendo, ſcilicet volendo ipſum propter finem. Cum tamen dicit Aug. 83. q. q. 30. ꝙ peruerſitas voluntatis eſt in vtendo fruendis, & fruendo vtendis. ¶ Ex quo habetur, ꝙ voluntas pōt obiecto vtendo frui, non ſic autem poteſt intellectus verum ſcibile intelligere, tanquam principium, ſcilicet tanquam euidens ex terminis, & ratio differentiæ eſt, quia intellectus mouetur ab obiecto naturali neceſſitate. voluntas autem libere ſe mouet, patet etiam in aliis, ꝙ non eſt ſimilis neceſſitas hincinde, quia per principiū neceſſario ſcitur concluſio, non ſic per bonitatem finis neceſſario appetitur illud quod eſt ad finem. ¶ Ad tertiā probationem, maior poteſt ſimpliciter negari. quia ſi voluntas nihil neceſſario vult, non oportet quod illud ratione cuius vult alia neceſſario velit, ſed ꝙ illud contingenter velit ſufficit ad volendum alia, eo mō quo vult ea. ¶ Aliter pōt dici, ꝙ maior pōt habere duplicem intellectum. vnum talem, illud cuius participatione vult alia tanquā participatione obiecti voliti, illud magis vel prius vult. Alium talem, cuius participatione in entitate vult alia quæ participāt entitatem, illud prius vult. primus intellectus videtur eſſe verus, ſed non ſecundus, q̄a & ſi color quem video participet entitatem ſuam a primo ente, & viſibilitatem a primo viſibili. non tamen color viſus requiritur primum ens, vel primū viſibile prius videri, quia non videtur participatione eius vt viſi, ſed vt entis, vel viſibilis, & tantum iſto ſecundo intellectu eſt minor vera, ſicut & illa probatio adducta tantum probat ꝙ illud ſit bonum, vel volibile participatione primi volibilis, non autem ꝙ hoc præciſe ſit volitū participatione illius primi vt voliti. ¶ De * illo igitur articulo a. l. quicquid ſit de voluntate creata beata, vtrum. ſ. per aliquid ſupernaturale neceſſitetur ad volendum vltimum finem, vel nō, ſaltem probabiliter poteſt dici

ꝙ

ꝙ non omnis voluntas creata neceſſitatur ex natura ſua ad volēdum finem, non ſolum abſolute, quod manifeſtum eſt, ſed nec poſita apprehenſione obſcura illius obiecti, ſicut modo apprehendimus, hoc ſaltem certum videtur, voluntas diuina neceſſitatur ſimpliciter ad volendum bonitatem propriam. ¶Et ſi quæratur, an neceſſario velit aliquod aliud obiectū ab eo? Poſſet dici quod excluſa neceſſitate coactionis, de qua non eſt ſermo, poteſt intelligi vna neceſſitas immutabilitatis, quę excludit poſſe oppoſitum ſuccedere ei, quod ineſt. Alia eſt neceſſitas omnimodę ineuitabilitatis, ſiue determinationis, quæ non ſolum excludit ſuppoſitum poſſe ſuccedere iſti, ſed omnino excludit ipſum poſſe ineſſe. ¶ Loquendo de ſola prima neceſſitate, Deus neceſſario vult quicquid vult, quia non pōt ſuccedere oppoſitum ei quod ineſt, neque ex parte actus neque obiecti, quia hoc non poſſet eſſe ſine aliqua mutatione ī Deo, cum obiectum eſſe volitum nō ponat aliquid extra ipſum Deū, & non poteſt de non volito fieri volitum, vel econuerſo, quin ſit mutatio in aliquo, non enim eſt tranſitus a contradictorio in contradictorium, nullo aliter ſe habente, quia tunc non eſſet ratio, quare illud contradictoriū magis eſſet verum modo, quàm prius, & quare illud falſum. ¶Sed de ſecunda neceſſitate poteſt dici, ꝙ licet neceſſario voluntas diuina habeat actum complacentiæ reſpectu cuiuſcunque intelligibilis, inquantum in illo oſtenditur quædam participatio bonitatis proprię, tamen nō neceſſario vult quodcunque creatum volitione efficaci, ſiue determinatiua illius ad exiſtendum, immo ſic vult contingenter creaturam fore, ſicut contingenter eam cauſat, quia ſi neceſſario hac ſecunda neceſſitate vellet eam fore, neceſſario ēt neceſſitate ineuitabilitatis eam cauſaret, ſaltem pro tunc pro quando vult eam fore.

DE SECVNDO articulo principali dico ꝙ cum neceſſitate ad volendum ſtat libertas in voluntate. ¶Hoc probatur, primo per auctoritates ¶Prima eſt Auguſtini in enche. quæ dicta eſt ſupra. Sic. n. oportebat prius fieri hominem, vt & bene poſſet velle & male, nec gratis vel fruſtra ſi bene, nec impune ſi male, hoc eſt in ſtatu illo primo meretur, vel demeretur. Et ſequitur. poſtea vero ſi erit, vt male velle non poſſit, nec ideo libero carebit arbitrio. multo quippe liberius erit arbitrium, quod omnino non poterit ſeruire peccato. & ſubdit, quaſi pro probatione. neque culpanda eſt voluntas, aut voluntas non eſt, aut libera dicenda non eſt, qua beati ſic eſſe volumus, vt eſſe miſeri non ſolum nolimus, ſed nequaquàm prorſus velle poſſumus. ſicut enim anima noſtra nunc habet nolle infelicitatē. ita tūc nolle iniquitatē, ſemper habitura eſt. ¶Item, Anſel. de libe. arb. c. 1. Qui ſic habet, quod decet, & expedit vt hoc amittere nequeat liberior eſt, quàm ille qui ſic habet hoc ipſum, vt poſſit perdere. Et ex hoc concludit liberior igitur eſt voluntas quæ a rectitudine declinare nequit. ¶Item, probatur per rationem, & primo quia ita eſt. nam ex præcedente

arti-

articulo habetur ꝙ voluntas diuina neceſſario vult bonitatem ſuam,& tamen in volendo eam eſt libera.igiť &c. probatio minoris,quia potentia operans circa vnum obiectum non abſolute,ſed in ordine ad aliud eadem eſt operatiua circa vtrunque
T.c.146. obiectum (ſicut arguit philoſophus in ſecundo de anima, ꝙ illa potētia qua cognoſcimus differentiam vnius obiecti ab alio obiecto, ipſa nata eſt cognoſcere vtrunque obiectum in ſe, ſicut ipſa arguit ibi de ſenſu communi).Nunc autem voluntas ipſa diuina refert ad finem alia obiecta quæ ſunt volibilia propter finem,igitur ipſa ſub eadē ratione potentiæ eſt operatiua circa vtrunque, ſed circa illud quod eſt ad finem libere operatur.patet quia contingenter vult illa, & contingentia in agendo reducitur ad primum non naturaliter actiuum,ſed libere,igitur ipſa ſub ratione potentiæ liberę vult bonitatem ſuam.¶Præterea ſecūdo probatur idem propter quid,& primo ſic,actio circa finem vltimum eſt actio perfectiſſima,& in tali actione libertas in agendo eſt perfectionis. igitur neceſſitas in ea non tollit, ſed magis ponit illud quod eſt perfectionis , cuiuſmodi eſt libertas. ¶ Præterea conditio intrinſeca ipſius potentiæ vel abſolute vel in ordine ad actum perfectum non repugnat perfectioni in operando,nunc autem libertas, vel eſt conditio intrinſeca voluntatis abſolute, vel in ordine ad actum volendi. igitur ipſa libertas poteſt ſtare cū conditione perfecta poſſibili in operando,talis conditio eſt neceſſitas ſpecialiter , vbi ipſa eſt poſſibilis.eſt enim ſemper poſſibilis, vbi neutrum extremum requirit contingentiam in operationem,quæ eſt media inter extrema:ſic eſt in propoſito ſicut ꝓbatum eſt in præcedenti articulo.¶Si quæras quomodo ſtat libertas cum neceſſitate.¶Reſpō t.c.4
deo,ſecundum philoſophū quarto metaphyſicæ. non eſt quęrenda ratio eorum,quorum non eſt ratio.demōſtrationis enim principij non eſt demonſtratio. Ita dico hic, ꝙ ſicut iſta eſt immediata & neceſſaria,voluntas diuina vult bonitatem diuinam, nec eſt alia ratio , niſi quia hæc eſt talis voluntas, & illa talis bonitas,ſic voluntas diuina contingenter vult bonitatem ſeu exiſtentiam,alterius & hoc quia eſt talis voluntas, & illud eſt tale bonum.Niſi addamus generaliter vnum breue. ꝙ voluntas infinita neceſſario habet actum infinitū. quia hoc eſt perfectionis, & pari ratione non neceſſario habet actum circa obiectū finitum , quia hoc eſſet imperfectionis. nam imperfectionis eſt neceſſario determinari ad poſterius,& perfectionis requiſitę eſt ſic determinari ad prius & perfectionis concomitantis ad illud quod eſt ſimul natura. Cōfirmatur illud.quia non eſt eadē diuiſio in principium naturale & liberum,& in principium neceſſario actiuum & contingenter,aliquod enim naturale poteſt contingenter agere,quia poteſt impediri.igitur pari ratione poſſibile eſt aliquod liberū ſtante libertate neceſſario agere.

¶ Sed ſemper eſt dubium, in quo ſtat per ſe ratio libertatis. ſiue enim dicatur ꝙ libertas ſtat in determinatione ad agendum,

dum, ſiue in dominatione reſpe ctu ſui actus, per neutrum hic vr̃ poſſe ſaluari libertas. Hic diceretur, ꝙ cũ dr̃ voluntatem neceſſario velle, neceſſitas poteſt determinare actũ volendi vt terminatur ad obiectum, & ſic eſt verum manifeſtum intelligendo de bonitate diuina quæ ſola eſt proprium & per ſe obiectũ, alia aũt non ſunt per ſe obiecta propria, ideo non neceſſario vult illa: aut poteſt neceſſitas determinare actum vt egreditur a voluntate. Et hoc poteſt intelligi dupliciter vno modo vt ſit neceſſitas præuia ad voluntatẽ, & voluntas intelligatur cadere ſub neceſſitate tanquam impellente in actum & figẽte in actu. ſi autem ſic eſſet, voluntas ageretur & non ageret, nec ſtaret in tali actu libertas. Alio modo poteſt intelligi neceſsitas concomitans ita, quod ipſa intelligatur cadere ſub voluntate ſic ꝙ voluntas propter firmitatem libertatis ſuæ ſibijpſi neceſſitatem imponit in eliciendo actũ, & in perſeuerando ſiue figendo ſe in actum, in ſpiratione concomitatur neceſſitas naturæ, quia vis quædam naturæ primo modo dictæ, ideſt eſſentiæ, ſiue naturæ ſecundo modo dictæ, ſcilicet principij naturalis productiui ſimilis, talis enim aſſiſtit voluntati in communicando in naturam ſpirituiſancto. Eſt igitur ordo quadruplicis neceſſitatis. ¶ Prima, qua Deus neceſſario viuit. ¶ Secunda, qua neceſſario intelligit. ¶ Tertia, qua neceſſario ſpirat. ¶ Quarta, qua neceſſario diligit ſe.

¶ In quo igitur eſt libertas volendi?

¶ Reſpondeo, quia delectabiliter & eligibiliter elicit actum & permanet in actu. ¶ Contra ſm Ric. glorioſius eſt quod ſm naturam habetur, q̃ quod aliter habetur. ¶ Rñdeo, ꝙ ex neceſſitate naturæ habetur velle, non neceſſitate tamen naturæ habetur obiectũ, quia eſſet cõtradictio, igitur in iſta propoſitione q̃ eſt de dicto, Deũ ſe velle eſſe neceſſariũ, patet diſtinctio ꝙ neceſſitas põt determinare actum volendi ſic vel ſic. ſ. abſolute vel cũ reſpectu ad obiectũ, ſed non æque apparet in iſta, Deus vult neceſſario, quæ eſt de re. tamen eadem veritas eſt communis ꝙ neceſſitate naturæ habet actus, ſed non vult obiectum neceſſitate naturæ.

DE TERTIO principali dicitur ꝙ in aliquo actu voluntatis diuinæ, ſcilicet in actu ſpirandi ſpiritumſanctum eſt aliquo modo neceſſitas naturalis. ſic intelligendo ꝙ volũtas vt eſt ſimpliciter voluntas nõ eſt principiũ elicitiuũ actus notionalis, quo producit̃ ſimile in forma ipſi producenti. qa tũc in quocunque eſſet, eſſet principiũ elicitiuũ actus, quo produceretur ſimile in forma, qđ falſum eſt in creaturis. ¶ Sed voluntas vt eſt in natura diuina. & vt ſic p illã hẽt quãdam naturalitatẽ ad producẽdũ actũ notionalẽ, ſic eſt principiũ elicitiuũ actus notionalis. Ex hoc enim qđ fundatur in natura diuina ſiue in eſſentiam habet ſibi annexam quãdã vim naturæ, & ſic quandam neceſſitatẽ naturalem ab iſta naturalitate ſiue vi naturali annexa voluntati contrahit, & ſic eſt principium elicitiuum actus notionalitatis: licet enim in actu volũtatis eſſentialis vt ordinat̃ in ſum-

Henr. in ſum art, 60. q. 1.

mum amatum ab ipſa ſola voluntate rõne qua eſt libera ſit neceſſitas immutabilis, tñ inq̃tum actio voluntatis ordinatur in amorẽ productũ tendentẽ in amatũ terminaliter, ſic ab illa naturaliter annexa voluntati ꝓcedit neceſſitas immutabilitatis circa ſolũ actũ notionalẽ elicitũ a voluntate, vel potius ab ipſa libertate voluntatis vt ei talis naturalitas eſt annexa. ¶ Additur ad hoc ꝙ illa naturalitas in voluntate nullo mõ præuenit eius libertatẽ, nec eſt rõ elicitiua actus notionalis, hoc enim eſſet omnino contra eius libertatem, ſed potius eſt conſecutiua & annexa libertati vt aliquid, quo aſſiſtente voluntati voluntas ipſa ex vi, quam habet, ex eo quod eſt voluntas & libera, poteſt elicere actum ſuum notionalem, quem ſine illo aſſiſtente elicere omnino non poſſet. ¶ Sunt igitur aliter & aliter iſtæ propoſitiones in diuinis neceſſariæ. De⁹ neceſſario viuit, quia neceſſitate naturæ. Deus neceſſario intelligit, quia neceſſitate intelligibilis determinantis intellectum ad hoc, vbi eſt aliqua diuerſitas rationis. Deus neceſſario ſpirat ſpiritũ ſanctum, quia neceſſitate naturali non præueniente ſed concomitante Deus neceſſario amat ſe, neceſſitate conſequente infinitatem libertatis abſque aliqua neceſſitate naturę.

CONTRA iſtud, non videtur ꝙ illud quod fundatur in aliquo poſſit habere rationem aliquam neceſſitatis vlteriorem vltra illud in quo fundatur, nec etiam ꝙ fundatum poſſet habere duplicem rõnem neceſſitatis, & illud in quo fundatur tm̃ vnicam, quia tunc circunſcripta p, impoſſibile vel poſſibile illa vnica rõne neceſſitatis in fundamento adhuc remaneret alia rõ neceſſitatis in fundato, & ita illud fundamentũ remaneret neceſſariũ, & tñ non remaneret neceſſitas fundamenti: nunc autẽ ſm̃ iſtós, actus notionales fundant̃ in actu eẽntiali, & ſm̃ oẽs, actus eſſentiales aliquo mõ ſũt priores. igit̃ nõ põt eſſe ꝙ in actu eẽntiali quo Deus diligit ſe ſit tm̃ vnica neceſſitas & ex vnica rõne neceſſitatis. ſ. ex infinitate libertatis, & tñ ꝙ in actu ſpirandi ſit cũ hoc alia rõ neceſſitatis. ſ. naturalis. ¶ Præterea ſicut memoria pfecta in ſuppoſito conueniente eſt principiũ pfectũ producendi verbũ pfectũ, ſic vr̃ ꝙ voluntas pfecta in ſuppoſito vel ſuppoſitis conuenientibus ſit pfectũ principiũ ꝓducendi amorẽ pfectũ, ſicut igitur memoria in patre eſt principiũ gignendi filiũ, ſic voluntas in patre & filio eſt principiũ ſpirandi ſpiritũ ſanctum, nec vr̃ vltra rõnẽ pfecte memoriæ vel pfecte voluntatis coaſſiſtentia alicuius eſſe neceſſaria ſic ꝙ illo nõ aſſiſtente non poſſet voluntas in actũ ſpirandi & memoria in actũ dicendi. ¶ Si aũt intelligeret aſſiſtẽtiam eſſe vt obiecti ad potentiam, forte illa requiritur tã in memoria q̃ in voluntate, & magis forte ad hoc vt per actum cõicetur natura q̃ ad hoc vt actus ſit neceſſarius, quia principiũ illorũ. ſ. obiecti & potentiæ vtrunq; p ſe eſt rõ proprie neceſſitatis in eliciendo actũ ſuũ vt ſuus eſt, ſed forte non vtrunque p ſe eſt rõ pfecta cõſubſtantialitatis termini ad ipſum producens, & tũc verũ eſſet, ꝙ non requirit̃ talis aſſiſtentia ad actũ eſſen-

eſſentiale,quia licet ibi requirat obiectũ, nõ tñ vt principiũ cõicandi ſuã propriam pfectionẽ. ¶De iſto articulo poteſt dici, ꝙ non eſt hic difficultas accipiendo naturã extenſiue, prout extẽdit ſe ad omne ens. ſic.n.dicimus naturam voluntatis, immo extendendo ad nõ ens dicimus naturã negationis. Sic.n.extenſiue loquendo neceſſitas in ente quocunque poſſet dici neceſsitas naturalis, & tunc cũ voluntas ſaltem diuina ex ſua pfecta libertate habeat neceſſario aliquod velle, iſta neceſsitas perfectæ libertatis põt dici iſto modo neceſsitas naturalis. Sed dif-
49. ficultas non eſt, niſi accipiendo naturam magis ſtricte,prout ſcilicet natura & libertas ſunt primę differentiæ agentis, vel principij agendi, quomodo loquitur philoſophus ſecundo phyſicorum. vbi diuidit cauſam actiuam in naturam & propoſitũ. Eorum inquit quæ fiũt propter hoc.i.propter finem, cuiuſmodi ſunt omnia quæ fiunt a per ſe cã, alia quidẽ ſm propoſitum, alia vero non ſm propoſitum,& paulo poſt, ſunt autem propter hoc quæcunque ab intellectu vtique aguntur, & quæcũque a natura, & reducit ad iſtas duas cauſas per ſe, duas cauſas per accidens ſcilicet caſum & fortunam. de hac diſtinctione
10. loquitur.9.Metap. cap 4. diſtinguens modũ quo potentiæ actiuæ rõnales & irrationales diuerſimode exeunt in actus ſuos, tales inquit.ſ. irrationales potentias neceſſe eſt, qñ actiuum & paſsiuum appropinquãtur, hoc quidẽ facere,illud aũt pati. illas vero ſ. rationales non neceſſe eſt,ſupple,hoc facere,& illud pati, de hac diſtinctione loquitur Aug.5.de ciui.c.9.eſt cauſa fortuita,eſt naturalis, eſt volũtaria, & declarat ibi membra. ¶ Iſta t.c.49.
diuiſio principij actiui diuerſis nominibus exprimitur,non ſolum apud diuerſos, ſed ẽt apud Ariſtotelẽ, vt patet ex ſecundo phyſicorũ, vbi pmiſit ſm propo t.c.10.
ſitũ,& nõ ſm propoſitũ, & ſubdit ab intellectu & a natura, & in 9.Met. rõnales & irrationales potentias p iſta tria non ſm ꝓpoſitum,& a natura, & potentiæ irrationalis intelligit principiũ actiuum,quod communiter dicimus naturam, per alia vero tria intelligit illud aliud principium actiuum, in quo concurrunt reſpectu actus extrinſeci,& intellectus & voluntas,ſed vtrũque iſtorum per ſe acceptum habet ſuum proprium modum principiandi, intellectus quidẽ per modum naturæ. vnde ad ſuum proprium actum comparatus natura eſt,ſicut filius in diuinis producitur per modum naturæ, licet eius principium productiuum ſit memoria, voluntas autem ſemper habet ſuũ modum cauſandi proprium. ſ. libere, & ideo quando concurrit cũ intellectu, vt in ꝓductione artificialiũ, totũ dr̃ produci libere & a propoſito, quia propoſitũ eſt principipale & immediatũ principiũ illius productionis extrinſecæ:ſi aũt qñq; cõcurrat potẽtia naturaliter actiua cũ ipſa voluntate,ſicut eſt de potẽtiis inferioribus, quibus vtimur ad agendũ,licet actio proprie vt eſt huius principij, ſit p modũ t.c.10.
naturę, tñ quia totũ ſubiacet voluntati,iõ libere vtimur,& dicimur libere agere a principali agente, & hoc mõ loquit̃. 9.Met.

vbi vult, ꝙ vltra intellectū requiritur aliqđ determinans, vt appetus & pro hr̃ſis, alioquin ſimul faceret contraria, nā ipſa ſciētia ſimul contraria oſtendit, & ipſa quātū eſt ex parte ſui eſſet principiū p modū naturæ, & neceſſario quantū eſt ex parte ſui cāret quodlibet, reſpectu cuius eſt
9. Meta. t.c. 10. in potētia. Ille inquit cōtrariorū, quare ſimul facient contraria, hoc eſt impoſſibile, neceſſariū eſt igiť alterū adeſſe qđ ꝓpoſitū eſt, hoc eſt determinans ad vnū oppoſitorū, & ſubdit, dico aūt hoc appetitū &c. ¶ Ad propoſitū dico ꝙ licet aliquod principium poſſet concurrere in agendo cū volūtate, puta ſ̃m aliquos obiectū, ſ̃m aliquos intellectus, & illud concurrens, quātum eſt ex ſe ſit naturaliter actiuū, tamē voluntas per ſe loquendo, nunq̃ eſt principiū actiuum naturaliter, quia eſſe naturaliter actiuū, & eſſe libere actiuū, ſunt primæ drīæ principij actiui, & volūtas, vnde voluntas eſt principiū actiuū libere: non magis igitur pōt voluntas eſſe naturaliter actiua, q̃ natura, vt eſt principiū diſtinctum contra voluntatē pōt eſſe
Dubium notabile. libera actiua. ¶ Sed quæriť, vnde eſt ꝙ voluntas, licet neceſſario agat, non tñ naturaliter agit, cū non poſſit natura magis eſſe determinata ad agendū, q̃ ꝙ ſit neceſſitata ad agere. ¶ Reſpōdeo, omne agens naturale, vel eſt omnino primum, vel ſi eſt poſterius erit ab aliquo priori naturaliter determinatum ad agendum, voluntas autem nunquam poteſt eſſe agens omnino primū, ſed nec pōt eſſe determinata naturaliter ab aliquo agente ſuperiori, quia ipſamet eſt tale actiuum, ꝙ ſeipſam determinat in agendo, ſic intelligendo, ꝙ ſi voluntas aliquid neceſſario velit, puta a. non tñ illud velle cāſatur naturaliter a cauſante voluntatem, etiam ſi naturaliter cauſaret voluntatem, ſed poſito actu primo quo voluntas eſt voluntas, ſi ipſa ſibi relinqueretur, & ſi poſſet contingēter habere, vel non habere hoc velle, tamen ſeipſam determinaret ad hoc velle. ¶ Quando igitur dicitur, ꝙ naturale principium non poteſt magis determinari, quàm ꝙ neceſſitetur. Reſpondeo, licet neceſſariū ſit ſumme determinatū, quo ad excluſionē indeterminationis ad vtrumlibet, tamē aliquod neceſſarium aliquo modo eſt magis determinatum, q̃ aliud, ſicut ignem eſſe calidum, vel cęlum eſſe rotundum, eſt determinatum a cauſante dante ſimul eſſe cœli & rotunditatē, ſed graue eſt determinatum ad deſcenſum, non habito actu deſcendendi ab ipſo generāte, ſed tm̃ habito ab ipſo principio naturaliter determinatiuo ad deſcendendū, voluntas aūt cāta ſi neceſſario vult aliquid, non ſic eſt determinata a cauſante ad illud velle, ſicut graue ad deſcenſum, ſed tm̃ a cauſante hēt principium determinatiuum ſui ad hoc velle. ¶ Si autem dicas, ſi deſcenſus cauſatur a grauitate intrinſeca, tunc graue mouet ſe, quare igitur non libere æque ſicut voluntas mouet ſe ad illud velle, reſpectu cuius ipſa voluntas eſt ratio neceſſaria cauſandi. ¶ Reſpōdeo, illa cauſatio grauitatis eſt naturalis, iſta libera. qa hoc eſt hoc, & illud eſt illud, ¶ Breuiter igitur poſſet dici, ꝙ eſſe formæ, & modus eſſendi, agere, & modus agendi, ſunt imme- *Specia nota.*

mediata, ideo ſicut non eſt alia ratio, quare hoc habet talē modum eſſendi, niſi quia eſt tale ens. ſic non eſt aliqua ratio, quare hoc habet talem modū agendi. puta libere, vel * naturaliter, niſi quia eſt tale principium actiuum. ſ. liberum, vel * naturale. ¶ Ad argm̄ in contrarium dici poteſt, ꝙ intentio Aug. eſt ibi arguere contra Ciceronem, qui negauit præſcientiam Dei, nec ex illa præſcientia cōceſſa oporteret eū negare liberū arbitriū noſtrū, Aug. aūt docet qualiter ꝑſcientia Dei, & liberū arbitriū ſimul ſtant, ſic arguendo. Sic inquit Deo certus eſt ordo cāꝝ, quod conceſſit ipſe Cicero, ſubdit Aug. Et ipſe quippe naturæ voluntates in cāꝝ ordine ſunt, qm̄ humanæ voluntates, humanorum operum cauſæ ſunt, atq; ita, qui omnes rerum cās præſciuit, profecto in eis cauſis ēt noſtras voluntates ignorare non potuit. Et poſt, qūo igitur ordo cauſarum præſcienti Deo certus id efficit, vt nihil in noſtra ſit voluntate, cum in ipſarum cauſarum ordine magnum habeant locum noſtræ voluntates. Etiam in ſequenti capitulo, non propterea nihil in noſtra voluntate eſt, quia Deus præſciuit quid futurum eſſet in noſtra voluntate, non enim nihil præſciuit, ſed aliquid, & illa præſciente eſt aliquid in noſtra voluntate. Reſpondeo autem, vult oſtendere quomodo ſimul ſtant neceſſitas illa, quam in præſcito requirit præſcientia, & tamen quod præſcitum ſit in noſtra poteſtate, hoc quidem non eſſet verum, ſi eſſet ibi neceſſitas violentiæ, de qua ait etiam, ſi nolimus effici, quod poteſt, ſicut eſt neceſſitas mortis: ſed ſi eſt neceſſitas qualiſcunque, de qua ſolemus dicere, neceſſe eſt, vt ita ſit aliquid, vel vt ita fiat aliquid, non oportet timere, quod talis neceſſitas, ſi ponatur in actu noſtro præſcito, nobis auferat libertatem, quia iſta neceſſitas præſcientiæ, vel præſciti vt præſciti, & ſi ſit neceſſitas immutabilitatis, non eſt tamen ſimpliciter neceſſitas ineuitabilitatis, ſiue omnimodę determinationis, ſed tantū ineuitabile ex ſuppoſitione iſta, quia illud eſt iam præſcitum. ¶ Et ad oſtendendum, quod non qualiſcunque neceſſitas tollit libertatem, ſubdit illud ex quo argutum eſt, neque & vitam Dei, & præſcientiam &c. ſi precise dixiſſet, & præſcientiam, facile eſſet videre quare illam non ponimus ſub neceſſitate quę repugnet libertati, quia libere, & contingenter præſcit hoc licet ſuppoſito, ꝙ ꝑſciat, immutabiliter pręſciat. Et eodem modo eſt de actu meo ꝑſcito, ꝙ licet ſit immutabiliter præſcitus, tñ cōtingenter ex parte Dei pręſciētis, & ſimiliter relinquitur contingentia ex parte mei exequētis. ¶ Sed difficilius eſt, ꝙ addit vitam, & præſcientiam. Sed ibi pōt eſſe duplex reſponſio. ¶ Vna ꝙ vita accipiatᵣ ibi ꝑ actu btı̄fico, ſicut accipitur vita Ioann. 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te. & ſicut loquitur philoſophus 12. metaphy. intellectus actus eſt vita, & pari ratione actus voluntatis eſt vita. vita iſta non cadit ſub neceſſitate excludente libertatem etiam in Deo, ſi autem intelligatur vita pro vita naturali ipſius Dei, tunc non debet intelligi de illa vita ſm̄ ſe

Marginal notes: neceſ- … neceſ- … m. … c. 9. … l. c. 39.

accepta,ſed de ipſa vt a voluntate diuina accepta,poteſt autem eſſe aliquid bene in ſe neceſſarium, & neceſſitate repugnante libertati,quamuis tamen ſit libere,immo contingenter acceptatum.Exemplum. Si quis voluntarie ſe præcipitat,& ſemper in cadendo illud velle continuat, neceſſario quidem cadit neceſſitate grauitatis naturalis, & tamen libere vult illum caſum, ita Deus licet neceſſario viuat vita naturali,& hoc tali neceſſitate, quæ excludit omnem libertatem, tamen vult libere ſe viuere tali vita,igitur * vitam Dei non ponimus ſub neceſſitate,intelligendo vitam, vt a Deo libera voluntate dilectam.

B. Subtiliter ſaluat vitã Dei non eſſe ſub neceſſitate.

QVÆSTIO. XVII.

Vtrum actus dilectionis naturalis, & actus dilectionis meritoriæ ſint eiuſdem ſpeciei.

DEINDE quæritur. Vtrum actus dilectionis naturalis & actus dilectionis meritoriæ ſint eiuſdem ſpeciei. Arguitur quod non,quia ille actus differũt ſpecie, qui eliciuntur a principijs a diuerſis ſpecie. iſti actus ſunt hmõi.igitur &c.Probatio maioris,non eſt minor dria in principiatis, q̃ in principijs, immo maior.Probatio minoris, actus dilectionis naturalis elicitur a voluntate propria actione naturali ipſius.Actus autem dilectionis meritoriæ elicitur mediante habitu ſupernaturali, puta charitate,naturale aũt, & ſupernaturale differunt ſpẽ. Contra. dria ſpecifica actuũ, ꝑcipue accipitur ex per ſe obiectis. nunc aũt idem eſt per ſe obiectum dilectionis naturalis & meritoriæ, quia Deus ſub ratione ſummi boni vtroque actu diligitur.

HIC PRIMO videndum eſt,quid intelligendum ſit per dilectionem naturalem.¶Secundo,quid per dilectionẽ meritoriam.¶Tertio, ex his infertur veritas quæſiti.

DE PRIMO non intelligitur hic dilectio naturalis illa inclinatio naturæ ad bonum, q̃ eſt coæua ipſi naturæ,immo forte non aliud ab ipſa natura, ſed quæritur de actu elicito dilectionis naturalis,illa aũt inclinatio non eſt actus elicitus,& pro tanto poſſet dici dilectio habitualis. quia aſſimilatur habitui in hoc,ꝙ eſt præcedens actum, & permanens ſine actu.¶Actus autem dilectionis naturalis de quo quærit, poſſet vno mõ intelligi actus elicitus ſm illam inclinationẽ naturalẽ, puta qñ mens actu diligit ſe, vel actu vult ſibi commodũ. ¶ Alio mõ poſſet intelligi actus naturalis dilectionis. diſtinguendo cõtra ſupernaturalem,ille.ſ.quem voluntas ex ſeipſa actu naturali poteſt hr̃e,licet non ſit ſm inclinationẽ naturalem.ſicut voluntas ex ſeipſa põt hr̃e actũ vitioſum, & tñ ille actus eſt prẽter naturã, vel contra naturam ſm Damaſcenũ. ¶ Hoc ſcđo mõ magis vr̃ intelligi in q̃õne, quia ſic procedit primũ argm̃. Tñ primo mõ intelligendo dilectionem naturalẽ, illa forte continetur ſub dilectione naturali ſcđo mõ accepta,ſaltẽ vt in pluribus,quia plures actus dilectionis ad quos naturaliter inclinamur, poſſumus ꝑtãte naturali elicere, licet non

omnes,

omnes,quia ad perfectiſſimum circa vltimũ finẽ eſt inclinatio naturalis, licet ad illũ nõ poſſit natura attingere ex ſe.

DE SECVNDO dico, ꝙ actus * meritorius eſt actus Deo ſpãliter acceptus, tanq̃.ſ. dignus pręmio reddendo pro illo actu. Specialiter dixi, quia oĩa acceptat acceptatione gñali, diligendo ea ſm̃ bonitatem ſuam, & ordinando ea ad ſeipſum,vt ad finẽ, ſed actum meritorium ſpãliter acceptat in ordine ad aliquod bonum iuſte reddendum pro eo. Meritoriũ igitur addit ſupra actum dupli cem relationem. ¶ Vnam ad voluntatem vt acceptantem. ¶ Et aliã, ad illud bonum ad qđ voluntas acceptans illud ordinat, & huic relationi ſecundæ ſimilis eſt illa quæ importatᷣ in hoc, qđ eſt vti,vti enim eſt obiectum volitũ ordinare ad aliud, vt ad finẽ,ſicut voluntas apud q̃ meretur, quia actũ iſtũ meritoriũ ordinat ad aliud, vt ad p̃mium. ¶ Neutra aũt relatio importata p meritoriũ eſt realis,quia non competit actui ex natura alicuius realis in actu, ſed tñ p actũ voluntatis, quo actus acceptatᷣ. ¶ Non ſolum.n. intellectus põt comparare obiectũ aliqua comparatione, q̃ non eſt ex natura rei, ſed ẽt voluntas põt hoc acceptando, ſicut intellectus cognoſcendo.Et forte poſſe comparare obiectũ comparatione, quæ non eſt ex natura obiecti, competit illis potentijs per rõnem cõem in eis.ſ. pp immaterialitatem earum.¶ Et ſi quæras de comparatione cãta in obiecto per actum voluntatis, an ſit relatio rõnis. ¶ Põt dici,ꝙ ſtricte accipiendo relationem rõnis.ſ.pro habitudine cãta in obiecto per actũ partis rõnalis per eſſentiã.ſ.intellectus. Illa nõ eſt relatio rõnis, quia comparatio iſta immediate cãtur per voluntatẽ, ſicut ipſa immediate hẽt actũ cõparatiuũ.Et tunc ſeqnitur,ꝙ ſic ſtricte accipiendo relationẽ rõnis,non oĩs relatio eſt realis,vel rõnis, ſed eſt tertia.ſ. relatio voluntatis comparantis. ¶ Alio mõ põt intelligi relatio rõnis pro quacunq; comparatione facta per actũ partis rõnalis,ſiue per eſſentiã,ſiue p participationẽ,& ſic iſta põt dici relatio rõnis.¶ Vlterius,meritoriũ connotat, ſiue quaſi p̃exigit in actu duplicem habitudinẽ eius, quaſi ad duplex principiũ. Vna eſt ad voluntatẽ, vt libere elicientem, vel imperantẽ actum, *nihil enim acceptatur vt meritorium, niſi ſit libere in poteſtate operantis,immo illud qđ eſt cõe ad meritũ,& demeritũ, qđ põt intelligi p hoc qđ eſt imputabile, requirit iſtã habitudinẽ ad voluntatẽ,vt in ptãte ſua hñtẽ actũ,*nihil.n.imputatᷣ alicui, nec vt p̃miabile, nec vt punibile niſi ſit in ptãte eius, nec p cõſequens vt laudabile, vel vitupe rabile. laus.n.quodammõ præmiũ eſt,vituperium quidem pęna ¶ Alia aũt habitudo requiritᷣ ipſius actus ad formã ſupernaturalẽ, qua acceptatᷣ ipſa perſona, vel potentia operans, q̃ ponitur eſſe grã,vel charitas: nõ.n.actus alicuius acceptatᷣ,vt dignus præmio,niſi perſona operans ſit accepta,ſm̃ illud Gen.4. * Reſpexit Deus ad Abel,& ad munera eius,prius ab Abel, q̃ ad munera,quia non placet oblatio non dilecti.Vñ ſequitur ibi.ad Cayn vero,& ad munera eius non reſpexit.

Margin notes (left, partly cut off): me- | vide | q.1. | cha | con- | a- | & | prin | us | 17. | imis.

Margin notes (right): Regula Theologica. — Alia Regulas theologica. 3.ethi. — B. Nota iſta verba tu immunde ſacerdos.

ſpexit. ¶Sed qualis requirit̄ habitudo actus ad charitatem, ad hoc vt ſit meritorius, dubium eſt. Videtur enim ꝙ ſufficit charitatem ineſſe ipſi operanti. q̱a ex quo ſm charitatem eſt ſpāliter dilectus, actus eius ſpecialiter acceptabit̄. Sicut videmus, ꝙ ſupplicatio vnius apud aliquem acceptar̄, & alterius non, licet inter eos non ſit dr̄ia in aliquo, quod ſit principium actiuum, reſpectu actus ſupplicandi, ſed tm̄ in hoc eſt dr̄ia, ꝙ iſte eſt ſpecialiter dilectus ab illo, qui rogatur, & iſte non. ¶Sed cōtra hoc arguitur, quia hn̄s charitatē poteſt peccare venialiter. ¶ Dr̄, ꝗ ille actus non eſt acceptabilis, quia habet aliquid repugnans. ſed ad hoc, ꝙ actus aliquis non hn̄s aliquid tale repugnans acceptetur, ſufficit ſolum principium acceptationis perſonæ. ¶Contra hoc vr̄ eſſe, ꝙ ab hn̄te charitatem poteſt aliquis actus indifferens elici. quia non apparet repugnantia, ꝙ aliquē actum eliciat nō ordinās actualiter ad finem vltimum, vel virtualiter, hoc eſt virtute alicuius actus immediate ordinati ad illum. ille igitur non eſt meritorius, nec tn̄ eſt peccatum, quia nullo præcepto aſtringitur quis actualiter omnem actū ſuū ordinare in Deū, vel virtual̄r modo prædicto. ¶Pōt igitur dici, ꝙ ad hoc ꝗ actus ſit meritorius, non ſufficit ꝙ habeat ſecū charitatem inexiſtentem perſonæ. ſed vltra hoc requiritur ꝙ ſm inclinationē charitatis inexiſtētis actus eliciatur. Deus enim q̱ ſe ſolum, & pp ſeipſum diligit poteſt aliquam formam deiformem dare creaturæ, quam hn̄s ſpecialiter diligat̄, & opus eius ad quod ipſa inclinat, pro quanto ſit ſecundum ipſius inclinationem ſpecialiter acceptetur.

DE TERTIO principali, poteſt dici quod actus dilectionis naturalis & meritoriæ non differunt ſpecie, & hoc loquendo de per ſe differentia, quam important per ſe ratio naturalis, & rō meritorij. Non autem per accidens, de differentia ſ. aliqua cōcomitante, puta differentia obiectorū, vel aliqua tali, intelligendo ēt de differentia actus ſpecifica ineſſe naturæ. ¶ Hæc concluſio ſic intellecta probatur ſic. quia forma abſoluta non diſtinguitur ſpecie ab alia per ſolam relationem, ſed ꝑ aliquam differentiam abſolutā eiuſdem generis ſm illud in p̄dicamentis, diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorum diuerſæ ſunt ſpēs, & differentiæ. Abſolutum igitur non diſtinguitur ſpecifice, per aliqd̄ reſpectiuum. Actus aūt dilectionis eſt forma abſoluta, vt habitum eſt prius, in quadam qōne de hoc mota. meritorium autē (vt iā dictum eſt) non importat niſi reſpectum. igitur &c. ¶ Si iſtius rōnis altera præmiſſarum negaretur, ſaltem ambæ iſtæ videntur veræ, ꝙ non eſt diſtinctio ſpecifica rei a re per ſolum reſpectū rōnis, vel non realem. Nunc aūt meritorium, vt dictū eſt, non importat formal̄r niſi reſpectum, vel reſpectus, & non reales, puta ad voluntatem acceptantē, & ad præmium in ordine ad illud, ad quod acceptatur. ¶ Diceretur, ꝗ & ſi iſtæ rōnes concludant, ꝙ non diſtinguitur actus ab actu in genere naturæ. Tn̄ diſtingui pōt in gn̄e moris, quia illa diſtinctio fit per reſpe-

Reg. 2. a te prædicamentis. *q. 13.*

reſpectus, quã circunſtantiæ formaliter dicant reſpectus, & forte aliqua dñt reſpectus nõ reales, ſicut vr̃ de circũſtantia finis. nam ꝙ aliquis velit hunc actũ pp hunc finem, non vr̃ dicere in actu niſi relationem voliti per actum voluntatis ad talem finẽ relati. *Ibi.*

¶ Contra hoc, illud quod eſt proprium potentiale ad formam ſpecificam, non diſtingui tur ſpecifice ab ipſa ſpecie, quia ipſum, vt eſt potentiale non eſt complete in aliqua ſpecie. nunc aũt actus naturalis, vt hic loquimur, eſt proprium potentiale reſpectu illius, quod dicit actus meritorius, quia actus ſub illa rõne conſideratus, ſub qua eſt in ptãte naturali volũtas capax eſt ordinis illius, quem importat meritorium. Exemplum huius. Si animal eſſet tm̃ conſtitutum per formam animalis, & non per formam ſpecificã ſub animali. illud non eſſet diſtinctum ſpecie ab aliqua ſpẽ ſub animali, quia eſſet propriũ potentiale reſpectu formæ ſpecificæ. ita eſt de natura actus comparata ad illas cõditiones, quas importat meritorium. ¶ Diceretur, ꝙ tunc actus moralis non poſſet dici diſtingui ſpecie a meritorio in ſpecie moris, quia iſte actus eſt in ſpẽ virtutis moralis, actus aũt meritorius eſt in ſpẽ alterius virtutis, puta ſupernaturalis. Iſtę aũt virtutes differunt ſpecifice. igitur & actus differunt ſpẽ in gñe moris, & tñ ille qui eſt actus virtutis moralis, eſt actus naturalis, intelligendo ꝙ eſt in naturali ptãte volũtatis, quia actus virtute moralis non excedit totam poteſtatem illam.

¶ Reſpondeo, actus qui eſt complete circunſtantionatus ſecundum virtutem moralem, eſt potentiale reſpectu virtutis, quã dicit meritorium, immo eſt immediatius potẽtiale, quã actus naturalis, naturalis hoc eſt naturæ nudæ vt præſupponitur virtuti morali. Eſt enim rationabile, vt actus mere naturalis p prius recipiat perfectionem illã quæ non tranſcendit totã facultatem naturæ, cuiuſmodi perfectio eſt ſm̃ virtutem moralem, & vlterius illa habita recipiat perfectionem ſimpliciter ſupernaturalem. Nõ ſolum igitur de actu mere naturali. ſed ẽt actu perfecte mortali, concludit rõ prius facta, ſ. ꝙ potentiale non diſtinguitur ſpecifice ab illo reſpectu cuius eſt potentiale. quia ſub illa maiori poteſt accipi minor vera. non ſolum de actu mere naturali, ſed de actu morali.

¶ Et cum arguitur, quod virtus moralis differt ſpecie a charitate. igitur actus differt ſpecie ab actu in genere moris, conſequentia non valet. quã do ſunt virtutes ſubordinatæ. licet enim de virtutibus diſperatis videretur, quod earum eſſent actus diſtincti ſpecie, ſaltem in eſſe moris, tamen quando vna eſt ſuperior, & alia inferior, non oportet quod bonitas, quam habet actus ab vna ſit diſtincta abſolute ſpecie a bonitate quam habet ab alia, ſed magis, quod virtus ſuperior tribuat bonitatem vlteriorem, quæ ſit quaſi completiua bonitatis illius, quam tribuit inferior. Et hoc modo charitas dicitur eſſe forma aliarum virtutum, quia bonitas meritoria, q̃ cõpetit actui aliquo mõ a charitate *Bar. vide 17. diſ. 1.*

tate eſt completiua bonitatis cuiuſcunque alterius in actu. Si autem iuſtitia generalis eſt virtus ſuprema, & forma aliarum virtutum moralium tunc de illa eſſet aliquo modo ſimile, & de charitate. ¶ Contra hoc, ſaltē actus, vt eſt charitatis, ſiue meritorius, licet non ſit in ſpē diſperata ab actu, vt eſt* virtus moralis, erit tñ in ſpē vlteriori, & cōpletiori, q̄ ſit actus *vñ moralis. Et talis diſtincta ſpecifica ſufficit ad propoſitū. ¶ Hic vno mō poſſet concedi concluſio, & tūc dilectio meritoria diceretur hr̄e quandā rōnem ſpecificā, quā non hēt aliqua dilectio naturalis vñ naturalis, licet eadē dilectio numero ſit naturalis conſiderata, vt p̄ſuppoſita rōni meritorij. rō igitur meritorij eſt rō ſpecifica completiua bonitatis p̄cedentis. non aūt ſpecifica diſperata. nec plus probat mediū prius poſitum de potentiali ꝓprio, & perfectione completiua. ¶ Aliter dr̄, ꝙ rō meritorij non eſt aliqua rō ſpecifica. & cōpletiua in gñe moris, quia non dicit aliquā bonitatem, vel rectitudinē intrinſecā, ſed tm̄ illā præſupponit, & dicit vlterius reſpectū ad voluntatē acceptantem. Sed ſi meritoriū nō p̄ſupponat p̄cise bonitatem actus moralē, ſed bonitatem, q̄ tribuit charitas, cum illa ſit completior bonitate morali in actu, ſequitur, ꝙ actus qui eſt meritorius hēt aliquam bonitatem ſpecificā vlteriorem, q̄ bonitatem moralē, licet enim meritorium non importet talem bonitatem vlteriorem, tñ præexigit, & hoc vr̄ probabile, quia alias poſſet actus eſſe meritorius, qui tñ nullā hr̄et bonitatem, vltra bonitatem moralem. ¶ Contra hoc, actus pōt haberi ēt complete exiſtens in ſpē moris, licet non habeat habitus virtutis, ſicut eſt gn̄aliter de electione, qua gn̄atur virtus moralis. igitur a ſimili oēm bonitatē, quā actus habebit quando charitas inerit hr̄e poſſet, ſi tamen ineſſet. ¶ Rn̄deo, rō probat, ꝙ oēm illam rectitudinem poſſet hr̄e, quia conformitatem eandē ad regulam puta dictamen verum, & ideo in moralib. haberetur eadem bonitas moralis, quia illa rectitudo eſt bonitas moralis, vel non eſt ſine ea. ſed actus charitatis vltra rectitudinem, hoc eſt conformitatem ſui ad cognitionem directiuam, habet propriam bonitatem ex hoc, ꝙ eſt ſecundum inclinationē charitatis. immo eſſe ſm̄ illā inclinationē eſt habere propriam bonitatem charitatiuam, non ſic de virtutibus moralibus.

CONTRA cōcluſionem, quæ tenetur in ſolutione qōnis obijcitur ſic. cognitio naturalis de Deo, & cognitio fidei infuſę ſunt actus differentes ſpecie in intellectu, igitur pari ratione dilectio naturalis, & dilectio charitatiua in affectu. ¶ Antecedēs probatur, quia actus fidei infuſæ eſt determinate veridicus, ita quod non poteſt ei ſubeſſe falſum. actui aūt credulitatis acquiſitæ ex naturalibus pōt ſubeſſe falſum. in cognitiuis aūt illud qđ eſt determinate veridicum diſtinguitur a non determinate veridico ſpecie, vt patet. 6. ethic. quia ſic ſuſpitio, & opinio quibus poteſt ſubeſſe falſum, diſtinguit̄ a virtutibus intellectualibus, qui ſunt habitus determinate veridici. ¶ Probatur

Margin notes: 3. ethi. — a. l. virtutis. — a. l. nude. — c. 3. & de.

batur etiam antecedens de cognitione naturali ſcientifica de Deo, de qua vr̃ manifeſte, ꝙ differat ſpẽ a quacũque credulitate. ¶ Conſequentia probat᷑, tum per locum a ſimili, quia vr̃ eſſe ſimile de iſtis actibus in intellectu, & de illis in voluntate. Tum a cã, quia qñ cognitiones puiæ differunt ſpecie, actus voluntatis ſequentes differunt ſpecie, quia ea q̃ ſunt eiuſdem ſpeciei, non præexigunt per ſe, niſi aliqua eiuſdem ſpeciei. ¶ Ad illud antecedens, põt negari loquendo de actu credendi naturali & ſupernaturali, quia credere ſupernaturalem eſt actus vt elicit᷑ ſm inclinationẽ fidei infuſæ, credere aũt naturale eſt actus elicitus ſm certitudinem acceptam ab aliquo teſtificante, nunc aũt

14. (vt dictũ eſt prius in quadã q̃õne) ſimul põt quis vno & eodẽ actu credere ex teſtimonio aſſerentis, & credere ſm inclinationẽ fidei infuſæ ſi ineſt. igit᷑ idẽ eſt actus in re, & ille vt eſt naturalis eſt potentialis ad illam pfectionẽ, quam recipit a fide infuſa, proprium autem potentiale non diſtinguitur ſpecie a perfecto habente vltra illud potentiale propriam perfectionem. ¶ Ad probationẽ antecedentis, põt dici ꝙ cognitio certa, quæ habet propriam certitudinem intrinſecã, & hoc vel a ſe, vel ab obiecto vt includitur in ipſa, vel ab aliqua per ſe cauſa diſtinguitur ſpecie ab incerta cognitione. Exemplum, cognitio principij ſeipſa eſt certa, vel ab obiecto, ſcilicet a principio, ꝙ eſt a ſe verum manifeſtum, vel ſaltem eſt manifeſtum ex terminis, qui ſunt per ſe cauſæ euidentiæ principij, & includuntur in ipſo. cõcluſio aũt eſt certa per principium, tanq̃ per cauſam ſuæ certitudinis, ſed per nullũ iſtorum modorũ eſt actus fidei infuſæ certus, ſed tm̃ mõ a quodã extrinſeco: illud enim lumẽ fidei infuſæ, quia eſt participatio q̃dam luminis diuini, non põt inclinare intellectũ, niſi in aliquod determinate verũ, certitudo ergo illa in actu eſt ex quadã cõparatione ad quoddã extrinſecum infallibile, cui actus ille cõformatur, non eſt autem ex ipſa intrinſeca perfectione actus, quia æque perfectus eſſet quantum ad quodlibet intrinſecum ſibi, ſi æque intenſe eliceretur præciſe ſm fidem acquiſitam. ¶ Contra, ſaltẽ iſtã certitudinẽ habet a per ſe cauſa ſua, & hoc ſufficit. ¶ Rñdeo, qualiſcunque ſit cauſalitas fidei infuſæ reſpectu actus credendi, tñ non facit actum illũ eſſe certiorem intellectui habenti actũ, q̃ ſi ipſa fides infuſa non cauſaret: certitudo. n. nata eſt ineſſe intellectui de actu ſuo excludens non tm̃ deceptionem, ſed etiam dubitationem, & hoc non eſt niſi intellectus pcipiat illud, a quo actus habet, ꝙ ſit certus, quia ſi nihil poteſt percipere, vnde ſit certus, videtur ꝙ poſſit dubitare, intellectus autem non percipit illud principium certificans. ¶ Alia autem probatio antecedentis, quæ tangit de actu ſcientifico, videtur accipere manifeſte verum, & tunc neganda eſt conſequentia: non enim ſequit᷑, ſi intellectiones diſtinguant᷑ ſpecie, igit᷑ & volitiones, niſi addat᷑ in antecedente, quod intellectiones, vt ſunt per ſe præuiæ ad volitiones, diſtinguuntur ſpecie. hoc eſt, quod requiratur in

eis

eius diſtinctio ſpecifica ad hoc, vt poſſent habere tales volitiones, & ita non eſt in propoſito, quia ſi quis naturali ratione ſciens Deum eſſe bonum eliciat actum fruitionis circa ipſum, & alter credens ipſum eſſe bonũ diligat ipſum, nec primus actus requiritur per ſe ad habendum dilectiones, vt ſcientificus, nec ſecundus, vt creditiuus, ſed vterque requiritur ſub quadam ratione communi.ſ. vt oſtenſiuus obiecti diligibilis. ¶ Conſimiliter etiam poſſet dici ad aliam probationem antecedentis de credulitate infuſa, & acquiſita, eſto ꝙ illi actus differunt ſpecie, hoc non eſt per ſe inquantum ſunt præuij ad diligere, hoc eſt inquã tum præcedunt ipſos actus diligendi, nõ requirit̃ illa dr̃ia iſtorũ ſpecifica. Exẽplũ. ſi alicui demonſtratiue cõcluderet̃, hoc eſſe volendũ, & alteri dialectice, tñ actus quo iſte vellet hoc, nõ differret ſpecie ab actu, quo ille vellet idem, quia in cognitionibus inquantũ ſunt præuię non ſequiritur iſta differentia ſpecifica.

AD ARGVMENTVM principale dr̃, ꝙ habitus eſt cauſa nõ ſubſtãtiæ actus, ſed modi in actu, & ille modus poſſet cõcedi differre ſpẽ, ſuo mõ a ſubſtãtia actus. Iſta rñſio, licet videatur ꝑm aliquos probabilitatẽ habere, loquendo de illo mõ quẽ habitus attribuit actui, cuiuſmodi eſt delectabiliter vel faciliter, vel prompte operari vel expedite, iſtos quidem modos, vel etiã iſtum modum, ſi ſint vnus modus videtur habitus acquiſitus communiter tribuere actui, vel vel ſi vltra hoc dicatur, ꝙ habitus aliquis puta virtutis virtuoſis tribuit, recte vel virtuoſe agere, tamen nullus iſtorum modorum in actu poteſt eſſe proprius charitati, vel actui meritorio. qa meritorium (vt dictum eſt) dicit actum acceptatum voluntati diuinæ in ordine ad pręmiũ reddendum. nunc autem nihil aliud eſt actum acceptari a voluntate diuina ſic, quàm voluntatem ſic acceptare actum, nihil autem cauſatum poteſt eſſe ratio formalis voluntati, quia ſic acceptet actum, & hoc intelligendo vt ratio formalis mediens inter potentiam & actũ, igitur de charitate non videtur poſſe dici, ꝙ ipſa ſit principiũ illius modi in actu, qui modus ſibi proprie correſpondet. ¶ Poteſt igitur aliter dici ad argumentum. quod maior illa, quòd actus illis differunt ſpecie qui eliciuntur a principijs differentibus ſpecie, vera eſt de principijs totalibus, quia ab illi habẽt totaliter actus entitatem ſuam, & per conſequens vnitatẽ ſuam, & diſtinctionem, vera eſt etiam de principijs partialibus, dum ſint principia diſperata & per ſe requiſita inquantum diſperata, quia ſi ſint ſubordinata, vel non ꝑ ſe requiratur, quòd ſint diſperara, nõ oportet quòd actus ſpecie diſtinguantur. nunc autem charitas non eſt principium totale actus, nec diſperatum reſpectu ipſius voluntatis, ſed ſubordinatum, quia potentiæ eſt vti habitu, non econuerſo, nec eſt per ſe requiſita non ſolum ad ſubſtantiam actus, ſed nec ad actum, inquantum meritorius. ſed tantum requiritur vt quoddam præuium ad hoc, ꝙ actus ſit acceptabilis. ¶ Sed nec requiritur vt tale præuium neceſſitate ordinis eſſentialis cauſarum,

ſed

ſed tantum neceſſitate diſpoſitionis illius voluntatis, quę contingenter diſpoſuit non acceptare actum, niſi ſecundum inclinationem ſit elicitus. principiũ autem ſpecie diſtinguens, vel eſt per ſe principium illius in ſe, & per conſequens dans ſibi aliquam entitatem realem, quæ ſit eius in ſe, vel ſaltem eſt principium eius ſecundum illud, ſecundum quod diſtinguitur ſpecie, vel ſi eſt principium diſpoſitiue diſtingens, oportet ꝙ per ſe diſponat ad hoc, ꝙ ſecundum ordinem eſſentialem cauſarum, hoc vt diſtinctum cauſetur, nullum iſtorum competit actui per habitum charitatis. ¶ Nota hic per ordinem, quis ſit actus imputabilis ad laudẽ vel vituperiũ, actus virtuoſus ſm virtutẽ moralẽ, actus charitatiuus, & actus meritorius, primus dicit reſpectum ad potentiam libere elicientẽ actũ, ſecundus addit reſpectũ ad virtutem inclinãtem, vel verius ad regulã virtutis. ſ. rõnem rectã vt dictantẽ. tertius dicit reſpectũ ad charitatẽ inclinãtem. quartus ad voluntatem diuinam ſpecialiter acceptantem. tertius dicit bonitatem aliquam vltra ſecundum, & præexactam ad quartum, non ex natura rei, ſed ex diſpoſitione voluntatis acceptantis.

rina a--

QVÆSTIO. XVIII.

Vtrum actus exterior addat aliquid bonitatis, vel malitiæ ad actum interiorem.

DEINDE quæritur de comparatione actus intrinſeci voluntatis ad actũ extrinſecum. ¶ Vtrum actus exterior addat aliquid bonitatis, vel malitiæ ad actum interiorẽ. ¶ Arguitᷣ ꝙ non, quia qđ non habet rationem voluntarij, non habet rationem boni vel mali. actus autem exterior, vt diſtinctus ab interiori, non habet rationem voluntarij, quia non habet ꝙ ſit voluntarius, niſi ab actu interiori. igitur actus exterior ſm ſe non habet bonitatẽ vel malitiam, non adderet autẽ niſi tale aliquid ſecundũ ſe haberet. igitur &c. ¶ Contra. quæ præceptis negatiuis diſtinctis prohibentur, habent propriam & diſtinctam rationẽ illiciti. nũc autem alio præcepto prohibetur actus exterior, & alio interior. vt patet de iſtis præceptis. non mæchaberis, & non concupiſces vxorem &c. & ſimiliter de iſtis præceptis. non furtum facies. & non concupiſces rem proximi &c.

3. Ethy. *Exod. 20. Et deu. 5. & alibi.*

ISTA QVÆSTIO habet maiorem difficultatem de bonitate actus morali, quia de bonitate actus naturali, manifeſtum videtur, quicquid per illã intelligatur, ꝙ ipſa eſt alia & alia alterius naturæ, patet autẽ ꝙ alia eſt natura actus interioris, & exterioris, immo iſti actus eliciuntur immediate a diuerſis potentijs. interior a voluntate, exterior a potentia aliqua exteriori, licet per imperium volũtatis. ¶ Secundo etiam habet difficultatem intelligendo de actu illo & iſto, non quando ſunt diuerſi, ſiue in diuerſis ſuppoſitis. puta, ſi vnus habeat actum interiorem, & alius exteriorem, ſiue in eodem ſuppoſito, puta ſi vnus nunc ſolum habeat interiorem, & alius exteriorem. Sed difficultatem habet de acti-

actibus iſtis, quando ſunt coniuncti, puta quãdo in eodem ex actu interiori, ſequitur actus exterior. ¶Tertio non eſt intelligẽda quæſtio de additione bonitatis & malitiæ ſecundum intentionem, ſed ſecundum extenſionem, frequenter enim euenit, ꝙ tã in bonis, quã in malis actus deſiderij, qui eſt reſpectu abſentis eſt remiſſior actu illo, qui eſt præſentis, quem Auguſtinus vocat amorem 9. de trini. vlti. dicens, ꝙ appetitus inhiantis fit amor fruentis. Et forte non tantũ eſt actus intenſior circa obiectum præſens, quã circa abſens, ſed ſimpliciter alius actus, ſed ſiue ſit actus deſiderij & amoris, ſiue alius & alius, ſaltẽ actus amoris eſt perfectior intenſiue. quietat enim volũtatem eo modo, quo actus deſiderij non poteſt eam quietare. quando igitur exterior habetur, tũc vel cauſaliter, vel occaſionaliter actus interior intenditur. Sed de hoc non quæritur, ſed an actus exterior ex ſe addat bonitatem aliã illi, quæ eſt in actu interiori. Eſt igitur intellectus queſtionis iſte, in quo præcipuã habet difficultatem. An actus exterior quando in eodem eſt coniunctus interiori habeat bonitatem moralem propriam diſtinctam a bonitate actus interioris. Vbi ſunt tria vidẽda. ¶Primo, a quo actus habeat bonitatem moralem, vel malitiam. Secundo, an ab eodẽ habeat, ꝙ ſit laudabilis vel vituperabilis? & ſiue culpabilis. Tertio, ſi eſt alia bonitas, vel laudabilitas in actu exteriori, quàm interiori.

B. *Quare diſt. 17. 1. q. & 3.* DE PRIMO, bonitas moralis actus eſt integritas eorum omnium, quæ recta ratio operãtis iudicat debere ipſi actui, vel ipſi agenti in ſuo actu conuenire. ¶Hæc deſcriptio declaratur. Sicut enim bonitas primaria entis, quæ dicitur bonitas eſſentialis, quæ eſt integritas, vel perfectio entis in ſe importat poſitiue negationem imperfectionis, per quod excluditur imperfectio & diminutio, ſic bonitas entis ſecundaria, quę eſt accidentalis, ſiue ſuperueniens entitati, eſt integritas conuenientię, vel integra conuenientia eius alteri, cui debet conuenire, vel alterius ſibi, & iſtæ duæ conueniẽtiæ communiter ſunt connexæ. Exemplum primi. ſanitas dicitur bona homini, quia ſibi conueniens. & cibus dicitur bonus, quia habet ſaporem ſibi conuenientem. Exemplum vtriuſque poteſt haberi ab Auguſtino. 8. de trini. cap. 3. vel 8. Bona inqͭ valetudo ſine doloribus, & laſſitudine. hoc primo mẽbro, quia valetudo eſt bona homini, quia eſt ei conueniens. Et ſubdit Auguſtinus, & bona facies hominis dimenſa pariliter, & affecta hilariter, & luculenter colorata. hoc pro ſecundo membro, quia talis facies dicitur bona habendo illa, quæ ſibi conueniunt. Et eſt differentia, quia illud quidẽ, quod eſt conueniens alicui dicitur ei bonum, hoc eſt illi perfectio, vel bonitas, ſed non dicitur denominatiue, vel accidentaliter bonum in ſe, illud autem cui aliquid conuenit, dicitur denominatiue bonum. eo ꝙ habet illud, quod ſibi conuenit. & in primo eſt denominatio, quaſi formę a ſubiecto, ſicut anima dicitur humana, ſic aliquid dicitur bonum homini, quia bonum humanum. ſed in ſecundo econ

uerſo eſt denominatio ſubiecti a forma. cum dicitur homo eſt bonus,ſecundum illud bonum ſuum,actus autem natus eſt cõ uenire agenti, & etiam habere aliquam conditionem ſibi conuenientem. vtroque igitur modo habens illam poteſt dici bonus bonitate accidentali,&.hoc verum eſt generaliter de actu etiam naturali, & per conſequẽs bonitas in habendo illud, quod ſibi conuenit,non tantũ eſt bonitas accidentalis,ſed naturalis.

¶ Iſta conuenientia, vel eſt a natura extremorum, vel ſi debeat reduci ad iudicium alicuius intellectus,adhuc eſt naturalis,quia hoc erit cum intellectus ſit menſura conuenientiæ hoc eſt ad iudicium intellectus, qui eſt menſura totius naturæ, qui eſt intellectus diuinus. Iſte quidem ſicut perfecte cognoſcit quodcunque ens,ita perfecte cognoſcit conuenientiam, vel diſconuenientiam vnius entis ad alterum.

¶ Vlterius aliquid agens de eo,quod conuenit actui ſuo,nõ iudicat,nec illud in poteſtate ſua habet,ſicut eſt agens ſine intellectu & voluntate,&ibi vel ex ſolis cauſis mere naturalibus determinat quid conueniat actui, & ex eis inclinat agens ad agendum, vel ſi vltra illud ſit iudicium alicuius intellectus,& motio alicuius voluntatis, hoc non eſt niſi ipſius Dei,inquãtum eſt vniuerſalis director & motor totius naturæ, & iſta bonitas in actu agentis ſine intellectu non erit,niſi mere naturalis. ¶ Aliud eſt agens quod de conuenientia ſui actus iudicat, & illum in poteſtate ſua habet, ſicut agens p intellectum & voluntatem & bonitas ſecundaria talis actus integra, dicitur bonitus moralis. ¶In actu autem cuiuſcunque alterius agentis non eſt bonitas, niſi mere naturalis, quia vel ſecundum cauſas mere naturales, vel ſi ſecundum,intellectũ vel volũtatem,hoc non eſt, niſi Dei quaſi naturaliter mouentis.

¶ Vltra iſtud iudicium generale de cõuenientia actus, quod eſt communiter de actu agentis per cognitionem, ſiue ſine cognitione,ſunt aliqua quæ ſecundum iudicium ſpeciale agunt ex cognitione intrinſeca ſibi, & quædam cum cognitione ſenſitiua tantum, quæ aliquo modo apprehendunt conuenientiam obiecti, ſiue iudicent de conuenientia actus, ſiue non, ſaltem non tranſcendunt bonitatẽ naturalem. ¶ Alia agunt ex cognitione intellectiua, quæ proprie ſola eſt iudicatiua de tali conuenientia,& talia nata ſunt habere regulam intrinſecam rectitudinis in ſuo actu. & in ſolis iſtis poteſt eſſe actus bonus, habens bonitatem moralem, ſed non ſufficit ad illam, ꝙ in agente ſit potentia iudicatiua de conuenientia ſui actus, ſed oportet ꝙ actu recte iudicet de actu.& ſecundum illud rectum iudicium actus fiat. ſi enim cognitio propria ſit erronea,licet agatur conformiter cognitioni rectæ alterius cognoſcentis, quia tamen tale agens natum eſt regulari in ſuo actu per propriam cognitionem, & ſecũdum illam nõ agit, ſed contra illam, ideo non recte agit. ¶ Conſimiliter talem actũ elicit, qualem habet in ſua poteſtate.habet autem in poteſtate ſua talem actum, qualem cognoſcit,& elicit,quia poteſtas li

beri

beri arbitrij, vel formaliter, vel concomitanter exiſtit in cognitione,& electione.Sic igitur patet qualiter bonitas moralis actus eſt conuenientia iudicata ſecundum rectam rationē operantis. ¶ Quod autem addebatur,omnium eorum quæ debēt conuenire actui, ſic declaratur. omne iudicium incipit ab aliquo certo. primum iudiciū de conuenientia nō poteſt præſupponere aliquam cōueniētiā dictatam ab illo intellectu, quia tunc non eſſet primum.Præſupponitur igitur aliquod certum, & non ab illo intellectu iudicatum, & huiuſmodi eſt natura agentis,& potentia ſecundum quam agit, & ratio quiditatiua actus.ex ratione enim iſtorum quiditatiua concluditur hunc actum eſſe conuenientem huic agenti ſecundum iſtam potentiam,vel diſconuenientem,nullo præſuppoſito, niſi rationibus iſtorum terminorum. ſicut ex ratione hominis, & potentię intellectiuæ, & actus intelligendi. patet ꝙ conuenit homini per intellectum intelligere. patet ēt ꝙ non conuenit ſibi per intellectum tangere,cognita ratione illius actus,qui eſt tangere: ſimiliter patet ex rationibus naturæ potentiæ & actus, quare bruto non conuenit intelligere,vel magis proprie ſibi repugnat intelligere.in iſto quidem primo iudicio, quod præciſe accipitur ex natura operantis, & potentię operatiuæ,& ipſius actus nō eſt inconuenientia, hoc eſt indebita,ſiue inordinata connexio,ſed diſconuenientia,hoc eſt impoſſibilitas abſoluta conueniendi. ¶ Vlterius ex rationibus iſtorum trium concludi poteſt, quid ſit obiectum cōueniens tali actui, vt eſt talis agentis. puta de actu comedendi,ꝙ cōuenienter trāſeat ſuper cibum reſtauratiuū deperditi ,non autem ſuper illud,quod non eſt natum eſſe nutrimentum,ſicut lapis vel aliquid huiuſmodi, quod licet alij animali eſſet nutrimentum non tamen homini. Iſta determinatio obiecti eſt prima determinatio quæ pertinet ad genus moris,non tanquàm differentia determinans ad aliquid in illo genere, ſed tanquàm potentiale receptiuū determinationis moralis,quia quando actus eſt habens obiectum conueniens agēti,& actioni, tunc eſt capax determinationis moralis,ſecundū circunſtantias ordinatas, ꝓpter quod dicitur ex obiecto actus habere bonitatem ex genere,q̄a ſicut genus eſt potentiale reſpectu differentiarum, ſic bonitas ex obiecto, eſt prima in genere moris præſupponens ſolam bonitatem naturæ, & capax omnis bonitatis ſpecificæ in genere moris. ¶ In iſta autem bonitate ſpecifica,quæ dicitur bonitas ex circunſtantia,talis eſt proceſſus, prima bonitas videtur eſſe circunſtantia finis, quia ex natura agentis,& actionis,& obiecti ſtatim concluditur, ꝙ talis actus non debet competere tali, niſi in ordine ad talem finem,& debet eligi & appeti propter finē talem, & iſta circunſtantia non eſt ipſius actus, vt in eſſe reali poſiti,vel non præciſe ſic,ſed eſt ipſius actus voliti, & per actum voluntatis ad talem finem relati, immo non minus eſt electio bona,quæ fit propter finem debitum, eſto ꝙ per actum illum elicitum extra non attingatur

finis

finis electionis, quàm ſi attingeretur. Poſt circunſtantiam finis videtur ſequi circunſtantia modi agendi, quæ concluditur ex omnibus prędictis, vel aliquibus eorum talis vel talis debere eſſe. Poſtea concludi poteſt de tempore, quia tali agenti talis actio propter talem finem etiam talẽ habens modum non debet ſemper conuenire, ſed pro tempore pro quo ordinabilis eſt ad talem finem, vel pro quo poteſt talem finem habere. Vltima autem omnium videtur de circunſtantia loci, immo multi ſunt actus, quorum etiam bonitas completa moralis non determinat locum. ¶ Sic igitur patet de pluralitate eorum, quæ recta ratio dictat debere conuenire actui, quia ad hoc vt ſit perfecte bonus debet habere ſecundum deſcriptionem iam poſitam omnium iſtorum integritatem. Vnde Dionyſius, de diuinis nominibus parte quarta. Bonum eſt ex vna & tota cauſa, malum aũt ex particularibus defectibus. tota inquit cauſa, hoc eſt integra, & ex omnibus circunſtantijs. ¶ Cõtra, circunſtantiæ ſunt relationes, & bonum eſt qualitas. 7.et 10. Ethic. virtus etiam eſt qualitas in prædicamentis. ¶ Rñdeo. 7. Phyſi. virtus omnis, & malitia ad aliquid ſunt actus, igitur eſſe bonos, vel virtuoſos importat relationẽ, vel multas relationes, ſed tñ habet modum denominandi, vel prædicandi qualitatis, ſicut ſanum vel pulchrum, & communiter ita eſt de quarta ſpecie qualitatis. ¶ Iuxta ſecundam partem auctoritatis Dionyſij videndum eſt, vnde actus habeat malitiam moralem. ¶ Vno modo poteſt malitia opponi priuatiue bonitati in actu. ¶ Alio modo contrarie, quando habet habitũ vitioſum, qui eſt habitus quidem poſitiuus, licet cũ priuatione perfectionis debitæ. ¶ Alio mõ dr̃ malus priuatiue tm̃. ſ. qđ caret bonitate, quã deberet habere. licet non habeat habitũ vitioſum contrariũ poſitiuum. ¶ Diſtinctio iſta poteſt haberi a Boetio ſuper prædicamenta, exponendo primam proprietatem qualitatis. * Dicit, inquit, iuſtitię iniuſtitiam non eſſe contrariam, putant .n. iniuſtitiam priuationem eſſe iuſtitiæ non contrarietatem. Et ſubdit hoc reprobando, multę habitudines priuationis vocabulo proferuntur, vt illiberalitas, atque imprudentia, quę nũquam virtutibus opponerentur qui ſunt habitus, niſi ipſa quoque habitus eſſent. ¶ Per rationem apparet iſta diſtinctio: poteſt enim aliquis agere nõ cũ circunſtantia debita, & tamen non cum circunſtantia indebita. puta quando non ordinat actum ad finem debitum. nec tamen ipſum ordinat ad finem indebitum, tunc ille actus eſt malus priuatiue, nõ cõtrarie, ſicut ille qui ordinatur ad finẽ indebitũ, & ex multibus actibus generatur habitus conſimilis in malitia. ſ. priuatiua nõ contraria. Exemplũ huius, dare eleemoſynam nõ propter bonum finẽ, ſcilicet amorẽ Dei, vel ſubuentionem proximi, non tamen propter malum finem, puta vanam gloriam, vel nocumentum alicuius, eſt actus malus priuatiue, nõ tamen contrarie. ¶ De malitia priuatiua loquitur Dionyſius, ꝙ quicũq; defectus particularis cuiuſcũq; circũſtãtię neceſ

a. l. Dicunt enim quidam.

ſario requiſitæ reddit actum ſic malum, ſed malus contrariȩ nõ eſt niſi habeat circunſtantiam poſitiuam habẽtem aliquã deformitatem. ¶ Breuiter igitur, ſicut bonitas moralis eſt integra cõuenientia, ſic malitia moralis eſt diſconuenientia, & malitia quidem priuatiua diſconuenientia priuatiua, hoc eſt carentia conuenientiæ debitæ, malitia autem contraria eſt diſcõuenientia contraria, hæc eſt conditio aliqua repugnans conuenientiæ. ¶ Ex dictis ſequitur corrollarium, ꝙ in eodem actu ſubſtrato poteſt eſſe multiplex bonitas moralis, quia idẽ actus poteſt eſſe recte circunſtantionatus non ſolum multis circunſtantiis particularibus, quæ non ſunt multæ bonitates, ſed integrant vnam bonitatem, ſed etiã poteſt idem actus eſſe circunſtantionatus cõplete omnibus circunſtantijs pertinentibus ad vnam virtutem, & etiam omnibus pertinentibus ad aliam virtutem, & ita ſecundum dictamina diuerſa perfecta prudentiæ reſpectu multorum finium propriorum. Exemplum. vado ad eccleſiam ex iuſtitia, quia teneor per obedientiam, vel ex voto, vado etiam ex charitate ad Deum, vt orem vel vt exhibeam Deo cultum latriȩ, & vado etiã ex charitate fraterna, vt ædificẽ proximum. Et breuiter in quocunque actu ſiue bono tantum bonitate morali, ſiue vltra bonitate meritoria, quanto concurrunt plura motiua ordinata agẽdi, tanto melior eſt. ¶ Conſimiliter in eodẽ actu, poſſunt concurrerȩ multæ malitiȩ tot quidem, quot ſunt dictamina de oppoſitis, quæ deberent ineſſe.

Vide 10. Eth. c. 1.

NOTA, ꝙ vltra naturalem bonitatem volitionis, quæ competit ſibi inquantũ ens. quæ ẽt competit cuilibet enti poſitiuo ſm differentiam ſuæ entitatis magis & minus pter illã eſt triplex bonitas moralis ſm gradus ſe habens. ¶ Prima dr̃ bonitas ex gñe, q̃ cõpetit volitioni ex hoc, ꝙ tranſit ſup obiectum conueniens actui tali ſm dictamen rectæ rationis, & non ſolũ, quia cõueniens actui tali naturaliter, ſicut ſol viſioni, & hæc eſt prima bonitas moralis, q̃ iõ põt dici ex gñe, quia quaſi materialis reſpectu oĩs bonitatis poſterioris, ſiue vlterioris in genere moris, nam actus tranſiens ſup obiectum conueniens eſt quaſi formalis p quãcunque aliã circunſtantiã moralẽ, & ita quaſi potẽtiale non oĩno ſic extra genus moris, ſicut fuit ipſe act⁹ in gñe naturæ ſed in genere moris, qa iã habet aliquid de illo gñe, puta obiectũ debitũ actui. ¶ Secũda põt dici bonitas virtuoſa ſiue ex circunſtantia, q̃ cõ petit volitioni ex hoc, ꝙ ipſa elicitur a voluntate, cũ omnibus circunſtantiis dictatis a recta rõne debere ſibi cõpetere in eliciendo ipſam: bonũ .n. eſt ex cã integra ſm Dionyſium.4.de di.no. Et illud eſt quaſi in ſpecie moris bonũ, quia iã habet oẽs drĩas morales contrahentes bonum ex genere. ¶ Tertia vero bonitas poteſt dici meritoria, ſiue gratuita in acceptatione diuina in ordine ad præmium, quȩ conuenit actui ex hoc, ꝙ preſuppoſita duplici bonitate iam dicta elicitur conformiter principio merẽdi, quod eſt gratia, vel charitas. Exemplum primi, dare eleemoſinam. Exemplum ſecundi

Pari rabi ſunt ne co ta & bona ba &

di dare elemoſinam pauperi q egei, & in loco quo pōt ſibi cō-petere propter amorem Dei. Exemplum tertij, illud opus facere, non tantum ex inclinatione naturali ſicut potuit fieri in ſtatu innocentiæ, & forte poſſet modo fieri a peccatore, ſi adhuc peccator exiſtens & non pęnitens ex pietate naturali poneretur ad proximum, ſed tantum ex charitate, ex qua faciens eſt amicus Dei, inquantum reſpicit opera eius: hæc triplex bonitas eſt ordinata ita ꝙ prima pręſupponitur ſecundę, ſecunda tertiæ, & non econuerſo: huic triplici bonitati correſpondet triplex malitia, prima ſi quidem eſt malitia ex genere, quando .ſ. actus qui tm̄ habet bonitatem naturę ex primo, ex quo debet conſtitui in genere moris habet malitiam, quia tranſit ſuper obiectum diſconueniens, puta ſi odire tranſit ſuper Deum. Secunda autem malitia eſt ex aliqua circunſtantia deordinante actum, licet habeat obiectum conueniens, tertia demeritoria.

DE SECVNDO principali dico, ꝙ laudabile & vituperabile, immo generalius præmiabile, & punibile continentur ſub hoc communi, quod eſt imputabile, & illius cōmunis eſt vna ratio. hęc ſcilicet, actum eſſe in libera poteſtate agentis. & licet ad iſtam poteſtatem concurrāt intellectus & voluntas, tamen illa indifferentia, qua poſſet non fieri illud, quod fit, & poſſet fieri illud, quod non fit intelligendo diuiſim, non coniunctim. in ſenſu .ſ. diuiſionis, non compoſitionis. Iſta inquàm indifferentia, vel indeterminatio ad alteram partem non pōt complete reduci niſi in ipſam volūtatem. quia quæcunque alia potentia actiua eſt naturaliter actiua, & ita determinate vnius, quantū eſt de ſe, vnius inquam partis contradictionis. ita ꝙ licet ſit indeterminate actiua reſpectu multorum diſperatorum. ſicut ſol eſt cauſa multorum effectuū hic inferius. tamen loquēdo de quacunque vna contradictione cauſa quęcunque talis eſt determinata ad vnam partem, puta ſol ad generandum herbam hanc determinate, & hunc vermen. & ſic de alijs. voluntas autem ſola habet indifferentiā ad contradictoria. & talem ꝙ ipſa eſt ſui determinatiua ad alterū eorum ex 9. Metaph. cap 4. aliter ſimul ageret contraria. propter hoc igitur, ꝙ actus eius ſic indifferenter eſt in eius poteſtate, licet non niſi ſuppoſita intellectione, ideo per ſe eſt imputabilis agenti. Vnde, ſecundo de libero arbitrio dicit Auguſtinus. Satis compertum eſt, &c. motus ſi culpę deputatur, non eſt naturalis, ſed voluntarius. Et poſt verba diſcipuli motus quo voluntas conuertitur, niſi eſſet voluntarius, & in noſtra poteſtate poſitus. neque laudandus eſſet homo, neque culpandus (vt ſupra in qōne de neceſſitate naturali in voluntate.) Imputabile igitur duos reſpectus importat, vnū ad poteſtatē, vel dn̄ium agentis. & aliū ad aliqd correſpondens actui, vel agenti ſm̄ iuſtitiam. & hoc pp ipſum actum. & ſecundum ſequitur ad primū. quia enim iſte eſt dn̄i ſui actus, ideo actui & agenti debet aliquid pp actū. primus reſpectus manet non variatus per ſe t. c. 1ſ. Qō. 1ſ.

in actu bono, vel malo. ſecundus autem variatur non quidẽ formaliter ſecundum bonũ, vel malum, ſed præſuppoſita differentia boni, vel mali. quæ attenditur ſecundum conuenientiã, vel diſconuenientiam aliquam dictam in primo articulo, variatur penes aliqua correſpondentia iſti & illi. bonum quippe ſic eſt imputabile, quòd ad laudem, vel præmium. malum autem ſit quòd ad vituperium vel pœnam. Actus autem neuter, ſiue indifferens, dum tamen ſit in poteſtate agentis imputatur, vel vt quodam modo vituperabilis, quia poterat ordine agere, vel ſaltem vt non laudabilis, & hoc propter defectum eius, qui potuit laudabiliter egiſſe.

¶ Ex hoc patet, quòd non ab eodem formaliter eſt actus bonus bonitate morali, & imputabilis. ſed primũ habet ex conuenientia ad regulam, iuxta quam debet elici ſecundum, ex eo quòd eſt in libera poteſtate agẽtis. Laudabile autem, & vituperabile ambo iſta importãt quia, & licet formaliter dicant hoc quod eſt imputabile cum determinatione illius, ad quod eſt imputabile. tamen materialiter connotant illud propter quod ipſum eſt ad hoc imputabile, ſcilicet bonitatem, vel malitiã, propter quæ ad pœnam vel præmium imputandum eſt.

¶ De imputabili tamen diſtingui poteſt. quòd vno modo propriiſſime accipiẽdo illud poteſt dici imputabile, quod eſt immediate in poteſtate voluntatis, & ſic ſolum velle eſt imputabile, quia ipſum ſolum eſt immediate in poteſtate libera voluntatis. Alio modo imputabile põt dici quicquid eſt ſimpliciter in poteſtate voluntatis, licet nõ immediate, & ſic actus alterius potẽtiæ, quẽ voluntas mediãte actu ſuo volẽdi põt imperare, vt eliciaᷣ, vel impedire ne eliciaᷣ, eſt imputabile voluntati. quia tota coordinatio vſque ad illũ actũ, ẽt includendo iſtũ actũ eſt in poteſtate voluntatis. ¶ Et eſt dña duplex inter imputabile primo mõ, & ſecũdo mõ. ¶ Vna qa ad imputabile primo mõ nõ requiriᷣ, niſi ipſa potentia volũtatis, & illud qd requiritur pp actũ eius, cuiuſmodi eſt intelligere, & rõ eſt. quia illud eſt ĩmediate effectus voluntatis. & de hoc poteſt accipi illud primo retracta. 9. Nihil * eſt tam in poteſtate voluntatis, quam ipſa voluntas, intellige voluntas non quantum ad ſuum eſſe, ſed quantum ad actũ ſuũ propriũ. ¶ Ad actũ aũt imputabile ſecundo mõ requiritur potentia alia a voluntate, exequens illũ actũ.

Et 2i B. Q. 7. dil p. 16. 3. & dis. e. p. 41. 2.

Ex hoc ſequitur alia dña, ꝙ vno modo eſt maior contingentia, ſiue indifferentia reſpectu actus primo modo imputabilis, quia. ſ. non requiritur ad illum, niſi volũtas ſuppoſita oſtẽſione ſufficiẽti intellectus, vnde ꝑ alia poſteriora quacunque impediri nõ põt ne eliciaᷣ. ¶ Sed ad actũ ſecundo mõ imputabilẽ requiritur alia potẽtia, ꝑ cuius ĩpotẽtiã impediᷣ potẽtia ad actũ illũ, nõ igiᷣ ex ſola indifferẽtia volũtatis eſt contingẽtia eius, ſicut cõtingentia primi actus: cũ igiᷣ cõtingẽtia cuiuslibet alterius cãę, vel potẽtię in agẽdo magis recedat a rõne cõtingẽtiæ ſimpliciter, q̃ cõtingẽtia volũtatis in cãndo, ſequiᷣ ꝙ ſimpl'r maior eſt cõtingentia reſpectu actus vo-

Notabile volũtati.

voluntatis primo mõ imputabilis, quam alterius: pro quanto tamen actus secũdo modo imputabilis dependet a pluribus, ex quorum quocunque, vel defectu eius põt accidere, ne ille effectus eueniat, poteſt dici effectus ille magis contingens, vel magis proprie multiplicius cõtingens.

DE TERTIO principali. ¶Primo dici poteſt, quod actus exterior. ſ. imperatus habet bonitatem moralem propriam aliquam aliam, quam actus interior elicitus. ¶Et ſecundo videbitur, qualiter hẽt, vel non hẽt propriam imputabilitatẽ. ¶Primum probatur dupliciter. ¶Primo per Augu. 13. de tri. c. 5. vel 14. Mala voluntate vel ſola, quilibet miſer efficit̃, ſed miſerior poteſtate, qua deſideriũ malæ voluntatis impletur: profecto q̃uis & ſic male volendo miſer eſſet, minus tamen eſſet ſi nihil eorũ quæ perperã voluiſſet hr̃e potuiſſet. patens eſt, ꝙ hoc non põt intelligi de miſeria pœnæ, quia deſiderans, & non potens hr̃e quod deſiderat, plus habet de pœna, q̃ ille cuius deſideriũ impletur. Intelligitur igitur de miſeria culpæ, actus igitur malus exterior addit ad miſeriam culpæ, quæ præfuit in actu interiori malo. ¶ Secundo probatur idem per rõnem: ex primo articulo hr̃, ꝙ bonitas moralis eſt integritas eorum, quæ ſecundum rectam rõnem operantis dictantur debere conuenire ipſi actui, eſt autem alia integritas eorum quæ ſm dictamen rectæ rõnis debent conuenire actui interiori, & eorum quæ actui exteriori, igit̃ & alia bonitas moralis, & per conſequens alia malitia moralis, & hoc ſiue priuatiua tm̃, quia alia carentia eorũ, q̃ debent conuenire, ſiue contraria, quia alia diſconuenientia repugnans illis, quę debent cõuenire. Probatio minoris, recta rõ non dictat actu conuenire debere, quod impoſſibile eſt ſibi conuenire, nunc aũt actui exteriori impoſſibile eſt conuenire illud, quod conuenit actui interiori, vel conuenire poteſt, & hoc intelligendo de vtroque actu, vt in eſſe reali, & de eo quod ſibi conuenit, vt in tali eſſe, licet eñ actui exteriori inquantũ eſt obiectum volitum, & non vt actu elicitus poſſet aliquo modo cõpetere denominatiue denominatione quadam exteriori, illud quod conuenit actui interiori realiter, non tamen idem eodẽ modo conuenit illi & iſti, quia etiam potentię operatiuę non ſunt capaces eiuſdẽ, immo nec eiuſdem rationis, nec per conſequens actus illi eſſent capaces cõuenientię eiuſdem rõnis, vel ad minus, quod ſufficit ad propoſitum poterunt hr̃e conuenientiam aliam & aliam, & per hoc patet ad aliquas inſtantias contra prędicta.

CONTRA ISTA inſtatur primo, quia eadem eſt veritas actus intelligendi, & ipſius obiecti intellecti, igitur pari rõne eadem eſt bonitas actus volendi, & obiecti voliti. antecedens vr̃ manifeſtum in exẽplis, quia ſicut veritas principij eſt immediata, ſic notitia eius põt dici immediata, & concluſionis mediata. Similiter notitia principij eſt ex terminis, & concluſionis ex principijs, ſic iſtis competit veritas. ¶ Confirmatur idem. quia vbi vnum propter

rela Bon. con-ſola. me. 19.

alterum,ibi tm̄ vnum, ſed actus exterior non habet bonitatem, niſi tantum propter bonitatem actus interioris, igitur non eſt ibi alia,& alia bonitas. ¶Præterea,peccatum(ſecundum Anſe. de concep:u virginali)eſt carentia iuſtitiæ debitæ,non eſt autē in actu interiori & exteriori, niſi vna iuſtitiæ debitæ carentia,quia iuſtitia, vel iniuſtitia ſecundum ipſum non eſt nata eſſe;niſi in voluntate.

Li.1.c.27. idem hēt de casu dia.c.5 et 16.

¶Præterea,vbi eſt vna auerſio & vna libido, ibi videtur eſſe vna ratio formalis peccati,ſed in actu interiori & exteriori nō eſt niſi vna auerſio,quia voluntas eſt illa potentia,cuius ſolius eſt auerti a fine , ſicut conuerti ad finem,libido etiam quæ aliquando vocatur ab Auguſtino cupiditas vt 83.q.q.36.ipſa ſecundum ipſum ibi eſt proprie venenum charitatis.igitur ineſt proprie illi potentię cui nata eſt charitas ineſſe,hęc eſt voluntas ſola. ¶ Ad primum,eſto ꝙ eadem veritas quæ eſt ipſius actus intelligendi formaliter,ſit quodam alio modo.ſ.obiectiue ipſius obiecti intellecti, & hoc inquantum obiectum habet eſſe in ipſo intellectu, & cōſimiliter bonitas quæ eſt formaliter actus volendi ſit quodā modo denominatiue ipſius obiecti voliti,inquantum volitum eſt.tamen actus ille bene poteſt habere aliquam bonitatem propriam,inquantum poſitus in eſſe reali extra voluntatem , ſicut in eſſe ſuo reali habet propriā conuenientiam debitam, vel diſconuenientiam.¶Ad confirmationem,illa poteſt deduci ad oppoſitum ,quia ſi actus exterior habet conuenientiā ad regulā ſuam per actum interiorē, ſiue mediante actu interiori, igitur habet aliam ,quam actus interior,quia idem non eſt cā, nec ēt medium reſpectu ſuijpſius, nec ēt eſt cauſa, vel ratio mediandi reſpectu ſuijpſius.Exemplum huius habetur in actibus intellectus,concluſio enim licet habet veritatem a principio, tamen habet propriam veritatem, quia propriam conformitatem eius quod affirmatur ad exiſtētiam rei, & ad ipſos terminos proprios concluſionis, non eñ concluſio eſt vera formaliter veritate principij, ſed eſt vera veritate mediata, & demonſtrata,& ita habet veritatem demonſtrabilem.¶Conſimiliter multæ cōcluſiones ſequentes ordinatæ ex eodem principio habent veritates proprias diſtinctas , & forte prior eſt verior, & magis neceſſaria, quia in neceſſitate ſua non dependet a poſteriori, ſed econuerſo. ¶ Conſimiliter concluſiones falſæ repugnantes eidem vero,hn̄t proprias falſitates,quia proprias diſconuenientias eius quod enunciatur ad illud,quod eſt in re. ¶ Conſimiliter de actibus voluntatis,non ſolus actus volendi natus eſt habere conuenientiam, vel diſconuenientiam propriam ad dictamē rectum,ſed actus imperatus natus eſt mediante illo habere cōuenientiam & conformitatem, & licet idem ſit cui debet conformari actus iſte & ille. tamen ea quæ conformantur ſunt diuerſa,& ideo hn̄t ex parte ſui diuerſas conformitates,ſiue conuenientias,licet ad idem.¶Si dicas,ꝙ veritas non conuenit alicui extra intellectum,ſed tantū actui intellectus, vel obiecto vt eſt

Vide notanter in fonte illud. c.

Vide ... & 5 & 1. ... ermen

eſt in intellectu, igitur a ſimili bonitas non conuenit actui exteriori vt exterius elicito, ſed p̄ciſe vt obiecto actus volendi.

c. I. ¶ Reſpondeo, conſequentia negari poſſet, iuxta illud .6. meta. in fine, non eſt falſum & verum in rebus, vt quod quidem bonum, verum: quod autem malū, falſum, ſed in mente. ¶ Aliter poſſet negari antecedens, quia ſi intellectus aliquis ſit regula intellecti, ſicut eſt de intellectu diuino exemplante & regulante creaturam, illud poteſt dici verum non tm̄ vt eſt actu cogni tum, ſed ēt vt eſt in ſe, quia ſm̄ eſſe ſuū in ſe eſt exemplatum & cōforme exēplari. ¶ Ad aliud dico, ꝙ iuſtitia pōt accipi vno modo, prout eſt rectitudo habitualis, ſiue habitus voluntatis, & ab illa dr̄ voluntas recta habitualr̄, ēt qn̄ nihil vult actui, & ſic dr̄ dormiens iuſtus, q habet habitum, & alius iuſtus qui caret iſto habitu, vel habet iniuſtitiam contrariam. Alio mō poteſt accipi rectitudo pro rectitudine actuali, ſiue in actu, quæ eſt conformitas actus eliciti ad ſuam regulam. ¶ Primum membrum diſtinctionis conceditur ſatis communiter. ¶ Secundum probatur, quia actus non dr̄ formaliter rectus, vel iuſtus ab illa iuſtitia habituali in voluntate. quia ſtāte illa pōt hr̄i actus peccati venialis, vel actus indifferens, quorum neuter eſt actus iuſtus, nec rectus, ſed oportet ꝙ rectitudo, qua formaliter actus dr̄ rectus præciſe inſit, dū actus ineſt: immo forte non ineſt immediate volūtati, ſed ipſi actui, & mediante illo voluntati, quia voluntas nata eſt immediate recipere habitum, & operationē. iuſtitia autem actualis neutrū horum eſt. ſed tantum eſt conditio quædam ipſius actus, puta conformitas eius propria ad ſuam regulam. Iſtud autē eſſet manifeſtius, ſi actus non eſſet raptim tranſiens, ſed idem aliquandiu manēs, quia ſicut motus pro prima parte ſui pōt eſſe velox, & idē pro ſecunda parte ſui tardus, ex quo ſequit̄ ꝙ nec velocitas nec tarditas omnino ſunt idē motui, ita poſſet actus prius elici conformiter regulæ rectæ, & idem actus continuatus etiam poſſet elici poſtea nō conformiter illi regulæ; & ita eſſet actus pro priori parte rectus, & pro poſteriori non rectus. Sed quia actus raptim trāſit, vel ſi manet, manet communiter cum eo ſua rectitudo, nec idem manens mutatur a recto in non rectum, nec ſibi recto ꝑ priori parte ſuccedit alia pars non recta, ideo non ita manifeſta eſt dr̄ia actus, & ſuæ rectitudinis. Concluditur tamen iſta dr̄ia modis prædictis, & per hoc ēt ꝙ relatio non cōſequens neceſſario naturam fundamenti, nō eſt omnino eadē fundamēto nunc autē rectitudo non neceſſario conſequitur naturam actus, iuſtitia ēt actualis, & ſi primaria ſit præciſe in actu volendi, tm̄ ſecunda, vel ſecundaria poteſt eſſe in actu imperato ꝑ actum volendi, quia & ille hēt rectitudinem propriam, licet dependentem a rectitudine actus volendi. ¶ Qn̄ igitur dr̄, ꝙ iuſtitia non eſt niſi in voluntate, verum eſt de iuſtitia habituali, quæ eſt rectitudo propter ſe ſeruata vt diffinit Anſel. ſeruatum enim proprie conuenit habitui, vel magis extendendo ve- De lib. ar bi. c. I.

tum de iuſtitia actuali primaria, quia voluntas illam propter ſe ſeruat, hoc eſt tenet in actu ſuo, quem illa iuſtitia rectum elicit. ❡ Si autem ſit ſermo de iuſtitia actuali ſecundaria, illam oportet dicere eſſe voluntatis non ſubiectiue, ſed cauſaliter tantum, & ita adhuc de iſta poteſt aliqualiter ſaluari diffinitio illa iuſtitiæ, quia illa eſt rectitudo voluntatis non vt voluntati formaliter inhærens, ſed voluntatis vt cauſæ vel imperatis: eſt etiam propter ſe ſeruata, tanquam effectus voluntarie poſitus.

EX ISTO ſequuntur quædam corollaria per quæ etiam declaratur propoſitū. ❡ Vnum, quod manente eadem iuſtitia habituali ſunt tot iuſtitiæ actuales, quot ſunt actus eliciti, quarum vna poteſt eſſe intenſior alia, ſi actus vnus cum maiori conatu eliciatur, quam alius, & ſi habitus maneret æqualis, immo actus prior poteſt elici cum maiori conatu, & tunc habebit iuſtitiam actualem intenſiorem correſpondentē intenſioni ſuæ, & ſecundus actus poteſt elici cum minori conatu, licet certū ſit, ꝙ tunc habitus non ſit minor. ❡ Aliud ꝙ ſinguli actus mali hñt proprias malitias actuales, quia ſicut nati ſunt habere proprias bonitates, quia conuenientias, vel conformitates, ſiue eidem regulæ ſiue alijs, ſic ſinguli hñt proprias carentias.

Vide in 2. diſt. 35. ❡ Aliud ꝙ malitię eo modo differunt, quo bonitates quæ deberent ineſſe, ſi ſpecie ſpē, ſi numero numero, priuationes enim diſtinguuntur ſicut habitus nati eſſent diſtingui, puta ſurditas, & cęcitas ſuo modo differunt ſpecie priuatiua, ſicut auditus, & viſus ſpecie poſitiua, & hæc cęcitas, & illa numero priuatiue, ſicut hic viſus, & ille differūt numero poſitiue.

❡ Et hinc* patet, quod non ſolum diſtinctio vitiorum philoſophicæ loquendo, ſed etiam peccatorum theologice loquendo, & hoc ſpecie, & numero, & etiā genere accipi poteſt, non tantū per diſtinctionem conuerſionis, quia illa nec per ſe conſtituit, nec etiam diſtinguit peccatum, vt peccatum, ſed accipitur ſecundum rationem propriam huius priuationis, quæ eſt formalis ratio diſtinguendi priuatiue, ſicut habitus poſitiue. *a.l.*

❡ Apparet etiam quomodo vnū peccatum eſt grauius alio, ſiue intelligatur ſecūdum diſtinctā ſpeciem grauitatis, ſiue ſecundum diſtinctam grauitatem, & in eadem ſpecie, quia actus eo modo, quo debet habere bonitatem maiorem, ſiue in ſpecie, ſiue intentionis in ſpecie, eodē modo, ſi caret bonitate debita eſt peior priuatiue, & ſi habeat conditionem aliquam poſitiuā repugnantem eſt peior contrarię. ❡ Tertio apparet quomodo peccata poſſunt cōtinuari in infinitum in damnatis, & tamen natura non conſumetur, nec habilitas naturalis, ſiue quodcunque aliud in natura. nam nulla creata natura poteſt naturam intellectualem, vel aliquid naturale in ipſa corrumpere, & ſi poſſet diminuere poſſet aliquādo deſtruere totaliter illam.

❡ Similiter effectus contingens alicuius cauſæ non neceſſario concomitatur ſuam cauſam, igitur oppoſitum talis effectus, vel alicuius conditionis in ipſo, *Doctr. ſinguli ris.*

non

non deſtruit, vel diminuit talem cauſam: malitia autem in actu eſt priuatio aliqua in illo quod eſt effectus contingens voluntatis. igitur nihil diminuit de ipſa voluntate.

11. c. de- ¶ Quid ergo adimit peccatum additum peccato? cum ſecundum Auguſtinum in enchi. intantum ſit malum, quantum adimit de bonitate.

¶Reſpondeo, malitia actualis in aliquo actu elicito non adimit bonum, quod ſimul ſecum ineſt, patet. nec oportet, ꝙ adimat bonum quod infuit, quia (vt dictum eſt) prius actus raptim tranſiens non mutatur de bono in malum. ¶ Si autem intelligatur per bonum quod infuit habitus gratuitus, qui adimitur peccando, hoc non poteſt intelligi de quocunque peccato, quia ſecundum peccatum nõ adimit illum, quia iam adẽptum fuit, nec primum peccatum ex per ſe rõne ſua magis ademit illud, quam ſecundum, quia tunc peccatum primũ eſſet ſimpliciter grauius ſecundo, quia maius bonum adimeret, contingit autem quandoque, ꝙ ſecundum ſit grauius primo, & ita natum eſſet adimere maius bonum, & ita per ſe adimit bonum illud actuale. adimeret ẽt per ſe bonum habituale, ſi ineſſet. adimit igitur peccatum generaliter illud quod deberet ineſſe, ſicut in cęco nato cęcitas adimit viſum, nõ qui infuit, ſed qui debuit ineſſe, & ita dicit Aug. 11. ſuper Gen. 32. de Angelo peccante, ꝙ cecidit nõ ab eo quod accepit, ſed ab eo qđ accepiſſet, ſi Deo ſubdi voluiſſet, & ſi in infinitum adderetur peccatum peccato, quodlibet adimeret bonitatem propriã, quæ deberet ineſſe, nec eſt inconueniens in vno bono finito, virtualiter cõtineri ſicut infinitos effectus ſucceſſiue eliciendos, ſic & infinitas rectitudines eorundem. ¶ Ad aliud de auerſione, auerſio a fine poteſt intelligi actualis nolitio ipſius finis, & patet ꝙ non oĩs peccans auertitur iſto mõ, cũ forte frequenter peccans non actualiter conſideret finẽ, vel ſi conſiderat non illum in ſe ex malitia reſpuit.

¶ Alio modo põt intelligi auerſio, non ſic formalis, ſed quaſi virtualis, quæ poteſt poni acceptatio aliqua voluntatis incompoſſibilis volitioni finis, ſaltem efficaci, vel conſecutioni finis, ſicut qñ voluntas vult omnino aliquid inordinatum, & deordinans a conſecutione finis. puta aliquid contra præceptum diuinũ ſine cuius obſeruatione poſſibile non eſt conſequi finẽ: adhuc iſto mõ intelligendo, auerſio eſt ſolius voluntatis. ¶Tertio mõ largius põt dici auerſio quæcunque malitia ſeparans a fine efficaciter volendo, vel conſequendo, & talis malitia põt eſſe in actu voluntatis imperato, quia cum imperare actũ ſit malum. non ſtat voluntatem efficaciter velle finem vltimum, nec ẽt conſequi ipſum. Sicut igitur referibilitas, vel quaſi ordinabilitas ad finẽ, põt dici conuerſio, ſic inordinabilitas põt dici auerſio, qñ igiť accipitur, ꝙ non eſt niſi vna auerſio in actu interiori, & exteriori. verum eſt duob. primis modis intelligendo, immo non eſt talis auerſio, niſi in actu interiori, & ſi ſic intelligatur, ꝙ auerſio ſit formalis rõ in peccato, negandũ eſt, immo

immo ſufficit illa inordinabilitas actus imperati, quæ poſſet dici auerſio tertio modo dicta. ¶Quod etiam additur ibi de libidine, ſi libido intelligatur eſſe improba voluntas, hoc eſt immoderatum velle, libido non eſt formaliter in omni peccato, ſed vel formaliter, vel cauſaliter concurrit ad peccatū. Si igitˀ libido, vel cupiditas dēt eſſe cōuertibile cum peccato, oportet extendere iſta non tantum ad actum interiorem volūtatis immoderatum, ſed etiam ad actū imperatum.

DE SECVNDO, in iſto articulo ſcilicet de imputabilitate, patet ex diſtinctione poſita in ſecundo articulo, quia ſi ſtricte accipiendo ſolum illud dicatur imputabile, quod eſt immediate in poteſtate voluntatis, patet ꝙ ſolum velle vel nolle eſt imputabile. ¶Si autem imputabile generaliter dicatur illud quod eſt ſimpliciter in poteſtate voluntatis, ſic actus imperatus proprie eſt imputabilis, q͂a & ſi non ſit immediate in poteſtate voluntatis, eſt tñ mediante actu volendi, qui actus non ſolū ſm ſe eſt in poteſtate voluntatis, ſed ēt vt principium actus exterioris, quia voluntas poteſt per interiorem ponere illum exteriorem. Exemplum, ſeruus ex ꝓcepto domini occidit: illa occiſio imputatur dño, quia in poteſtate ſua erat actus ſerui, licet mediate. ¶Et ſi arguitur, ſicut prius, & ille non eſt imputabilis niſi mediante iſto. ¶Reſpōdeo, ex hoc ſequitur propoſitum ꝙ illius & iſtius eſt alia imputabilitas. Idem enim non eſt medium, nec ratio mediandi reſpectu ſuiipſius, & poteſt idem declarari, ſicut prius de propria bonitate, quia quamquam terminus ſit idem, tñ in diuerſis fundamentis ſunt diuerſi reſpectus ad eundem terminum. actus ille & iſte ſunt diuerſa fundamenta. igitur licet imputabilitas conueniat iſtis in ordine ad eandem voluntatem, tamen illa erit alia, ſicut eſt alia cauſabilitas, vel aliud ſubiacere poteſtati cauſæ, licet cauſa ſit eadem.

AD PRIMVM argumentum principale, voluntariū poteſt dici illud quod eſt ſubiectiue in voluntate, vel illud quod eſt volitum a voluntate, vel illud quod eſt imperatum a voluntate. ¶Primum, non facit cōplete, ꝙ aliquid ſit voluntariū, quia habitus poteſt eſſe in voluntate, & tamen non voluntarie voluntas habet illum, quia triſtitia eſt in voluntate ſubiectiue. ¶Secundum, dr̃ voluntarium participatiue, quia acceptatio eius, vt obiecti eſt voluntaria. ipſum n. magis diceretur volitū, q̃ voluntarium, voluntarium. n. proprie dr̃ qđ eſt in poteſtate voluntatis, & ſic dr̃ tertio mō, & ſic actus exterior eſt voluntarius, ſicut actus interior ſimpl'r, non tamen eſt æque primo, ſed illo præſuppoſito.

¶Voluntariū ergo dēt dici illud, qđ eſt cāliter a voluntate & hoc eliciente, vel imperāte. licet ꝑ prius dicaˀ voluntariū illud qđ eſt elicitum, q̃ qđ eſt imperatum. Conceditˀ ergo maior intelligendo voluntarium generaliter, & ſic minor eſt falſa.

¶Ad probationem minoris, dico ꝙ licet actus exterior ſeparatus ab actu interiori, hoc eſt ſine illo poſitus ineſſe, non

ſit

ſit voluntarius,& hoc quia effectus remotior non dicitur volūtarius, niſi ponatur in eſſe per actum interiorem, qui eſt effectus ꝓpinquior, tñ qñ actus exterior cõiungitur cum interiori,& ex illo procedit, tūc ille exterior vt diſtinctus habet rōnē voluntarij,& diſtinctam, quia vóluntarij mediate: actus autem interior non ſic eſt voluntarius, ſed immediate.

QVÆSTIO. XIX.

Vtrum in Chriſto vnitas naturæ humanæ ad verbum ſit ſola dependentia naturæ aſſumptæ ad perſonam verbi.

CONSEQVENTER quærītur de depēdentia naturæ aſſumptæ ad verbū. Vtrum in Chriſto vnitas naturæ humanæ ad verbum ſit ſola dependentia naturæ aſſumptæ ad perſonam verbi. Arguitur ꝙ non, talis eſt ibi vnitas quæ ſufficit ad verificandum prædicationē naturæ de perſona, iuxta illud primo de trinit. 13. talis fuit illa vnio quæ Deum faceret hominem, & hominem Deum. Nunc autem ſola dependentia non videtur ad hoc ſufficere: quia dependens non prædicatur ſemper de illo, a quo dependet, quod patet in propoſito, natura enim aſſumpta dependet a patre, non tamē pater eſt homo. igitur eſt ibi aliqua alia vnitas, quàm dependentia naturæ humanæ ad verbum. ¶ Contra diſcurrendo per omnes * modos vnitatis, nō videtur poſſe ibi alia vnitas inueniri.

mul vni id. .p. .1.

HIC TRIA SVNT videnda. ¶ Primo, quis modus vnitatis ſit hic ponendus. ¶ Secundo, inquiretur qualiter ipſa vnitas ſit poſſibilis, quantum eſt ex parte perſonæ aſſumentis. ¶ Tertio, qualiter eſt poſſibilis, quantum ex parte naturæ aſſumptæ.

DE PRIMO creditum eſt naturam humanam perſonaliter eſſe vnitam verbo. Io. 1. Verbum caro factum eſt, vbi caro ſm Auguſtinū pro homine ponitur, & hoc expreſſe habetur in ſymbolis diuerſis. ¶ Ex iſto infertur hæc concluſio, quod ibi eſt ordo, ſiue dependentia naturæ humanæ ad verbū. cõſequentia probatur, qa omnis vnio, vel eſt ꝑ informationē, vel per aggregationē, vel eſt vnio ordinis, & ne ſit alteratio de perfectionibus eſſentialibus, vel de proprietatibus notionalibus, vel aliis quę dicuntur vnita in Deo, intelligo de vnione quæ eſt realiter diſtinctorū. ¶ Hic aūt non pōt poni vnio per informationē, quia verbū non eſt potentiale, nec informabile. nec actus informans naturam humanam. ¶ Nec eſt hic tm̄ vnio per aggrgeationē, quia ſic verbum habet vnionē ad naturā meā, vel pater ad naturam aſſumptā, & generaliter quodcunque diſtinctū ad aliud ſimpliciter diſtinctū. nec illa vnio aggregationis, vt patet, ſufficit ad vnitatē perſonæ. ¶ Reſtat igitˀ tertia vnio, ſcilicet ordinis. Ordo aūt eſt poſterioris ad prius, patet aūt ꝙ verbū non hēt rōnem poſterioris reſpectu naturæ, igitˀ e conuerſo natura habet ꝑ ſe ordinē poſterioris reſpectu verbi, & ita dependētiā. ¶ Probatur ēt conſequētia, qa vnio naturæ ad verbū importat relatio-

Vide in Enchyridion c.33.

nem

nem realem non ex parte verbi, igitur in natura aſſumpta tantum.ominis autem relatio realis non mutua nec æquiparãtiæ, vel eſt quædã dependẽtia, vel requirit dependentiã relati ad illud ad quod refertur. ¶Vlterius, qualis ſit illa dependentia naturæ ad verbum, concluditur ex quodam credito iſto.ſ. ꝙ ſolus filius eſt incarnatus, ex quo ſeq̃tur, ꝙ natura illa non eſt vnita cuilibet perſonæ in trinitate, ſed ſoli filio, ex quo ſequuntur tria. ¶Primum, quòd iſta dependentia non eſt propriẽ cauſati ad cauſam, quia ſecundum Augu. 5. de trini. 14. ad creaturam pater, & filius, & ſpiritus ſanctus ſunt vnum principium. ¶Secundum vero eſt, quod ratio formalis terminandi iſtam dependentiam non eſt aliquid commune tribus perſonis, quia in quocunque eſt illud, quod eſt formalis ratio terminandi aliquam depẽdentiam, & hoc prius naturaliter, quàm dependentia ſit terminata ad ipſum dependet dependens, ſi igitur ratio terminandi eſſet communis tribus perſonis, tota trinitas terminaret, qđ falſum eſt. ¶Hic dicitur quod licet ſit aliquid communẽ toti trinitati. tamen alio modo eſt in vna perſona, quàm in alia & pro tanto poſſet eſſe in vna ratio terminandi, licet non in alia. ¶Contra hoc, in habendo illud, quod eſt commune tribus perſonis non eſt aliqua diſtinctio, niſi pertinens ad originem, puta ꝙ prima perſona habet illud a nullo ſecunda ab vno, tertia a duobus. Sed iſta differentia non facit, quòd vna perſona terminet dependentiam naturæ, & non alia, quia illa differentia

Var. li. 3. q. 1.

eſſet omnino eadẽ, etiam ſi nulla perſona fuiſſet incarnata, ſiue quælibet, ſiue quæcunque ſola perſona, puta ſi pater ſolus fuiſſet incarnatus.

¶ Tertium ſequitur ex iſto, ſcilicet quòd ratio formalis terminandi iſtam dependentiã naturæ, eſt entitas perſonalis perſonæ verbi, hoc probatur, quia realis vnionis eſt aliqua entitas realis formalis terminus, ſiue ratio terminandi, quæcunque autem entitas, generaliſſime loquendo de entitate, vel eſt entitas eſſentialis, ſiue naturæ, vel eſt entitas hypoſtatica, ſiuẽ perſonalis quando eſt in natura intellectuali de qua loquimur: probatum eſt autem, quòd ratio terminandi iſtam dependentiam, non eſt entitas naturæ ſiue eſſentiæ in Deo, igitur erit hypoſtatica: & breuiter iſta dependentia non eſt ad aliquid communicabile, vt per ſe terminum, vel per ſe rationem terminandi, ſed eſt ad aliquid incommunicabile. ſiue incommunicabiliter ſubſiſtens, vt tale, ſicut eſt natura dependẽtis, vt cõmunicabilis, vel communicatæ. Sic patet primum, ſcilicet quòd vnitas, ſiue vnio naturæ humanæ ad verbum, eſt quædam dependentia, vel conſiſtit in dependentia tali, ſcilicet naturæ vt communicabilis ad aliquod ſubſiſtens incommunicabile. ¶Contra. vnio eiuſdem rationis poſſet eſſe ad perſonam patris. ergo haberet terminum formalẽ eiuſdem rationis: ſed entitas hypoſtatica eſt alterius rationis in perſonis. igitur &c. ¶ Reſpondeo, diceretur ad hoc, ſicut diceretur de communitate eius, quod eſt perſona in diuinis, quia ſi

ponatur aliqua communitas rea lis perſonę ad tres perſonas, poſſet concedi communis ratio terminandi eadem, non tamen propria.

DE SECVNDO articulo principali videndum eſt quo modo ſit poſſibile ex parte termini, quomodo. ſ. hoc ſubſiſtẽs incommunicabile, vt tale poteſt terminare dependentiam: hoc autem poteſt aliqualiter declarari ſic. Si repugnaret ſibi dependentiam terminare. ¶ Aut illa re pugnantia eſſet per hoc, ꝙ eſt illud ſubſiſtens, ſiue perſona. ¶ Aut per hoc, ꝙ eſt pſona diuina. ¶ Aut per hoc, ꝙ eſt hęc pſona, quæ. ſ. ſola ponitur terminare dependentiam, ſed propter nullum iſtorum repugnat iſti ꝑſonæ, quod probatur dupliciter. ¶ Primo ſic. independenti non repugnat terminare dependentiam. & ſi habeat propriam independentiam non repugnat ſibi eſſe terminum proprium dependentiæ. nunc autem verbum quantum ad entitatem ſuam, etiam perſonalem eſt independens, & hoc independentia ſibi propria. igitur nullo iſtorum trium modorum repugnat ſibi terminare dependentiam, probatio minoris. cui formaliter repugnat omnis ĩperfectio, ei formaliter repugnat omnis dependentia, & quod eſt formalis ratio repugnantiæ reſpectu vnius, & reſpectu alterius. hoc patet. q̱a depẽdẽtia, vel eſt formaliter imperfectio, vel omnino habet neceſſario imperfectionem annexam. Nunc autem filio ratione proprietatis hypoſtaticæ repugnat formaliter omnis imperfectio. ita quod iſta proprietas eſt ipſi filio formalis ratio repugnã tiæ, nihil enim ponitur in diuinis ex natura rei, quin ſibi præciſiſſime cõſiderato repugnet q̃cunque imperfectio, alioquin præciſe, quantum eſt de ſe, poſſibile eſſet ſibi aliquam imperfectionem competere, & ita poſito, ꝙ illa imperfectio competeret, adhuc ipſa poſſet manere ipſa, & ſi ipſamet manet eſt intrinſeca Deo, igitur poſſibile eſſet aliquam imperfectionem eſſe intrinſecam Deo, quod eſt impoſſibile. ¶ Contra iſtam rationem obijcitur, primo contra maiorem, quia ſi independentia concluderet poſſe terminare dependentiam, igitur independentia talis concluderet poſſe terminare talem dependentiam, conſequens eſt falſum, ſicut patet in multis. primo in ſubſtantia, & accidente. quia omnis ſubſtantia eſt independens independentia accidentis ad ſubiectum. & tamen non omnis ſubſtantia poteſt terminare dependentiam accidentis cuiuſcunque ad ſubiectum. ¶ Sicut lapis nõ poteſt terminare dependẽtiam ſapientiæ. ¶ Conſimiliter patet de dependentia totius ad partes, quia multa ſunt quibus repugnat dependere tali dependentia, quæ eſt totius ad partes, nec tamen poſſunt terminare talem dependentiam, ſicut eſt quodcunque ſimplex, quod nõ eſt totum nec pars. ¶ Patet etiam de independentia cauſati ad cauſam, quia angelus eſt indepẽdẽs a quocunque cauſato, vt a cã, nõ tñ poteſt terminare quodcunq; cauſatũ. ¶ Apparet etiam communiſſime de ꝓprietate, de qua eſt propoſitum, quia proprietas perſonalis, cum ſit oĩno indepẽdẽs ſecundũ hoc poſſet terminare

nare omnem dependentiã creaturæ ad Deum,vt cauſati ad cauſam,& hoc ſecundum quamcũque rationem cauſalitatis.quod eſt manifeſte falſum, quia proprietas in perſona,non eſt formalis ratio cauſandi,ſed aliquid cõ
5.tri.14. mune tribus.vt dictum eſt ſupra per Auguſtinum. ¶ Reſpondetur igitur ad maiorem. ꝙ licet independenti ratione ſuę independentiæ non repugnat, ꝙ ipſum terminet dependẽtiã alterius, tamen independentia non ſufficit ad hoc,vt ſibi conueniat terminare.ſed oportet ꝙ habeat prioritatem, vel primitatem eſſentialem reſpectu illius, quod dependet ad ipſum, quia dependentia eſt poſterioris eſſentialiter ad prius eſſentialiter: oportet etiam,ꝙ habeat perfectionẽ aliquam,reſpectu cuius dependens ſit imperfectum.Et ad propoſitum entitas hypoſtatica nõ habet prioritatem eſſentialem reſpectu creaturæ,quia ordo eſſentialis eſt p ſe inter eſſentias, diſtinguendo eſſentias contra entitatem hypoſtaticam.formæ
8. Meta. enim.i.quiditates rerum ſe ha-
t.c.10. bent,ſicut numeri:entitas etiam hypoſtatica nõn eſt ſimpliciter perfecta, vel ſimpliciter perfectio(prout dictum eſt in quæ-
q.5. ſtione de hoc mota) per idem negaretur minor,quia ſi aliquid eſſet ratio repugnantiæ reſpectu cuiuſcunque imperfectionis, ipſum eſſet perfectio ſimpliciter. ſi igitur entitas hypoſtatica non eſt perfectio ſimpliciter, ſequitur ꝙ ipſa non eſt formalis ratio repugnandi omni imperfectioni, & per conſequens nec p ipſam habet perſona formaliter propriam independentiam.¶Ad 1.ta,ad primum.dependentia poteſt dupliciter diſtingui. ¶ Vno modo formaliter,ſiue quaſi ſpecie ſecundum rationem diſtinctã formalem dependẽtiæ. Alio modo quaſi materialiter ſecundum diſtinctionẽ ipſorum dependentium. ¶ Et hoc dupliciter.¶ Vel in eodem ordine. ¶Vel in alio & alio.¶Prima diſtinctio requirit in termino rationẽ formalem terminãdi aliam & aliã, vel eandem, quaſi illimitatam virtualiter.ſ. vel eminenter continentem tales rationes formales diſtinctas. ¶ Secunda diſtinctio non requirit diſtinctionem, niſi eorum quæ dependent, & quandoque iſta diſtincta ſunt eiuſdem ordinis,quãdo.ſ. ęque immediate, vel æque mediate dependent ad idem, quandoq; ſunt alterius ordinis, quando.ſ. vnum dependet mediate: licet igitur iſta propoſitio ſit falſa, independens tali dependentia poteſt qualemcunque dependentiam terminare.& iſta etiam,independens dependentia tali poteſt dependentiam cuiuſcunq; dependentis terminare, tamen videtur iſta probabilis, ꝙ independens tali depẽdentia poteſt alicuius dependentis talem dependentiam terminare, vel priorẽ,& hoc vel immediate, vel ſaltẽ mediate, & iſta probabilior, ſimpliciter independens poteſt cuiuſcunque dependentis, vel ſaltem alicuius dependentis aliquam dependentiam terminare. ¶Et iſtarum duarum propoſitionum veritas apparet, ſi iſta eſſet nota, ꝙ quæcunque entitas quacunque alia vel eſt per ſe prior,vel poſterior, & videtur poſſe haberi ex connexione entium,& vnitate eorum ſiue vniuerſi,quæ vnitas eſt ordinis ſecũ

dum

.*ti* dum philoſophum.12.Meta. videretur enim illa entitas inconnexa cum alijs quæ non haberet per ſe ordinem prioris, nec poſterioris.¶Quando igitur arguitur.ſi independentia &c. vno modo poſſet negari conſequentia, quia ſi independens tali indepētia non poſſit terminare talem dependentiam, hoc eſt propter aliquid annexum ſuæ independentię, quæ eſt limitata,& ideo poteſt habere aliquam imperfectionem annexam.ſed hæc ratio non tenet de independente ſimpliciter,quia in tali ſaltem nulla eſt imperfectio.¶Aliter etiā deficit illa conſequentia, quia non oportet, ꝙ talis independentia concludat talem terminationē. niſi independentia ſimpliciter acciperetur in antecedente, ſic ꝙ independentia ſimpliciter, & omnimoda concluderet poſſe terminare omnem dependentiam,ſed hoc non fuit acceptū, ſed ſolummodo, ꝙ independēs omnino poſſet aliquam dependentiam terminare. hoc enim ſufficit ad propoſitum,quia per viam diuiſionis ſequitur cum illud independens de quo eſt ſermo.ſ.perſona, vel entitas perſonalis non poſſit terminare aliquam dependentiā, quæ eſt cauſati,vel menſurati, vel aliam huiuſmodi,ꝙ poſſit terminare iſtā, quæ eſt naturæ vt eſt communicabilis ad aliquid,vt incommunicabiliter exiſtens.¶Aliter poſſet concedi conſequens ſecundum intellectum prius expoſitum.ſ.ꝙ independens tali depētia alicuius taliter dependentis, vel priori dependentia dependentis poteſt dependentiam terminare.Per hoc patet ad illas inſtantias ibi poſitas.¶Ad primā, quia ſubſtantia illa poteſt aliquam dependentiam alicuius accidentis terminare. puta illius,quod natum eſt ſibi conuenire.Et eſto,ꝙ eſſet aliqua ſubſtantia non ſuſceptiua alicuius accidentis,ſicut eſt natura diuina, illa tamen poteſt terminare aliquam dependentiam priorē, quam ſit iſta,puta alicuius cauſati prioris ipſo accidente, & ſic mediate terminat dependentiā ipſius accidentis.¶Ad ſecundā de toto, & de partibus per idē, quia ſimplex quod nec eſt totum,nec pars,non poteſt terminare dependentiam totius ad partes,ſed poteſt terminare dependentiam priorem, quàm ſit illa quæ eſt totius ad partes.¶Et ſi quæras,quam dependentiam terminat angelus reſpectu ignis, qui dependet a partibus ſuis? ¶ Reſpondeo, illam dependentiam quæ eſt minus nobilis ad magis nobile in ordine eſſentiali naturarum.¶Per idem ad tertiā,quia angelus terminat depēdētiā cuiuſcunque naturæ inferioris,&hoc mediate vel immediate,illam quidem quæ eſt ſecundum ordinem eſſentialem quiditatum, & illa eſt quodam modo prior dependentia illa, quæ eſt effectus a cauſa efficiente, immo hæc videtur omnino prima,& hic poteſt aſſignari cōmuniter conuenire cuilibet independenti,reſpectu cuius dicitur independens.¶Ad quartam, independens omnino bene videtur ꝙ neceſſario poſſit aliquam dependentiam terminare,quia non videtur aliter cōnexionem habere cum alijs entibus,ſed non oportet, ꝙ qualem cunq; dependētiam poſſit terminare, quia illam quæ requirit in ter-

termino perfectionem ſimpliciter cuiuſmodi eſt dependentia cauſati ad cauſam, non terminat niſi ſit perfectum ſimpliciter, poteſt autem eſſe independens, ſi ſibi repugnet imperfectio, licet ſibi non cõueniat ſimpliciter perfectio, quia entitas hypoſtatica, vt talis non eſt perfectio ſimpliciter, nec tamen omnis talis eſt iperfecta. ¶ Per hoc excluditur reſponſio ad maiorem, quia independẽti omnino, nec ratione independentiæ ſuæ, nec ratione alicuius ſibi annexi poteſt repugnare generaliter terminare quamcunque dependẽtiam. ¶ Et cum tangitur, ꝙ ad hoc vt terminet requiritur, ꝙ ſit prius eſſentialiter, poteſt dici ꝙ proprie loquendo de proprietate eſſentiali, quæ.ſ.eſt ratione eſſentiæ vt diſtinguitur contra entitatem hypoſtaticam, ſic vna eſt prioritas trium perſonarum, ſed extendendo prioritatem eſſentialem ad prioritatem per ſe, & hoc reſpectu cuiuſcunque entitatis, ſiue quiditatiue, ſiue hypoſtatice, poteſt entitas perſonalis in diuinis dici prior eſſentialiter, vel magis proprie per ſe prior quocũque cauſato. Et iſto ſecundo modo accipiendo prioritatem neceſſe eſt, vt omnẽ dependentiam terminans ſit prius eo, quod dependet. non autem primo modo accipiendo prioritatem, niſi tantum, quando eſt depẽdentia cauſati ad cauſam, vel aliqua ſimilis dependentia, puta cauſati poſterioris a cauſatum prius, vel cauſæ vnius ad aliam cauſam, vel menſurati ad menſuram. ¶ Et cum dicitur ꝙ ſolæ formæ hoc eſt quitates ſe habent, ſicut numeri quo ad hoc, ꝙ in eis ſolum attenditur ordo eſſentialis, non igitur in entitate hypoſtatica. ¶ Poteſt diſtingui de dependentia eſſentiali, quia quædam eſt ſimpliciter eſſentialis, quæ eſt ratione eſſentiæ in vtroq; extremo. vbi.ſ. fundamentum ratione eſſentię dependet, & terminus ratione eſſentiæ terminat. Et iſto mõ eſt dependentia eſſentialis creaturæ vt cauſati ad Deum vt ad cauſam. Alio modo poteſt dici eſſentialis tantum ex parte fundamenti, cui ſcilicet eſſentia eſt ratio dependendi, ſed nihil ratione eſſentiæ terminat. ſed ratione entitatis diſtinctæ ab eſſentia puta hypoſtaticę. ¶ Et cum additur, ꝙ terminans dependentiam oportet eſſe perfectum, licet hic diſtingui, ꝙ perfectio, ſicut & entitas æquiuoce conuenit entitati quiditatiuę & hypoſtaticæ, tamen proprie perfectio non videtur conuenire, niſi entitati quiditatiuę, quia entitas hypoſtatica non eſt ſecundum quam aliquid formaliter perficitur, ſed ſecundum quam recipit perfectionem. vel ſaltem determinatur ad perfectionem receptam. Et ſecundum hoc neganda eſſet illa propoſitio, oportet ꝙ terminans dependentia ſit perfectum. ſufficit enim ꝙ ſibi repugnet imperfectio, qualis conuenit depẽdẽtiæ. Et per hoc patet ad illud, quod dicitur contra minorem, quia perfectionem non extendendo, ſed proprie accipiẽdo, neganda eſt iſta propoſitio, ꝙ ſi aliquid ſit ratio repugnantiæ reſpectu cuiuſcunque imperfectionis, ipſum eſt perfectũ, vel perfectio ſimpliciter, quicquid enim poteſt realiter eſſe idẽ ſimpliciter perfectio, ipſum non poteſt eſſe aliquo mõ imperfe-

perfe-

perfectum, & tamen non oportet, ꝙ quodcunque tale ſecundum rationem ſuam formalē, ſit ſimpliciter perfectum.

SECVNDO poteſt oppoſitum ſic declarari, aliqua eſt in entibus dependentia naturæ cō municabilis inquantum communicabile ad ſuppoſitum, cui communicatur. ergo in illa dependentia ſtatus eſt ad incommunicabile, vt terminans talem dependentiam. antecedens declaratur, quia aliqua natura habet proprium per ſe ſuppoſitum, ſicut eſt natura ſubſtantialis, & ibi eſt identitas realis naturæ & ſuppoſiti, nec eſt dependentia naturæ ad aliquid extrinſecum, vt ens ſuppoſitum, & aliqua natura propter eius imperfectionem ſuppoſitum per ſe habere non poteſt, & per conſequens non poteſt ſic intrinſece terminari, ſed requirit ſuppoſitum extrinſecum, ſicut natura accidentis requirit ſuppoſitum ſubſtantiæ, ad quod vltimate eius dependentia terminatur, tanquam ad ſuum ſuppoſitum, & hoc per accidens, quia ſuppoſitum per ſe habere non poteſt, tali autem ſuppoſito per accidens non eſt natura per ſe idem, quia natura & tale ſuppoſitum ſunt alterius generis, ſed eſt ibi aliqua vnio ſupplens (vt poſſibile eſt) vicem identitatis, illa eſt actualis dependentia naturæ, & ex parte ſuppoſiti actualis ſuſtentatio naturæ vel terminatio dependentiæ eius, ſic quod illam naturam dependere ad illud ſuppoſitum, eſt ipſam communicari ipſi, tanquam ſuo ſuppoſito, ſicut poteſt habere ſuppoſitum, quia non poteſt per ſe habere ſuppoſitum, ſicut ſubſtātia, ſed tantum per accidens. ¶ Conſequentia principalis patet, quia cum ſuppoſitum ſit per ſe aliquid incommunicabile, dependentia naturæ vt communicabilis ad ſuppoſitum, erit per ſe ad incommunicabile, & ita cum perſona diuina ſit veriſſime incommunicabilis, immo ſi ſola per aliquod poſitiuum incommunicabilis, vt dicetur in tertio articulo, non repugnabit ſibi ex parte ſui terminare dependentiam naturæ vt communicabilis, tanquam ſuppoſitum eius non per ſe, vel intrinſecum, ſed tantum extrinſecum, & alterius naturæ.

¶ Diceretur, quòd nulla natura poteſt dependere ad ipſum, vt ad ſuppoſitum extrinſecum, quia non poteſt informari per accidens aliqua natura, ſicut ſuppoſitum ſubſtantiæ informatur accidente, & pro tanto eſt ſuppoſitum per accidens naturę accidentis.

¶ Pręterea. diceretur, ꝙ dependentia accidentis eſt per ſe ad ſingularem ſubſtantiam, non autem ad ſuppoſitum, vt ſuppoſitum, ſ. quantum ad illud quod ſuppoſitum addit vltra rationē ſingularis, quia illud non videtur eſſe niſi negatio, negatio autem non eſt ratio terminandi aliquam dependentiam. ¶ Confirmatur, quia natura ſingularis aſſumpta verbo eodem modo terminat dependentiam accidentis, ſicut terminaret ſi non eſſet aſſumpta, ſed aſſumpta nō habet rationem propriam ſuppoſiti, igitur quando non eſt aſſumpta ratio ſuppoſiti, non eſt ratio per ſe terminandi. ¶ Nec poteſt dici, quod quando eſt

aſſumpta dependentia accidentis quod ſibi inhæret terminatur ad perſonam aſſumentem, quia depēdētia accidētis eſt inhærere, accidens autem naturæ aſſumptæ non inhæret perſonæ aſſumenti. ¶ Ad primum dici poteſt, ꝙ ſufficit hoc habere, quod non ſit repugnantia a parte incommunicabilis, ꝙ ſit terminus alicuius dependētiæ: an autē aliqua natura alia ab illa, quæ eſt propria ipſius incommunicabilis, poſſit dependere ad ipſum incommunicabile, de hoc in ſequēti articulo. ¶ Quod autem tangitur, ꝙ incommunicabile terminans depēdentiam naturæ extrinſecæ oportet eſſe informabile a tali natura, ſicut ſubſtantia informatur accidente dependente ad ipſam. ¶ Reſpondeo, quando accidens ineſt ſubſtantiæ ſunt ibi duæ habitudines, vna formæ ad informabile, & illius extremum eſt ſubſtantia vt receptiua talis formæ, & vt potentialis ſaltem potentialitate ſecundum quid. ¶ Alia eſt habitudo accidentis, vt dependentis ad ſubſtantiam, vt ad quam dependet, & illius extremum eſt ſubſtantia, vt eſſentialiter prior accidente naturaliter poſteriori. ¶ Prima habitudo non poteſt eſſe alicuius naturæ ad verbum, quia illa requireret imperfectionem in verbo, quia aliquam potentialitatem. ¶ Secundo poteſt eſſe, quia illa non requirit in verbo, niſi per ſe prioritatem, quæ non repugnat ſibi reſpectu cuiuſcunque naturæ creatæ. ¶ Hic patet illud dictum, Deus eſt reſpectu cuius omnis ſubſtantia creata eſt quaſi accidens, quia etſi habitudinem accidentis ad ſubſtantiam, quæ eſt formæ ſecundum quid ad informabile, non poſſit ſubſtantia creata habere reſpectu Dei, tamen habitudinem naturæ communicabilis extrinſecæ & poſterioris poteſt habere reſpectu perſonæ diuinæ, qualem habitudinem habet etiam natura accidentis reſpectu ſuppoſiti ſubſtantiæ. ¶ Ad ſecundum poteſt dici, ꝙ ſubſtantia ſingularis eſt incommunicabilis, prout incommunicabile opponitur vniuerſali, ꝙ eſt communicabile pluribus, ſed non prout incommunicabile excludit omnem communicabilitatem tam cōmunis quàm formæ, & hoc tam formæ partialis quę dicit͛ cōmunicari materiæ informatę, quàm formę totalis, puta quiditatis, vel naturę, quę dicitur communicari ſuppoſito participati, ſic inquā incommunicabile non conuenit omni ſingulari, ſed ſolum illi, quod non eſt alicui forma altero duorum modorū, & tale eſt illud, quod eſt vltimatum habēs formam, vel ens per formam, ita ꝙ nihil habet ipſum tanquā formā, ſiue principium quo eſſendi, & tale eſt ſuppoſitū: licet igit͛ accidentis dependentia terminetur aliqualiter ad ſubſtantiā ſingularem, tamen non eſt vltima terminato, niſi ad ſingularē vt incommunicabilem, quia dependentia quę eſt in cōicari, nō vr habere ſtatū, niſi ad incōicabile, quia ſi eſt dependentia ad ſingularem cōicabilę, cū illa ſit ratio eſſendi ei, cui cōicat͛, non eſt dependentia adhuc terminata vltimate, niſi ad illud, cui cōicabile cōicatur. ¶ Nec tamen intelligo, ꝙ communicabile terminans dependeat ad incōmunica-

nica-

nicabile,& propter hoc cōicabile non vltimate terminat, ſed illud ad quod ipſum dependet, quia non eſt verum ſubſtantiã ſingularem communicabilẽ dependere ad ſuppoſitum ſubſtantiæ, ſed eſt ibi vera idẽtitas ſingularis communicabilis, & ſuppoſiti, ſed pro tanto quod dependet ad ſingulare communicabile vltimate dependet ad incommunicabile, quia communicabile eſt alicui incommunicabili ratio eſſendi, & quod dependet ad illud, quod eſt alicui ratio eſſendi, dependet vlterius ad illud, cui ipſum eſt ratio eſſendi, incommunicabile autem non ſic eſt ratio eſſendi alicui, & ideo quod dependet ad ipſum, non oportet vlterius dependere ad aliquid, quaſi habens eſſe per ipſum. Non igitur vltimate terminatur dependentia accidentis, vt communicabilis, niſi ad ſuppoſitum ſubſtantiȩ, vt incommunicabilitate ſubſiſtẽs, & ſuſtentans ipſum, & eſt iſta ad aliquid extra totum genus dependentiȩ talis quȩ eſt incommunicari, quia eſt ad incommunicabile. ¶ Et cum arguitur, quod ratio ſuppoſiti vltra ſubſtantiam ſingularem non addit niſi negationem. ¶ Reſpondeo, ſi hoc verum ſit, tamen illa negatio prius conuenit ſubſtantiæ ſingulari, quam terminare dependentiam accidentis, nec eſt inconueniens aliquam negationem imperfectionis prius cō uenire alicui, quàm aliquod poſterius dependere ad ipſum, ſicut prius conuenit homini nō eſſe irrationale, quam eſſe albū, quia negatio illa ſtatim ſequitur affirmationem, quȩ includitur in ratione hominis, etiam ſi nunquam tale accidens competeret vel competere poſſet homini. ¶ Et cum dicitur negatio non eſt ratio terminandi. ¶ Reſpondeo, vltimate terminare duo dicit. ſ. terminare, & ſic terminare, ꝙ nihil vlterius terminet. ¶ Ratio igitur terminandi eſt aliquod poſitiuum, ſed rō iſtius, ꝙ terminatio ſit vltimata, eſt illa negatio, *quod ſcilicet terminans non eſt communicabile. ſi enim eſſet communicabile. tunc adhuc vlterius terminaret dependentiã illud cui ipſum communicaretur. Exemplum, ſi accidens dependeret ad aliud accidens, ſicut ſecundum aliquos color ad ſuperficiem, eius dependentia non vltimate terminaretur ad ſuperficiem, ſed ad illud cui ſuperficies eſt forma, & eſto, ꝙ non dependeret ad illud cuius eſt forma, ſed tantummodo eſſet ſibi ratio eſſendi, adhuc vltimata dependentia eſſet ad illud, cui ſuperficies eſt forma. ¶ Ad confirmationem poſſet dici, ꝙ accidens naturȩ aſſumptȩ &c. *a. l. quia.*

TERTIO ſecundum aliquos declaratur propoſitū ſic. Perſona diuina eminenter continet perfectionem omnis ſuppoſiti cauſati, igitur poteſt ſupplere vicem cuiuſcunque in ſuſtentando illam naturam, quam poſſet tale ſuppoſitum ſuſtentare. *Varr. di. 1. q. 1. Th. in 3. ſen. diſt. 1. q. 1.*

¶ Preterea, quȩlibet natura creata eſt in potentia obedientiali reſpectu perſonȩ diuinȩ, igitur perſona diuina poteſt ſuſtentare quancunque. ¶ Prima ratio videtur deficere, quia etſi perſona diuina ratione eſſentiȩ cōtineat virtualiter quãcunque entitatem creatam, ta-

 men

men non videtur virtualiter continere ratione proprietatis perſonalis aliquam entitatem creatam; quia pari ratione contineret quamlibet, & ita proprietas perſonalis eſſet formaliter infinita, cuius oppoſitum oſtenſum eſt in quæſtione de hoc mota. ¶ Præterea, ſi proprietas perſonalis cõtineret virtualiter omnes entitates creatas, videtur quod poſſet eſſe ratio formalis creandi creaturas; cuius oppoſitum
Q5.1. dictum eſt in quadam alia quæſtione. ¶ Secunda etiam ratio videtur deficere, quia potentia obedientialis creaturæ reſpicit omnipotentiam creatoris, & illa eſt communis. igitur illa ſuſtentatio per quam filius per omnipotentiam ſuſtentat naturam iſtam, eſt communis tribus. illa autem ſuſtentatio, quę eſt perſonæ vnita, eſt propria filio. non igitur per hoc, quòd eſt naturam eſſe in potẽtia obedientiali perſonæ, concluditur ipſam poſſe naturam ſuſtentare hypoſtatice, vel ſuppoſitiue, ſed tantum poſſe ſuſtentare cauſaliter, ſcilicet effectiue.

¶ Contra cõcluſionem iſtius articuli, arguitur primo, quia vnio realis habet terminum realem. quæ igitur ſunt ſimpliciter idem in re, ſunt idem in terminando talem vnionem: proprietas, & eſſentia ſunt ſimpliciter idem in re. igitur ſicut vnũ terminat, ſic & reliquum terminabit. ¶ Item, ad relatiuum vt relatiuum non dependet aliud a ſuo correlatiuo, igitur ad verbum vt verbum non dependet natura humana, quia ſolus pater eſt correlatiuum.

¶ Ad primum dicendum, quod formalis diſtinctio relationis ab eſſentia ſufficit ad hoc, quòd proprietas poſſet dici formalis terminus vnionis realis, & non eſſentia, tamen ratio videtur efficax contra ponentes identitatẽ realem & formalem eſſentiæ, & proprietatis conſtituentis perſonam.

¶ Ad ſecundum dici poteſt, vno modo negando antecedẽs. nam aliud eſt dependere ad relatiuum, vt correlatiuum, & dependere ad ipſum verbum relatiuum. Nam licet natura humana aſſumpta; a verbo diuino dependeat ad ipſum, tanquam ad verbum, non tamen dependet ad ipſum tanquam correlatiuum.

¶ Aliter poteſt dici, quòd natura aſſumpta dependet ad verbum, ſed non proprie, vt ad relatiuum, ſed vt ad incommmunicabile ſubſiſtens, & ſic neganda eſt conſequentia.

DE TERTIO articulo, certum eſt ſecundum Dama. 57. quòd verbum aſſumpſit naturam in athomo, hoc eſt ſingularem, & tamen nõ habentem perſonalitatem propriam, quia illa non poſſet ſtare cum aſſumptione in vnitate perſonæ verbi. ſi autem propria ſingularitas naturæ perſonabilis eſſet formaliter propria perſonalitas eius, non poſſet illa eſſe ſine iſta. Li.3. c.1.

¶ * Propter quod oportet videre quo formaliter & completiue natura creata ſit perſonata in ſeipſa, vt ex hoc pateat, ſi poteſt ipſa carere propria perſonalitate, & perſonari, etiam perſonalitate extrinſeca. B. Vide. d.1. q. p.1. ...

¶ Eſt autem dubium, an perſonalitas propria ſit formaliter per aliquid poſitiuum, & videtur

-tur quod ſic, quia negatio non eſt primo incommunicabilis. negatio enim quantum eſt de ſe. poſſet cuicunque competere, tantummodo igitur eſt incõmunicabilis propter incommunicabilitatem poſitiui, ad quod ipſa conſequitur, & ita primum incommunicabile eſt poſitiuũ, proprietas perſonalis eſt primo incommunicabilis, quia eſt ratio formalis conſtituendi incõmunicabile. ſ. perſonam. ¶ Præterea. negatio non eſt primo propria alicui enti, ſed tantum propter hoc, quod ſequitur aliquã affirmationem propriam. proprietas autem perſonalis eſt primo propria illi, cuius eſt. igitur & cetera.

¶ Prçterea, quod excludit imperfectionem ipſum eſt perfectum, vel ſaltem aliquod poſitiuum, nunc autem dependere ad perſonam extrinſecã eſt imperfectionis. igitur perſonalitas propria quæ excludit formaliter illam dependentiam eſt aliquid poſitiuum. ¶ Cõfirmatur. propter hoc enim ponitur quod ſingularitas naturç eſt per aliquid poſitiuum, quia excludit imperfectionem quç eſt diuidi, vnde ſingulare dr̃ indiuiduum, hoc eſt in plura indiuiſibile. a ſimili in propoſito perſonali in ſe excludit dependere ad perſonam extrinſecam. ¶ Sed contra
3.c.9. in Dama. c. 55 Nihil enim eorum,
c. quç plantauit in noſtra natura Deus verbum a principio plaſmans nos defecit, ſed omnia aſſumpſit. totus enim toti vnitus eſt mihi, vt totum toti tribuat, quod eſt inaſſumptibile, eſt incurabile. vult dicere igitur, ꝙ quçcunque entitas poſitiua in noſtra natura eſt vnita verbo.

¶ Et quod hoc eſt poſſibile de quacunque, probatur ratione, quia quçcunque natura eſt ſimpliciter in potentia obedientiali ad dependendum ad perſonam diuinam. Si ergo eſſet aliqua entitas poſitiua, qua natura eſſet in ſe perſonata. Illa entitas eſſet aſſumpta a verbo, & tũc natura noſtra in Chriſto eſſet perſonata ſimul dupliciter perſonalitate. quod eſt impoſſibile. Quia ſi creata. igitur per illam eſt formaliter incommunicabilis alteri perſonç, & per conſequens perſonç verbi non communicatur, & ita in ipſo non perſonatur.

¶ Præterea, ſi aliqua entitate poſitiua eſſet natura formaliter perſona creata. igitur verbum non poſſet deponere naturam aſſumptam, niſi vel illa maneret non perſonata, quod videtur inconueniens, vel oporteret ꝙ daretur ſibi de nouo aliqua alia entitas, qua etiam haberet perſonalitatem creatã. ſed hoc eſt impoſſibile. Illa enim non poſſet eſſe entitas accidentalis, quia accidens non eſt ratio formalis perſonandi ſubſtantiam. Nec poſſet eſſe aliqua entitas ſubſtantialis, quia nec materia, nec forma, nec ſubſtantia compoſita, quia quçcunque talis, ſi datetur non maneret natura eadẽ quç prius, quia haberet aliã materiam vel formam vel entitatem ſubſtantię compoſitç.

¶ Poteſt igitur dici, quod noſtra natura eſt perſonata perſonalitate creata non aliquo poſitiuo tanquam ratione formali, quia vltra ſingularitatem non inuenit aliqua entitas poſitiua, qua ſingulare completiue ſit incõmunicabile, ſed tm̃ ſingularita-

ti ſuperadditur negatio communicabilitatis, ſiue dependentiæ quæ eſt in communicari. Poteſt autem intelligi triplex negatio communicabilitatis, ſiue dependentiæ. ſicut. n. poſſumus intelligere dependentiam actualē potentialem, & aptitudinalem. ſic poſſumus intelligere negationem actus dependendi, & negationem poſſibilitatis dependendi, & negationem aptitudinis ad dependendum. ¶Prima negatio eſt nuda, ſiue ſola. ¶Secunda eſt cum repugnantia ad actum. ¶Tertia eſt cum inclinatione appoſita, ſiue aptitudine contraria. Exemplum primo modo, ſuperficies, ſi eſſet ſine colore, omnino eſſet non alba, quia haberet ſolam negationē albedinis. Secundo modo, Angelus eſt non albus, quia ſibi repugnat albedo. Tertio modo, lapis eſt non ſurſum, quia in lapide eſt negatio aptitudinis ad ſurſitatem cum inclinatione ad non*ſurſitatem, ſicut ad ſuum oppoſitum. ¶Ad propoſitum loquendo de dependentia ad hypoſtaſim extrinſecam, & ſpecialiter diuinam de qua modo loquimur, ſola negatio actualis dependentię nō ſufficit ad hoc, ꝙ aliquid dicatur in ſe perſonatum, vel perſona, quia anima Petri habet talem negationem, & tamen non eſt perſona. ¶Secunda negatio non inuenitur in natura creata pſonabili, quia nulli tali poteſt omnino repugnare dependere ad perſonam diuinam, immo quæcunque entitas poſitiua in tali natura eſt in potentia obedientiali ad dependendum ad ipſam, & per conſequens illa negatio non conſtituit perſonam creatam.

*a.l. ſurſū entatē.

¶Tertia etiam negatio non ſufficit, quia illam habet natura aſſumpta, ipſa enim cū ſit eiuſdem rationis cum mea natura habet aptitudinem eiuſdem rationis, & ita habet aptitudinē ad ſubſiſtendum in ſe, & non habet aptitudinem ad dependēdum ad perſonam extrinſecam, nec eſt inconueniens poſſibilitatem eſſe ſine aptitudine, quia ad formas ſupernaturales, & ſi ſit potentia aliqua in ſuſceptiuo, non tamen proprie aptitudo, quia illa non eſt proprie niſi ad formam naturaliter perfectiuam. ¶Ad perſonalitatem igitur propriam, ſiue creatam oportet concurrere duas negationes, primam, & tertiam. ita ꝙ tertia eſt quaſi habitualis neceſſario conueniens naturæ cui conuenit, ſiue ſit perſonata in ſe, ſiue in pſona aliena: ſed alia negatio. ſ. actualis dependentiæ ſuperueniens iſti negationi cōplet perſonalitatem propriam. ¶Ad illa igitur, quæ probant ꝙ perſonalitas propria eſt formaliter per aliquid poſitiuum, ad omnia ſimul, eſt vna reſponſio ꝙ nulli ſimplr repugnat eſſe communicabile, nec tanquā communicabile depēdere, niſi ibi ſit ſimpliciter proprium aliquod poſitiuum, quod ſit ratio repugnantiæ communicabilitatis, & dependentiæ. Tamen cōicari, & dependere pōt ſ᷒m quid repugnare alicui per ſolam negationem, quia dum negatio illa ineſt, affirmatio non poteſt ineſſe, ſed nō propter hoc eſt ſimpliciter impoſſibile affirmationem ineſſe, niſi illud cui talis negatio ineſt eſſet neceſſaria ratio quod talis negatio conſequeretur, & tunc negatio eſſet ſim-

ſimpliciter ꝓpria, aliàs nō eſſet niſi ſecundum quid propria. Simili enim modo propria eſt alicui negatio, ſicut ipſi repugnat oppoſita affirmatio. Sola perſona diuina habet incommunicabilitatem primo modo, quia entitatem aliquam intrinſecā ſimpliciter propriam, per quā ſibi repugnat poſſe communicari. Natura autem creata, licet in ſe ſubſiſtat, non tamen aliquid habet intrinſecum per quod impoſſibile ſit eandem dependere, & ideo ſola perſona diuina habet propriam perſonalitatem completam, natura vero creata perſonata in ſe non habet, quia non habet repugnantiā ad poſſe dependere, ſed tm̄ ad actu dependere, & hoc ſecundū quid ſ.dum ſibi ineſt negatio dependentiæ actualis. ¶ Ad formā igit̄ primæ rationis dico, ꝙ incommunicabile ſimpliciter quod.ſ. importat repugnantiam ad poſſe dependere, non conuenit primo negationi, ſiue alicui ratione negationis, nec talis incommunicabilitas eſt in creatura etiam in ſe perſonata, ſed tantū incommunicabilitas ſm̄ quid ſ.repugnantia ad communicari, & hoc ſtante illa negatione dependentiæ actualis: iſta autē incommunicabilitas ſm̄ quid non requirit entitatem poſitiuam ſimpliciter incommunicabilem, ſed tm̄ entitatem poſitiuam receptiuam negationis dependentiæ actualis, ſed incommunicabilitas ſimpliciter ſi alicui negationi conueniat hoc non eſt, niſi quia illa conſequitur entitatem poſitiuam ſimpliciter incommunicabilem.

¶ Per idem ad aliam maiorem de dependentia concedo, ꝙ ſi alicui repugnat poſſe depēdere. hoc eſt propter aliquā perfectionem, vel rationem poſitiuam, ſed illa repugnantia non eſt in creatura, ſed ſola negatio dependētiæ actualis. Exemplū, accidenti ſeparato non ſimpliciter repugnat inhærere, vel poſſe inhęrere, ſed ſecundum quid dici poſſet ei repugnare inhærere, pro quanto ꝙ ſtante illa ſeparatione non poteſt ſimul ſtare cum hoc, quod inhæreret.

¶ Conſimiliter ad illud de proprio dico, quod incommunicabilitas ſimpliciter eſt ſimpliciter propria illi cui conuenit, ſic incommunicabilitas. incōicabilitas autem ſecundū quid non eſt ei propria, ſed tm̄ ſic, ꝙ ſoli illi conuenit.

DE SECVNDO igitur in tertio articulo principali vr̄, ꝙ naturæ humanæ repugnat dependere ad perſonam alienam, vt ſubſtentantem ipſam. ¶ Primo, quia eſt natura ſubſtantialis. ¶ Secundo, quia non poteſt habere aliquid intrinſecum, qđ ſit ſibi ratio taliter dependendi. ¶ Tertio, quia intrinſece, ſiue identice habet rationem non dependendi tali dependentia.

¶ Et primo ſic arguitur, natura ſubſtantialis non eſt nata dare ſuppoſito niſi eſſe ſimpliciter, & per conſequens non præſupponit eſſe ſimpliciter, natura autem dependens ad ſuppoſitum alienum præſupponit in eo eſſe ſimpliciter, quia eſſe naturę proprię, quæ prius conuenit ſibi, ꝗ iſta natura dependens ad ipſum. Antecedens probatur, natura ſubſtantialis eſt entitas ſimpliciter, ſicut accidentalis eſt entitas ſecundum quid, & qualis eſt aliqua entitas forma-

liter tale eſſe tribuit. ſicut igitur natura accidentalis tribuit tantum eſſe ſecundum quid, & ideo pręſupponit ens ſimpliciter, ita natura ſubſtantialis dat eſſe ſimpliciter, & ideo non præ ſupponit tale eſſe.

Eſt tamẽ t. in ordine. ¶ Ex ſecũdo arguitur ſic, omne dependens habet intrinſece aliquid quod eſt ſibi ratio depẽdendi. natura humana non hẽt, nec habere poteſt aliquid tale intrinſece, ꝙ ſit ſibi ratio dependendi tali dependentia. igitur & cætera.

¶ Maior patet inductiue, independentia cauſati ad cauſam in quocunque genere cauſæ. ¶ Et probatur ratione, quia niſi in iſto ſit aliqua ratio dependẽdi, quę non eſt in illo, nõ magis iſtud dependet, quam illud. Natura autem mea non de pendet a verbo tali dependentia. igitur nec illa aſſumpta magis dependet, niſi habeat aliquã rationem dependentiæ ſibi intrinſecam. probatio maioris. Non dependens non fit dependens, nec econuerſo, niſi ſit aliqua mutatio, mutatio autem habet pro per ſe termino, niſi aliquam formam abſolutam, ſi igitur natura ſit de nouo depẽdens aduenit ſibi aliqua forma abſoluta, quæ ſit ratio dependẽdi, & talem etiam amittit, vt terminum a quo mutationis, ſi fiat de dependente non dependens. probatio minoris. tum, q̃a natura illa poſſet deponi nullo abſoluto corrupto in ea, ſi autẽ haberet aliquod abſolutum quod eſſet ratio dependendi ſibi propria, oporteret illud corrumpi, quando ipſa fieret non dependens. tum quia naturæ eiuſdem rationis competit ſimilis ratio dependendi, & ad ſimilem terminum, vel eũdem terminum quando non eſt niſi vnicum natum terminare talẽ dependentiam. natura autem Chriſti & mea ſunt eiuſdem rationis, & meæ non competit aliquid, quod ſit ratio taliter dependendi ad verbum, quia tunc mea violenter ſubſiſteret in propria perſona. ¶ Et ex tertio arguitur ſic, propria perſonalitas quę poteſt competere huic naturæ humanæ eſt realiter eadem ſibi. igitur manente hac natura manet habens hanc perſonalitatem, ſed perſonalitas propria eſt ratio repugnantiæ ad ſic dependere, igitur &c. probatio antecedentis, quia certũ eſt quod huic naturæ humanæ ſingulari poteſt competere propria perſonalitas, illa autem nõ poteſt eſſe aliud ab ipſa, nec ei accidens, quia accidens non eſt ratio perſonandi ſubſtantiam, nec poteſt eſſe ſubſtantia alia ab hac natura, quia nec ſubſtantia compoſita, patet enim, quod vna ſubſtãtia compoſita nõ eſt ratio formalis perſonalitatis alteri ſubſtantiæ compoſitæ. nec poteſt eſſe alia ſubſtantia, ſicut pars, quia non maneret eadem natura compoſita, niſi maneret eadem vtraque pars ſubſtantialis. *Eſt t. in. m.*

POTEST DICI, ꝙ non eſt ponenda inter aliqua eſſe formalis repugnantia, niſi vel in rationibus eorum proprijs aliqua repugnantia includatur manifeſte, vel neceſſaria ratione probetur includi, vel ſequi. Sed neutro modo eſt de natura humana, & de dependentia ad perſonam alienam, igitur ponendũ eſt quod talis dependentia

tia non eſt ſimpliciter impoſſibilis, quantum eſt ex parte fundamenti.

¶ Maior probatur, quia quodlibet ponendum eſt poſſibile eſſe, cuius non patet ratio impoſſibilitatis. Conſimiliter quodlibet compoſſibile, vbi nō apparet ratio incompoſſibilitatis. ¶ Prima pars minoris declaratur ex rationibus iſtorum, de quibus eſt ſermo. ¶ Ratio autem naturæ humanæ magis patet. ratio autem illius dependētiæ, de qua loquimur poteſt circunloquendo, vel aliqualiter deſcribendo poni talis. dependentia eſt naturæ, vt communicabilis ad perſonam propriam, & alterius naturæ, vt terminantem eius dependentiam. hæc ratio exponatur. ¶ Primo illud quod dicitur, vt communicabilis, poteſt vno modo aliquid communicari alicui ſic, ꝙ illud ſit ipſum, quod cōmunicatur, ſicut vniuerſale communicatur ſingulari. Alio modo ſic, ꝙ illud cui communicatur ſit iſto nunquam formali principio eſſendi. Et hoc * dupliciter, vel vt * forma partialis, quæ communicatur materiæ informatæ, & per conſequenter * cōicatur compoſito conſtituto per ipſam, vel vt forma totalis, ſicut quiditas communicatur ſuppoſito, vt humanitas ſorti. In propoſito intelligitur cōicabile tertio modo. ſ. ꝙ ſic communicatū ſit forma totalis, quam habens dicat̃ ſm eam eſſe formaliter tale, ſed ꝓprium ſuppoſitum naturæ dicitur hoc modo tale ſm illā non propter dependentiam, ſed magis propter per ſe identitatem, ſed ad ſuppoſitum non proprium non poteſt eſſe per ſe identitas, ſed illud quod poteſt ibi eſſe, quaſi ſupplens vicem identitatis eſt perfecta dependentia naturæ & perfecta ſubſtentatio ex parte ſuppoſiti, ſiue terminatio dependentiæ. tale autem ſuppoſitum, quia eſt per ſe ſuppoſitum alterius naturæ, & illius naturæ dependentis non eſt per ſe ſuppoſitum, & ꝑ ſe eſt prius eo quod non eſt ꝑ ſe, ſequitur quod prius habeat naturam propriam, quam iſtam dependentem, quæ eſt ſibi tanquam natura aduentitia, vel natura ſecunda.

¶ Et quod naturæ humanæ non repugnet talis dependentia, qualis dicta eſt, poteſt ſic aliqualiter declarari, vt probatum eſt in ſecundo articulo, perſona diuina poteſt eſſe proprius terminus alicuius dependentię, non autem dependentiæ q̄ eſt cauſati ad cauſam, nec breuiter cuiuſcunque terminati ad aliquid ratione perfectionis formalis in ipſo. ſed tantum illius quæ eſt naturę vt communicabilis ad incommunicabile ſuſtētans ipſam, igitur talis dependētia eſt poſſibilis in aliqua natura. quia non poteſt eſſe poſſibilitas terminandi dependentiā, niſi in aliquo ſit poſſibilitas dependendi, ſed hoc non magis repugnat naturę humanę, quā alteri.

¶ Prӕterea. ſecundo, quia accidens dependet tali dependentia ad ſuppoſitum ſubſtantiæ, cui inhæret, nunc autem licet ibi coniungatur dependere, & inheret, tamen prior videtur eſſe ratio dependentię, quam inherentię, ſicut in termino videtur eſſe prior ratio prioritatis eſſentialis, ꝑꝑ quam terminat depen-

Margin notes: lo 1. 7. co. 1 2. 1. co. 1 forma liter. — 1. & 4. phy.

dependentiam, quam informabilis, vel ſuſceptiui ſecundum quam terminat inhærentiam. Si igitur intelligatur alicui conuenire dependentia naturæ vt communicabilis, & hoc ſine inhærentia, non videtur contradictio, ſed talis eſt illa quæ ponitur in propoſito. ¶ Confirmatur, quia ſecundum philoſo. 5. meta. quale vno modo dicitur differentia ſubſtãtiæ. igitur modus qualitatis non repugnat ſubſtantiæ. ¶ Tertio declaratur ſic, accidens poteſt habere modum ſubſtantiæ, licet non perfecte. ſ. quod ſibi repugnet dependere ad ſubiectum, tamen aliqualiter ſimilem. ſ. in non depẽdendo actualiter, ſicut apparet in accidente ſeparato: pari ratione igitur videtur quod ſubſtantia poteſt habere modum accidentis, licet non perfecte. ſ. dependendo, & inhærendo ſubiecto, tamen modum aliqualiter ſimilem. ſ. in dependendo actualiter ad ſuppoſitum alienum.

AD ILLA autem, quæ ad ducta ſunt in contrariũ. Ad primum cõcedo, quod natura ſubſtantialis eſt eſſe ſubſtantiale, ſed non oportet quod ſit primum eſſe ſuppoſiti habẽtis eſſe per ipſam, niſi qñ illud eſt eius per ſe ſuppoſitum, qñ autẽ eſt eius ſuppoſitum non per ſe, ſed per ſe alterius naturæ, tunc per illam alteram prius habet eſſe. ¶ Et cum accipitur illud quod dat eſſe, ſimpliciter, non prçſupponit eſſe ſimpliciter in eodẽ. ¶ Reſpondeo aliquod eſſe in ſe eſt eſſe ſimpliciter, & tamẽ ſuppoſito non proprio non dat eſſe ſimpliciter omni modo. ¶ Ad ſecundum, aliquid poteſt eſſe rõ dependentiæ dupliciter. ¶ Vno modo ſic, quod ipſum neceſſario conſequatur, vel concomitetur dependentia actualis. ¶ Alio modo, quod licet ipſum neceſſario concomitetur aptitudo ad dependendum, non tamẽ neceſſario depẽdẽtia actualis, ſed ipſum quantum eſt ex natura ſua dependeret, & quando eſt actualis dependentia cõuenit ſecundum ipſum, vt proximum fundamentum. ¶ Primo modo eſt dependentia creaturæ ad Deũ, quia neceſſario fundamentum dependentiæ ¶ Secundo modo eſt dependentia cauſati ad cauſam ſecundã, ſine qua poſſet ipſum immediate cãri a prima, & ita poſſet ab illa ſecunda non dependere actualiter, licet ſemper haberet aptitudinem ad dependendum. Maior igitur rationis vera eſt intelligendo de ratione dependẽdi non pręciſe primo modo, ſed indifferenter primo modo, vel ſecundo, nihil plus concludit probatio prima maioris inducendo de dependentijs cauſati ad cãm. ¶ Secunda vero probatio probat, ꝙ dependens habet aliquam rõnem dependendi, quã non hẽt independens, quod neceſſarium eſt intelligendo per rationem dependentiæ rationẽ formalem dependendi. quę eſt ipſa dependentia, quia ſine illa non poſſet aliquid dependere, ſed intelligendo rationem fundamentalem dependentiæ ſecundum quam ineſt dependentia, ſicut ſecundum albedinem ſimilitudo, non oportet ꝙ illa ratio ſit magis in dependente, quam in illo quod non depẽdet actu, eſt tamen æque aptum ad depẽdẽdum. ¶ Exemplum, acci-

accidens, quando eſt in ſubiecto non magis habet talem rationē dependendi, quam qñ ipſum eſt ſeparatum, quia ipſamet natura eſt iſto modo ꝓxima rō dependēdi, nec oportet ad hoc, ꝙ actu dependeat ſuperaddi actu talis ratio dependē di, ſed ſola rō formalis. i. actualis dependentia.

¶ Conſimiliter hic de natura aſſumpta, & non aſſumpta. ¶ Tertia autē probatio videtur plus ꝓbare. ſ. ꝙ actu dependens habeat ſemper rationem dependendi fundamētalem, & hoc aliquam entitatem abſolutam. ¶ Ad * illam igitur propoſitionem, cui illa probatio innititur. ſ. ꝙ omnis mutatio habet pro per ſe termino formam abſolutam. Reſpondetur per interemptionem, immo motus eſt ſecūdum vbi, & ad vbi, nec tamē vbi dicit aliquam formam abſolutam. Qualiter autem nō ſit hoc contra philoſophum. 5. Phy. & 7. dictū eſt ſupra in quadam quæſtione de corpore, & vbi &c.

¶ Minor principalis rationis nō eſt vera eo modo, quo maior eſt vera, ſcilicet intelligendo indifferenter de ratione formali dependendi, vel fundamentali, & hoc neceſſario fundante actualiter, vel ſaltem aptitudinaliter, habet enim natura aſſumpta rationem formalem dependendi, ſcilicet ipſam dependentiam, & rationem fundamentalem, immo ipſa eſt proxima ratio fundamentalis dependentiæ, licet non neceſſario conſequatur ipſam talis dependentia actu, ſed aptitudine, nec plus probat prima probatio, quia ſi natura deponeretur, nullum abſolutū in ea corrumperetur, & ita non habuit aliquod abſolutū quod eſſet neceſſaria ratio actu depēdendi, ſed abſolutum ſui proximum ſuſceptiuum dependentiæ, & ſine illa manere poteſt, ſicut ſine reſpectu non neceſſario conſequente poteſt manere fundamentum abſolutum. ¶ Ad aliam probationem dico, ꝙ licet naturæ eiuſdem rationis habeant aptitudinem ſimilem ad dependendum, tamen non oportet, ꝙ ſi vna actu dependeat, ꝙ ſimiliter & altera, patet de accidente coniuncto, & ſeparato, natura autem mea & ſi nō actualiter dependeat ad verbū dependentia prędicta, ſcilicet ad ſuppoſitum hypoſtatice ſuſtentans, tamen habet aptitudinem, ſicut natura illa aſſumpta habet aptitudinem.

AD ARGVMENTVM principale dico, ꝙ licet non omnis dependentia ſufficiat ad verificandum prædicationem dependentis de illo a quo dependet, tamen illa quæ eſt naturæ vt communicabilis ad ſuppoſitum, vt hypoſtatice ſuſtentans eam, ſufficit ad verificandum prædicationem naturæ ſic dependētis de ſuppoſito ad quod dependet. patet de accidente ſic dependente ad ſuppoſitū ſubſtantiæ, de quo etiam prædicatur, & ſicut prædicatio accidentis de ſubiecto licet ſit vera, non tamen eſt per ſe, ſicut eēt naturę de proprio ſuppoſito, ita in propoſito non eſt prædicatio per ſe naturæ humanæ de ipſo verbo.

QVÆ-

QVÆSTIO. XX.

Vtrum ſacerdos obligatus ad dicendum miſſam pro vno, obligatus etiam ad dicendum miſſam pro alio, ſufficienter ſoluat debitum, dicendo vnam miſſam pro ambobus.

VTRVM ſacerdos obligatur ad dicendum miſſam pro vno, obligatus etiã ad dicendum miſſam pro alio, ſufficienter ſoluat debitum, dicendo vnam miſſam pro ambobus. ¶ Arguitur quòd non, quia qui tenetur ad maius bonum, non ſatisfacit ſoluẽdo minus bonũ. ſic eſt in propoſito, quia duę miſſę ſunt magis bonum quàm vna. vna etiam miſſa pro iſto eſt maius bonum ſibi ſi dicatur pro illo, quàm ſi dicatur ſimul pro illo & alio. ¶ Contra. qui plus ſoluit, quàm illud ſit propter quod obligatur, videtur abundanter ſatisfacere, ſed vna miſſa eſt maius bonum, quàm ſint illa pro quibus obligatur duobus, quia bonum miſſę eſt ex virtute ſacrificij, ſacrificium autem eſt infinitum, & infinitis ſufficiens. Chriſtus enim qui offertur in illo ſacrificio ſufficiens fuit, quando offerebatur in cruce ad ſatiſfaciendum pro peccatis infinitis. ergo &c.

HIC PRÆMITTENDVM eſt vnum, hoc ſcilicet, quod probabile videtur, quòd miſſa non ſolnm valet virtute meriti, ſiue operis operantis, ſed etiam virtute ſacrificij, & operis operati. ¶ Vel non ſolum valet virtute meriti perſonalis ſacerdotis offerentis, ſed etiam virtute meriti generalis eccleſię, in cuius perſona per miniſtrum communem offertur ſacrificium, alioquin miſſa mali ſacerdotis, qui in illo actu non meretur perſonaliter, ſed demeretur, nulli valeret in eccleſia, quod reputatur communiter inconueniens, & rationabiliter. iuxta illud Io. 6. Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. quandocunque enim Chriſtus, vt ſummus ſacerdos offert, panis quem dat. i. caro eius, eſt mundi vita.

¶ Ex hoc ſequitur, quòd ad ſolutionem huius quęſtionis tria ſunt videnda. ¶ Primo ſi miſſa dicta pro duobus tantum valet iſti, ſicut ſi pro eo ſolo diceretur, & hoc merito perſonali celebrantis. ¶ Secundo, ſi tantum valet merito generalis eccleſię offerentis. ¶ Tertio, ſi iſte ſimpliciter ſoluit debitum vtrique cui obligatur.

DE PRIMO eſt ſciendũ, quod inter opera meritoria oratio habet magis rationem meriti applicabilis alteri, quia ipſa de ratione ſui eſt placatiua Dei, & reconciliatiua rei Deo, & hoc illius pro quo per ipſum orantem ſpecialiter offertur. ¶ Poteſt autem meritum, vel ſpecialiter oratio in triplici gradu intelligi valere alicui, ſiue pro aliquo. ¶ Vno modo ſpecialiſſime, & ſic ſemper valet oranti, quando eſt in gratia. ipſe enim habet motum animi bonum, & elicit opus bonum. Iſte motus, & illud opus non ſic ſunt alterius, pro quo orat, ſicut orantis. Nec poteſt iſte ordinata voluntate ſic illud alteri dare, quod non ſit ſuum meritum, quia magis tenetur ex charitate diligere ſeipſum, quàm alium, immo forte

Qu... Bon. ii diſt. 1 partis ii. 1 q.

forte non poſſet dare alteri ſic, quin iſtud eſſet peccatū. ¶ Alio modo generaliſſime, & ſic valet toti eccleſiæ:nec enim debet orans aliquem de eccleſia excludere,ſed ex intentione habituali omnes includere. ¶Tertio modo, ſcilicet modo medio valet illi, cui per orantem ſpecialiter applicatur. non enim valet ei ſpecialiſſime.patet ex 1.membro, ſed nec præciſe valet ſibi generaliſſime,ſicut cuicunque, tunc enim fruſtra in eccleſia eſſent ſpeciales orationes aſſignatæ,aliæ pro viuis,aliæ autem pro mortuis : & iterū pro viuis alijs & alijs, puta benefactoribus, & amicis,& alijs,vt patet in orationibus in miſſali Romano,pro diuerſis aſſignatis perſonis, & ſtatibus,vel congregationibus. Fruſtra inquam eſſent iſtę ſpecialiter aſſignatæ, quia non plus valerent illis, quàm generaliter cuicunque in eccleſia.

¶ Habet ergo articulus iſte difficultatem ſpecialiter intelligendo hoc tertio modo. ¶Et poteſt dici, quòd vna miſſa dicta pro duobus non tantum valet hoc modo iſti,quantum valeret, ſi pro eo ſolo diceretur.

¶ Quod oſtendi poteſt ſic. merito ſnito ſecundum plenam iuſtitiam adæquate correſpondet aliquod præmium determinatum ad certum gradum , præter autem bonum, quod debetur eccleſiæ generaliter,& præter bonum quod debetur iſti oranti ſpecialiſſime (quæ duo ſemper includuntur in præmio debito orationi) accipio illud bonum, quod vitute meriti ipſius orantis debetur medio modo ei pro quo ſpecialiter oratur, illud eſt determinatum ad certum gradum.virtute igitur iſtius meriti non debetur alicui iſto modo medio aliquod bonum, quod non includitur in iſto bono determinato. ſi ergo totum illud bonum detur iſti, tanquàm præmium modo medio debitum orationi. nullum bonum debitum orationi iſti dabitur alteri, & per conſequens ſi virtute iſtius meriti datur aliquod bonum illi, vt debitum iſti orationi modo medio, ſequitur quòd non totum bonū ſic debitum datur iſti. ergo &c.

¶ Confirmatur, quia æquali merito præciſe debetur æquale bonum, ſiue præmium, & hoc in quocunque modo debiti, ſcilicet generaliter ſpecialiſſime,& medio modo. Nunc autem ex æquali deuotione celebrans habet opus æque meritorium loquendo de merito perſonali, contingit autem quòd æque deuote celebret quando celebrat pro iſto ſpecialiter, ſicut quando ſpecialiter celebrat pro vtroque ſimul. ergo virtute eius meriti debetur præciſe æquale bonum merito huius miſſæ dictæ pro vno, & merito illius dictæ pro duobus. ergo ſi quando dicitur pro duobus debetur iſti totum illud bonum æquale, ſequitur, quod virtute illius meriti, nihil debetur alteri. quia bonum quod daretur illi alteri,non includitur in bono,quod correſpondet adæquate iſti merito. ¶ Diceretur ad maiorem, quod merito æquali tam ſecundum intenſionem,quā ſecundum exteſionē debet bonū æquale vtroque mō, nunc autē qn̄ quis ſimul pro duobus orat, li-

Prepoſitinus cuius opi.,p lixius ponitur in 4. Petri de T. ran.

licet ſit meritum æquale ſecundum intenſionem, ſicut quando orat pro vno, tamen eſt maius ſecundum extenſionē, quia pluribus applicatur.& ideo debetur bonum æque intenſiue, ſed maius extenſiue, quia vtrique. ¶ Similiter reſpondetur ad primam maiorem, ꝙ merito certi gradus correſpondet bonum determinatum ad certum gradum.verum eſt vniformiter accipiendo vtrobique.i.ſecundū intenſionem,vel vtrobique ſecū dum extenſionem.ſed licet meritum ad plures extendatur, & per conſequens præmium pluribus debeatur,non tamen oportet ꝙ intenſiue minuatur, licet pluribus communicetur. ¶Hoc declaratur primo ſic.bonum ſpirituale proportionatur ſpiritui, & ſpiritus eſt vbique totus,& nō per partes communicatur. ergo bonum ſpirituale communicatur ſine diuiſione, & ita non diminuitur, licet pluribus communicetur. ¶Hoc etiam oſtenditur exemplo, vbi tamen minus apparet,quàm in propoſito. Aliqua quidem corporalia,de quibus minus videtur,quàm de ſpiritualibus,non minus tamen cōmunicantur,& ſi pluribus communicentur.patet de lumine candelæ ſimiliter illuminantis plura illuminabilia, & æqualiter,ſicut illuminaret quodlibet iſtorum per ſe.patet etiam in voce,quæ æqualiter ſimul immutat auditum quemcunque multorum audientium,ſicut immutaret vnum illorum ſolum. ¶Cōfirmatur tertio reſpōſio per auctoritatem,quæ habetur de conſe.diſtin.5. non mediocriter, & quotatur ibi.Hierony. vbi inter alia ſic habetur.Cum pro * centum animabus pſalmus,vel miſſa dicitur.nihil minus, quàm ſi pro vna qualibet ipſarum diceretur,accipitur. ¶ Poteſt dici, ꝙ iſta non impediunt rōnes prius poſitas, quia vtraque * minor iſtarum rationum eſt vera ſimpliciter,tam ſecundum extenſionem,quàm ſecundum intenſionē,ita ꝙ pro æquali merito non debetur ſecundum ſtrictam iuſtitiam bonum numeroſius, ſicut nec bonum intenſius, quia plura bona æqualia æquiualent vni bono maiori intenſiue, & hoc in omni retributione iuſta, & commutatione. Si ergo merito æquali non debetur maius bonum ſecundum intenſionē, nec per conſequens plura bona æqualia ſecundum extenſionē, quia ſicut iſta,ſi facerent vnum, facerēt vnū maius altero illorū, ita ſunt maioris valoris ſm iuſtitiam,quàm alterū illorū. ¶ Hoc confirmatur,quia alioquin qui vellet orare pro omnibus animabus in purgatorio, intendens ꝙ ſingulis valeret, modo medio æque valeret cuilibet, ſicut ſi oraret pro vna, & tunc ſecundū ordinatam charitatem deberet quilibet orare pro quocunque, quia deberet impetrare bonum pluribus, dum tamen hoc poſſet per eundem actum ſine diminutione boni alicuius eorū. ¶Dices, ꝙ per modum ſatisfactionis non tātum valet pro pluribus,ſicut pro vno, quia pœna debita non relaxatur, niſi aliqd æquiualens ſoluatur. ¶ Contra. tunc aliquis poſſet impetrare primam gratiam peccatoribus quotcunque,ſicut vni, quia hic non requiritur pœnæ ſolutio, ſed Dei placatio, & impetratio boni ab ipſo. ¶Item,ſicut plures

pœnę

a. l. punctis.

a. ter.

pœnę ęquiualent vni maiori pę nę,& non relaxantur niſi p opus ſatisfactorium maius, vel per plura opera ſatisfactoria: ſic videtur de pluribus bonis impetrandis,ꝙ æquiualent vni maiori.& ideo non niſi per plura bona vel vnum maius bonum impetrantur.Quare etiam nō ſufficit ad deletionem mali aliquid,ſicut ſufficit ad impetrandum bonum, immo ſecundum videtur maius. ❡ Confirmatur etiam propoſitum ſecundo, qa in amicitia humana dilectus per ſupplicationem ſuam meretur maius bonum vni,quàm ſi ſupplicaret pro multis, nam p vno exaudiretur, vt tantum bonum impetret ei.qui ſi pro multis peteret,vel non pro omnibus exaudiretur,vel non tantum bonum impetraret.& iſtud eſt ſecundū iuſtam legem amicitiæ. Confirmatur tertio,quia voluntas non videtur efficacior, vt eſt cauſa meritoria,quàm vt eſt cauſa elicitiua,vel imperatiua,immo minus efficax;quia vt meritoria eſt tantum cauſa diſpoſitiua habilitans,& diſponens ad actionem principalis agentis, vt autem eſt elicitiua,vel imperatiua eſt cauſa principalis.ſed voluntas vt eſt cauſa elicitiua, vel imperatiua non æqualem effectum cauſat ſimul in quolibet multorum ſicut in vno ſolo cauſaret. neque enim ſimul intenſa eſt amicitia ad quotcunque ſicut eſſet ad * vnum 8.Ethyco. nec voluntas æque perfecte intenſe imperat plures operationes potentiarū inferiorum,ſicut vnam, minuitur enim intentio volūtatis plures actus inferiores imperātis. ❡Conſimiliter videtur, ꝙ voluntas minus bonum intenſiue mereatur, quando pluribus meretur. ❡Et ſi dicas, hoc verum eſt quando deuotio minuitur ex diſtractione circa plures. ſed ſi deuotio ſit æqualis non oportet, ꝙ minus bonum mereatur multis,quàm vni. ❡Cōtra. diſtractio non neceſſario cōcurrit ex hoc, ꝙ pro pluribus celebratur,quia non oportet celebrantē pro multis tunc de eis actu cogitare.ſed ſufficit ꝙ ante recollegerit iſtos pro quibus intendit ſpecialiter orare,& intentionem ſuam talē Deo obtulerit. ex tunc enim ſi tantum in communi eorum memoriam habeat,hoc ſufficit, qa Deus oblationem,& deuotionē ſuam pro illis acceptat,pro quibus ordinauit prius ſe velle offerre.& in iſto caſu verum eſt,ꝙ propter multitudinem attentio actualis ad ſingulos minuitur, quia non eſt ad eos, niſi in communi, ſed deuotionem quę eſt motus mentis in Deum non oportet minui. Exemplum,non minus deuote celebrat quis de omnibus ſanctis, quàm de vno ſancto,quia ſi minus diſtincte attendat ad quemlibet, tamen attentio ad totam cōmunitatē ſufficit ad deuotionem,non tamen æqualem,ſed maiorē, quā ſufficeret attentio ad vnum eorum, niſi forte ad illud in quo eminenter eſt illud,quod eſt materia deuotionis ad omnes, qui eſt ſolus trinus, ſic quando oratur pro multitudine, ſiue communitate indigente,vt impetretur ſibi bonum quo indiget,maior compaſſio poteſt haberi, & ita maius deſiderium impetrandi illud,quo indiget, quam ſi p vno indigente oraretur,& ita nō minuitur ibi deuoto, licet minuatur attentio actualis, & diſtin-

ſtincta. non ergo minus bonum tunc impetrat ſingulis propter diminutionem deuotionis. ſed propter hæc ſolum, ꝙ merito ſuo correſpondet aliquod bonum certum. & hoc in quocunque eodem gradu. ſ. credēdum illi, cui valet ſpecialiſſime, vel illis quibus valet generaliſſime, etiam illi, vel illis quibus valet medio modo, & per conſequēs in iſto tertio gradu in quo loquimur, ſi eſt minor intenſio, eſt minor intenſio vnicuique. ¶ Ad illa in contrarium. Ad primum de ſpiritu dico ꝙ ſpiritus & ſi extenſiue non diuidatur, tamen numeraliter ſpiritus a ſpiritu diſtinguitur. ſunt enim ſingulorū corporum animatorum ſingulę animæ, & illæ habent bonitatem naturalem magis extenſiue, quā vna ex eis, immo æquiualentem bonitati magis intenſe ſecundū illud. 7. trini. 6 vel. 24. plus aliquid ſunt duo homines, quàm vnus homo. Et per hoc diſtinguit pluralitas in diuinis a pluralitate in creatura, quia plus aliquid ſunt hic duo, quam vnum. non ſic ibi. vnde ſubdit. non maior eſt pater & filius ſimul, quā ſolus pater, bonitates etiam plures ſpirituum ſunt maioris valoris, & ideo requirunt plura bona, vel vnum maius bonum propter quod retribuātur. nō enim qui orando meretur viuificare vnum mortuum, eadem ratione æquæ meretur viuificationem quorumcunque mortuorum. Ita dico, quod bonum ſpirituale communicatur ſine diuiſione quantitatiua. ſecundum extenſionem tamen communicatur cum diſtinctione. ſ. aliud alteri. & ita requirit diſtinctū meritum, propter quod reddatur, & hoc dico æquale intenſiue. ¶ Contra. ſaltem bonum ſpirituale non communicatur ꝑ partes. ergo ſi virtute huius miſſæ debetur bonum vtrique tanquā vnum totale præmium. illud nō reddetur per partes ſic. ſ. ꝙ pars dabitur vni, & pars alteri. ¶ Confirmatur, quia qui ſpiritum recipit, totum ſpiritum recipit. ergo ſimiliter qui aliquod bonū ſpirituale recipit, recipit ipſum totum. ¶ Reſponſio Auguſtini. 6. de trini. 8. In his quæ non mole magna ſunt, idem eſt maius eſſe, quod melius. duo vero bona æqualia ſunt meliora altero. ergo in eis eſt maior bonitas, maius autem licet non poſſit actu diuidi. tamen habet plura parua ſibi æqualia, ſicut licet cœlum non poſſet actu diuidi, tamen toti æquantur plura parua, quā medietati, & in illis paruis eſt diſtinctio. & pro illo vno magno licet in ſe indiuiſibili, tamen diuiſibili, vel magis diſtinguibili in æquiualentia. poſſent illa multa reddi. ſic hic tanto merito debetur adæquate tantum bonum, illud in ſe diuidi non poteſt. ſed tamen illi ęquiualere poſſunt multa bona minora. & ita ipsū poteſt diuidi in valore dum pro ipſo diuerſa bona minora diſtincte reddantur. non ergo illud bonum ſpirituale realiter ꝑ partes datur. ſed datur in multis bonis minoribus, quæ reſpectu illius boni habent partialem valorem. ¶ Ad confirmationem. ſi poſſibile eſſet eundem ſpiritum diſtribui multis in valore, ſicut hic eſt poſſibile de bono reddēdo virtutis orationis, vnicuique minus bonum daretur, & forte etiam realiter ſpiritus minus communicaretur, ſi tranſcenderet

ret ſuum ſuſceptiuum proportionatum, ſicut forte anima nõ æque viuificaret corpus quantumcunque creſceret. ſed paſſo proportionato æque commu nicatur in propoſito receptiuũ proportionatum bono illi, quod eſt reddendum pro merito eſt vna perſona, & quod datur illi datur non per partes. ¶ Contra exempla iſta prius poſita, inſtatur per alia exempla, quia nõ æque poſſum portare duo ęqua lia, ſicut vnum. ¶ Dicatur, quod in mouendo localiter non ęque poteſt agens in plura & pauciora, tamen in alterando poteſt, & hoc quando illa plura ſunt agen ti æque approximata. ¶ Dico, quòd aliqui motus ſunt tales, quibus neceſſario totum ſimul ſecundum omnes ſui partes mo uetur, hoc eſt nõ prius vna pars, quàm alia, ſicut eſt motus localis. & de hoc intelligitur. 5. Met. continuum eſt illud, cuius motus vnus ſecundum ſe. vnus autem cuius indiuiſibilis. indiuiſibilis autem ſecundum tẽpus. ſi enim moueretur vna pars cõ tinui, alia non mota, ſolueretur continuitas. ¶ Alius eſt mo tus quo non eſt neceſſario totũ ſecundum omnes partes ſimul moueri, vt eſt alteratio. Mobile etiam, aut intelligitur illud quod eſt adæquatum virtuti mo uentis, vel agentis. ita ſcilicet ꝙ non poſſet ſimul mouere maius, aut aliquod mobile minus tali adæquato. Eſt ergo aliqua differentia inter motum localem, & alius motus, quia ſemper totum continuum ſecundum ſe totum eſt mobile adæquatum mouenti, ita quòd non aliqua pars eius ſine alia eſt mo bile adæquatum. In motu autem alterationis aliqua pars ipſius mobilis poteſt eſſe mobile adæquatum mouenti tantæ virtutis, ſic quod ſimul non mouebitur, niſi tanta pars. Sed vtrobique immo in motu generaliter, verum eſt, quod ab iſto mouente nihil ſimul mouetur niſi ſuum mobile adęquatum, vel quod includitur in illo. & dico incluſum in illo realiter, ſicut aliquid eius vel æquiualẽter ſicut minus, quod etiam non eſt pars maioris poteſt dici includi in eo, & ſic illud quod poteſt ſimul mouere illud mobile, tanquam adæquatum. non poteſt ſimul aliud mobile maius mouere, nec etiam cum iſto aliquod aliud. poteſt tamẽ ſimul mouere duo mobilia, quæ ſimul iuncta non excederent mobile adæquatũ, & de talibus verum eſt, ꝙ non minus mouet plura, quàm pauciora, quia non minus mouet mobile ſibi ſimpliciter adæqua tum, quàm mobile minus ipſo, quia tunc illud non eſſet omnino adæquatum, intelligo adęquatum, non ſic ꝙ mouens ſecundum totum conatũ ſui poſſit illud mouere, ſed ſic, ꝙ cum quantocunque modico conatu poteſt ipſum mouere. tale mobile omnino ſubiaceret tali mo uenti, & mobile omnino ſubiacere mouenti poteſt dici ipſum mobile omnino adæquari paſſiue ipſi agenti. *Taliter cęlũ ſm philoſophũ eſt mobile adæquatũ intelligentię, quæ & ſi nõ poſſit mouere maius, tñ poſſet minus. ¶ Ad exẽpla illa dico, ꝙ paſſi proportionati agẽti põt qli bet pars æque perfici, ita ſaltẽ, ꝙ vna non minus perficit, ſi alia perficiatur, quàm ſi ſine illa per-

a. l. aliter. *2. ce. t. c. 71. & ali bi.*

ficeretur, quia enim totum eſt primo proportionatum agenti, ideo pluralitas partium, quæ includuntur in iſto toto nõ impedit perfectionem actionis in omnes, ſicut nec in totum includẽs eas, ſed ſi vno paſſo proportionato adderetur aliud paſſum, illud non oporteret æque perfici ab agente, ſicut ſi ſolum reciperet actionem agentis. hoc patet in illis exemplis, lux enim, & ſonus & ſimilia, quantum eſt de ſe multiplicant ſe ſphæricæ. paſſum ergo proportionatum tali agenti, quantumcunque ſit paruum, cum tamen ſit ſphæricum includit partes, & illæ quæ ſunt partes eiuſdem ſphære circunſtantis lumen æque illuminabũtur. hoc eſt tantũ illuminabitur medium ſm vnam diametrum eiuſdem ſphære circa candelam, ſicut ſm aliã, ſed ſi * accipiatur alia ſphæra remotior a candela ambiens primam ſphæ rem acceptam circa candelam, illa non æque illuminabitur ſicut prima. quod ergo dicitur ꝙ æque illuminantur plura illuminabilia, ſicut vnum, verum eſt, quando illa plura ſunt partes eiuſdem illuminabilis adæquati, puta quando ſunt contenta in eadem ſphæra ſiue intra eandem ſphæram reſpectu illuminantis, vt centri, accipiendam. In propoſito autem duo illi ꝓ quibus oratur, non ſunt per ſe partes vnius, quod ſit ſuſceptiuum adæquatum boni reddendi, virtute orationis, ſed vtrunque per ſe eſt ſuſceptiuum adæquatum ¶ Contra, ꝙ ſecũda ſphæra minus illuminatur, quam prima, hoc eſt, quia ſecunda eſt remotior a luce. non autem, quia ſimul cum ſecunda alia. ſ. prima illuminatur, immo * ſecunda nullum lumen reciperet, niſi prima ſimul illuminaretur. ergo non minus recipit hoc vnũ paſſum, q̃ aliud ſimul recipit, ſed quia ipſum eſt remotius ab agẽte. In propoſito non eſt talis remotio, ſed tantum diſtinctio recipientium. ¶ Reſpõdeo, duo mobilia poſſe æque approximari eidem mouẽti neceſſario cõcludit illa mobilia partialia eſſe contenta, ſcilicet realiter vel æquiualenter in vno mobili adæquato, quod ſemper eſt imaginari ſphęricũ circa cẽtrũ ipſius agentis, & quæ etiam ſunt in eadem ſphæra hoc eſt intra diſtantiam eiuſdem axis, illa æque mouentur, & alia non ęque cum illis.

B. Pro hoc imagineris plures ſphæras, quarũ una contineat aliã, & in centro minoris ſit cãdela accenſa infixa, tunc ſphæra ꝓ pinquior candelæ ſecundũ as partes æqualiter illuminabitur, niſi ſit obex, ſi vt ſphæra remotior, uerũ ſi cõparetur pro pinquior remotiori, ꝓpinqor intenſius illuminabitur.

¶ Ad auctoritatem Hieronymi glo. ponit ibi duplicem reſponſionem. vna eſt referẽs hęc ad ipſum celebrantem, vt ſit ſenſus. nihil minus accipitur, ſupple, pro ipſo celebrante, quia ſiue pro vno, ſiue pro multis dicatur, ſemper valet ſpecialiſſime celebranti. & æqualiter, q̃n eſt ęque diſpoſitus. & æque ordinate facit hoc, quod facit, hoc eſt æque celebratur pro multis, quando pro multis, & pro vno quando pro vno. ¶ Alia reſponſio gl. eſt ibi referens ad caſum, in quo loquitur, ꝙ ſ. non minus valet vna miſſa dicta pro centũ animabus cum cordis hilaritate, quàm ſi pro quolibet vno diceretur, cum anxietate. Præmittitur enim ibi ſic. Melior eſt. 5. Pſal. decãtatio cum cordis puritate, ac ſerenitate, & etiam ſpirituali hilaritate. quam totius pſalterij modulatio cum cordis anxietate, ac triſtitia. Et tunc ſubditur, illud quod adducendum

dum eſt, cũ ergo pro centũ &c. & hoc ſecundum fuit forte ſpecialiter ſm intentionem beati Hieronymi, volẽtis loqui ad cõſolationem manachorum. ꝙ ſi pro multis tenerentur orare, tñ non oportet tot pſalmos legere, quia vergeret in faſtidium, ſed melius ſatisfit illis, ſi pro eis dicãtur pauciores, & cum hilaritate. melius etiam valet dicenti, ſi poteſt ſtare cum obligatione eius.

DE SECVNDO articulo principali tria ſunt vidẽda. ¶ Primo, ſi in poteſtate ſacerdotis ſit applicare certę perſonę bonũ quod debetur eccleſię, vel alicui in eccleſia virtute ſacrificij. ¶ Secundo, ſi ſacerdos poteſt illud bonum applicare pro libito voluntatis ſuę. ¶ Tertio, ſi valet iſti ęque qñ applicatur ſibi, & aliis ſicut ſi ſibi ſoli applicaretur.

¶ De primo videtur ꝙ non, qa inſtrumentum non habet virtutem applicandi actionem, vel effectum actionis, agentis enim principalis eſt applicare virtutẽ, & actionem. Nunc autem ſacerdos quantum ad virtutem ſacrificij eſt mere inſtrumentum, quia organum inanimatum. licet enim ſit organum viuum quantum ad meritum perſonale in celebrando, quia ſic mereri eſt eius, inquantum in ſe viuit vita gratię. tamen quantum ad illud bonum, quod debetur virtute ſacrificij. eſt organum pręciſe ratione ordinis, & ęque prouenit effectus iſte virtute ſacrificij. etiam ſi miniſter in ſe non viuat vita gratię. ergo &c.

¶ Secundo ſic. bonum quod non debetur iſti non habet iſte ius alij aſſignandi, vel applicandi. ſed bonum quod debetur virtute ſacrificij, non debetur ſacerdoti, inquantum celebrans, ſed tantum ipſe eſt nuncius offerens petitionem eccleſiæ, & bonum quod virtute ſacrificij debetur non ſibi debetur, quia eadem eſſet virtus ſacrificij, ſi ipſe eſſet in mortali peccato. ¶ Dico tamen ꝙ in poteſtate ſacerdotis celebrantis eſt aliquo mõ applicare virtutem ſacrificij. qđ probatur duplici auctoritate Auguſtini in Ench. 89. vel. 77. 109.
Non eſt negandum defunctorũ animas pietate ſuorum viuentium releuari cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur, ergo offerens poteſt applicare illis ſacrificium, & illæ per hoc poterunt reuelari. ¶ Idem in ſermone de cathedra ſancti Petri. Oſtendam, inquit, qua ratione animas defunctorũ iuuare pñt, adhibeant pro eis ſanctorũ præces ſacerdotali eos proſecutione dño commendent. Iuuantur ergo animę per hoc, ꝙ ſacerdos ꝓ eis applicat virtutem ſacrificij.
¶ Ad hoc etiam eſt congruentia vna, quia vbi in domo aliqua aliquod bonum eſt diſtribuendũ diuerſis, ſm eorum exigentiam vel indigentiam. rationabile eſt ꝙ dominus domus non immediate ſingulis diſtribuat. ſed talis diſtributio alicui, vel aliquibus certis miniſtris in domo cõmittatur. Ita videtur regulariter in familiis ordinatis. Æque ergo, vel magis debet ita eſſe in domo Dei, q̃ eſt eccleſia, ꝙ bonum ibi virtute ſacrificij communicandum, ſolum Deus diſtribuat, ſed aliquis miniſter in eccleſia. nulla autem magis cõuenire poteſt in eccleſia, quam ſacerdoti ſacrificium offerenti, cui ſicut conuenit determi-

 nare

nare intentionem ſuã, pro quo ſpecialiter offerat, ſic conuenit ſibi diſpenſatorie, vel diſpoſitiue determinare, cui virtute ſacrificij bonum quod impetratur reddatur. ¶ Ad illa quæ probant, ꝙ nullo modo conueniat ſacerdoti applicare virtutem ſacrificij.

¶ Ad primum dico, ꝙ licet bonum quod impetratur virtute ſacrificij non impetretur virtute meriti perſonalis ſacerdotis. ſed virtute meriti eccleſię in cuius perſona fit oblatio, & ob cuius gratiam oblatio acceptatur, & ideo quo ad hoc .ſ. tale bonum ſic impetrandum ſacerdos, licet ſit mere organum, tñ ratione ordinis habet gradũ notabilem in eccleſia, propter quẽ ſibi conuenit offerre, & oblationis virtutem determinare. & in hoc non eſt præciſe organum, ſed miniſter, & diſpenſator.

¶ Ad ſecundum dico, ꝙ ſi bonum reddendum virtute ſacrificij non debeatur ſacerdoti pro ſe, debetur tamen eccleſiæ ſecũdum eius diſtributionem, quia ipſe ex ordine ſuo eſt nuncius ſponſæ ad ſponſum, offerens petitiones ſpecialiter pro determinatis perſonis, & ita diſpenſatorie, vel diſpoſitiue determinans eis illud, quod pro talibus petitionibus reddetur.

DE SECVNDO autem in iſto articulo, ſcilicet an poſſit pro libito diſtribuere bonũ debitum virtute ſacrificij, ita ſcilicet ꝙ hoc bonum ſpecialiter reddatur illi, cui ipſe ſpecialiter applicat virtutem ſacrificij, diceretur ꝙ non. ſed ad hoc ꝙ applicatio ſua habeat effectũ oportet, ꝙ eam faciat ſecundum beneplacitum Dei, quia ipſe ſolus eſt dator illius boni, & ſecundũ ſuum proprium beneplacitum. non ergo dabitur illi cui ſacerdos applicat, niſi ſacerdos in applicando conformet ſe voluntati datoris. ¶ Contra hoc. nullam videtur ille habere auctoritatem applicandi, vel aſſignandi aliquid bonum alicui, cuius applicatio nunquam tenebit, niſi fiat ſecundum voluntatem alterius, de qua iſte regulariter non poteſt habere certitudinem, ſed ſacerdos celebrans non poteſt habere certitudinem determinatam de voluntate diuina, cui velit dare bonum reddendum virtute ſacrificij, quia nec regulariter hoc Deus reuelat in ſpeciali, nec ex ſcriptura habet doctrina de hoc, niſi multum remota & vniuerſalis, quæ nõ ſufficit ad ſciendum voluntatẽ diuinã in ſpeciali reſpectu huius pſonæ vel illius. ergo ſi nunquã applicatio facta p ſacerdotẽ haberet effectũ, niſi eſſet facta ſm beneplacitum diuinum, ſequeretur ꝙ ſacerdos nullam haberet auctoritatem applicandi virtutem ſacrificij, niſi multum in vniuerſali.

¶ Poteſt ergo dici, vbi habetur doctrina certa de applicatione, ibi eſt ſic facienda, ita. ſ. ꝙ ſi contrarium fiat forte, nec ei cui applicatur valet, & applicanti nocet, quia peccat. cũ aũt oratio poſſit (vt dictum fuit in principio primi articuli) alicui tripliciter applicari. ſ. ſpecialiſſime, generaliſſime, & modo medio inter iſta. ſ. ſpecialiter licet non ſpecialiſſime. ¶ Prima autem applicatio determinata eſt, quia ſemper fit ipſi oranti. ¶ Secunda etiam determinata eſt, quia ſemper fit toti eccleſiæ, &

has

has dūas determinationes facit regula charitatis, quę debet eſſe potiſſime ad ſeipſum, & generaliter ad omnem proximū. ¶Tertia applicatio, ſcilicet media, aliquando videtur determinata eſſe ex inſtitutione, ſiue ordinatione eccleſiæ, quæ in diuerſis parochiis inſtituit diuerſos ſacerdotes parochiales, qui tenentur officiare eccleſias, & celebrare ſpecialiter pro ſuis parrochianis: conſimiliter in diuerſis collegijs partialibus ſunt diuerſi ſacerdotes inſtituti ad offerendum ſacrificium altaris, & ſpecialius ſemper pro illis, qui ſunt in tali collegio. de hoc poteſt accipi illud. 7. quæſtione prima, & quotatur Hieronymus ad Ruſticum monachum. in apibus princeps vnus eſt, grues ſequuntur vnam, Roma autem condita duos fratres reges ſimul habere non potuit. & ſequitur. ſinguli eccleſiarum epiſcopi, ſinguli archidiaconi, & omnis eccleſiaſticus ordo ſuis rectoribus regitur. hæc ille. Nec tantum requiruntur rectores in eccleſia ad correctionem faciendam, ſed ad reconciliationem faciendam peccatorum per orationes eccleſiæ, & hoſtiam ſalubrem. ¶ Similiter videtur determinari applicatio ex iuſtitia, & hoc illis qui prouident, vel prouiderunt miniſtris de neceſſaria ſuſtentatione. hoc modo multi dotauerunt monaſteria, & eccleſias ſolennes collegiatas vel minores eccleſias ad hoc vt miniſtri in talibus eccleſijs tenerentur celebrare pro illis, & pro illis pro quibus ipſi intendebant eos obligare, & eſt obligatio rationis, vt qui recipit eleemoſynas temporales refundat pro eis ſuffragium ſpirituale orationis, & oblationis. ſicut de temporali beneficio refundendo pro ſpirituali beneficio prædicationis ait apoſtolus primo ad Corinthios. 9. Si nos vobis ſpiritualia ſeminam⁹, magnum eſt ſi carnalia veſtra metamus? quaſi diceret non. Ex quo ergo licitum eſt immo rationabile, quod eleemoſyna requirat orationem. illi qui cum eleemoſyna ſua imponit obligationem orandi pro ſe rationabiliter facit, & ita iſta elemoſyna ad quemcunque ſuccedentem ſemper tranſit cum onere ſibi impoſito. nullus tamen præſumitur ſe & ſuum collegium ſic alicubi obligare, quod non poſſet de cętero alteri aliqua ſuffragia committere, vel promittere, & ita pręſumitur obligatio fieri ſecundum intentionem obligantis præciſe, tamen ſecundum notulam, licet nō ſit hęc obligatio promiſſoria. ¶Iſti vero quorum orationes, & oblationes ſunt ſic determinatę certis perſonis, nō poſſunt eas pro libito alijs applicare, quia facerent iniuſtitiā ſubtrahendo debitum illis, quibus iam ſunt obligati, & intelligo ſi applicarent alijs ita ſpecialiter, ſicut ipſis, & hoc alijs quibus non ęque obligantūr. Siquidem illa applicatio medio modo pōt hr̄e multos gradus. Exempli gratia. ponantur tres, & ſemper ipſa plus valet illi, cui ſit in priori gradu. puta ſi quis ſic intendat, quod quantum poteſt oblatio valere alicui alij ab offerente, tantum valeat ipſi. a. & tunc poſt ipſum. a. quantum valere poteſt alicui alteri valeat ipſi. b. & poſt b. ipſi. c. & hoc ſiue per. a. intel-

ligatur vna ſola perſona, ſiue multæ,pro quibus vult in eodẽ gradu orare. Eſto igitur ex ordine eccleſiæ, vel ex beneficio recepto tenetur quis offerre medio modo, & hoc in primo gradu pro vno. non præiudicat tamen illi, ſi medio modo in ſecundo gradu offerat,vel applicet virtutẽ oblationis alij, & in tertio gradu tertio, & ſic de quibuſcunque gradib. quia nunquam applicatio facta in gradu poſteriori ſubtrahit aliquid illi, cui facta eſt in gradu priori.

¶ Cui autem fieri debet applicatio,& in quo gradu. Dubium eſt,an ſcilicet curatus debeat prius applicare oblationem ſuo parrochiano quam patri vel matri. Videtur enim ꝙ de lege naturæ obligatur parentibus,& iſti legi præiudicare nõ poteſt poſitiua obligatio, nec quiſquam recipiens obligationem debet velle ſibi ſacerdotem obligari contra rectum ordinem legis naturæ,& ita interpretandum eſt quod nunquam voluit ſacerdotem ſibi ſic obligari,quin poſſet libere reddere ſemper patri & matri illud in quo eis tenetur.

¶Sed contra.pater & mater ſi ſint parrochiani alterius ſacerdotis, habent eum obligatum ad orandum pro ſe, ſicut pro ſubditis. & videtur quod obligatio iſta ſpiritualis filiationis præualeat quantum ad efficaciam.¶ Alij autem ſunt ſacerdotes in eccleſia non habentes curam,nec etiam capellaniam, vel prębendam,ratione cuius ſit eorum oblatio applicata certę perſonæ,vel certis perſonis, & tales magis poſſunt libere pro ſuo beneplácito applicare. debent tamen applicationem ſuam cõformare beneplacito ſummi ſacerdotis, quantum poſſunt de illo veriſimiliter conijcere, vel concipere,quod difficile quandoque eſt percipere in ſpeciali de hac perſona vel illa. probabilius autem concipitur magis in communi,puta parentibus, benefactoribus,principibus & prę latis,iuxta illud Apoſtoli 1.ad Thimo. 2. c. Obſecro ergo primo &c. Pro mortuis etiam iuxta illud.2. Machab. 12. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio ꝓ defunctis exorare. ¶Et adhuc ſiſtendo etiam ſic in communi dubium eſt quibus debet offerens medio modo applicare ſacrificium,& hoc in gradu priori,& quibus in gradu poſteriori. nam in aliquibus eſt maior indigentia ſicut in mortuis qui non poſſunt pro ſe mereri. quã in viuis,& in peccatoribus,quã in iuſtis qui per gratiam propriam quam habẽt poſſunt mereri,non ſic peccatores, & magis indigenti videtur iuſtum prius ſubuenire. tamen ex alia parte videtur maior vtilitas:vtilius eſt enim viatori gratiam augeri, & ex conſequenti merita, quam mortuo ſolam pœnã remitti,vbi nõ augetur gratia nec creſcunt merita. videtur etiam quis magis obligatus fratri ſuo exiſtenti in charitate,quam peccatori, qui nec Deum diligit, nec a Deo diligitur ſicut iuſtus, & debeo magis diligere eũ quẽ Deus diligit,& qui Deum diligit, quam illum qui contrario modo ſe habet.Tutius ergo videtur applicationem facere generalem talem.*Digneris domine oblationem iſtam ſpeciali-

ter

Opti[...] poſitio.

Applica[...] tio infal[...] bilis.

B. Verb[...] aurea in[...] ſtruentia ſacerdot[...] ad oran[...] dum.

ter acceptare pro illis, pro quibus noſti me teneri ſpecialiter offerre, & in illo gradu in quo noſti me teneri pro eis. Et ſi in ſpeciali determinetur ad aliquem, vel aliquos, tutius eſt quod fiat ſic ſub conditione. ſi tibi placet.

DE TERTIO autem in iſto articulo dici poteſt ſicut in præcedenti articulo, quod ſcilicet miſſa non tantum valet virtute ſacrificij applicata pluribus in eodem gradu, ſicut ſi vni ſoli applicaretur. Hoc declaratur ſimili ratione qua prius, quia bonum quod debetur virtute ſacrificij correſpondet ſecundum plenam iuſtitiam alicui merito in eccleſia, illud meritum eſt finitum, & certi gradus. ergo ſibi ſecundum iuſtitiam plenam adæquate correſpondet bonum certi gradus reddendum, ita quod nihil reddetur virtute ſacrificij, niſi illud vel incluſum in illo. ergo ſi totum illud reddatur illi, quia quod daretur illi, nec eſt iſtud bonum quod datur iſti, nec includitur in illo vt aliquid eius, & per conſequens ex oppoſito conſequentis ſi virtute ſacrificij aliquod bonum detur illi. non totum detur iſti quod debetur virtute ſacrificij, daretur autem ei totum in medio gradu, ſi ſibi ſoli ſpecialiter applicaretur. ergo &c. ¶ Iſta autem ratio poſſet habere inſtãtias quæ poſitæ ſunt in primo articulo, & conſimiliter ſoluerentur.

¶Sed hic eſt quoddam dubium ſpeciale. nam ibi patet, cui merito finito debet correſpondere bonum reddendum, quia merito perſonali celebrantis. nõ ita patet hic, cui merito correſpondet bonum reddendum, virtute ſacrificij. ¶ Et dici poteſt, quod non correſpondet præciſe bono contento in euchariſtia. illud.n. bonum æquale eſt, quando euchariſtia ſeruatur in pixide, & tamen non tunc æquiualet eccleſiæ ſicut quando offertur in miſſa, & ſiue hic indiſtincte dicatur oblatio euchariſtiæ, ſiue ſit conſecratio, ſiue perceptio, ſiue oblatio, vel operatio aliqua ſacerdotis in perſona eccleſiæ. vltra ergo bonum contentum in euchariſtia requiritur oblatio euchariſtiæ, iſta non eſt accepta, niſi ſit offerentis accepti, iuxta illud Ge. 4. Reſpexit Deus ad Abel & ad munera eius, prius ad Abel quam ad munera. Et iuxta illud Luc. 21. Vidua hæc paupercula plus quam omnes miſit, quia ex voluntate magis accepta. Et Grego. homil. ſuper illud Matth. 4. Ambulans Ieſus & cætera. nec penſat Deus quantum in eius ſacrificio, ſed ex quanto deferatur affectu. Vnde ſi Iudæus obtuliſſet patri Chriſtum volentem, vel non volentem non fuiſſet iſta oblatio ita accepta a patre, ſicut quando Chriſtus ſponte ſe obtulit. immo non fuiſſet accepta iuxta illud eccleſia. 34. Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperis, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris. ¶ Ex iſtis patet, quod ſicut euchariſtia non præciſe ratione rei contentæ plene acceptatur, ſed oportet quod ſit oblata, ſic nec plene accepta tur oblata, niſi ratione bonę voluntatis alicuius offerentis, non autem præciſe ratione ipſius voluntatis celebrantis, quia hoc pertinet ad meritum perſonale, non ad virtutem ſacrificij, nec

immediate ratione voluntatis ipſius Chriſti offerentis, quia Chriſtus & ſi hic offeratur, vt contentus in ſacrificio, non tamen hic immediate offert ſacrificium, iuxta illud Hebræorum. 9. Neque vt ſæpe offerat ſe metipſum. Et ibidem. Chriſtus ſemel oblatus eſt, ſupple a ſeipſo offerente: alioquin videretur, quod vnius miſſæ celebratio æquiualeret paſſioni Chriſti. ſi idem eſſet offerens immediate, & oblatus, certum eſt autem, ꝙ miſſa non æquiualet paſſioni

valor miſſa. Chriſti. licet ſpecialius valeat ꝓ quanto ibi eſt ſpecialior commemoratio oblationis quam Chriſtus obtulit in cruce. Iuxta

Cap. 11. illud Lucæ. 22. & 1. ad Corin. Hoc facite in meam commemorationem. quia fit miſſa tam repræſentando illam oblationẽ in cruce, quam per eam obſecrando, vt. ſ. per eam Deus acceptet ſacrificium eccleſiæ, obſecratio etiam communiter fit ꝓ aliquid magis acceptum ei, qui rogatur, quam ſit ſibi ſupplicatio obſecrantis. patet in exemplis communiter. Si enim ſupplico, vt per ſalutem, vel pro ſalute animæ patris hoc mihi facias. ſuppono tibi magis acceptam eſſe ſalutem eius, quam ſupplicationem meam, vñ propter illam acceptam volo ſupplicationem meam acceptari, & propter quod vnumquodque, &

1. Poſte. t. 1. 5. illud magis. ¶ Sic ergo patet, ꝙ eucharistia oblata acceptatur, non ratione voluntatis Chriſti, vt immediate offerentis. ratione ergo voluntatis eccleſiæ generalis. illa autem habet rationẽ meriti finitam. Et eſto, quod acceptaretur ratione voluntatis Chriſti, vt offerentis, hoc eſt inſtituentis oblationem, & dantis ſibi valorem, & acceptationem, tamen non æquiualeret, nec acceptaretur ſicut paſſio Chriſti, & ita eſſet meritum finitum, cui correſpondet bonum debitum virtute ſacrificij.

¶ Sed cum acceptetur ratione voluntatis generalis eccleſiæ. nunquid ſimul eccleſiæ triũphantis, & militantis? Non videtur, immo iſtud ſacrificium eſt proprium eccleſiæ militanti, ſicut & ſacramentum, in quo eſt ſacrificium.

¶ Contra. ſi eſt ſolius eccleſiæ militantis. ergo ſi nullus viator eſſet in gratia, virtus ſacrificij eſſet nulla. Et ſi vnus ſolus eſſet in gratia, æquaretur merito perſonali illius. ¶ Qualiter etiam modo ad meritum iſtud cõcurrit motus illius, qui nihil cogitat de oblatione, cuiuſmodi eſt alius a celebrante, nec aſſiſtens ſibi. ¶ Dici poteſt, quod eſt in eo motus virtualis, vel ſaltem habitualis, qui vult Deum acceptare preces eccleſiæ. ¶ Propter iſta argumenta dici poteſt, ſicut dicitur reſpondendo ad argumentum principale huius quæſtionis in fine.

¶ Secundo dicitur, ꝙ iſtud meritum eſt ad meritum paſſionis Chriſti, non ꝙ nunc Chriſtus mereatur, ſed quia quando paſſus eſt meruit, quod iſtud meritum eſſet ad meritũ illud applicabile. *Additio.* ¶ Tertio dico pro prima inſtantia, quod nunquam erit eccleſia militans ſine aliquo qui ſit in charitate ex ordinatione Dei. iuxta illud dictum Chriſti, Lucæ. 22. Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. *Eccleſia robur.*

DE TERTIO articulo *Aliorum.*

prin

principali dico, quod ſacerdos poteſt teneri ad dicēdum miſſam pro iſto dupliciter. ¶ Vno modo ex liberali promiſſione. ¶ Alio modo ex ſtricta obligatione, nec intelligo ſtrictam obligationem per conuentionem legalem, ſiue per commutationem ſpiritualis, vt orationis pro temporali, vt eleemoſyna quæ data eſt, quia illa videtur ſimoniaca. ¶ Nec valet dicere, quod ſacerdos commutaret pro aliquo temporali ſuum laborem corporalem, quia non eſt veriſimile, quod aliquis vellet ſibi tantum dare pro labore corporali in illo actu. Sed eleemoſyna liberaliter offertur, cum mendicatione orationis, & recipiens elemoſynam tenetur ſecundum iuſtitiam exaudire mendicantem orationem ſuā, & tunc ſecundum iuſtitiam liberaliter tamen, ſcilicet ſine conuentione, & commutatione obligat ſe ad orandum pro benefactore, vel ſi eſt cōmunitas aliqua prælatus eius ſe pro tota obligat. vel ipſam totam obligat, vel ipſa tota ſe totam obligat, & quælibet iſtarum obligationum poteſt eſſe ſtricta. licet non ſit ſecundum commutationem huius pro illo. ſecundum *illud intelligenda ſunt multa, quæ dicuntur in quæſtione, & quæſtionis ſolutione. ¶ Si primo modo teneatur, in poteſtate promittentis fuit tantum promittere quantum voluit, & ad tantum ſe obligauit, & non plus. Si tamen iſte intellectus poſſit ſine mendacio ſtare cum verbis, quæ habentur extra de ſponſalibus. Ex literis vbi glo. in fine dicit, ſecundum promiſſionem ſit interpretatio, quia liberum fuit & licitum ſtipulatori verba late concipere. ff. de verbo. obligation. quicquid, & tunc ſi reddat, ſicut intendebat in promittendo ſoluit debitum.

¶ Si autem teneatur ſecundo modo, ſcilicet ex ſtricta obligatione alia & alia facta illi & iſti de dicendo miſſam pro eo, poteſt dici tunc, quod dicendo pro ambobus ſimul non ſoluit debitum. ¶ Diſtinguendo tamen de verbis obligationis, poteſt dici quod aut ſunt certa, & ſimpliciter determinata ad vnum intellectum, puta ſi obliget ſe ad dicēdum miſſam pro iſto, vna cum alijs pro quibus tenetur, vel ſi ex alia parte obliget ſe ad dicendum miſſam pro iſto ita ſpecialiter, ſicut poteſt ſacerdos ſpecialius pro alio a ſe celebrare, hoc eſt quantum poteſt & meritum perſonale, & etiam virtutem ſacrificij alicui alij ſpecialius applicare, & in iſto caſu, quando ſcilicet obligatio eſt determinata ad certum intellectum. patet quod ſatisfacit, ſi ſecundum illum intellectum ſatisfacit, & aliter non. Aliquando autē verba obligationis poſſunt habere diuerſos intellectus, ita quod poſſunt intelligi ſtrictius, & minus ſtricte, puta ſi dicam ſic, dicam pro te vnam miſſam, vel adhuc generalius ſic celebrabo pro te. ¶ Et in iſto caſu vt videtur, verba accipienda ſunt ſecundum intentionem obligantis, quod probatur per illud extra de iureiurando. veniens. vbi dicitur de quodam. a. quod cum graues inimicitias incurriſſet il, li qui partis vtriuſq; amatores extiterant, ſuggeſſerunt præ-

Obligatio pro facto dato.

prædicto.a.q in ſatisfactionem inimicitiarum iuraret quorundam obedire mandato. Cumque ille non credens ſe tale quid commiſiſſe, propter quod ei aliquod graue debetur imponi iuramentum, illud ſub tali confidentia præſtitiſſet. ipſi ſibi ſub iuramenti debito præceperunt, vt nunquam curiam ducis intraret, niſi cum omnes per edictum ipſius generaliter ad curiam vocarentur, & infra. Verum, quia ille qui dicti ducis eſt conſiliarius nequaquam ſic iuraſſet, ſi mandatum illud ſibi contrarium præſciuiſſet, noueritis nos mandaſſe Patriarchę tali, vt ſi mandatum priori iuramento licite facto repugnet, ipſum auctoritate noſtra denunciat non ſeruandum. Vult ergo Papa, quod illud iuramentum non ſeruet, quando ſibi virtute iuramenti impoſitum eſt aliquid tã difficile, quale non credidit imponendum, & ita non videtur teneri niſi in alijs facilioribus de quibus intellexit, licet illi quibus iurauit intenderunt obligare eum ad illud difficile, quod poſtea virtute iuramenti impoſuerunt.

¶Præterea, extra de ſponſali. ex literis, ibi gloſa contra eum fit interpretatio qui pactum appoſuit, qui debuit legem aptius apponere.ff.de pac.§veteribus. Si ergo ille cui alius obligatur, non ita determinat verba, vt ſint omnino certa ad intentionem ſuã, ſibi imputet, quia obligans non videtur ſe velle obligare, niſi ad illud minus, quod poteſt ſtare cum verbis. ¶ Sed videtur quod verba obligationis ſunt accipienda ſecundum intellectum, quẽ habet ille cui fit obligatio.22.qõ.5.Quacunque arte verborum quis iuret, Deus ita accipit ſicut ille, cui iuratur intelligit, & quotat ibi Iſido. ſecundo ſentent. Et ibidem.c. proxi. ecce.& quotatur Auguſt.in ſermone quodã, qui per lapidem iurat falſum, periurus eſt, ſi tu illud ſanctum non putes ſanctum, putat ille, cui iuras, non enim tibi, aut lapidi, ſed proximo iuras.

¶Reſponſio ad hoc dubium videtur haberi extra de ſpon. ex literis. Vbi dicitur ſi aliter non intellexit, quod alter propoſuit ad communem verbi intelligentiam recurratur & cogatur vterque verba prolata in ſenſu illo retinere, quem ſolent recte intelligentibus generare. Et glo. ibi adducit illud.ff.de ſuppellectili legata.lege, labeo. Non ex opinionibus ſingulorum, ſed ex communi vſu nomina ſunt intelligenda.

¶Sed quæres quæ eſt communis intelligentia habenda de talibus verbis, videtur quod obligans diſtricte ſacerdotem ad celebrandum pro ſe.intendit obligare eum ad illud, quod eſt ſibi vtilius, dum tamen illum ad illud liceat ipſum obligare, nunc autem quod maximum bonum, quod debetur virtute meriti perſonalis, & etiam virtute ſacrificij, medio modo alicui applicandum totum reddatur illi, eſt illi vtilius, quam q non totum reddatur, & hoc licet, quia non eſt contra charitatem, quod vnuſquiſque bonum ſpirituale ſibi procuret, quantum poteſt ſiue præiudicio alterius, ergo iſte ſi intendit ſacerdotẽ obligare, quod ſcilicet totum illud bonum ſibi debeat, non

In propo

non autem ſibi deberetur totum ſi ſimul pro altero celebraretur, ſicut declaratum eſt in primo articulo, quantum ad illud quod debetur meritò perſonali, & in ſecundo articulo quãtum ad illud quod debetur virtute ſacrificij. Si ita eſſet tũc celebrans pro duobus non ſolueret debitum iſti. ¶ Ad illa, quæ probant verba intelligenda eſſent ſecundum intentionem promittentis. ¶ Ad primum præſumitur, quod nullus vult ſe obligare ad illicitum, & hoc præſumendum eſt quandocunque non apparet expreſſe, ꝙ obligatio ſit ad illicitum. nunc autem obligationem prius licite factã velle auctoritate propria reuocare eſt illicitum. ergo præſumendum eſt, quod nullus in aliqua obligatione poſteriori hoc velit, & hoc quando verba obligationis ſequentis non expreſſe ſonant reuocationem præcedentis, verba iſta generalia, iuro ſtare mandato veſtro. in intellectu quem important videntur illicita, nec expreſſe ſonant talem reuocationem obligationis præcedentis. Si ergo virtute iuramenti talis imponatur ſibi, quod non ſeruet obligationem priorem. recte interpretandum eſt, ꝙ iuramentum ſuũ ad iſtud non obligauit. Sic eſt in caſu, de quo arguis, quia iſte. a. obligatus fuit duci, vt conſiliarius, & per conſequens per iuramentum, quod fecit ciuibus pro pace eorum habenda, nullo modo intelligendum erat obligare eum ad recedendum ab obligatione facta duci. Et breuiter, ſi hoc in ſpeciali fuiſſet ſibi propoſitum ad iurandũ nullo modo liceret ſibi iurare, & ſi iuraret periuraret, & tenetur in hoc non ſeruare iuramentum, ſed obligationem priorem, quando ergo iſtud in ſpeciali non iurat, ſed aliquod iuramentum generale licitum nullo modo intelligitur in illo iſtud illicitum includi, non ergo Papa hic mandauit eum abſolui a iuramento, ſed denunciari iuramentum ſecundum priori iuramento licite facto repugnare, vel eſſe repugnans, & ideo non eſſe ſeruandum. Intelligo repugnans non ſecundum formam iuramenti, quia generale fuit, & de ſolum licitis intelligendum. ſed repugnãs quantum ad illud ad quod ipſi voluerint iuramentum applicare, quod ſcilicet virtute iuramenti impoſuerunt, & ideo quo ad hoc ſpecialiter non eſt obſeruandum. Si tamen aliud impoſuiſſent, quod non repugnaret iuſtitiæ, ad illud fuiſſet virtute iuramenti præſtiti, tanquam ſimpliciter liciti, & in tali caſu licite obligatus.

¶ Ad ſecundum etſi videatur quod obligans ita velit ſe ad modicum obligare, ſicut poteſt ſtare cum verbis quæ acceptat ille, cui fit obligatio, & ideo ita modicum ſoluere ſufficit, tamen neceſſario fit obligatio ſecundum communem verborũ intelligentiam, quando alter alterum plane non intellexit.

¶ Sed nunquid in caſu aliquo ſpeciali ſatisfacit iſte, qui tenetur ad vnam miſſam pro eo, ſi celebrat ſimul pro eo, & alio? ¶ Dicitur quòd ſic, quia rationabilis conſuetudo interpretatur obligationem generalem, nunc autem rationabilis conſuetudo eſt, ꝙ anniuerſaria celebrentur

brentur in illis eccleſijs, vbi corpora ſepeliuntur, & in quibus eccleſijs ipſi mortui dum vixerunt perceperunt eccleſiaſtica ſacramenta. ſi ergo talis eccleſia rationabilem conſuetudinē habeat, & eodem die non dicatur niſi vna miſſa pro mortuis, ſi cōtingat eodem die plura anniuerſaria concurrere, ſatisfit illis multis per vnam miſſam. Sic ergo videntur monachi, & clerici in eccleſijs cathedralibus, & alijs collegiatis, & etiam ſacerdotes curati ſatisfacere per vnam miſſam, quamuis teneantur pluribus ſic quòd cuilibet ad vnam miſſam. Iſti enim non obligantur ad impoſſibile, vel omnino ad inconueniens illi eccleſię, in qua miniſtrant, cuiuſmodi eſſet ibi eodem die plures miſſas pro mortuis ſolenniter celebrare. nec iſta difficultas oritur ex aliquo illicito, quia licitum fuit iſtis obligare ſe ad anniuerſaria ſuorum familiarum in ſuis eccleſijs celebranda. & debet intelligi iſta obligatio ſecundum rationabilem conſuetudinem talium eccleſiarum. ¶ Secus eſt de pauperibus religioſis, & ſacerdotibus non curatis, nec collegiatis. tales enim tenentur ad ſingulas miſſas propter ſingulas obligationes, nec excuſaret eos conſuetudo de non celebrando plures miſſas eodem die, quia nec habent rationem promittendi illa, ad quæ oppoſitum ſequetur, quia non habent rationem ſic accipiendi anniuerſaria, ſed tantum licet eis ad illa ſe obligare de quibus fuerint certi, ꝙ poſſint complete ſoluere. ¶ Aliter dici poteſt, quod bene poteſt aliquis ſi voluerit cedere iuri ſuo, & ideo ille qui obligat ſacerdotem poteſt cedere, vt non teneatur ſolus habere miſſam, ſed ſimul cum multis. Et iſta ceſſio licet expreſſe non fiat quandoque in obligatione. tamen rationabilitet intelligēda eſt fieri in animo eius, non ſolum eius qui ſe obligat, ſed eius cui fit obligatio, & hoc quando ille, cui fit obligatio bene nouit conſuetudinem eccleſiæ. ſ. ꝙ quamquàm multis pro eodem die ſit obligata, non tamen ſolet ſolui niſi vna miſſa. Et ideo probabile videtur ſi canonicus talis eccleſiæ ordinet ſibi anniuerſarium celebrare. & ſi multa concurrunt vna die ſatiſfit, dicendo vnam miſſam ſimul pro illis multis. Sed ſi aliquis neſciens modum illius eccleſiæ ſimpliciter intendat obligare ad tantum ad quantum obligaret ſacerdotem ſimplicem non curatum, non videtur ꝙ iſti ſatiſfit, niſi ſi reddatur tantum in eccleſia collegiata. ſ. propria miſſa, quantum teneretur reddere ſacerdos non curatus. quia conſuetudo ſpecialis eſt iſti ignota, & licite ignota, quia iſte non tenetur ſcire conſuetudines ſpeciales eccleſiarum: non debet ergo eſſe præiudicium iſti, eſſet autem ſi propter illam ſacerdos iſte minus ſibi teneretur, quàm alius ſacerdos mō ſimili obligatus. Si igitur vult ſacerdos ꝓpter ſuam conſuetudinem ſibi notā alleuiari, exprimat eam illi ignoranti. & ſi conſentiat, ꝙ ſecundū illam conſuetudinem ſibi ſatiſfiat bene quidem. ¶ Quod ergo ibi allegatur rōnabilis conſuetudo tanquàm ſatisfaciens. ¶ Dici poteſt, quod quamquàm abſolute poſſit rationabiliter eſſe conſuetum ꝙ in hac eccleſia fiant anni-

annîuerſaria defunctorũ ſepultorum in hac parrochia, abſolute etiam poſſit eſſe rationabilis conſuetudo ꝙ in eodem die in iſta eccleſia non dicatur miſſa pro mortuis, niſi vna, tamen in caſu non poſſunt iſta dua rationabiliter eſſe cõſueta in iſto caſu, ſ. quãdo iuſtitia requirit ꝓ ſingulis obligationibus ſingulas miſſas dici, quia æque requirit iuſtitia in eccleſia collegiata, ſicut a ſimplici ſacerdote, niſi ille cui ſacerdos tenetur velit cedere iuri ſuo, ſaltem implicite acceptando pro ſe conſuetudinem illius eccleſiæ, quam non debet præſumi acceptare niſi ſit ſibi nota ¶ Et cum dicitur, ꝙ non tenetur ad impoſſibile, vel ad inconueniens. ¶ Reſpondeo, duo poſſunt eſſe inter ſe repugnantia ſaltẽ in caſu, ita. ſ. ꝙ ambo non iuſte fiant ſimul, & tamen vtrũque eorum diuiſim poſſe iuſte fieri, & ſicut de iuſte ita de decenter fieri. ¶ Dico ergo, ꝙ ſi ex conſuetudine in hac eccleſia approbata factũ eſt ſimpliciter inconueniens hic plures miſſas dici de mortuis eodem die, iſti non licet ſe obligare aliquibus obligationibus, ex quibus ſequeretur ſecundum iuſtitiam debere plures dici. Si ergo iam obligatus eſt ad vnam miſſam tali die, non obliget ſe noua obligatione ad aliã, quia illa noua obligatio non eſſet ad iſtam iam debitã. ergo ad aliã, ꝙ eſt inconueniens in hac eccleſia. ¶ Et cum dicitur, ꝙ rõnabilis conſuetudo eſt, ꝙ anniuerſaria celebrentur in proprijs eccleſijs. Dico ꝙ aliquid poteſt eſſe in ſe rõnabile, & tamen cũ alio non ſtat, qđ abſolute poſſet eſſe rationabile in ſe. Sic abſolute rationabile eſſet anniuerſarium hic fieri, ſi poſſit ſtare cum ordinatione iſtius eccleſiæ, ꝙ iſta fieret ſicut ipſe intendit, quæ procurat ſic videlicet, quòd habeat propriam miſſam, ſed quã do non poteſt, ſicut in caſu poſito, ibi rationabile eſt anniuerſarium non in iſta eccleſia celebrari, vel ſi omnino ſacerdos iſte velit iſtud anniuerſarium recipere, & tamen conſuetudinem ſuæ eccleſiæ ſeruaret procuret miſſam propriam pro iſto dici ab alio ſacerdote.

Reſolutio ſatisfit.

Probata conſuetudo fratrũ minorum.

¶ Et conſimiliter videretur eſſe dicendum de eccleſijs dotatis. quarum miniſtri de ratione ordinationis eccleſiæ vel eleemoſynarum receptarum iam ſunt dotantibus, vel certis perſonis obligati ſpecialiter ad tantum numerum miſſarum, pro quanto ipſi ſufficiunt, vel ad certum numerum ſuffragiorum, non enim videtur quod tales ſe licite poſſint obligare ad miſſas, vel ad talia ſuffragia alijs ſoluenda, niſi intendant procurare talia ſpecialiter ſolui per alios, quia non ſunt iam totaliter obligati.

¶ De tertio in iſto articulo poteſt dici, quòd in caſu propoſito abſolute non ſatisfit eccleſię, quia obligatio completa, ſiue quæ fit inſolidum, quando eſt alia & alia ad idem in ſpecie, ipſa eſt ad aliud & aliud, ſicut patet. ff. Secus eſt quando eſt ad idem numero, vt quando pluribus obligationibus obligor hac ſexta feria ieiunare, puta ex præcepto eccleſiæ, quia eſt ſexta feria quatuor temporum, & iterũ quia eſt vigilia apoſtoli ieiunanda, & iterum ex regula mea. Iſtis obligationibus, quia ſunt ad idẽ nume-

Scilicet de obli. & alibi.

numero ſatisfacio vero actu ieiunandi. Secus aũt eſt ſi ad idẽ in ſpecie. Et rõ vr̃, quia obligatio nõ eſt ad impoſſibile ſolui. quotcũque aũt ſunt obligationes ad hoc nulli poteſt ſatisfieri ſoluendo hoc, nõ ergo tenet̃ ad aliud. Sed quando ſunt plures obligationes ad idem in ſpecie, põt ſatisfieri ſoluendo aliud & aliud. Nunc autem in caſu propoſito eſt alia & alia obligatio completa & ad idem ſpecie, ſcilicet ad dicendum miſſam, ergo ſimpliciter non ſatisfacit niſi reddat diſtincta. ¶ Conformatur quia ad aliam obligationẽ erat aliud & aliud ex parte eius cui fit obligatio alliciens & inducens obligatẽ, & ita vr̃ ꝙ debeat eſſe obligatio ad aliud & aliud correſpõdens alteri & alteri inductiuo.

AD ARGVMENTVM principale patet ex dictis in ſecundo articulo, quia virtus ſacrificij non adæquatur valori eius qui cõtinet̃ in ſacrificio. ſed corrñdet alicui merito in eccleſia non ẽt adæquatur merito paſſionis Chriſti, ſicut dictũ eſt ĩferi⁹, licet pro tãto ad illud plus accedat pro quãto illã paſſionẽ ſpecialius *repræsẽtat. & ita virtute illius ſpecialius Deum placat, & bonum impetrat quantum ad meritum commune.

B. Hoc dicit quia eleuatio Xp̄i vel hoſtia ſuper altari ſignificat eleuationẽ Chriſti in cruce.

QVÆSTIO. XXI.

Vtrum ponens mundi æternitatẽ poſſit ſuſtinere ad aliquem eſſe vniuerſaliter bene fortunatum.

VLTIMO quæritur. Vtrum ponens mũdi æternitatẽ poſſit ſuſtinere aliquẽ eſſe vniuerſaliter bene fortunatum. Arguitur ꝙ ſic, quia ponens mundi æternitatem non negat motum, ſed ponit, & per conſequens non negat naturam quæ eſt principiũ motus. bona autem fortuna (ſecundum philoſophum in lib. de bona fortuna) eſt ſine ratione natura. ergo &c. ¶ Contra ponẽs mundi æternitatem negat Deũ poſſe aliquid immediate fluere in animas noſtras. ſicut habetur 8. Phyſi. ꝙ impoſſibile eſt principium æternum. ſ. Deum aliquid agere in inferiora niſi mediante cœlo. & mediante illo non poteſt fieri influentia in animã noſtram. ergo nullam influentiam poteſt Deus cauſare ſecundum illam poſitionem, ſed ponens bonam fortunam habet ponere Deum immediate in animas noſtras influere. vt habetur in illo libello verſus finem. bene fortunatis non expedit conſiliari, habent enim principiũ tale quod eſt melius intellectu. & parum poſt, rationis autem principium non ratio ſed aliquid melius. q̃d ergo erit melius ſcientia & intellectu niſi Deus? virtus enim intellectus eſt organum: vult ibi expreſſe quod iſti immediate mouentur a Deo.

3. phyſi t.c. 1.

Cõ. 15. 35. et ibi quã

QVÆSTIO ISTA vt patet per argumentum ad oppoſitum non quærit de quocunque modo ponẽdo æternitatem, ſed præciſe de modo ponendi philoſophi. An ſcilicet cũ illis principijs philoſophi propter quæ ponit mundum eſſe æternum poſſit ſtare aliquem eſſe bene fortunatum. Non poteſt autem aliquorum poſitionum cõpoſſibilitas videri vel repugnãtia niſi vtraque poſitio videatur. ¶ Hic ergo primo videndum eſt de poſi-

Vide diſt. 2. 3. opin. diſt. 1 primi. in Plat de mul plici modo.

poſitione ponentis aliquem eſſe bene fortunatum,& ſpecialiter illa quæ tangitur in libro de bona fortuna,quæ dicitur fuiſſe Ariſto ¶Et ſecundo videndum eſt de poſitione huius mundi æternitatis quæ habetur ex. 8. phy.& multis alijs locis.¶Tertio patebit ſi eſt inter iſtas poſitiones repugnantia.

QVANTVM ad primum ſufficienter poteſt ſententia philoſophi de bona fortuna ad duo reduci.¶Primo an ſit & quomodo ſit. ¶ Secundo propter quid ſiue propter cauſam ſit.¶Primū iſtorum requirit. ¶ Silicet an ſit fortuna.¶Secundo an bona fortuna.¶Tertio an aliquis ſit bene fortunatus.¶De primo habetur ſuccinćte veritas in tribus concluſionibus.¶Prima eſt affirmatiua & communi conceptui plurium conſona.& talem philoſophandi modum habuit communiter conceſſa. Sicut patet ponens locum eſſe immobilem,ſicut communiter omnes concipiunt.licet inquirendo per rationem videatur difficile. Et ponendo tempus eſſe idem numero vbique, quod etiam omnes communiter concipiunt,licet per rationem aliqua circa hoc difficultas occurrat,& ita in multis quę accipit Ariſto.tanquàm communiter conceſſa. Hoc modo poterat accipere tanquàm communiter conceſſum ꝙ aliquid euenit a fortuna. Manifeſtum eſt enim ꝙ agenti a propoſito aliquid euenit præter intentionē, & illud dicitur fortuitum ſiue effećtus fortuitus.eius igitur vt ſic euenientis fortuna eſt cauſa.¶Qualis autem cauſa ſit patet ex.2.phy.vbi philoſophus declarat ꝙ eſt cauſa per accidens eorum quæ eueniunt in minori parte aćtione agentis a propoſito.¶Secunda concluſio,ꝙ fortuna non eſt aliqua cauſa per ſe diſtinćta a natura &intellećtu ſiue propoſito,immo eadem voluntas,quæ reſpećtu effećtus intenti eſt per cauſa reſpećtu effećtus non in e t,dicitur eſſe fortuna, Intentum quidem euenit a propoſito.& ideo cauſatur voluntarie.Non intentum euenit pręter propoſitū, & ideo cauſatur fortuite.falſa eſt ergo poſitio paganorum imaginantium fortunā eſſe quandam deam,cui tanquā cauſæ per ſe attribuunt effećtus quos videmus fortuite euenire. Et forte propter iſtum intellećtum malum paganorum repræhendit Auguſt. ſeipſum primo retra. c. 1. Non mihi inquit placet totiens appellaſſe fortunam &c.catholici autem potius debent talia attribuere prouidentiæ diuinæ ſaltem generaliter. ¶Tertia concluſio eſt, ꝙ fortuna non eſt cauſa totalis, hoc eſt ꝙ nihil ſic euenit a fortuna, qꝛ etiam eueniat ab aliqua cauſa per ſe intendente iuxta illud Plato.in Thimeo.Nihil eſt cuius ortum non præceſſit legitima cauſa.& 5 de ciui.Dei.c.9.dicit.Auguſt.Cicero concedit nihil fieri ſi cauſa efficiens non præcedat,&hoc rationabiliter conceſſit. quia quod non eſt a ſe, non poteſt habere eſſe niſi a cauſa efficiente. &ibi requiritur aliqua cauſa per ſe ſiue intendens, quia ſub intentione cauſę vniuerſalioris cadunt plures effećtus,& ita ſub intentione cauſæ primę cadunt omnes.ſed quando alicuius effećtus non apparet cauſa proxima per ſe ſiue intendens, tunc ille dicitur effećtus

Lib.1.

ctus fortuitus vel caſualis. Et ſic eſt intelligendum illud Auguſt. de achademicis quæſtionibus in prin. vbi dicit. Fortaſſe nihil aliud in rebus cauſum vocamus niſi cuius ratio ſecreta eſt. Et hanc opinionem tangit philoſophus in iſto libello.c.2.Si autem inquit a fortuna nihil dicēdum eſt fieri,ſed nos alia exiſtēte cauſa propter non videre.hoc eſt q̄a non videmus eam fortunam dicimus eſſe cauſam &c. ¶Secundum in iſta particula quod eſt de bona fortuna explicatur in vna concluſione & duplici diſtinctione. ¶Concluſio quę etiā videtur communiter conceſſa hæc eſt, bonam fortunam eſſe: manifeſtum enim eſt ꝙ agenti alicui a propoſito euenit præter intentionem aliquod bonum,& ita cum bona fortuna dicat' bonus effectus fortuitus vel magis proprie,licet minus vſitate cauſa talis effectus, & illa duo ſine ſe inuicem eſſe non poſſunt,ſequitur ꝙ bona fortuna ſit. Hāc diuiſionē.q.vocis in ſignificationes puta bonæ fortunæ vt accipitur pro cauſa vel effectu, tangit philoſophus.c.1. cauſam frequēter animus ipſam eſſe,cauſa autem alienum a nomine. cauſa enim,& cuius eſt cauſa,aliud eſt. hæc ibi. ¶ Vlterius autem bonā fortunā diſtinguit Philoſophus dupliciter penes ea in quibus eſt,hoc eſt penes effectus bonæ fortunæ. & eſt prima diſtinctio iſta. ¶ Fortuna bona eſt in his quæ non in nobis exiſtunt. hoc eſt quorum non ſumus domini. ſicut exemplificat. Nobilem bene fortunatum dicimus, & totaliter cui talia exiſtunt quorum ipſe non dominus eſt. ¶Alio modo bona fortuna eſt in his quæ

Vide in primo retra.c.1.

ſunt in nobis.etenim cui præter cogitationem ſuam acciderit aliquod bonum operari,bene fortunatum dicimus, ſine ratione enim habens impetum ad bonum, & hoc adipiſcens dicitur bene fortunatus.vel planius intendens vnum, & in exequendo adipiſcens aliud non intentum & tamen bonum,dicitur in hoc habere bonam fortunam. ¶Iſta diſtinctio bonæ fortunæ penes effectus videtur eſſe in illud qđ eſt proprie tale,& in illud quod eſt communiter vel minus proprie tale. nam proprie bona fortuna videtur eſſe illorum quæ ſunt in poteſtate noſtra, ſicut & abſolute fortuna. & hoc ſic intelligendo ꝙ licet fortuitum non ſit per ſe ſiue primo in poteſtate voluntatis,quia non euenit ex intentione eius,tamen eſt in poteſtate eius per accidens.& quaſi ſecundario vt annexum per ſe intento,reſpectu autem illorum quæ nec ſic nec ſic ſunt in noſtra poteſtate,& p cōſequēs accidunt nobis non inquantum agentibus a propoſito, non eſt proprie fortuna ſed caſus, ſicut patet.2.Phyſi. ¶Alia eſt diſtinctio bonæ fortunæ ſecundum effectus.ſ. per ſe & per accidens. ¶Effectus per ſe eſt,bonum ſumere. ¶Effectus per accidens,eſt malum non ſumere, & hæc diſtinctio ſæpe tangitur in illo libro. ¶Tertium in hac particula ſ.de bene fortunato ſtat in quadam diuiſione trimenbri. ¶Primum membrum.nullus dicitur bene fortunatus eo ꝙ ſemel ſibi bene accidit fortuite. ¶ Secūdum membrum. nullus dicitur bene fortunatus ex hoc præciſe ꝙ ſibi ſemper fortuite bene accidit, quia ſiue intelligatur ſic

T.c. et ter.

ꝙ

ꝙ cum omni propoſito ſuo annexum eſt aliquod bonum fortuitum, ſiue ſic, ꝙ cuicunque propoſito ſuo annexum eſt aliquod fortuitum ipſum eſt bonum. neutrum enim iſtorum ſemper accidit ſine miraculo ſpeciali, & hoc non ſolum intelligendo vniuerſaliter abſolute, verum etiam in tali actu, puta militari, vel negociatiuo. & hoc ſiue de bono euentu ſimili, puta victoria, vel lucro, ſiue diſſimili, puta hoc, vel illo annexo caſualiter. Nullo quidem iſtorū modorum diceret philoſophus aliquem eſſe bene fortunatum, ſicut nec ratio probabilis perſuadet. ¶ Tertium membrum, ꝙ aliquis dicitur bene fortunatus, quia ſibi vt in pluribus bene fortunate accidit. vnde ſecundum Ariſt. 1. Ethic. vna hyrundo non facit ver. ſic vnus actus, & ſimiliter vnus euentus effectus fortuiti, non facit hominem dici bene fortunatum. ſed quando accidit ei, vt in pluribus. vnde dicit Ariſto. in lib. de bona fortuna, Inſipientes exiſtentes dirigunt multa, & ideo quando habent actiones per ſe intentas, ad quas præter eorum intentiones euenerunt, vt in pluribus bona, dicuntur bene fortunati, & hoc patet ex communi ſermone. vnde primo rhetoricorum videmus propter bonas fortunas bene fortunatos electos.

¶ Sed eſt ne aliquis vniuerſaliter bene fortunatus? hoc poteſt dupliciter intelligi. ¶ Vno modo, vt cuilibet intento ab eo per ſe ſit ſemper annexum aliquid bonum per accidens, vt in arte * plantandi, & ſanandi &c.

pla-

¶ Alio modo ſic, vt ſit talis, ꝙ quandocunque eſt annexum ſibi aliquid fortuitum, illud ſit bonum, & credo, ꝙ neutro mō aliquis dicitur vniuerſaliter bene fortunatus ſine miraculo ſpeciali, quia nullus pōt eſſe quin in actione ſua alijs cauſis cōtingentibus concurrentibus poſſit aliquid malum per accidens cōcurrere, quia in poteſtate ſua nō eſt cōcurſus aliarum cauſarum, ſcilicet vt fodiens fodiat ad bufonem, vel ad ſerpentem, niſi Deus faceret ex miraculo concurſum cauſarum ſpecialem ad hoc. ſed vt in pluribus poteſt aliquis eſſe bene fortunatus, & hoc aliquando quantum ad bona ſimilia coniuncta ſimilibus propoſitis, vt quando euenit victoria coniuncta voluntati bellandi. Aliquando quantum ad diſſimilia bona diſſimilibus propoſitis. Aliquando econuerſo quantum ad bona diſſimilia ſimilibus propoſitis: & ſic eſt poſſibile aliquem, vt in pluribus eſſe bene fortunatum, vt patet per experientiam.

¶ Sed in quibus conſiſtit bona fortuna? Ariſtoteles dicit primo rhetoricæ ſuæ quòd in duobus. ¶ Scilicet in aſſequendo bonum præter intentum. ¶ Et fugiendo malum, vt ſi quis non incidit in latrones.

¶ Alio modo diſtinguitur bona fortuna ſecundum Ariſt. in in li. de bona fortu. ꝙ ſcilicet bona fortuna dicitur reſpectu eorum, quæ in nobis ſunt, vt quādo aliquis intendit vnum per ſe, & aliud euenit.

¶ Alio modo reſpectu eorum, quæ non ſunt in noſtra poteſtate, vt ꝙ aliquis ſit nobilis, & pulcher, & diues naſcat &c. Et iſta diſtinctio fortunæ eſt in fortunam improprie dictam,

& minus proprie dictam, quæ magis dicitur caſus, quia non eſt ab agente a propoſito, quia non eſt talis euentus in poteſtate noſtra. ¶Sed quæ eſt cauſa eſſendi bene fortunatum? quod eſt ſecundum principale in primo articulo principali, & hoc de bona fortuna improprie dicta, quæ non eſt in poteſtate noſtra. Non inuenio aliquid intrinſecum in homine pp qđ debeat dici bene fortunatus iſto mō, ſed hoc accidit ſibi ex concurſu cauſarum extrinſecarum, qui poteſt eſſe ex Deo diſponente ſm theologos, licet non ſm Ariſto. ſicut ſi aurum ſit ibi, & aliquis intēdens fodere, ipſum inueniat, hoc eſt ex concurſu cauſarum extrinſecarum, & non eſt alia cauſa, niſi quia ipſe eſt magis diſpoſitus, vt cauſa vniuerſalis moueat ipſum ad hunc locū magis, quàm alium. ¶Sed cauſa, quare ad propoſitū illius ſequitur bonum, & non ad propoſitum alterius. Ariſt. in libello de bona fortuna, inquirit cauſam intrinſecam, quam dixit eſſe impetum. ¶Sed ſi tu dicas, tu quæris cauſam vbi non eſt cauſa, effectus fortuitus nō habet cām. ¶Dicendum, ꝙ notum fuit Ariſtoteli ꝙ ſicut illud quod euenit in pluribus habet cauſam, vt in pluribus vniformiter. ita ꝙ euenit in paucioribus, & difformiter habet reduci ad cām vniformiter agentem & per ſe. Cā autem intrinſeca, & proxima huius euentus fortuiti ſm Ariſt. in prædicto libello eſt impetus: dicit enim ſic. ¶ Eſt ergo bona fortuna ſine ratione natura. bene fortunatus enim eſt ſine ratione habens impetum ad bona. & hæc adipiſcens. hoc autē eſt naturæ: in anima enim ineſt tale natura, quo impetu ferimur ſine ratione, ad quæ vtique bene habebimus. Et ſi ſi quis interroget ab operante, quare ſic facit. neſcio inquit, ſed placet mihi, ſimile patiens his quæ a Deo aguntur. etenim a Deo vecti ſine ratione impetum habent ad operari aliquid. Et vult dicere, ꝙ aliqui habent velle ad quod ſequitur bonum aliquod præter intentum ex impetu, & ſine ratione, & cauſa huius impetus eſt natura. Et iſtam diuerſitatem hominum accepit Ariſtoteles per experientiam: ꝙ .n. iſte impellatur, & ille non, cum ſine ratione eius, cui impellit, hoc accidit, non poteſt eſſe ratio, ergo cauſa eſt natura, ſed illa differentia, vel diuerſitas non ponit differentiam ſpecificam in natura, ſed indiuidualem; ꝙ enim agens extrinſecum vniformiter agens moueat iſtum ad bonum, & non alium, eiuſdem rationis exiſtentes, non poteſt eſſe, niſi propter aliquid intrinſecum in vno, quod non eſt in alio. hoc autem non poteſt eſſe ratio, vt dictum eſt, nec aliquid conſequens ſpeciem, quia illud vniformiter cuilibet ineſt. eſt ergo aliquid pertinens ad indiuiduum. quod autem non ſit ratio, patet, quia vbi plurimus intellectus & ratio, ibi minima fortuna, vbi autem plurima fortuna, ibi minimus intellectus ſecundum Ariſto. nec etiam voluntas, quia ſimilis poteſt eſſe actus voluntatis in vtroque, & tamen vnus aſſequitur effectum fortuitum, & alius nō aſſequitur. ergo illud intrinſecum eſt impetus a natura proueniens. ideo dicit bene fortunatum

2. Phyſic.

Denique ... rū theo... gus & ... nus phi... ſophus ... bis cogn... uit in ... ſtatu.

De bo... for. c. 1

natum bene natum, quia in eo eſt diſpoſitio, qua a ſuperiore motore impellitur ad propoſita, ſecundum quæ eueniunt ſibi commoda. ¶ Sed illa diſpoſitio naturalis eſt necessario diſpoſitio ex parte animæ, vel corporis?

¶ Reſpondeo. ſi Ariſtoteles intellexerit ꝙ animæ differunt ſecundum gradus naturales in nobilitate, & perfectione, tunc eſſet dicendum, ꝙ anima nobilior haberet talem impetum, ſicut brutum nobilius habet nobiliorem æſtimationem, & nobiliorem inſtinctum naturalem ad aſſequendum commodum maius: ſed non credo Ariſto. ſic intellexiſſe, ſcilicet ꝙ iſte impetus ſequatur aliquem ex nobilitate animæ, quia: dicit: vbi minimus intellectus, ibi maxima fortuna, vnde dicit ꝙ talem non expedit conſiliari. non ergo hoc conuenit intellectui ex ſua perfectione, ſed quia habet nobiliorem impellentem, ſicut nauis male regibilis melius frequenter nauigat, ſed non propter ſeipſam, ſed quia habet bonum gubernatorem. In corpore ergo iſta diſpoſitio eſt conſequēs complexionem determinatam.

¶ Sed eſt dubitatio, qualiter natura eſt cauſa iſtius impulſus ad volendum aliquid, ad quod ſequatur commodum præter intentionem operantis, ſi ſicut grauitas eſt cauſa deſcenſus deorſum in graui, tunc enim fortuitum non eſſet a fortuna, quia in natura eſt aliqua diſpoſitio inclinans ad hoc, licet non ſufficienter motiua. ¶ Item probo, ꝙ omnia eſſent a fortuna, ſi ex hoc dicatur quis bene fortunatus, quia habet diſpoſitionē, qua impellitur ad volendum aliquid, ad quod ſequatur commodum ſine ratione, & conſilio, quia in actibus humanis conſilians, nec prius conſiliatur, nec conſiderans prius conſiderat, aliter eſſet proceſſus in infinitū. In primis ergo actibus non hr̄ impulſus a ratione cogente ad eliciendum tales actus. ergo eliciuntur ſine ratione, & a natura, & talis dicitur fortuna. ergo &c. ¶ Item, tu dicis ꝙ aliquis habet impetum ſine ratione. ¶ Contra. non eſt bona fortuna ſine actu volūtatis, quia fortuna eſt effectus contingens conſequens effectum agentis a propoſito. nunc autem actus voluntatis eſt circa obiectum oſtenſum a ratione. ergo talis impulſus ad volendum non eſt ſine ratione. ¶ Item, ſi natura impellit aliquem ad volendum, & non ratio, ergo non eſſet fortuna quod euenit, ſed caſus, quia hæc eſt differentia inter fortunam & caſum ſecundū philoſophum. ¶ Reſpondeo, prima ratio vadit ad hoc ꝙ prima intellectio ſit fortuita. & ſi ſequatur aliquid bonum, & conueniens diceretur quis per eam bene fortunatus. Reſpondeo igitur, & dico ꝙ ſecundum ꝙ vnus doctor exponit philoſophū in prędicto libello, videtur ꝙ prima intellectio, ſiue volitio ſit a Deo mouente intellectum, & voluntatem non per oſtenſionem obiecti, & dicit pdictus doctor, ꝙ hæc eſt ſententia Anſel. de caſu diaboli. c. 12. qui dicit, ꝙ angelus non habuit primū actū a ſe. ¶ Sed credo, ꝙ habuit primū actū a ſe ſicut ſm, licet voluntatē habuit a Deo. ad actum enim volendi non requiritur niſi voluntas & intellectus præuius oſten-

Li. 1. de bo. fortu. non longe a fine.

t. c. 61. & circiter.

Hen. quol 9. q. 10.

oſtendens obiectum. & per hoc patet ſolutio ad rationē ſuam.

¶ Contra. ſi angelus habuit primum actum volendi a ſe, aut habuit volendo,& ſic eſt proceſſus in infinitum,aut non volendo, quod eſt inconueniens.

¶ Reſpondeo, dico ꝙ habendo intellectum oſtendentē obiectum, & habendo voluntatē prius natura, ſimul tamen tempore habuit velle. Dico ergo, ꝙ iſta concluſio eſt concedenda quo ad aliquid, ſcilicet primam intellectionem non eſſe a ratione, ſed quo ad aliquid a caſu, intelligens non prius intelligendo intelligit, prima ergo intellectio non eſt a ratione oſtendente obiectum prius. ergo eſt a caſu quodammodo ſecundum Auguſt. lib.3. de libe. arb. non eſt in poteſtate noſtra, quin viſis tangamur. & ideo illud eſt fortuitum, & caſuale. ¶ Et ſi arguas. prima intellectio ſi ſit fortuita, omnia conſequentia erunt fortuita. Dico, ꝙ non ſequitur,quia habita prima intellectione & volitione poteſt aliquis ratiocinari de agendis. & ita quæ ſequuntur illam deliberationem non erunt fortuita, ſed a ratione deliberante. ¶ Sed ſi quęras primæ intellectiones ſunt ne ſimpliciter fortuitę? Dicendum ꝙ non. quia ſunt ab obiectis fortius mouētibus ſecundum phantaſmata magis impreſſa, ceſſantibus impedimentis, & ſic prima intellectio habet cauſam naturalē motiuam in nobis, quia tn̄ non eſt a ratione deliberante, nō eſt imputabilis homini niſi interpretatiue, quia in poteſtate hominis fuit facere obiectum fortius mouens ex frequenti conſideratione,ex qua fortius imprimatur phantaſma tale in memoria, & per conſequens fortius mouet & prius ceſſante impedimēto: prima ergo intellectio non eſt in poteſtate noſtra, ſed prima indifferētia, qua poteſt quis ſe determinare ad volendum vel non volendum hoc eſt a voluntate non ab intellectu, quia intellectus ab obiecto naturaliter mouetur. & ideo ſi voluntas naturaliter moueretur ab intellectu naturaliter moto, voluntas naturaliter moueretur, & ſic homo eſſet vnum bonū brutum. voluntas igitur non mouetur neceſſitate naturali, ſed habita prima intellectione,in poteſtate eius eſt conuertere intellectū ad conſiderandum hoc vel illud. & hoc vel illud velle, vel nolle. & ſic prima volitio omnino eſt a nobis,nec eſt ita a caſu, ſicut prima intellectio. ¶ Ad ſm dicendum,ꝙ Ariſt. videtur dicere in libro prædicto ꝙ ille impetus vel impulſus ad velle aliquid, ad quod conſequitur cōmodum, non eſt ſic a ratione, quòd talis ſciat ſic reddere rationem quare hoc facit. Dicendum ergo, quòd illud velle habet a ratione oſtendente obiectum volitum, ſed non a ratione conſiliante oſtendente cauſam, quare hoc facit diſtincte. ſed hoc habet ab impetu. ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ licet natura ſit mediata cauſa illius euentus fortuiti, non tamē immediata: ſed voluntas vnum intendens, licet ſit aliud eueniens præter intentum quod dicitur fortuna, non caſus. ¶ Sed de cauſa extrinſeca huiuſmodi euentus fortuiti ſm Ariſt. videtur dicendum, ꝙ natura non eſt cauſa

cauſa eius,qui natura eſt determinata ad vnum, ſaltem vnitate eiuſdem ordinis, & connexionis. euentus autem fortuiti non videntur habere connexionem,nec ordinationem ad alia. ergo natura non eſt cauſa ſufficiens, & completiua euentus fortuiti. ¶Item,tunc ſequeretur quod fortuna eſſet cauſa per ſe. Item, nullus dicitur bene fortunatus, quia impellitur ad volendum aliquid,ad quod conſequitur bonum, niſi illud bonum adipiſcatur, ſed illud bonum adipiſci non poteſt niſi cauſæ intermediæ concurrant ad hoc. cum ergo natura non poteſt eſſe cauſa ſufficiens huius concurſus,natura non ſufficit, ideo ſequitur quod eſt aliqua cauſa extrinſeca coniungens,¶Sed quæ ſit illa cauſa extrinſeca ſecundum Ariſt. eſt ne cœlum,vel intelligentia mouẽs cœlum mediante cęlo,vel Deus ipſe immediate mouens?

¶Dicendum,quod ſi nihil ſit effectus fortuitus, niſi illud ad quod cauſalitas cœli poteſt ſe extendere,tunc non eſt neceſſa rium cauſam inquirere, niſi cęlum & mouens cœlum, & hoc videtur probabile. quia nihil fortuitum videtur in homine, niſi illud ad quod cauſalitas cęli ſe extendit mediate,vel immediate.Sed primum non credo eſſe verum, quia aliquid eſt in homine ad quod cauſalitas cœli non poteſt ſe extendere ſicut eſt volitio.niſi occaſionał̃r mouendo appetitum ſenſitiuum, ſm̃ cuius inclinationem apta eſt voluntas inclinari:cęlum ergo quia non poteſt volitionem attingere,nec ẽt cãs ad eius cãtionem coniungere, iõ aliquid eſt in homine, ad quod cęli cauſalitas non poteſt attingere.

¶Et ſi diceretur, & forte verum eſt,quod nullus effectus fortuitus eſt in voluntate,& coniunctus volitioni per accidens, ſed tantum cauſalitas cœli ad omnia alia ſe extendit, & ſic non oportet aliam cauſam extrinſecam ponere,niſi cœlum & intelligentiam mouentem cęlum, & Deum mouentem mediate. ita ꝙ ſi Ariſtoteles videtur dicere, ꝙ tale principium ſit Deus,debet gloſari verum eſt mediate. ¶Si autem aliquis effectus fortuitus ponatur in voluntate. cum cœlum non poſſit talem effectum attingere, nec cauſas ad cauſandum ipſum cõiungere,nec aliqua intelligentia creata. tunc oportet aliquos effectus fortuitos in Deum reducere,qui omnia prouidet, & coniungit cauſas medias ad effectus tales fortuitos cauſandos. ¶Sed quomodo hoc poteſt concordare cum principijs Ariſto. qui non vr̃ ponere aliquod nouum immediate eſſe a Deo,vnde ipſe ponens mundum æternum, nõ poſuit motũ potuiſſe eſſe nouum,niſi ſm̃ partes, ita ꝙ totus non potuit eſſe nouus. *8. phy t.c. 15. & 12. metap. & alibi.* Et iſta concluſio põt dependere a tribus principijs.primo ꝑꝑ immutabilitatẽ principij, quia primũ eſt oĩno immutabile.iõ nullũ motũ nec mobile põt immediate de nouo producere, quia aliter ſe haberet tunc,quã prius.¶Sed non credo,quod arguat ſolum ex immutabilitate agentis. immo oportet addere aliquid ex parte effectus, ſic ꝙ agens immutabile non poteſt immediate cauſare aliqd nouũ alterius rõnis, quia aliter contradi-

tradiceret ſibijpſi, quia intelligentia omnino immutabilis ſecundum eum cauſat nouã partem motus,nec propter hoc eſt mutabilis. nec adhuc ſufficit, ſed oportet addere ſic. agens omnino immutabile non põt cauſare immediate aliquid nouum alterationis nulla poſita diuerſitate ĩ medijs cauſis actiuis,vel receptiuis,aliter non haberet propoſitio Ariſto. veritatem. ſi enim cauſæ intermediæ actiuæ ſint diuerſæ diſpoſitionis in agendo,vel paſſiuæ diuerſæ diſpoſitionis in recipiendo. poteſt eſſe diuerſitas effectuũ, dato quod in cauſa prima nulla ſit mutabilitas, vel nouitas aliquo modo.

¶ Dicemus ergo ſecundum Ariſtotelem quòd agens omnino immutabile non habens cãs medias actiuas, vel receptiuas diuerſæ diſpoſitionis, non poteſt cauſare aliquid nouum alterius rationis,ſed aliqua iſtarum conditionum deficiente, nõ habebimus ſecundum Ariſtotelẽ vnde concludamus * aliquam nouitatem in Deo.

¶ Dicendum ergo quòd non contradicit ſibi in libello de bona fortuna.& 8.phyſico. ſecundũ quod aliqui volunt ſibi imponere, quia ſi ſecundum primam viam ſufficiat omnem effectum fortuitum reducere in cęlum,hoc non ponit aliquã nouitatem, vel mutabilitatem in Deo, quia non cauſat Deus effectus fortuitos de nouo, niſi mediante cœlo, & hoc non eſt contra eum,dato etiam ſecundum aliam viam, quòd oporteat aliquos effectus fortuitos nouos reducere immediate in Deum, adhuc non contradicit ſibijpſi,quia certum fuit Ariſtotelem ſecundum ſua principia poſuiſſe animam intellectiuam eſſe a Deo ĩmediate, & ad hoc attingere poteſt ratio *naturalis,cum ſit immortalis,& ita aliquid nouum poteſt immediate eſſe a Deo, & tamen non contradicit ſibi ſecundum ſua principia. ¶ Sed quomodo eſt hoc poſſibile? dicendum, quod immutabilitas agentis excludendo cauſas actiuas intermedias vel receptiuas concluditur ſecundum Ariſtotelem, quòd nõ poſſit fieri aliquid nouum alterius rationis: ſed ſi vna conditio defecerit.ſ.quando cauſę intermediæ actiuæ vel paſſiuæ diuerſimode ſe habent in cauſando,poteſt cauſare de nouo aliquid alterius rationis. Si etiam effectus cauſandus ſit eiuſdem rationis,poteſt Deus ipſum cauſare immediate, nulla poſita nouitate in eo propter diuerſitatem cauſarum receptiuarum, ſicut ſol immediate ſoluit glaciem, & coagulat lutum, nulla poſita nouitate in eo.ita ſecundum Ariſtotelem, hoc corpore organizato, Deus neceſſitate immutabilitatis cauſat hãc animam, & prius non, quia materia non erat diſpoſita, ſicut nec ſol cauſat alium,& alium radiũ in aere,& in aqua, niſi propter diuerſitatem recipientium. ſic in propoſito Deus infuit vniformiter in quodlibet,inquantum poteſt ſecundum Ariſto.& quia iſte eſt diſpoſitus,ille non, ideo Deus impellit iſtum ad tale propoſitum, ad quod conſequitur commodum. illum autem non impellit, quia non inuenit in eo diſpoſitionem illã, quam diximus prius, & ita poſiti

al. nullã.

16.de aĩ lib. vel de Ge.al lis. c.1. B. Hum oppoſitum hẽt in 4. di.43.q.1 vbi ĩqui quod aĩ immorta litas no põt rõne naturali ꝓbari ſp culare, & ſolue contradictio nem.

tio Ariſtō. de bona fortuna ſtat cum poſitione ſua, 8. phyſi. ſ. ꝙ Deus non poteſt cauſare nouū mundum, vel nouum cœlum, vel nouum motum ſecundum ſuam totalitatem. ¶ Sed ſecundūm fidem, & veritatem dicendū eſt, quod Deus habens prouidentiam generalem de omnibus, regit res ſecundum quod natæ ſunt regi. ſecundum quod dicitur. 7. de ciui. c. 30, Sic Deus res quas condidit &cæt. tamen præter iſtam generalem prouidentiam, habet prouidentiam ſpecialem ex quadam electione, ſecundum quam prouidet vnicuique hominum ſm merita præſentia, vel futura, & occulta nobis, tamen ſibi præſentia, quia eius iuditia iuſta ſunt ſemper, licet occulta, ita quod aliquando aduerſitas plus proficit, quam proſperitas ſecundum Boetium. 4. de conſo. ita quod licet ponamus aliquem bene fortunatum, tamen ex hoc nihil nouum ponimus in Deo, vt dictum eſt, & ſic patet ad rationes.

F I N I S.

Ad Laudem, Honorem, & gloriam omnipotentis Dei, eiuſque illibatæ Genitricis Virginis Mariæ, Seraphiciq́ue Patriarchæ Diui Franciſci, & vtilitatem Chriſti fidelium, præſertim Sacroſanctæ Theologiæ ſtudioſorum hic eſt finis Quæſtionum Quolibetalium ex quatuor voluminibus ſententiarum, quæ à Ioanne Duns Scoto, ordinis minorum, Theologorum omniū principe, Academiæq́ue ſubtilium vexillario, fuerunt exactiſſime diſcuſſæ, nunc à mendis, quibus ſcatebant, expurgatæ, multipliciq́ue lumine illuſtratæ per Saluatorem Bartolucium Aſſiſiatem, conuentualem Franciſcanum, Sacræ Theologiæ Doctorem, ac Venetijs in Florentiſſimo magnæ Domus Gymnaſio Regentem. M. D. LXXX.

COMPENDIVM QVOLIBETORVM IOAN. DVNS SCOTI Doctoris Subtilis,

À R. P. Saluatore Bartolucio de Aſſiſio in lucem reſtitutum.

QVÆSTIO I. pag.2.

An in diuinis eſſentialia ſint immediatiora eſſentiæ diuinæ, vel notionalia.

IN hac prima quæſtione ſunt tres articuli. ¶In primo articulo Doctor oſtẽdit q̄d importatur per eſſentiam, eſſentialia, notionalia, & quid per immediatius.¶Et primo oſtendit quomodo in diuinis neceſſario eſt aliqua entitas realis, ſiue ex natura rei, & hoc in exiſtentia actuali, quæ rationabiliter à ſanctis eſſentia vocatur, ſicut patet Exod.3.qui eſt miſit me ad vos &c.¶Conſequẽter Doctor ponit duo argumenta ibi. ¶ Contra iſta, quæ dicta ſunt de iſto termino eſſẽtia &c. Quorum ſolutiones remittit in primo diſt.8.q. 4. de attributis, circa finem quæſtionis.¶Ad primũ tñ poſſet dici ad maiorem, q̄d identice eſſentia diuina includit omnes perfectiones ſimpliciter, non tamen formaliter, quia ex natura rei diſtinguntur. ¶Ad confirmationem de Anſelmo dicitur, quod licet quælibet perfectio ſimpliciter ſit formaliter infinita,& intenſiue non tamen radicaliter, cuiuſmodi eſt eſſentia,& exiſtẽtia diuina. ¶Ad ſecũdum dico quod eſſentia & exiſtentia in creaturis ſe habẽt, ſicut quidditas,& modus, & idõ diſtinguuntur.¶In diuinis autẽ exiſtentia eſt de conceptu eſſentiæ,vt vult Doctor in primo diſt. 2.de propoſitione per ſe nota,& ideo non eſt ſimile in diuinis, ſicut in creaturis. ¶Conſequenter in textu ponuntur tria extra.

pri-

primum eſt magnum,quod incipit ibi,¶Pro iſta ſententia poteſt adduci Hylarius &c.& durat vſque ibi,¶Secunda ratio ad concluſionem talis eſt &c. ¶Secundum extra incipit ibi, ¶Nam licet aliquid poſſit eſſe in re &c. & durat vſque ibi,¶Nam contra dictio videtur eſſe, quod aliq̃d ſit &c. ¶ Tertium extra incipit ibi,¶Vel ſic, Nulla potentia habet ſuum primum eſſe &c & durat vſque ibi,¶Quarta ratio ſumitur ex parte operationis &c. Conſequenter ibi , ¶ Quia vero ſolutio quæſtionis depẽdet &c. oſtendit doctor,quod in diuinis eſt aliquod eſſentiale importãs reſpectum ad creaturas , & aliquod eſſentiale penitus abſolutum adintra ,& hoc probat ibi quatuor rationibus, vt patet in textu. Deinde ibi. ¶ De quarto termino.ſ.immediatius &c. dicit quod immediatius dicitur dupliciter. ſ. poſitiue,& negatiue,vt patet in textu.

¶ In ſecundo articulo continentur tres breues concluſiones. In quarum vltima ponitur vnum paruum extra, Quod incipit ibi,¶Nec iſta maior inuenitur habere inſtantiam &c. & durat vſque ibi . ¶ Secundo probatur à priori illa maior &c. iuxta finem primæ rationis probantis tertiam concluſionem. ¶Nota quomodo primũ notionale,quod includit primum reſpectum poſitiuum ad aliquam perſonam,eſt dicere.

¶ In tertio articulo ponuntur duæ inſtantiæ contra duas rationes,tertiam concluſionem præcedentis articuli probantes. prima inſtantia eſt cõtra primã rationem, Secunda vero contra ſecudam. & iſtæ duæ inſtantiæ ponuntur ab Henrico de Gandauo in ſumma articulo. 27. q. 7.¶Conſequenter in iſto articulo doctor oſtendit quomodo ratio memoriæ perfectæ,& cętera eſſentialia prę̨cedunt originaliter in patre productionem verbi ¶Deinde ibi,ſi quæratur,Quare verbũ dicitur magis ars &c. Hic doctor oſtendit quomodo à propriate verbum dicitur ars patris,non formaliter, & quod verbum non producitur per actum intelligendi,ſed per actum dicendi.

QVÆSTIO. II.
pag.19.

An in Deo poſſint eſſe plures productiones eiuſdem rationis.

IN hac quæſtione ponuntur tres articuli.in principio primi articuli ponitur cõcluſio negatiua, in qua concordant omnes Theologi , quod in Deo non poſſunt eſſe plures productiones eiuſdẽ rationis,quæ concluſio eſt reſpõſiua tituli quæſtionis. ponuntur quatuor rationes in textu,iſtam concluſionẽ probantes ibi,¶De primo apponuntur ad hoc quatuor rationes &c. quę a doctore impugnantur,quæ ſunt Thomæ prima parte ſummæ.q.7. articulo primo.& ſecundo ſcripti diſtin.3 .q.4. & Egidij Romani Quolibeto ſecundo.q.7. Deinde ibi,ad concluſionem negatiuam apponitur ratio talis a quibuſdã. Iſta ratio eſt Henrici de gandauo Quolibeto.6.q.1.

¶ In ſecundo articulo ponuntur rationes Scoti ad probandũ dictam concluſionẽ tituli iſtius quæ-

quæſtionis reſponſiuam, quam doctor ꝓbat in iſto articulo tam oſtẽſiue, quã ad ĩpoſſibile, vt patet in textu. & ibidem oſtendit quomodo diuerſimode accipitur materia ab Ariſtotele, & ſimiliter forma per oppoſitum &c. quæ omnia patent in textu.

¶ In tertio articulo ponuntur aliquæ inſtantiæ, quæ ſoluuntur a multis diuerſimode, quorum ſolutiones impugnantur à doctore prima enim ſolutio primæ inſtantiæ quæ tangitur ibi: ¶ Ad primum duplex eſt via reſpondendi &c. prima eſt Henrici de Gandauo vbi ſupra fuit citatus in prima quæſtione. Secunda vero ſolutio, quæ tangitur ibi, ¶ Secundo modo diceretur negando maiorem &c. ponitur ab Herueo ĩ ſuis quolib. tertia vero ſolutio quæ tãgitnr ibi, ¶ Tertio mõ cõcedit minor, qđ eſſentia &c. eſt ſolutio Doctoris.

QVÆSTIO. III.
pag. 38.

An poſsit ſimul ſtare quod relatio vt comparata ad eſſentiam, ſit ratio tantum, & vt comparata ad oppoſitum ſit res.

IN primo articulo nulla ponitur opinio, ideo dimittitur. In ſecundo articulo ponunt duo modi dicendi. ¶ De iſta concluſione, quod relatio vt conparata ad eſſentiam eſt res, primus modus dicendi eſt doctoris noſtri, qui tangitur ibi, ¶ De primo dico, quod relatio &c.

¶ Secundus vero modus dicendi, qui tangitur ibi, ¶ Hic tamen eſt alius modus dicendi &c. eſt Thomæ prima parte ſummæ q. 35. articulo ſecundo, & Ægidij Romani Quolibeto primo q. 6 & Henrici in ſumma arti. 6. q. 1. & quolib. 5. q. 1.

¶ In tertio articulo ponuntur aliquæ inſtantiæ cõtra dicta in ſecundo articu. cum earũ ſolutionibus, vbi oſtenditur quod relatio identice eſt eadem eſſentiæ, non tamen formaliter.

¶ Item, quomodo relatio in Deo non habet rationem accidentis, &c.

QVÆSTIO. IIII.
pag. 51.

An ſeparata vel abſtracta relatione originis poſſet manere prima perſona diuina conſtituta, & diſtincta.

IN iſta quarta queſtione ponũtur tres articuli. ¶ In primo articulo oſtenditur primo, quod nulla eſt repugnantia perſonas diuinas conſtitui per relationes originis, cõſequenter ibi, ¶ Contra iſtam rationem inſtatur &c. Hic doctor arguit contra rationem ſuam per rationẽ Seraphici Bonauenturę libro primo diſtin. 27. q. 2. & diſt. 28. q. 1. & ante diſtin. 13. q. 4. in ſolutione principali, & dubio tertio literali, & recitatur à doctore cõformiter lib. 1. diſtin. 28.

¶ Contra quam opinionem Doctor arguit omnes impugnãdo inſtantias, vt patet in textu. Et ſtatim poſt, eſt quoddam magnum extra quod incipit ibi. ¶ Reſpondetur aliter ad minorẽ principalis rationis &c. & durat vſque ibi, ¶ Aliter reſpondetur adhuc ad rationem, & ad minorem ſic &c.

¶ Iſta reſponſio eſt Hẽrici Gã-

dauen-

dauenſis in ſumma,& quolibeto.9.q.1.& 3.diſtinguẽtis de generatione inquantum potentialis & aptitudinalis ,& durat vſque ibi, ¶Aliter reſpondetur ad eandẽ minorẽ qđ conſtitutiuũ &c. ¶ Iſte aliter diſtinguens eſt Thomas prima parte ſummæ.q. 40.ar.4.¶Cõtra quas opiniones doctor arguit dupliciter, primo cõiũctim . Secũdo diuiſim. ¶Et modi cum ante tertium articulum ponitur vna alia opinio ibi, ¶Aliter dicitur adhuc ad minorem quaſi exponendo &c. Quæ opinio eſt Thomę prima parte ſuæ ſummę, q. 36.art. 2. contra quam doctor iterum arguit tribus rationibus, & tandem doctor reſpondet ad ſuum motiuum, fundatum in auctoritate Auguſtini,q̃ oĩa patent in textu.

¶In principio tertij art.ponitur opinio Henrici, vbi ſupra fuit allegata,quę ponitur in ſumma,& quolib.9.q.1.& 2 ¶ Demum ſtatim poſt , ponitur opinio Doctoris ad.q. diſtinguentis eam in duplici artic.& infra multum longe ibi,¶Ex his patet ad obiecta in primo art.quę videntur &c.Et ſequitur de hoc ſatis eſt dictum alibi &c.

¶Iſtud alibi eſt in 3.di 8. q.vnica,ſimiliter eſt in 4. in materia de charactere, & in materia de euchariſtia,de ſeparatione accidentium à ſubiectis &c.

QVÆSTIO. V. Pag. 68.

An relatio originis ſit formaliter infinita .

IN hac quinta quęſtione Doctor ponit tres articulos.

¶ In primo artic. diſtinguit de infinito . & quod infinitas dicit modum intrinſecum eſſentiæ,& cuiuslibet attributi . Et quod iſta non eſt concedenda , paternitas eſt infinita , licet poſſet concedi paternitas eſt hic, quod eſt infinitum , hoc idem Doctor habet in 1.diſtinc. 5 .& diſtinc. 8. in fine. De attributis diſtinc. 13. & in 4. diſtinc. 14. ¶ Et ſic qui voluerit propter problemata in Scoto, dictos locos ad maiorem explanationem videre poterit.

¶ In ſecundo artic. oſtenditur relationem non eſſe formaliter infinitam multis rationibus .

¶ Prima ratio fundatur in diffinitione perfectionis ſimplicis data ab Anſelmo &c. Quæ definitio declaratur a Doctore in ſuo primo diſtinc.8. quæſt.1. in ſolutione primi argumenti,tamen hic Doctor magis ample eam declarat,vt patet. in ſecunda ratione principali Doctor, oſtendit quomodo in formaliter diſtinctis verificatur prædicatio abſtracti de abſtracto , vbi recitatur modus dicẽdi aliquorum ibi, ¶ Dupliciter ab aliquibus dicitur,quod licet paternitas &c.

¶ Horum aliquorum eſt Thomas in primo diſtin. 5. quæſt.1. & ſimiliter dominus Bonauentura , & Henricus Gandauenſis quoli.5.quęſt.1.quas opiniones Thomæ & aliorum doctorum impugnat vnica inſtãtia,ad quã Thomas dat euaſionem, quę patet in textu , quam euaſionem Doctor refutat. Deinde in fine iſtius artic. ibi,

¶ Aliter dicit aliùs , & rationabilius,vt videtur &c. Iſta ſolutio eſt Varronis Magiſtri Scoti in ſecunda diſtinc.ſui primi,quę ſolutio

ſolutio approbatur a Doctore.

¶ In tertio artic. in quo nulla recitatur opinio, Doctor arguit contra dicta ſua in alijs articulis, & maxime contra dicta in ſecundo articulo, & demum ſoluit.

QVÆSTIO. VI.
Pag. 82.

An æqualitas in diuinis ſit relatio realis.

IN hac quæſtione ſunt tres articuli. ¶ In primo articulo Doctor tractat de fundamento æqualitatis in communi, quod eſt vnitas in quantitate ſecundũ Ariſtotelem. 5. Metaph. vbi ponuntur tres modi relatiuorum.

¶ Deinde Doctor oſtendit qđ relatio æqualitatis habet fundamentum reale, & extrema realiter diſtincta.

¶ De omnibus igitur quę requiruntur ad æqualitatem Doctor aſſerit in diuinis ipſa eſſe ex natura rei, præter quam de æternitate, de qua dubitat, & tangit duos modos dicendi in textu. primus tangitur ibi,

¶ Videtur quod ſic, quia ſicut infinitas &c. Qui modus dicendi ſtat in vna concluſione, quã primo probat ratione, ſecundo authoritate.

¶ Et iſte modus dicendi, ſtat in hac imaginatione, quod ſicut exiſtentia, & infinitas ſunt in diuinis ex natura rei, ita ęternitas. ¶Secũdus modus dicendi, qui tangitur in quadam obiectione immediate ſequente ibi. ¶Cõtra iſtud obijcitur per illud Boetij &c.

¶ Et quamquam doctor expreſſe ad neutram iſtarum viarum minime declinet, Tamen videtur quod ſecundus modus dicendi magis ſit de ſua intentione, quam primus, patet, quia ſoluit rationes primi modi dicendi, & non ſecundi.

¶ Vnde breuiter dico, quod in diuinis ſunt proprietates poſitiuæ, & ſunt aliquæ negatiuæ; De primis tractat magiſter ſententiarũ a ſecunda diſtinctione. vſque ad octauam primi ſententiarum excluſiue. In octaua vero diſt. tractat de proprietatibus negatiuis. ſ. de ſimplicitate, q̃ dicit carentia cõpoſitionis, & de immutabilitate, q̃ dicit negationẽ ad poſſe moueri. In nona diſt. tractat de ęternitate, de qua nunc eſt ad propoſitũ, q̃ de ſuo proprio, & formali ſignificato importat duplicem negationem, ſicut hoc nomen perſona, importat enim negationem ad non incipere eſſe, & ad nõ deſinere eſſe. ¶Et de cõnotato dicit exiſtentiã actualem, ſicut perſona dicit duplicem negationem, & connotat naturam intellectualem, & ſic poſſunt conciliari iſti duo modi dicendi, qui vellet eos conciliare, Vnde æternitas formaliter eſt negatio in genere, & licet non ſit in diuinis ex natura rei, ſicut entitas poſitiua, eſt tamen ex natura rei, ſicut hoc nomen perſona; De hoc vide Doctorem in primo in materia de perſona diſtinctio. 23. quæſtio. vnica, & ſicut Doctor dicit de perſona ibi, dic hic de æternitate.

¶ In ſecundo articulo vbi Doctor propter ſecundam partem minoris argum. ante oppoſitũ, & eius probationem inducit tres

tres concluſiones,& poſitis cō-clusionibus cum earum probationibus ibi, ¶ Contra dicta in iſto articu. Obijcitur dupliciter &c. Ibi ponuntur quatuor rationes,quæ ſunt Thomæ,quæ eliciuntur ex dictis ipſius prima parte ſummæ. q.7.arti.1. & primo ſcripti diſtin.3 1.&c.

¶ Deinde improbatis dictis. 4. rationibus a doctore ibi,¶ Dicitur enim,quod ęqualitas nō eſt aliqua realis relatio & cætera.

¶ Iſte modus dicendi eſt Thomæ primo ſcriptivti ſupra, quē doctor impugnat duabus rationibus,vt patet in textu.

¶ In tertio articulo, nulla occurrit opinio,ſed pręciſe doctor oſtendit authoritatibus euangelij,& Auguſtini,& duabus rationibus in eiſdem authoritatibus fundatis, ęqualitatem in diuinis eſſe relationem realem , vt patet in textu.

QVÆSTIO VII.
Pag. 101.

An Deum eſſe omnipotentem poſsit naturali, & neceſſaria ratione demonſtrari.

IN hac quæſtione ſunt articuli duo.

¶ In primo articu. diſtinguitur de demonſtratione propter quid , & quia , & de omnipotentia.

¶ In ſecundo articulo , ſunt quinque concluſiones, Tres de demonſtratione propter quid, & duę de demonſtratione q a, cum earum probationibus,quę patent in textu.Et in fine probationis ſecūdę concluſionis ibi, ¶ Ex hoc ſequitur quod ſi ponetur Theologiam eſſe &c. Hęc Hentricus quolib.12 q.2.quem prolixe impugnat doctor in 3. diſt. 24. &c. Conſequenter ibi, ¶ Contra iſtud obijcitur, quia cum voluntas &c . Hic Doctor ponit tria argumenta,quę non ſoluit,ſed in fine argumentorū dicit,reſponſiones ad iſta quęre alibi,hoc eſt in primo diſtinctio. 2 de propoſitione per ſe nota,& in 3.diſtin.de cognoſcibilitate Dei,ex quibus locis poſſunt elici ſolutiones. ¶ Ad primum tamen poteſt dici, in pręſentia, quod quamuis poſſit cōcludi ibi eſſe perfectiſſimam voluntatem , non tamen demonſtratione propter q d , ſed quia, & ex creaturis,vbi ex perfectionibus creaturarum arguimus ſummam in Deo fore perfectionem.

¶ Ad ſecundum dico , quod ad propoſitionem per ſe notā requiritur , quod ſit cauſa media inhęrentię prædicati ad ſubiectum,& ſic maior non eſt ſufficiens.

¶ Ad tertium dico,quod licet per media nobiliora procedat Metaphyſicus, quam Phyſicus, non tamen procedit per nobiliorem demonſtrationem.

¶ Demū dum doctor dicit. Sed contra reſponſiones iſtas datas Auguſtini,& Richardi arguitur &cęte. Ponitur opinio Egidij Romani diſtinct. 20. primi libri, & ſequitur poſt in textu.

¶ De iſta minore dicitur quod tantum eſt credita &c. Thomas prima parte ſummę.q.66.art.2.

¶ Deinde ibi, ¶ Reſpondetur qđ ordinē conceſſit in entibus &c. Iſta reſponſio eſt Henrici quolibet.8.q.9.& vltima,quam doctor impugnat,vt patet in textu.

Tan-

Tandem doctor reſoluit, ſiue terminat quęſtionem ſoluendo motiua Henrici, & auctoritates per eum adductas, Et quomodo ſecundum Ariſtotelem intelligentię habent cauſam efficientem, & hoc eſt demonſtrabile.

QVÆSTIO VIII.
Pag. 126.

An filius vel verbum diuinum habeat cauſalitatem propriam reſpectu creaturæ.

IN hac quæſtione ſunt tres articuli.

¶ In primo articulo doctor probat quod nō habet propriam cauſalitatē reſpectu creaturę, authoritatibus, & rationibus, quę patent in textu. Conſequenter ibi. ¶ Si dicatur ad illud ſecundum vnam opinionem &c. iſta opinio eſt Henrici de Gandauo, quę ponitur quolib. 6. q. 2. quam recitat doctor in principio. 2. & in materia de verbo in primo libro diſtin. 27. Deinde immediate poſt ibi,

¶ Diceretur ad hoc quod licet voluntas &c. ¶ Iſte modus dicendi eſt Henrici de Gandauo vbi ſupra, quem doctor impugnat. & immediate poſt ibi, ¶ Aliud medium proprium accipit &c. Hoc medium eſt Thomæ in 2. ſcripti. diſt. 1. & elicitiue in prima parte ſummę. q. 6. articu. 5. ¶ Deinde immediate poſt adducitur quoddam argumentum ibi, ¶ Cōtra iſta poteſt argui, Notitia, & amor &c. ſunt rationes Henrici, vbi ſupra, quę ſoluuntur a doctore, vt patet in ſpicienti textum.

¶ In ſecundo articu. oſtenditur quomodo pater prius origine cauſat, quam filius, & in eodem doctor obijcit contra ſe ibi, ¶ Sed hic obijcitur, quia ſi pater &c. & ponitur iſta ratio a doctore in primo. q. 2. articu. 2. quam doctor ſoluit in eodem libro, & hoc in loco ſimiliter ſoluit duabus rationibus.

¶ Prima ſolutio fundatur in doctore in primo diſtin. 12. q. 2. quæ ſubtilis eſt.

¶ Secunda vera ſolutio valet propter replicam, quę poſſet fieri, & maxime propter argumentum nominalium.

¶ In tertio articulo oſtenditur, quod nullus reſpectus ad extra includitur in proprietate alicuius perſonę, vbi ponuntur aliquę inſtantię, quę ſoluuntur & cętera.

QVÆSTIO IX.
Pag. 139.

An Deus poſſit facere Angelum in formare materiam.

IN hac q̄ōne primo ponitur intellect⁹ quęſtionis, & ſecūdo oſtendit quod non. ¶ Et ibi notandum eſt quod ens dicitur tripliciter, de iſta materia ſimiliter eſt tractatio in 2. in 1. diſt. q. 6. conſequenter in quarta ratione iſtius quęſtionis, quę tangitur ibi, ¶ Quarta ratio videtur ſumi ſecundum aliquos & cæ. Iſta ratio eſt Thomę in prima parte ſuę ſummę. q. 78. articulo primo, vbi dicit quod ſtatus animæ in corpore eſt perfectior, quam extra corpus. ¶ Conſequenter doctor ibi.

¶ De

¶ De iſta quarta ratione &c. oſtendit qualiter iuxta motiua Thomæ, quod aliqua intellectio poteſt dici operatio immaterialis tripliciter, vt patet in textu, & in fine primi intellectus eſt vnū extra, quod incipit ibi, ¶ Immo ex iſto intellectu antecedentis vr̄ poſſe argui &c. & explicit ibi. Alio mō poſſet intelligi antecedens &c. Vbi ponitur ſecundus intellectus.

¶ Rurſus ſequitur in doctore ſecundum etiam iſtum tertium intellectum &c. Vbi doctor de omnibus tribus membris tertium eligit, vt patet in textu. ¶ Et in tertio articulo, vbi notandum eſt de eſſe & cognitione animę ſeparatę, & ſtatim poſt, obijcit contra ſe iuxta primam rationem ibi, ¶ De tertio principali obijcitur contra primam rationem & cętera.

¶ Vbi facit quinque rationes, quarum tres primas ſoluit, duas vero vltimas non. Ideo dicendum eſt ad quartam ſecundum opinionem ſuam in aliquibus locis, quod anima reſpectu corporis hēt duo .ſ. informare, & mouere, & ſunt conditiones diſtinctæ, ſicut patet circa inſtans mortis, vbi aīa licet informet corpus, tamen mouere non poteſt, motu ſaltem locali. ¶ Ad propoſitum cœlum eſt animatum quo ad motiuitatem, ſed non quo ad informationem, ſicut procedit argumentum ſumptum ex philoſophis. ¶ Ad quintum argumentum Reſpondetur quod licet Angelus poſſit aſſumere corpus, & in ipſo cibos diuidere non tamen poteſt illos cibos in ſubſtantiam aliti conuertere &c. De hoc vide in 2. q. qua quæritur. Vtrum Angelus poſſit aſſumere corpus in quo exerceat opera vitę.

QVÆSTIO. X, pag. 150.

An Deus poſsit ſpecies in euchariſtia conuertere in aliquid præxiſtens.

IN hac quæſtione sūt tres articuli: ¶ In primo art doctor oſtēdit, quare Deus poteſt quodlibet creatum conuertere in aliud ſecundum totum, & de diſtinctione Totius cathegorematicé, vel ſyncathegorematice. ¶ In ſecundo articulo in quo doctor oſtendit quomodo idem corpus ſine cōtradictione poteſt eſſe in diuerſis locis. In principio ponit᷑ opinio Egidij Romani ī ſuis Theorematibus, primo Theoremate, quam doctor improbat. ¶ In tertio articulo ponuntur tres opiniones.

¶ Prima in principio q̄ eſt Hērici de Gādauo quolib. 9. q. 9. & quol. 11. q. 4. & quol. 12. q. 10. vt patet in collectorio Magr̄i Guillermi ſuper quartū ſent. diſt. 11. q. 4. de qua ſimiliter tractatur ſicut in præſenti materia. Secunda vero opinio, quæ tāgitur ibi, ¶ Aliter dicitur quod panis non annihilatur, quia manet in potētia &c. Eſt opinio Egidij Romani Theorem. 1. & 34. ¶ Tertia opinio quæ tangitur ibi, ¶ Aliter dicitur quod ſicut ſecundum Ariſtotelem. 5. phyſicorum. Eſt opinio Varronis in 4. diſtin. 11. cui cōcordat frater Ioānes pariſienſis, ord. præd. vt patet in 4. in diſt. p̄allegata, q. 3. quā magiſter Guillermus recitat, vt patet in loco dicto. Et omnes iſtæ tres opiniones

niones impugnantur à Doctore &c. ¶ In ſuper declaratur in eodem art. qualiter accidentia ſeparata poſſunt naturaliter agere, vel pati: De hoc habet ſimiliter in 4. diſtin. 12. art. 2. q. vnica, qua quæritur. Vtrũ accidentia in euchariſtia poſſint habere talem actionem, quam poterant habere in ſubiecto, & ſic pſens quęſtio terminatur.

QVÆSTIO XI. Pag. 163.

An Deus poſsit facere quod manente corpore, & loco eius, & corpus non habeat vbi in loco.

DOctor iſtam quęſtionẽ diſtinguit quadruplici articulo. ¶ In primo articulo oſtendit de loco primi cœli, & in fine iſtius primi articuli doctor adducit duo dubia ibi, ¶ Si quæratur de iſto locare &c. quæ non ſoluit, ſed dicit in fine dubiorum, reſpõſiones quęre. ¶ Ad primum tamen illorum dubiorum dicit, quod pertinet ad prędicamẽtũ vbi, & licet non diffiniatur niſi vbi paſſiuum à philoſopho, tamen eſt aliud vbi, quod vocatur actiuũ, quod eſt alia ſpecies ipſius vbi, quod eſt prędicamentum commune ad vbi paſſiuũ, & actiuũ. ¶ Ad ſecundum dicitur communiter a doctoribus quod in tali caſu non moueretur cœlum. ¶ In ſecundo articulo oſtendit quod Deus poſſet facere vacuũ & quomodo, & ibi oſtenduntur aliqua de quiete, & motu. ¶ In tertio articulo oſtenditur quomodo variatur locus ex variatione loccatorum.

¶ In quarto articulo doctor oſtendit, quomõ vbi non eſt forma abſoluta, & licet doctor in 4. in fine de euchariſtia probabiliter det duas vias, tamen in 3. in 1. q. reſoluit ſe, quod vbi eſt reſpectus & nõ forma abſoluta, ſimiliter doctor in iſto. 4. arti. oſtendit de diſtinctione reſpectus pro intrinſecum & extrinſecum, & quomodo vbi diuidit, & qũo Angelus eſt in loco.

QVÆSTIO. XII. pag. 171.

An rei creatæ ſit idem reſpectus ad Deum vt creantem, & Deum vt conſeruantem.

HÆc quęſtio diuiditur ĩ tres articulos ¶ In primo art. oſtẽdit qualr̃ rei creatæ ſit idem reſpectus ad Deum creantem, & conſeruantem, vbi ponitur vnus modus dicendi ibi, ¶ Diceretur hic quod fundamentum relationis &c. eſt opinio Seraphici Bonauentdræ lib. 2. diſtin. 1. ¶ Et in iſto art. nota quod actio & paſſio non ſunt proximum fundamentum relationũ ſecundi modi, & cõſequenter ibi, ¶ Hic obijtur per illud Auguſtini. 12. &c. iſta obiectio eſt Seraphici Doctoris vbi ſupra. ¶ In 2. art, oſtẽdit qd ſignificat creare, & quid conſeruare, & quomodo creatio non prædicatur de conſeruatione ratione reſpectuum ibi, ¶ Propter igitr̃ iſtos diſtinctos reſpect⁹ &c. ¶ In 3. art. Nota quomodo aliquid poteſt manere ſolum per inſtans, & quomodo differenter habent primũ & vltimũ permanentia, & raptim tranſeuntia.

¶ Item q̃uo propoſitiones de incipit,& deſinit, dupliciter exponuntur, & infra ibidẽ ſequitur in textu. ¶ Sed nunquid tenendo Deũ agere naturali neceſſitate.& ſequitur immediate, reſponſionẽ quære. Iſtud quære Doctor dimittit ad intellectũ inueſtigantis, ſicut ſæpe facit. Iccirco dicendũ eſt, quod ſi Deus produceret illam creaturã ſine cã ſecunda media, poſſet tantũ per inſtans durare,quod non cõcedunt philoſophi, quia negant creationem, ſi vero produceret mediante cauſa ſecunda non videtur concedendum,quod poſſet tantum durare per inſtans.

QVÆSTIO. XIII. Pag.179.

An actus cognoſcendi, & appetendi ſint eſſentialiter abſoluti, vel eſſentialiter relatiui.

IN hac quæſtione. Nota quod Doctor dat duas vias principaliter ad reſolutionem quęſtionis.

¶ Vna via dicit quod illi actus principaliter dicunt abſolutum, & connotant reſpectiuum.

¶ Alia dicit, quod de principali ſignificato dicunt vtrunq;. & hæc communiter tenetur a ſcotiſtis,quia ſi principaliter diceret abſolutum, cum beatitudo pro abſoluto, ſcilicet ꝓ qualitate poſſet poni in lucifero,lucifer eſſet vere beatus, ergo beatitudo non dicit præciſe abſolutum, quicquid tamen ſit de hoc, Doctor nec hic, nec in aliquo loco expreſſe ſe reſoluit, ideo qui voluerit tenere aliam viam poteſt tenere eam, quia eã Doctor omnino non refutat, & dum dicit Doctor.

¶ In ſecundo articulo ad primum quære alibi &c. iſtud alibi eſt in 4. in materia de beatitudine, poteſt tamen dici, quod concludit, quod operatio beatifica non includit præciſe abſolutum. ſicut concedo.

QVÆSTIO. XIIII. Pag.198.

An anima ſua naturali perfectioni relicta poſſit cognoſcere trinitatem perſonarum in diuinis.

IN hac quæſtione ſunt tres articuli.

¶ In primo articulo nota quomodo Deus poteſt a nobis cognoſci ex creaturis. ſimiliter nota de fide infuſa, & acquiſita, vbi Doctor ponit tres differentias inter eas, & in fine primæ differẽtiæ, vbi Doctor facit quandam obiectionem ibi,

¶ Contra nec fides acquiſitã &c. Et dum dicit immediate Doctor rationem quære alibi. De hoc in 3. diſt. 24. vbi prolixe tractat de præſenti materia, poteſt tamen dici, quod quamuis neutra ſit euidens ex obiecto, tamen fides infuſa non poteſt exire in actum ſine acquiſita,ſimili modo fides acquiſita non ſufficit ſine infuſa, vt patet practicanti rationem adhoc de vtraque.

¶ In ſecuddo articulo vbi diſtinguit notitiam in intuitiuam & abſtractiuam, & conſequenter infra de obiecto intellectus, dum dicitur vt videntur aliqui dicere. Sed ſpecialiter quidditas rei materialis &c. eſt opinio Thomę

Thomæ prima parte ſummæ. q. 12. artic. 4. & q 85. art. 1 de qua Doctor non eſt contentus, ſed eam improbat non ſolum in præſenti quæſtione, ſed etiam in prima diſt. 3. q. 3.

¶ In tertio articulo ponit vnã cóclusionem negatiuam, quod anima ex naturalibus in quocũque ſtatu, vel angelus non poteſt cognoſcere eſſentiam diuinam ſub ratione propria &c.

¶ Contra quam concluſionem Doctor ponit aliquas obiectiones, quas immediate ſoluit, & in ſolutionibus argumentorum nota de obiecto motiuo, & terminatiuo pro iſto ſtatu, & ex natura potentiæ, de vtroque Doctor agit in textu.

QVÆSTIO. XV.
Pag. 217.

An reſpectu verbi creatura intellectus poſsibilis habeat ſe pure paſsiue.

IN hac quæſtione quęritur de modo quo ĩtellectus exit in actum, & ſupponit, quod beatus in patria habeat verbũ de creatura viſa in eſſentia diuina.

¶ Hæc quæſtio diſtribuitur in tres articulos.

¶ In primo articulo ponitur hæc concluſio, quod intellectio aliqua eſt noua in nobis.

¶ Iſtam concluſionem probat doctor rationibus & authoritatibus, quæ patent in textu. Tandem ibi,

¶ Hic dicitur, quod angelũ poſſe habere nouam intellectionem &c.

¶ Iſte modus dicẽdi eſt Gotfredi dicentis quod angelum poſſe habere nouam intellectionem eſt mere creditum, quia philoſophi præcipui, hoc non viderunt, quem modum dicendi Doctor impugnat. & impugnato dat duas vias catholicis de intellectione, qua angelus ſe intelligit.

¶ Prima via eſt, an ſit coæua Angelo.

¶ Secunda via eſt, an ſit aliqua intellectio noua in angelo, & ibidem oſtendit quomodo quilibet poteſt tenere vnã viã, vel aliam, & quomodo debet conſequenter dicere, quæ patẽt in textu.

¶ De ſecundo primi articuli principalis certum eſt, quod ad actualem intellectionem cauſandam concurrunt aliquid ipſius animæ intellectiuæ, & obiectum aliquo modo præſens &c.

¶ Etiam hoc habetur ex determinatis per Doctorem in 3. diſtinc. primi circa tertiam partem eiuſdem diſtin. quæſt. 2. vbi iſtam partem determinat.

¶ De illa vero parte vtrum intellectus agens, vel poſſibilis ſe habeat actiue ad intellectionẽ. Doctor probabiliter tenet quãlibet partem, vt patet in textu, tamen a ſcotiſtis tenetur quod intellectus poſſibilis concurrit actiue ad intellectionem, quia intellectus agens impreſſa ſpecie intelligibili ceſſat ab eius actione, ſicut oportet tenere tenentibus illam viam, & intellectus poſſibilis in notitia abſtractiua habita ſpecie concurrit principaliter in ſuo ordine ad cauſandum intellectionem, & ideo qui voluerit tenere iſtã partẽ dicat conſequenter, ſicut Doctor oſtendit in textu.

¶In ſecundo articulo doctor oſtēdit quomodo creatura format verbum de creatura viſa in Deo, & quomodo poteſt eſſe alius,& alius actus videndi verbum,& res in verbo.

¶ Poſſet dici breuiter, quod intellectus creatus non poteſt habere verbum de diuina eſſentia,nec de creatura viſa in ea,q- cunque intellectus ponatur cō currere actiue ad intellectionē.

¶Primum patet,quia verbum eſt naturaliter genitum,eſſentia autem diuina non eſt obiectū naturaliter vi ſum, ergo &c.

¶Secundum patet, quia creatura viſa in verbo ab intellectu creato non eſt naturaliter viſa, quia Deus poteſt eam non oſtēdere,ergo &c.

¶Vnde dico, quod ad rationem verbi requiritur,quod obiectum ſit naturaliter viſum, quia verbum præcedit amorē, qui eſt actus voluutatis, modo autem quicquid cognoſcitur ante actum voluntatis,naturaliter cognoſcitur ſecundum doctorem in primo in materia de idæis,& de futuris contingentibus in eodem articulo ibi, ¶Ad alia quære alibi &c. immediate iuxta ſolutionem ad primum argumentum principale, iſtud alibi implicite habetur in 2.q. primi de frui & in 3.diſt.14.q.2.

QVÆSTIO XVI. Pag. 234.

An libertas voluntatis, & neceſsitas naturalis poſsint ſe compati in eodem reſpectu eiuſdem actus, & obiecti.

IN hac quæſtione ſunt tres articuli.

¶In principio primi articuli doctor ponit concluſionē ſuā, ſ.quod in actu voluntatis diuinæ eſt neceſſitas ſimpliciter &c. Qua probata ponuntur a quibuſdam quædam probationes dictam concluſionem probantes ibi,¶Ad hanc concluſionem ponuntur quędam probationes &c.Iſtę rationes ſunt Henrici de Gandauo quolib.3.q. 17. & quoli.4.q.11.Et Thomas prima ſecundæ.q.10.arti. 1. & 2.q̄ etiam rationes recitantur a doctore in primo diſt.1.de fruitione. & iſtę rationes impugnantur a Doctore,vt patet in textu. & ſequitur immediate poſt ibi, ¶Hic dicitur quod maior vera eſt de illis abſolutis, & cæte.iſte modus dicendi eſt Henrici vbi ſupra.

¶In ſecundo articulo. Nota quomodo neceſſitas ſtat cum libertate, vbi ſimiliter videre Doctorem in primo diſtinc.10. valde vtile eſt,& magiſtrum Petrum de Candia ordinis minorum,qui Alexander quintus dictus eſt in ſuo primo in materia de fruitione, & de libertate voluntatis, in qua materia valde conuenit cum doctore, & multum ſubtiliter illā tractat.

¶Conſequenter in iſto articulo, eſt quoddam extra, quod incipit ibi,¶Sed ſemper eſt dubium in quo ſtat per ſe ratio libertatis &c.& durat vſque ad finem iſtius articuli incluſiue & durat vſque ad tertium articulum excluſiue.

¶ In initio tertij articuli ponitur quædam opinio, quę eſt Henrici in ſumma arti. 60. q. 1. dicentis quod in aliquo actu voluntatis diuinæ, ſcilicet in actu ſpirandi & cætera. quam opi-

opinionem doctor impugnat, non ſolum hoc in loco, ſed etiã diſtinctio.10.primi.

¶ Conſequenter in iſto articulo ibi, ¶ Si intelligeret aſſiſtentiam eſſe vt obiecti &c. Hoc ſecundum aliquos eſt vnum extra, quod durat vſque ibi, ¶ De iſto articulo poteſt dici.

¶ Et quia in quæſtio. 17. & 18. nulla occurrit opinio ideo dimittuntur.

QVÆSTIO XIX.
Pag. 267.

An in Chriſto vnitas naturæ humanæ ad verbum ſit ſola dependentia naturæ aſſumptæ ad perſonam.

IN hac quæſtione ſunt tres articuli.

¶ In primo articu. oſtendit, quod vnitas naturæ aſſumptæ ad verbum ſit relatio realis, & quid ſit ratio terminandi iſtã dependentiam. Deinde ibi, ſequitur in textu, ¶ Hic dicitur, quod licet ſit aliquid commune toti &c. iſte modus dicendi eſt Varronis lib.3.q.1. quem doctor impugnat.

¶ In ſecundo articulo doctor oſtendit de poſſibilitate huius vnionis, & quomodo dependentia eſt duplex, ſcilicet formalis, & materialis. Deinde ibi, ¶ Tertio ſecundum aliquos declaratur propoſitum ſic, & iſtorum aliquorum princeps eſt Thomas in 3.ſcripti diſtinc.1. qõ.9. & Varro vbi ſupra libro tertio. quæſtio.1.

¶ In tertio articulo doctor oſtendit ex authoritate Anſelmi, quomodo verbum aſſumpſit naturam in athomo, & quomodo natura noſtra eſt perſonata perſonalitate creata. De qua materia tractatur in 3. doctoris prolixe diſt.1.

QVÆSTIO XX.
Pag. 284.

An ſacerdos obligatus ad dicendum miſſam pro uno & obligatus ad dicendũ miſſam pro altero &c.

IN hac quæſtione doctor oſtendit quõ aliquod opus põt valere alicui tripliciter ſpecialiſſime, generaliſſime, & ſpecialiter.

¶ Item oſtendit quod miſſa non tantum valet ratione operis operantis, ſed etiam ratione operis operati.

¶ Item, nota ibi quõ motus localis differt ab aliјs motibus, ſimiliter quomodo quis ꝑ vnã miſſam quietat ſe pro pluribus, & quomodo non.

QVÆSTIO XXI.
& vltima.pag.302.

An ponens mundi æternitatem poſſit ſuſtinere aliquem eſſe vniuerſaliter bene fortunatum.

IN hac qõne doctor agit de bona fortuna ſm philoſophos, & ſm Catholicos, & quõ Ariſtoteles cum ęternitate mundi potuit ſaluare aliquem bene fortunatum ſimpliciter &c.

Finis Compendij,

Sit Laus Deo omnipotenti, Virgini glorioſæ ac Seraphico patri Franciſco.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X.

Omnes ſunt quaterniones, præter X. duernionem.

VENETIIS,

Alexander Gryphius Excudebat, Sumptibus Hæredum Melchioris Seſſæ.

M D LXXX.

F. IOAN. DVNS SCOTI,

DOCTORIS SVBTILIS,

ORDINIS MINORVM,

Theologorum omnium

PRINCIPIS,

Diſputationes Collationales.

Nuperrime à R. P. Saluatore Bartolucio de Aſſiſio, quàm diligentiſſime recognitæ, ab innumeris mendis repurgatæ, candorique priſtino reſtitutæ.



VENETIS,

Apud Hæredes Melchioris Seſſæ.

MDLXXX.

FRANCISCO VENERIO,
PATRICIO VENETO,
SENATORI OPTIMO,

Ac Philoſopho Clariſsimo, ſtudioſorum omnium Mecœnati.

F. Saluator Bartolucius Aſſiſias. S. P. D.

QVANTVM ſit Ioannis Duns Scoti ingenij acumen, Vir Illuſtriſſimè, quanta reconditæ Doctrinæ profunditas, & tu optimè noſti, & eius prçclarç diſputationes, quibus inter alios adeo excelluit, vt ſine controuerſia cçteris in hoc genere palmam prçripuerit, omnibus apertiſſime oſtendunt. Cuius Doctrinç cum ab ineunte ætate me totum addixerim, omniaq; eius opera perluſtrarim, priſtinoq; ſuo nitori propemodum reſtituerim, haſce diſceptationes, iamdiu in tenebris latentes, ſub tui nominis auſpicio, in lucem exire volui, quo aduerſus Scotomaſtigum (quorum plena ſunt omnia) voculas, inter eruditorum manus tutiores verſarentur. Etenim cum tuo nomine inſignitas perſpicient, non dubito, quin ſtatim penitus obmuteſcant. Nam profecto, cui conuenientius, quàm tibi conſecrari poterant? qui omnibus animi virtutibus apprime cumulatus, maximis ingenij, ac ſapientiæ ornamentis ſemper floruiſti, optimas artes excoluiſti, earumq; cultores ſingulari benignitate fouiſti, aſſidueq; de illis benemereri ſtudes. Neque mirum, ſi omnes te colunt, & obſeruant. Nullum enim eſt vel excelſi animi, vel prçclari ingenij ornamentum, quod in te clariſſime non ſplendeat. Benigno igitur animo, atque hilari vultu, vt iam pridem me, has etiam vigilias complectare, meç in te perpetuç obſeruantiç monumentum. Vale.

Venetijs Kalend. Sextilis. M D L X X X.

FR. IOAN. DVNS SCOTI,

DOCTORIS SVBTILIS, ORDINIS MINORVM, Theologorum omnium PRINCIPIS,

Collationes, ſeu Diſputationes.

DISPVTATIO. PRIMA.

An tantum ſit vna prudentia reſpectu omnium agibilium, ita quod ad dirigendum omnes actus morales in ſuos fines ſufficiat vna prudentia ſpecie.

VTRVM tantũ ſit vna prudentia reſpectu omniũ agibilium, ita ꝙ ad dirigẽdũ omnes actus morales in ſuos fines ſufficiat vna prudentia ſpecie: vr̃ ꝙ ſic, quod declaratur tripliciter.

PRIMO ex pte obiecti ſic, qm̃ ex parte obiecti hñtis vnã rõnẽ formalẽ obiectiuã eſt tm̃ vn⁹ habitus, ſed rõ obiectiua obiecti prudentię eſt tm̃ vna, quæ eſt bonum humanum ordinabile ſm rõnem rectam in finem debitum, ergo prudentia eſt tm̃ vna ſpecie, dirigens circa omnes actus virtutum moralium.

SECVNDO ex parte principij practici, qm̃ prudẽtia p̃ſuppone ns ipſum primũ principiũ practicũ agibiliũ, ad tot ſm vnitatem ſuam ſe extẽdit, ad quot ſe extendit illud principiũ practicũ, quia intellectus ſm habitũ prudentiæ elicit ſyllogizando ex primo principio practico oẽs concluſiones agibilium: ſed primum principium agibilium ſe extendit ad oẽs concluſiones agibilium, ergo reſpectu omniũ agibilium ſufficit vnam prudẽtiam ſpecie ponere.

TERTIO ex parte vnitatis attributionis, quoniã quamuis ſint diuerſa agibilia, circa q̃ dirigit prudentia monaſtica, tñ omnia habent attributionẽ ad vnũ finem. Nam in agibilibus eſt aliquid vnum, quod eſt aliorũ finis

propter quem omnia alia agibilia ſunt, & ad quem ordinanda ſunt, ideo propter hanc vnitatē attributionis ad aliqđ, vna prudētia vnitatē ſpecificā ſortitur.

¶ Sed cōtra rationem primā arguitur ſic. Quandocunque aliqua plura habent aliquā vnā rationem, ad quā conueniunt, & diuerſas rationes formales quibus in ſpeciali ſpecie differunt, ſicut de illis eſt vnus habitus, vt vna ſcientia ſm illam rationem communem, in qua conueniūt, ita de illis ſunt diuerſi habitus, vt diuerſæ ſcientiæ prout formaliter & ſpecifice differunt, ſicut de omnibus ſcibilibus, inquantum conueniunt in ratione entis eſt vna ſcientia communis, vt metaphyſica. ita etiam de ſcibilibus diuerſis, prout differunt ſecūdum rationes ſuas formales ſunt diuerſæ ſcientiæ, & diuerſi habitus particulares: ſed agibilia circa quæ ſunt virtutes morales, quamuis conueniunt in ratione aliqua communi, vt in ratione boni humani, tamen differunt per rationes ſuas formales, quibus ſpecifice differunt. Aliud eſt enim bonum humanum, in quod inclinat temperantia, & aliud ad quod inclinat fortitudo. aliter enim non eſſent diuerſæ virtutes ſpecie. ergo licet reſpectu omnium agibilium, vt conueniunt in ratione boni cōmunis ponatur vna prudentia, tamen reſpectu agibilium, prout ſpecie differunt ſecundum rationes formales agibilis, oportet ponere diuerſas prudentias.

¶ Præterea ad confirmationē iſtius rationis arguitur, ſicut vbi minor diuerſitas obiectorum ſufficit ad variationem habitus, ibi maior diuerſitas ſufficiet ad diuerſificandum habitum. ſed minor eſt diuerſitas totius vniuerſalis a parte ſubiectiua, quā totius integralis a ſua parte, ſed diuerſitas prima ſufficit ad diuerſificādum habitus formaliter, ſicut alius eſt habitus de corpore mobili ſimpliciter, & alius eſt habitus de corpore mobili ad locum, vel ad formam: igitur cum bonum ſpeciale, vt bonum vnius ſe habeat ad bonū cōe, ſicut pars integralis ad totum integrale, diuerſa enim agibilia ſunt partes vnius boni totalis humani, alia eſt prudentia formaliter reſpectu obiecti particularis agibilis, & reſpectu boni humani ſingularis, vel ſaltem cum plus differat vnum bonū agibile ab alio, quàm totum vniuerſale a particulari, alius eſt habitus prudentiæ reſpectu vnius boni agibilis, & reſpectu alteri⁹.

¶ Præterea, ſi bonum agibile ſm rōnem rectam ſit obiectum prudētiæ, ergo vbi eſt aliud obiectum formale prudentiæ, ibi erit alia prudentia ſpecie, ſed ſm philoſophū 6. ethicorū cōparantē prudētiā ad artē & ſciētiā ipſa eſt p̄ceptiua reſpectu artis ſciētiæ, obiectū vero ſcīæ q̄tūcunq; (quicquid ſit de ſe factibile, quod eſt obiectum artis) eſt aliud obiectum formaliter ab obiecto agibili, quod habet rationem oppoſitam, quoniam agibile eſt contingens, obiectū vero ſcientiæ eſt neceſſarium, ergo non reſpectu omnium dirigibilium eſt vna prudentia ſpecie. 6.

¶ Præterea, ſicut prudētia eſt habitus inclinās ad cōſiliandū de vero agibili cōplexo cōtingēti, ita ſcīa eſt habitus ad ſpeculādū de vero cōplexo neceſſario, non

nõ agibili.ſed ſub ſcientia cõſiderante de aliquo obiecto in cõ muni,de quo oſtēdit paſſionē in cõi,ſunt diuerſe ſciētiæ & diuerſi habitus,reſpectu diuerſarum concluſionũ ſpecie differentiũ, vt quot ſunt diuerſæ concluſiones,tot ſunt diuerſi habitus ſpecifici reſpectu earundem,vt probabo,igitur cum ſub bono vno agibili humano in communi ſint diuerſa agibilia ſpecie differentia, reſpectu eorum erunt diuerſæ prudentiæ differentes. Minor probatur per hoc, quia cũ ſciētia vnius cõcluſionis in ſcientia naturali ſtat ignorantia diſpoſitionis de alia concluſione.Vnde cum ſcientia de corpore mobili ad formam,ſtat ignorantia de corpore mobili ad locum,vt de corpore cœleſti. Vnde ēt philoſophus bene tradēs ſcientiã circa aliqua naturalia errauit,& errat in diſpõnis ignorantia circa quædã alia,vt Auerrois circa animã humanam, ſed ad hoc ꝙ ſit ignorantia diſpõnis de aliqua concluſione amota ab intellectu alicuius,oportet ꝙ hoc fiat per habitum ſcientiæ incompoſſibilem ei.ſi igitur habitus ſcientiæ de aliqua vera cõcluſione ſit idem cũ habitu ſciētiæ de concluſione, de qua habebat ignorantiã diſpõnis, ſequtur ꝙ idē habitus ſit compoſſibilis, & incompoſſibilis ignorantiæ diſpoſitionis vnius cõcluſionis,qđ eſt ĩpoſſibile.qa tũ idem poſſet eſſe,& nõ eſſe. ¶Præterea, cum notitia alicuius in vniuerſali ſtat ignorãtia eiuſdē in particulari,qm̃ ſm philoſophũ contingit ſcire oēm mulã eſſe ſterilē,& tamē ignorare in vtero hãc habere,ſi igitur prudentia quæ habitus eſt cognitiuus habeat

Auer.

pro ſuo primo obiecto bonum humanum agibile in vniuerſali, cum habitu talis prudentiæ ſtabit ignorantia in dirigendo eſſe hoc bonum agibile,vt circa bonum temperantiæ. Cum ergo non ſit aliquis prudens, niſi qui bene agere habet. in dirigendo circa a.bonum oportet in particulari,circa qđ habere põt aliqs habitũ prudētiæ, & tñ nõ recte dirigit circa agibile. b. in particulari,ſequitur, ꝙ non eſt vnus habitus prudentiæ reſpectu omnium particularium agibilium. Dicitur quod de ſcibilibus,vt inter ſe diſtinguũtur formaliter,& vt cõueniunt in rõne obiectiua ſcientiæ cõmunis ex vna parte, & agibilibus diuerſis ſm ſpeciem, & vt conueniũt in rõne boni cõis ex alia parte.Nõ eſt ſimile,quia obiecta ſpecialia ſpecifice dña præter hoc,ꝙ cõueniunt in vna rõne obiectiua cõi,ſm quã de eis eſt vna ſcientia cõis habēs diuerſas ratione obiectiuas,formaliter diuerſas, propter quas de eis poſſunt eſſe diuerſæ ſcientiæ ſpeciales præter cõem,ſed agibilia ſpecie diuerſa præter hoc, ꝙ conueniunt in rõne boni humani, non habent diuerſas rõnes obiectiuas reſpectu prudētię,quia ex hoc eſt aliquod obiectum prudētię, quia habet rõnē boni pſuaſibilis a rõne.& hæc rõ eiuſdem rõnis inuenitur in obiecto temperantiæ,ſicut in obiecto fortitudinis. Vnde agibilia diuerſa inquantũ ſpecifice differunt tantum ſunt diuerſa obiecta materialia, & reſpectu prudentiæ & non formaliter diuerſa, & ideo ſicut vna logica poteſt dirigere in ſillogizatione circa materiam grammaticę,& geometricę, & circa

obiecta omnium ſcientiarũ, q̃ non ſunt niſi materialia, reſpectu logicæ, ſic vna prudentia poteſt dirigere circa oĩa agibilia in actibus virtutum moralium, quæ oĩa, vt conueniunt in vna rõne boni humani ſunt obiectũ formale ipſius prudentiæ. Contra. obiectũ tẽperantię ſm qđ eſt obiectũ eius, eſt agibile formaliter diſtinctum ab obiecto fortitudinis, vt obiectum eius eſt, alr̃.n.tẽperantia & fortitudo non eſſent diuerſæ virtutes formalr̃ diſtinctæ ſi igit̃ per cõparationẽ ad prudentiã non eſſent formaliter diſtincta obiecta, ſed tm̃ materialr̃, ſequeret̃ ꝓ ſub alia rõne eẽt aliqđ agibile obiectũ prudentiæ & tẽperantiæ, & ꝑ conſequens ex directione prudentię circa obiectũ temperantiæ nunq̃ tẽperatus recte per ſe eligeret per virtutẽ temperantiæ, ſed ſi directe eligat, hoc erit per accidens, cum prudentia non dirigat circa agibilia, vt ſunt obiectũ formalr̃ temperantiæ, ſed tm̃ materialiter.

¶ Contra ſecundã, rõnẽ poſitionis arguit̃ ſic. ſi pp hoc eſt tm̃ vna prudentia ſm ſpẽm reſpectu oĩum agibiliũ, quia eſt vnũ principiũ practicũ circa finẽ vltimũ, ex quo deducuntur ꝑ habitũ prudentię cõcluſiones circa oĩa agibilia, tunc tm̃ erit vna ſcĩa de oĩbus ſcibilib⁹, q̃a eſt tm̃ vnũ primũ principiũ, a quo dependent oẽs cõcluſiones oĩum ſcĩarũ. ¶ Sed dr̃ ꝙ non eſt ſimile, quia primũ principiũ in ſciẽtijs ſpeculabilibus particulatur, & qñ ſic particulatur vnũ non dependet ab alio, & iõ ſunt diuerſæ ſcientiæ: nũc aũt licet primũ principiũ practicũ circa finem cõem particulet̃ a prudẽtia ſyllogizando, & conſiderando circa ea q̃ ſunt ad finẽ huius virtutis. hoc tñ eſt cũ prudentia ad principiũ particulatũ circa finẽ alterius virtutis, cum virtutes ſint cõnexæ in prudentia, ita ꝙ impoſſibile ſit hr̃e prudentiam circa ea q̃ ſunt ad finẽ huius, vel vnius virtutis, quinetiã circa ea quæ ſunt ad finem alterius virtutis ſimul habeatur. Et hoc iõ eſt, quia quicquid prudẽtia ſyllogizat, aut cõſiliatur circa materiam vnius virtutis, aut circa materiam temperantiæ, hoc eſt propter bonum rõnis, vt ſi concludat, ꝙ temperate comedendum ſit propter ſanitatem corporis, aut pp aliquid aliud, & non pp bonum rationis, non eſt actus prudentiæ, aut virtutis: bonum autem rõnis eſt ſilr̃ in materia alterius virtutis, & ideo ꝑ prudentiam nõ põt quis ſe hr̃e bñ circa materiã vnius virtutis, niſi ẽt bñ ſe habeat circa materiam alterius virtutis.

¶ Contra, ex principio practico ſumpto ex fine vnius virtutis, vt temperantiæ ſufficienter põt practice ſyllogizari, & concludi illud qđ eſt ad finẽ temperantiæ, ſed principium ſumptũ ex fine temperãtiæ non eſt principium ad concludendũ illud, quod eſt ordinatum ad finem fortitudinis. igitur principium particulatum circa materiam vnius virtutis, non dependet a principio particulato alterius, nec ex principio ſumpto circa finẽ vnius virtutis, põt argui aliquid circa materiã alterius virtutis. ¶ Ex hoc arguitur propoſitum principale, quia ſi ex principio practico ex fine temperantiæ põt recte ſillogizari, & cõſiliari de his q̃ ſunt ad finẽ tẽperantiæ,

rantiæ,ex tali actu frequēter eli cito pōt gñari prudentia dirigens in actibus temperātię, qa nullus actus eſt actus prudētiæ, cū igitur principiū ſumptū ex fine temperantiæ non ſit principium,ex quo pōt recte ſillogizari circa ea,q̄ ſunt ad finem fortitudinis, ſequitur ꝙ pōt acquiri prudentia perfecta dirigens circa agibilia temperantiæ abſque hoc,ꝙ acquiratur prudentia dirigens obiectum fortitudinis,& per conſequēs tot oportet ponere prudentias, quot virtutes morales. ¶ Dr̄ ꝙ ex fine temperantiæ inquantū hēt rōnē boni ſm rōnem ſumitur principium ad concludendū ea,q̄ ſunt ad finē temperātiæ, & quia bonum ſm rōnē inuenitur in fine alterius virtutis,iō non pōt qs exercere ſe in acquirendo prudētiā circa vnam virtutem, niſi circa oēs ſe exerceat,antequā habeat perfectam prudentiam.

¶ Contra,aut intelligit̄, ꝙ rō boni ſm rōnem ſit formalis rō obiectiua cuiuſlibet virtutis moralis, & finis virtutis moralis, aut ꝙ virtutes morales habeant propria obiecta formalr̄ diſtincta, quæ tñ conueniant in cōi rōne boni ſm rōnem. Si primo mō,tūc ſequit̄,ꝙ nō ſit niſi vna virtus moralis formaliter, eo ꝙ tm̄ vnā rōnem formalem obiectiuā hñt. ſi aūt pter cōem rōnem boni ſm rōnē habeant propria obiecta diſtincta formaliter ſm ſuas rōnes formales obiectiuas, tunc ſequit̄ propoſitum, ꝙ principium ſumptum ex fine vnius virtutis,nō eſt medium ad concludēdum ea quę ſunt ordinata ad finem alterius virtutis.

¶ Præterea,habitus prudentię non eſt augmentabilis in infinitum. igitur cū prudētia augmētatur ex actibus dictandi,& dirigendi circa ea q̄ ſunt ad finē tēperantię,totiens actus huiuſmodi elicit, ꝙ prudentia ſit in termino ſuo. igitur &c.

¶ Contra rōnem tertiā poſitionis arguit̄, ſub eadem rōne ſub qua prudētia dictat de agibili,ſub eadē rōne virtus moralis inclinat in illud:ſi igitur prudentia dirigit circa oīa operabilia,vt hñt attributionē ad finē vnum vltimum,vt ad felicitatē, virtutes morales eodē mō inclinabunt in ſua obiecta,vt attributionē hñt ad vnum finē. igit̄ ſi prudentia habeat ſuam vnitatem ex prima attributione, inquantum. ſ.omnia agibilia hñt attributionē ad vnū finē. ergo ſimiliter virtutes morales dicētur vna virtus ſpecie pp eandem vnitatem attributionis,inquantum.ſ. fines virtutum moralium hñt attributionē ad vltimum finem moralem. ¶ Cōfirmatur iſta rō, nā in intellectu tm̄ vna fides ponitur, quia licet ſit reſpectu omniū credibilium tpalium,tñ pp vnā rōnem,q̄ eſt de illis reſpectu primi credibilis,ad quod alia attributionem hñt,ſic̄ in voluntate eſt tm̄ vna charitas,quia licet ſit de diuerſis diligibilibus, hoc tñ eſt ne ordinentur ad primū diligibile, ergo ſimiliter ſi virtutes morales inclinant appetitum in diuerſa agibilia bonorum humanorum, vt ordinantur ad vnum principiū agibile, ſiue ad vltimum finem moralem,ſequitur quod ſit tm̄ vna virtus moralis. quod falſum eſt, igitur virtus moralis abſolute inclinatur in vnū bonū agibile abſolute,non forma-

formaliter ſub vlteriori reſpe-ctu, igitur ſimiliter prudentia diriget.circa talia agibilia abſolute,non per rōnem formalem alicuius reſpectus, & per conſequens prudentia habebit diuerſa obiecta formaliter ſine attributione ad aliquid vnum,& ita erunt plures prudentiæ.¶ Ad primum iſtorum dr̄,ꝙ licet prudētia ſit tm̄ vna ſm ſpeciem propter vnitatem illius attributionis,nō tñ erit tm̄ vna virtus moralis ex eadem attributione, q̄a aliud eſt,ꝙ formaliter,& neceſſatio diuerſificat virtutes morales,eo quod ſunt in diuerſis potentijs,vt iraſcibili,concupiſcili, ſimiliter quia virtutes morales auferunt diuerſas difficultates potentiæ reſpectu diuerſorum actuum,& ideo oportet ꝙ diſtinguantur ſpecie, ſicut & illæ difficultates,& actus conſequētes,& non ſic eſt ex parte prudentiæ, & ideo ſufficit vna prudentia ſpecie.

¶ Contra certum eſt,ꝙ quāuis virtutes morales ponant in diuerſis potentijs partis appetitiuæ ſenſitiuæ, iſta tñ diuerſitas potentiarum non facit formal'r diuerſitatem habituum moralium, ſicut nec vnitas potentiæ vnitatem habitus. Vnde ſi ſola diuerſitas potentiæ ſm genus arguit diuerſitatem habituum, nunq̄ tñ formaliter & cāliter diuerſitas potentiarum arguit diuerſitatem habituum, quia materia eſt pp formam,& non forma pp materiam ex ſecundo de aīa. *2. de aīa.* Vnde materia hēt diuerſificari propter formā,& non econuerſo,ſicut ibidem patet. ¶ Itē, ꝙ dicunt de amotione difficultatis potentiæ reſpectu actuū, non videtur valere ad cāndum diuerſitatem virtutū, quia iſta amotio difficultatis eſt conſequens virtutem moralem,prius enim virtus habet eſſe,anteq̄ facilitet potentiam, amouendo difficultatem.¶ Itē facilitas non eſt de ratione formali virtutis. Tum,quia eſt cōis virtuti morali,& ſcientiæ,vtraque enim facilitat potentiā amouendo difficultatē reſpectu actus, tū quia hoc non apparet in diffinitione virtutis, quæ eſt ꝙ ſit habitus electiuus determinatus recta rōne.¶ Præterea ad propoſitum arguitur ſic,ab eodem a quo virtus hēt ſuā entitatem formal'r, ab eodem hēt ſuā vnitatē, ſed cū virtus ſit habitus electiuus determinatus recta rōne habebit virtus ſuam entitatem formaliter ex determinatione rōnis ergo & vnitatem formalem habebit ex determinatione rectæ rōnis.¶ Cum igitur determinatione rectæ rōnis ſit a prudētia, ſequitur ꝙ virtus moralis habebit ſuā veritatem ex prudentia, ſiue ex reſpectu ad determinationem prudentiæ, igit̃ ſi ſit tm̄ vna prudētia ſm ſpēm, eſt tm̄ vna virtus moralis ſecundum ſpeciem.¶ Cōfirmat̃ iſtud, quamuis virtus materialiter ſit quædam qualitas animæ formaliter,tamen virtus moralis reſpectum dicit, ſ. ad determinationem rationis rectę,q̄ eſt a prudentia,ſicut patet ex diffinitione eius. Et ideo dicit philo. 7. phy.ꝙ in habitibus virtutis non eſt alteratio, nec motus. *7. ph* virtus igitur moralis formal'r reſpectū dicit ad prudentiā,ſed impoſſibile eſt ꝙ ad eundem terminū ſpē ſint diuerſæ relationes differentes ſpē. ergo virtutes morales non erunt diuerſæ ſpē,ſi prudentia-

den-

dentia non ſit diuerſa ſpecie. ¶ Præterea, ſub eadem ratione formali, ſub qua appetitus inclinatur per virtutes morales ad eligendum, intellectus per prudentiam dirigit in eligendo, & in idem formaliter, in quod virtus inclinat, prudentia dirigit, quia ſi prudentia non in idem formaliter dirigit, in quod totus inclinat, nunquam ex directione prudentiæ ſequeretur recta electio ſecundum virtutem, cum prudentia dirigat in aliquid, & dictet de aliquo ſecundum vnam rõnem, & virtus inclinat in idem ſm aliã rõnem, ſicut igitur virtutes inclinant appetitum in diuerſa obiecta formaliter, ita oportet q prudẽtia ſit circa eadem, vt ſunt obiecta diuerſa formaliter, & nõ ſm aliquã rõnẽ vnã, igitur ſicut in appetitu ſunt diuerſi habitus virtutum propter diuerſitatem obiectorum, in qua inclinat, ita oportet in intellectu ponere diuerſos habitus prudentiæ correſpondenter pp diuerſitatem formalem eorundem obiectorum in quæ dirigunt. ¶ Item ſi in intellectu ſufficiat ponere vnam prudentiam dirigentẽ, & regulantẽ circa oĩa operabilia, quare in voluntate non ſufficit vna virtus ad inclinandum in ea, cum ab vna regula regulante nõ ſit niſi vna regulatio paſſiua formaliter? ¶ Præterea, actus gñatiui habitus diuerſi ſm ſpẽm ſunt diuerſorum habituum ſm ſpẽm, actus prudentiæ circa obiectũ temperantiæ, & circa obiectum fortitudinis ſunt diuerſi ſecundum ſpeciem. igitur prudentia dirigens in actibus prudẽtiæ erit alia ſpẽ a prudentia dirigẽte in actibus fortitudinis. maior probatur p hoc q impoſſibile eſt, q duæ cãæ ſm ſpẽm diuerſæ, ſint cãę proximę per ſe vnius effectus ſm ſpẽm. ergo cũ actus ſint per ſe generatiui habitus, impoſſibile eſt, q diuerſi actus ſm ſpẽm, ſint cã vnius habitus ſm ſpẽm. minor probat̃ p hoc, q reſpectu obiectorũ diuerſorũ ſm ſpẽm, ſunt diuerſi actus ſm ſpẽm, ſed finis, ſiue obiectũ tẽperantiæ & fortitudinis ſunt diuerſa ſm ſpeciem, ergo actus prudentiæ dirigens circa obiectum vnius & alterius erit diuerſus ſpẽ. Et ad clariorem intellectum illius minoris, eſt ſciẽdum ſm iſtos, q prudentia non eſt habitus primi principij ſumpti ab vltimo fine morali, licet forte ſm hanc opinionem, hoc eſſet dicendum, ita q virtualiter contineret directiõẽ circa alia poſteriora, ſed ſm eos eſt habitus concluſionis practicæ concluſæ ex principijs practicis, eo q prudentia eſt habitus conciliatiuus ſm philoſophũ, qui includit diſcurſum. Fiat ergo ſillogiſmus practicus ſm actum prudentiæ circa actũ, vel materiã tẽperantiæ ſic. honeſte eſt viuendũ, ſed honeſta vita hri non põt ſine caſtitate, ergo caſte eſt viuendũ. & vlterius ex iſta concluſione accepta pro principio vlterius põt argui, q caſte eſt viuendũ, non põt quis caſte viuere, niſi moderando paſſiones, ergo paſſiones ſunt moderãdæ, & ſic de alijs. Fiat ẽt ſillogiſmus in materia fortitudinis & ſic verbi gratia. rem publicã ſollicite & cũ oĩ virtute cuſtodire oportet, hoc aũt non põt fieri, niſi aggrediẽdo, & bellando. ergo pro republica bellãdũ eſt, & mors aggredienda e ñ. ¶ Prudentia

tia igitur eſt habitus vnius conclusionis & alterius, ſed actus directiui & cōſiliatiui reſpectu iſta & cōclusionū ſunt diuerſi ſpē. qđ patet, quia ſunt circa obiecta formaľr diuerſa ſpē. ergo habitus cōclusionū ſunt diuerſi ſpē. Principia.n. ex quib. procedunt ſunt diuerſa ſpē. ¶ Et vt videať melius iſta rō, pōt aliqs ſtatim dicere, ꝙ ſicut argui ť, ꝙ prudētia iſtius cōclusionis paſſiones ſunt moderandę, eſt alia ſpē a prudentia iſtius concluſionis, bellū pro republica eſt aggrediendum, quia principia ex quibus procedunt ſunt diuerſa ſpē. Ita pōt argui, ꝙ prudentia de iſta concluſione, caſte eſt viuendū, & de iſta concluſione, iuſtę eſt viuendum, ſint eadē ſm ſpēm, quia principiū ex quo pcedunt eſt idē. ſ. illud, honeſte eſt viuendum. Sed nota, ꝙ licet illud principiū ſit idē vtrobiq;, tñ medium, qđ eſt minor variatur, quia ex vna parte ſubijciť, quod non pōt quis honeſte viuere ſine caſtitate. Et ex alia parte, qđ non pōt quis perfecte, vel honeſte viuere ſine iuſtitia, & iō ſicut iuſtū & caſtū ſpē differunt, ita actus prudentię directiuus & conciliatiuus circa vnū, & circa aliud reſpectu cōclusionū, quarum eſt prudentia, ſunt diuerſi ſpē, & per cōſequēs prudentia, q̄ cātur ex iſtis actib. erit diuerſa & diuerſa ſpē. ¶ Sed dř hic, ꝙ diuerſi actus ſm ſpēm non ſunt diuerſorum habituū ſm ſpēm generatiui, ſed pñt eſſe gñatiui eiuſdem habitus ſm ſpēm, qm̃ intellectiones albi & nigri ſunt diuerſę intellectiones ſm ſpēm, ſicut obiecta ſunt diuerſa ſm ſpeciem, & tñ habitus ſcientiæ de albo, & nigro, eſt vnus ſm ſpēm, quia eadem eſt ſcientia contrariorū, & potētia rōnalis, valet ad oppoſita ex. 9. met. 9. met. Ad probationē dř, qđ duæ cāæ diuerſæ ſm ſpēm pñt eſſe vnius effectus, quia illæ cauſę in agēdo hñt diuerſa obiecta ſpē.

¶ Contra prędicta arguiť, minor probatur ſic. oīa indiuidua eiuſdē ſpēi pñt produci ab vna cā tm̃ ſm ſpēm, ſicut quicunq; calor pōt produci ab vno agente ſm ſpēm. oīs igitur effectus vnus ſm ſpēm produciť ab vna cā ſm ſpēm proximam, igitur impoſſibile eſt qđ duæ cāę proximæ & p ſe diuerſæ ſm ſpeciē ſint vnius effectus ſm ſpeciem.

¶ Præterea, effectus eſſentiaľr depēdet a ſua cā, ſed impoſſibile eſt, quod aliquid per ſe eſſentialiter dependeat ab aliquo inferiori, quo non cānte, nihil minus ſit, aut nihil minus hēt eſſe, ſed ſi duo actus diuerſi ſm ſpeciem ſunt generatiui vnius habitus prudentiæ, non exiſtēte vno actu, nihil minus prudentia habet eſſe ex alio actu, ſimiliter non exiſtente alio actu, nihil minus prudētia habet eſſe ex iſto actu. ergo neuter eſt per ſe cauſa actus. ¶ Præterea, ſi actus ſit p ſe gñatiuus habitus reliquit ſuā ſimilitudinem in paſſo. ergo ſi duo actus ſm ſpeciem diuerſi generant vnū habitum ſm ſpeciem, vnus habitus ſm ſpeciem erit duo ſm ſpeciem. ¶ Si dř hic qđ nō ſequitur, niſi qđ vnns habitus habeat diuerſos gradus ſm ſpēm, qđ non eſt inconueniens, ſicut ſenſitiuum, vegetatiuum, & intellectiuum ſunt diuerſi gradus ſm ſpeciem in vna forma, ita quod per vnum actū gñatur vnus gradus in habitu, & per alium actū alterius ſpēi gene-

generatur alius gradus ſecundũ ſpeciem. ¶ Contra iſtos, qui tenent illam viam, arguitur ſic: ſecundum gradus habitus eſt omnino ſimplex, nec eſt in eo additio gradus ad gradũ, niſi tm̃ ſm rõnẽ. igitur per alium actũ non generatur alius gradus ſpecie.

¶ Præterea prima rõ ſtat, q̃a aut per ſm aliquid producitur, aut nihil. Si nihil. ergo habitus non augeť. Si aliquid, & alterius ſpeciei a priori. ergo habitus ille continebit in ſe eſſentias duarũ ſpecierũ, & ita non erit vna eſſentia ſm ſpeciẽ: nec valet exemplũ de intellectiuo, ſenſitiuo, & vegetatiuo, quia non ſunt diuerſæ eſſentiæ in eadẽ forma, ſed tm̃ differũt in forma ſm virtutẽ, & virtualiter. ¶ Sed ẽt quod adducitur pro opinante q̃d ſcĩa albi & nigri eſt vnus habit⁹ ſpẽ, dicendũ quòd non valet. nã cuiuſcunque concluſionis, in qua oſtẽditur paſſio diuerſa ſm ſpeciẽ a ſubiecto diuerſo ſm ſpẽm a ſubiecto, & paſſione alterius concluſionis, eſt alius habitus ſpecie. vnde tm̃ eſt vnus habitus in virtute alicuius principij, aut connexione alia. ¶ Aliter dr̃ ad rõnem priorem, quod actus reſpectu productionis habitus eſt cã æquiuoca, quia actus & habitus nõ ſunt eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſimæ, quia tunc actus eſſet habitus, nunc aũt non ẽſt incon ueniens, q̃d vnius effectus ſpecie ſint duæ cauſæ differentes ſpẽ, non agẽtes mõ vniuoco, ſed æquoco, ſicut mulus gñať ab aſino & equa differẽtibus ſpecie.

¶ Contra, quicunque habitus habens terminũ ſuæ augmentationis, ſi augmentatur ex aliquo actu, poteſt augmẽtari vſque ad terminũ ſuum ex actibus eiuſdem ſpeciei cum priori actu, q̃a qua rõne augmentatur ex vno actu, augmentari poteſt ex alio actu eiuſdem ſpeciei, & tamen illi actus eiuſdem ſpeciei poſſunt ſibi inuicem ſuccedere in infinitum, vel augmentabitur ille habitus in infinitũ, vel per frequentationẽ iſtorũ actuũ tandem deueniet ad terminũ. igitur prudentia, ſi augmentatur ex actu circa obiectũ tẽperantiæ, & ex actu circa obiectũ fortitudinis, quæ ſunt diuerſarũ ſpecierum, poterit ex ſolis actibus circa obiectũ temperantiæ augmentari vſque ad terminũ ſuũ. & p̃ conſequens prudentia dirigẽs circa obiectũ tẽperantiæ p̃fecte acquiri põt ſine actibus elicitis circa obiectũ fortitudinis: & ita põt eſſe prudentia dirigens circa actus tẽperãtiæ, licet nõ ſit aliqua dirigẽs circa actus fortitudinis, & per conſequens cuilibet virtuti morali correſpõdet ſua prudentia, & hr̃ propoſitũ. ¶ Vnde mirabile eſt, ꝙ dicũt, cũ aliquis prudenter poſſit agere circa actus fortitudinis, & dictare ſm rõnẽ rectã, ꝙ propter rempublicam bellum ſit aggrediendũ, & tñ ſequi paſſiones delectationis, & eſſe epicurus. ¶ Aliter dr̃, ꝙ dirigere circa obiectũ temperãtiæ & fortitudinis, ſunt actus prudentiæ & eiuſdẽ ſpeciei, quia ſunt circa iſta obiecta, vt habent vnã rõnẽ formalẽ obiectiuã, vt rõnem boni humani, & hoc ſufficit ad hoc, ꝙ ſint vnius ſpeciei, & ſic viſio albi & nigri, eſt eiuſdem ſpeciei, quia viſio eſt eorũ ſub rõne coloris. Et ꝙ ſit verum hoc probatur. Nã ſub eadem ratione, ſub qua potentia reſpicit obiectũ, actus tendit in illud, quia potentia nõ

vnitur

vnitur obiecto,niſi per actū, ſed primum obiectum, & formale potentiæ viſiuæ eſt color. ergo actus videndi non eſt ratio albi & nigri, niſi inquantum ſunt colorata. ergo viſio reſpicit album & nigrum ſub ratione formali. ergo ſunt ſpeciei illæ, cum habeant vnam rationem formalem obiectiuam. ¶ Contra. adhuc ratio ſtat, quia probatur, ꝙ actus dictandi circa diuerſa obiecta virtutum ſunt alterius ſpeciei, quia ſunt obiectorum per ſe, & primo differentium ſpecie, ſicut & virtutes aliter non ſub eadem ratione dictaret prudētia de illo, ad quod inclinat virtus.

¶ Præterea, albedo inquantum albedo immutat viſum. ergo albedo ſub ratione albedinis videtur non tantum ſub ratione coloris, vnde cum color ſit genus, & dicat aliud, quàm vnam formam realem, illud autem quod eſt principium īmutandi viſum, oportet quod dicat vnam aliam formam, non videtur ꝙ color ſit ratio immutandi, niſi vt habet eſſe in aliqua forma ſpecifica. ¶ Item metaphyſica eſt vnius habitus ſecundum ſpeciem, & tamen eius ſunt diuerſi actus ſecundum ſpeciem, vt conſiderare ſubſtantiam, & cōſiderare accidens. Quod ſi dicatur, ꝙ non conſiderat hoc, nec illud niſi ſub ratione entis. tunc ſua conſideratio imperfectiſſima erit, & imperfeſſimam cognitionem faceret. Etiam determinat de ſubſtantia, vt diſtinguitur ab accidēte. ¶ Ad illud quod adducitur de viſione albi & nigri dicitur, ꝙ licet videantur ſub colore, vt ſub proprio obiecto, tamen per ſe videntur, & ideo viſiones ſunt per ſpecie differentes. ¶ Contra. tunc eadem ratione eſt dicendum de habitu prudentiæ, ꝙ licet ipſa habeat pro obiectiua ratione formali rationem boni humani, tamen quia per ſe dirigit circa obiectum tēperantiæ, & circa obiectum fortitudinis, quæ differunt ſpecie, erit alia prudentia ſpecie.

¶ Præterea arguitur ad principale ſic, ſicut ars ſe habet ad factibilia, ſic prudentia ad agibilia, quia ars eſt recta ratio factibilium: ſed reſpectu omnium factibilium non eſt vnus habitus artis ſecundum factibilium ſpeciem, ſed diuerſus ſpecie, ſicut habitus nauis factiuæ non eſt eiuſdē ſpeciei cum habitu artis domus factiuę: ergo ſimiliter reſpectu oīm agibiliū nō erit vna prudētia ſpē. ¶ Præterea, ſicut principiū ſe hēt in ſpeculabilibus, ita finis in operabilibus. ſed in ſpeculabilibus alius eſt habitus ſ̄m ſpēm de principio, & cōcluſione. ergo ſilr in operabilibus & agibilibus alius erit habitus ſ̄m ſpēm de fine, & de his q̄ ſunt ad finē, vt ſi alia ſit prudētia circa finē, & alia de his q̄ ſunt ad finem, vt præſtituat finem ſecūdum vnam prudentiam, & ſecundum aliam dirigat virtutes in finem præſtitutum.

DISPVTATIO. II.

Vtrum voluntas poſsit amouere intellectum habituatum ab vno ad aliud dictamen.

VTRVM voluntas poſſit amouere intellectum habituatum ab vno dictamine ad aliud dictamen.

etamē. Videt̃ ꝙ ſic, quia illa potentia quæ ſecūdum actus ſuos ſubijcitur imperio volūtatis, poteſt ex imperio voluntatis mutari de vno actu ad alium actum, ſed intellectus, & aliæ potentiæ animales omnino ſecundum actus ſuos ſubſunt imperio voluntatis. ergo ex imperio voluntatis poteſt intellectus, & aliȩ potentiæ amoueri de vno actu ad alium, & per conſequens voluntas poteſt auertere intellectum a conſideratione vnius obiecti ad conſiderādum de alio obiecto. Maior patet de ſe. minor probatur per Anſel. de conceptu virginali. c. 4. vbi loquens in perſona aliarum potentiarum a volūtate dicit, Deus nos, & poteſtatem, quæ in nobiś eſt ſubijcit voluntati, vt ad imperium eius nō poſſimus non mouere nos, & facere quod vult, immo illa mouet nos, ſicut inſtrumenta ſua, & facit opera quæ videmur facere, nec nos poſſumus illi per nos reſiſtere, nec quæ facit poſſunt non fieri dominatione quā nobis Deus dedit, nec debemus, nec poſſumus non obedire. hæc ille. ¶ Ex quo patet ꝙ potentiæ inferiores mouētur ab vno actu ad alium ex imperio voluntatis. & multo magis per conſequens ipſe intellectus, qui eſt magis annexus voluntati habet ei obedire, vt ad imperium eius transferatur ab vno actu dicendi, vel intelligendi ad alium. ¶ Sed contra arguitur, quia ſecundū Aug. inuiſa diligere poſſumus, incognita nequaquam: voluntas ergo non poteſt velle, niſi prius cognitum ab intellectu, ſed intellectus dum actualiter conſiderat vnum obiectum, non intellligit quodcunque obiectum. ergo intellectum conſiderantem vnū obiectum non poteſt voluntas conuertere ad intelligendum quodcunque aliud obiectū. ergo. nec ad intelligendum aliud, cum illud ſimul non intelligat.

Anſel. de conc. virg. c. 4.

¶ Dicitur ad hoc quòd ſufficit cognitio alicuius obiecti in vniuerſali, ad hoc quod voluntas poſſit velle intellectum diſtincte conſiderare illud, & intellectus dum conſiderat vnum obiectū habet cognitionē alterius obiecti in vniuerſali.

¶ Contra ſimul durationem, dum voluntas eſt in actu ſuo, intellectus eſt in actu ſuo, & prius natura ītellectus eſt in actu ſuo, quàm voluntas ſit in actu ſuo, quia prius natura eſt aliquid, cognitum, quàm volitum, aliter incognitum poſſet diligi, & hoc arguitur ſic. in illo inſtanti in quo voluntas auertit intellectum ab vna intellectione ad aliam, quæro quid intellectus intelligit, & quam intellectionem habet, aut ītellectionē illius obiecti a qua auertit̃, aut intellectionē iſtius obiecti ad q̃ conuertit̃. Non primā, tū quia tunc illa intellectui non ineſt, cū intellectus ſit auerſus ab illa intellectione in inſtanti per concluſionem, non iſtam ad quam conuertitur, quia illa naturaliter ſequitur actum voluntatis, per quam intellectus conuertitur ad intellectionem, cum naturaliter præcedat effectum, & ideo naturaliter actus voluntatis, quo conuertit intellectum ad intelligēdum aliud, naturaliter præcedit conuerſionē intellectus, & aliam intellectionē ad aliud obiectū ītelligēdū.

¶ Præterea, ſi cognitio alicuius in vniuerſali ſufficiat volūtati ad volendum idem diſtincte,

cte,& determinate, tunc voluntas poſſet intellectum conuertere ad intelligendũ aliquod obiectum, quod nunq̃ prius intellexit, cuius ſpẽs non eſt in intellectu, nec in phantaſmate, nec qđ prius fuit phantaſiatum, & tunc oporteret voluntatẽ facere ſpeciẽ illius obiecti in phantaſia in intellectu, vel in vtroq;. cõſequẽtia patet, quia illud obiectũ cuius ſpẽs nunq̃ fuit in intellectu nec in phãtaſmate, põt eſſe cognitũ ab intellectu in vl̃i, ſicut obiectũ illud cuius ſpẽs hr̃ in intellectu, & in phãtaſmate. ſi igif habita cognitione alicuius obiecti in vl̃i, voluntas poſſit conuertere intellectũ ad illud intelligẽdũ, ſequitur quod prius .ſ. ꝙ volũtas poſſit facere intellectũ intelligere, cuius ſpẽm non habet nec in ſe nec in phãtaſmate, qđ eſt ĩpoſſibile. Preterea, ſi ad hoc ꝙ voluntas poſſit conuertere intellectum conſiderantẽ naturã lapidis ad conſiderandũ de aſino, ſufficiat cognitio de aſino in vniuerſali, qñ cognoſcit lapidem diſtincte, tunc quæro, an iſta cognitio de aſino in vniuerſali ſit alia cognitio a cognitione diſtincta, quam habet de lapide, aut nõ ſit alia, ſed eadẽ realiter, principiũ nõ põt eſſe verũ, quia tũc duo actus intelligendi ſimul eſſent in intellectu, & per conſequens duo accidẽtia, quę non differunt ſpẽ. Tum, q̃a tũc ſequeret̃, ꝙ ad hoc, ꝙ volũtas poſſit conuertere intellectũ ad conſiderationẽ alterius obiecti, q̃ illius, qđ conſiderat, requiratur ꝙ intellectus habeat duos actus intelligendi ſimul, cuius oppoſitum exprimitur. Si vero dicatur ꝙ illa cognitio confuſa de aſino nõ ſit alia cognitio, nec alius actus cognoſcendi, quã cognitio diſtincta de lapide, cũ actus intelligendi lapidis nõ ducat in cognitionem aſini, vel alterius diſperati, ſequitur, ꝙ voluntas poteſt conuertere intellectũ ad aliquod obiectum cognoſcendũ, quod ſimpl'r non cognoſcit aliquo actu intelligendi, & tunc ſequitur idem quod prius, ꝙ voluntas põt velle conſiderationẽ obiecti oĩno incogniti. ¶ Præterea voluntas põt auertere intellectum a conſideratione vnius obiecti ad conſiderandũ aliud obiectum omnino & primo diuerſum, cum quo non conuenit niſi tantum in intentione entis, ſicut a conſideratione ſubſtantiæ ad conſiderandum de accidente: ſi igitur requiritur cognitio confuſa illius obiecti in intellectu, ad cuius diſtinctam intellectionem voluntas conuertit intellectum. ſequitur ꝙ cognitio confuſa de aliquo inquãtum ens, ſufficit ad volendum illud diſtincte per volũtatẽ, quod eſt falſum: tunc enim voluntas poſſet velle quodcunque incognitum habita apprehenſione entis, quod primo occurrit intellectui cuiuſcunque. ¶ Ad primum iſtorũ dr̃, ꝙ licet intellectus diſtincte non poſſit plura intelligere, tamẽ poteſt intelligere vnũ in cõparatione ad aliud, vt lapidem in comparatione ad aſinũ, & hæc cognitio ſufficit præcedens voluntatẽ. Vnde dum intellectus ſtat in tali cognitione cõparatiua duorũ, voluntas põt auertere intellectum a conſideratione vnius, vt abſolute conſideret aliud, dimittendo primũ conſideratum. Per hoc patet ad formam rationis, ꝙ in inſtanti, in quo voluntas auertit intelle-

ctum

ctū a cōſideratione vnius obiecti, conſiderat illud in comparatione ad aliud obiectum.

¶ Contra. ſi in illo inſtanti in quo intellectus auertitur a conſideratione vnius obiecti, adhuc conſideret illud obiectū, quãuis in comparatione ad aliud, nunq̃ auerteretur ab illo obiecto, per imperium voluntatis, & habetur propoſitū. probatio cōſequentiæ. ſit obiectum a cuius conſideratione auertitur. a. & obiectū ad cuius cognitionem conuertitur. b. tunc arguitur, in eodē inſtanti, in quo eſt auerſio intellectus ab intellectione ipſius. a. eſt conuerſio intellectus ad intellectionem ipſius. b. ſicut in eodem inſtanti eſt generatio & corruptio. ſi igitur intellectus conſideret. a. in illo inſtanti, in quo auertitur ab. a. igitur quando conuertitur ad intellectionē b. non auertitur ab intellectione. a. igitur nunquàm auerteretur ab eius intellectione, quia nunquàm auertitur ab. a. niſi p conuerſionem ad aliud intelligibile, niſi ponat oĩno intellectu nō intelligere, cuius oppoſitū ſupponitur. ¶ Præterea, ſi talis cognitio comparatiua vnius obiecti ad aliud requiratur ad hoc, q͏ voluntas auertat intellectum a conſideratione ad conſiderationem alterius, tunc ſequitur, q͏ voluntas non poteſt auertere intellectum a conſideratione vnius obiecti, niſi intellectus prius comparet illudobiectum ad aliud. & tunc ſequitur, q͏ voluntas non poteſt conuertere intellectū ad conſiderationē cuiuſcunque alterius obiecti indifferenter, cuius ſpēm & habitū hēt qđ experimur eſſe falſum, nã voluntas pōt auertere intellectum cōſiderantē lapidē ad intelligendum aſinum, vel equū, vel quodcunque aliud obiectū, ſpēs habet in memoria, cum tñ intellectus non ſimul comparet lapidē ad quodlibet aliud obiectum, cuius ſpēs reponitur in memoria. ¶ Preterea, patet ſtatim eſſe falſum, q͏ voluntas non poſſit auertere intellectum a cōſideratione vnius obiecti ibi, niſi prius intellectus illud comparet ad aliud obiectū, poſt intellectionē enim rōne pōt intellectus intelligere Paſcha, licet nō prius cōparet Paſcha ad Romã, quæ minime cōparari poſſunt: vnde vr̃ talis cognitio cōparatiua duorum neceſſario precedere actione voluntatis, quo vult vnum poſt aliud. ¶ Ad primum iſtorum dr̃, q͏ quia intelligimus, & volumus cū cōtinuo tēpore. ideo nō eſt dare vltimū inſtãs, in quo vltimo intelligit. a. ſicut obiectū primo cognitum, ſicut nec eſt dare vltimū inſtãs, in quo aliqd eſt albū, qñ aliquid mouet de albo ad nō albū, iuxta determinationē philoſophi. 8. Phy. & iō in toto tpe præcedēti vltimū inſtãs. a. in cōparatione ad. b. & in vltimo inſtanti intelligit. b. in quo etiam inſtanti, tunc primo nō intelligit. a. & in quo etiam inſtanti auertitur ab a. & conuertitur ad. b. quia idē eſt inſtans vtriuſque. ſ. conuerſionis, & auerſionis. Sed tunc ſtat argumentum primū, quia quæro quid in inſtanti conuerſionis intelligit intellectus. ſi dicatur ipſum. b. ad quod conuertitur p imperiū voluntatis. ¶ Contra. ſimul duratione currūt actus voluntatis, & actus intellectus, prius tñ ſm naturã eſt actus ĩtellect⁹ in intellectu, quàm actus volun- 8. Phyſ.

ta ti

tatis in voluntate, ſed conuerſio ad intellectionem ipſius. b. ſequitur ſecundum naturam actum voluntatis in eodem inſtanti temporis, cum voluntas p imperium ſuum ſit cauſa conuerſionis intellectus ad intelligendum in illo inſtanti: nec poteſt dici, ꝙ tunc intelligit ipſum a. quia iam ponitur, ꝙ intellectus auerſus eſt a conſideratione ipſius a. ¶ Confirmatur ratio. agens inducens formam, maxime agit in vltimo inſtāti, in quo inducitur forma. aliter enim induceretur forma & nullo agente, vnde generans quod intenſe agit alterando, in vltimo inſtanti agit, formam ſubſtantialem inducens, aliter enim forma ſubſtantialis in inſtanti illud induceretur, & a nullo, ſi igitur per actum voluntatis conuertatur intellectus ad intellectionem alicuius obiecti in vltimo inſtanti, in quo intellectus conuerſus eſt ad illud intelligendum, maxime voluntas operabitur per actum ſuum imperandi, & conſequens actus voluntatis in illo inſtanti naturaliter præcedet actum intellectus, quod eſt impoſſibile, ſic non videtur, ꝙ per actum voluntatis intellectus poſſit cōuerti ab vno obiecto ad intelligendum aliud obiectum.

¶ Præterea, ad principalem quæſtionem arguitur ſic, alia a voluntate ſunt ſufficiens cauſa agens per modum naturæ cuiuſcunque intellectionis, igitur ad productionem naturalis intellectionis, voluntas non agit p imperium ſuum, & per conſequens intellectus poteſt intelligere quodcunque obiectū abſque hoc, quod conuertatur ad intellectionem illius per actum voluntatis effectiue. Antecedēs patet, quia ſufficiens cauſa cuiuſcunque intellectionis, eſt intellectus agēs, & intellectus poſſibilis, & obiectum imprimens, ſicut patet in prima intellectione intellectus, vbi voluntas non concurrit, nec aliquid aliud præter illa, & illa agunt per modum naturę, ſicut etiam patet in prima intellectione, reſpectu cuius non eſt in poteſtate intellectus non intelligere, ſi obiectum ſit pſens. igit alia a voluntate ſunt ſufficiens cauſa intellectionis p modum naturę agentis, ergo voluntas non conuenit vt cauſa ad actum intellectus, iſta conſequentia patet, quia ſi intellectio ſufficienter producatur ab alijs a voluntate, ergo ſecundum totum eſſe ſuum cauſatum eſt ab illis. Si igitur voluntas per actionem ſuam ageret ad productionē illius, ſequeretur ꝙ effectus bis produceretur, quod eſt impoſſibile: vel poteſt hęc ratio fieri ſub forma ſyllogyſtica ſic. ¶ Illud quod eſt extra totam cauſalitatem alicuius effectus nihil operatur ad productionem illius effectus, ſed voluntas eſt extra totam rationem totius cauſalitatis cuiuſcunque intellectionis, quia cuiuſcunque intellectionis ſufficiens cauſa & totalis eſt intellectus agens cum intellectu poſſibili, & obiecto, ſiue ſpecie impreſſa, igitur voluntas non operatur ad aliquam intellectus intellectionem, & per conſequens, ꝙ intelligat vnum obiectum poſt aliud, non eſt p actum voluntatis quo conuertit intellectum ad illud intelligendum. ¶ Sed hic dicitur, ꝙ aliquid agere ad productionem alicuius effectus eſt dupliciter,

vel

vel mediate, vel immediate & quadam actione præuia: nihil autem immediate cauſat actũ intelligendi, niſi intellectus poſſibilis, & obiectũ, & intellectus agens, quæ directe concurrunt ad intellectionem. Verumtamẽ voluntas concurrit ſua actione præuia reſpectu ſecundæ intellectionis, ſed non reſpectu primæ, quia voluntas ſua actione auertit intellectum ad conſiderationem vnius obiecti, & conuertit ipſum ad conſiderandum aliud obiectum, & ideo voluntas non cauſat actus intelligendi, ſicut concludit rõ, ſed facit tm̃ ꝙ intellectus cõuertitur ad aliud cõſiderandũ, & tunc intellectus cũ alijs concurrentibus producit actũ intelligendi. ¶ Cõtra, ſi voluntas non faciat ad productionẽ intellectionis reſpectu alterius obiecti, ſed tm̃ auertit a cognitione primi obiecti. ergo non erit aliqua cã, vel ratio quare magis intelligit vnũ obiectum quàm aliud poſt talẽ conuerſionẽ, niſi quia forte, & quodam caſu ſibi occurrit phantaſma vnius obiecti, & nõ alterius. ſi enim voluntas non faceret ad productionem ſecũdi actus intelligendi, cum non plus præcedat notitia vnius obiecti quàm alterius, non plus cõuerteret ad intellectionem obiecti vnius quàm alterius.

¶ Præterea ad principale arguitur ſic, voluntas ſicut eſt copulatrix & reparatrix ipſius intellectus reſpectu obiecti intelligibilis, ita etiam ipſius ſenſus reſpectu ſenſibilis. Nunc autem ſecundum Augu. de ciui. c. 8. de magnis. & 27. de paruis, volun. quæ coniungit, & copulat ſenſum in ſentiẽdo cũ corpore ſenſibili, ipſa non ſeparat, nec * diſiungit, niſi motus corporis a re ſenſibili auertimus, ergo ẜm Augu. ſenſum exiſtentẽ in directione ad obiectum, non põt voluntas auertere ab actu ſuo, niſi qa mouet organum ſenſus, auertẽdo illud ab obiecto, & ſic obiectum a ſenſu: cum igitur ex parte intellectus non ſit aliquod tale organũ, quod põt moueri ꝑ voluntatẽ, cuius motus ſeparet intellectum ab obiecto intelligibili, non poteſt facere vt obiectum nõ ſit præſens intellectui, ſequitur, vt videtur, ꝙ voluntas non poſſit auertere intellectum a ſuo obiecto intelligibili, ſicut nec viſum a viſibili, niſi moueret organum viſus, auertendo ipſum ab obiecto.

¶ Præterea, potentia vegetatiua radicatur in eadem eſſentia animæ cũ potentia ſenſitiua & intellectiua, & ſicut potentia vegetatiua naturaliter fertur in ſubiectum ſuum ſibi approximatum, ita & potentia ſenſitiua & intellectiua: quare igitur poteſt voluntas magis auertere intellectum vel ſenſum ab vno actu ad alium, quàm potentiam vegetatiuam. Et tu Anſelme dic, quare Deus potentiam vegetatiuam non ſubiecit imperio voluntatis, ſicut alias potentias: & hoc videtur concludere contra Anſelmum.

¶ Præterea arguitur, ꝙ miraculum eſſet ſi voluntas auerteret intellectum a cõſideratione ſui obiecti, ſicut ſi Deus impediret, ꝙ ignis non combureret combuſtibile ſibi approximatum natum pati, quoniam ſicut combuſtibile approximatum igni, naturaliter patitur, & ignis naturaliter agit, ita intelle-

Augu. de ciui. c. 8.

* a.l. diſtinguit.

Anſel.

ctus in prima apprehenſione habens obiectum ſuum ſibi approximatū naturaliter, naturaliter intelligit, nec eſt in poteſtate ſua non intelligere, nunc intellectus non plus ſubijcitur imperio voluntatis, quàm ignis imperio diuino, ergo ſicut Deus non poteſt facere, niſi per miraculum ꝙ ignis non comburat combuſtibile ſibi approximatum, ita videtur, ꝙ voluntas nō poſſit facere, quod intellectus non intelligat obiectum ſibi approximatum, auertendo ipſum ab obiecto, niſi per miraculum quod non eſt opus.

¶ Vel arguitur ſic, omne agēs naturale habens paſſum ſibi approximatum ſecundum quòd hoc natum eſt agere, & illud pati, neceſſario agit. & ſi non agat hoc erit per miraculum, ſed intellectus habens obiectum ſuū ſibi præſentatum eſt agens naturale, & natum eſt agere & etiā pati. ita quod non requiritur aliquid aliud, nec ex parte intellectus, nec obiecti, quia ſecundum Auguſtinum non eſt in poteſtate noſtra, quin viſis tangamur. ergo intellectus neceſſario intelliget, ita ꝙ ſi non intelligat ſed auertatur, hoc erit per miraculum.

Augu.

¶ Præterea ſecundum philoſophum. 3. phyſic. actio & paſſio ſunt idem motus, & vna res. Si igitur voluntas moueat intellectum ab vna intellectione ad aliam, oportet vt ille motus ſit communis intellectui & voluntati, aut ille motus eſt ipſum velle, & intelligere, ambo ſimul, aut alterum iſtorum, non ambo ſimul, q̄a intelligere & velle ſunt actus realiter differentes, ergo non ſunt eadem res, & per conſequens nō idem motus, nec eſt alterum iſtorum tātum, quia nō intelligere, quia tunc intelligere eſſet cauſatum a voluntate etiā in intellectu, & ſic actio voluntatis eſſet tranſiens. Si tantum velle, ergo motus ille tantū erit in voluntate, & nō in intellectu, & ſic intellectus non moueretur ad imperium voluntatis, nec poteſt eſſe aliquid aliud in intellectu, quia nec habitus, nec ſpecies.

Philoſophus. 3. Phyſi.

¶ Præterea, videtur ꝙ magis intellectus determinet voluntatem ad certū actum, quàm ecōuerſo voluntas intellectum ad certum actū intelligendi determinati obiecti, quia ſm philoſophum. 7. Phyſi. ratione exiſtēte vniuerſali cum apprehenſione particulari, ſequitur concluſio operationis, ita ꝙ neceſſe eſt voluntatem operari. ergo ratio determinat voluntatem ad actum volendi. ¶ Sed quicquid ſit de ratione philoſophi in ſe ſufficit dicere ad propoſitum, ꝙ minor particularis nō ſtat, quia per voluntatem. auertimur ad aliud.

7. Ph.

¶ Præterea, ſi voluntas poſſit auertere intellectū a conſideratione vnius obiecti ad conſiderandum aliud, hoc non eſt niſi ex libertate ſua, quia ex hoc eſt aliquid liberū, q̄a eſt indifferēs ad oppoſita, & contradictoria, ſed ſm Com. 3. phy. omnis potētia quæ eſt reſpectu oppoſitorū eſt paſſiua. Vnde ſm ipſum ibidē nulla potentia actiua eſt indifferens ad contradictoria. ergo ex hoc ꝙ voluntas eſt libera, ipſa eſt paſſiua, & per conſequēs non mouebit intellectū ab vna intellectione ad aliā. ¶ Rñdet, ꝙ potentia duplex eſt, eſſentialis & accidentalis, potentia eſſentialis ad

Com. 3. Phy.

Poten. duplex

ad contradictoria, & reſpectu contradictoriorum eſt paſſiua ſemper. ſed non potentia accidentalis ad contradictoria, cuiuſmodi eſt voluntatis ad contradictoria.

¶ Præterea, iſta potentia magis ſubijcitur alteri, quæ nõ põt habere ſuum actum ſine illa, q̃ econtra, ſed voluntas non poteſt habere actum ſuum ſine intellectu, econtra autem poteſt intellectus, vt de prima intellectione patet. ergo.

DISPVTATIO. IIII.

Vtrum dictamen intellectus ſit primum principium actiuum, reſpectu electionis.

VTRVM dictamen intellectus ſit primum principium actiuum, reſpectu electionis. ¶ Dicitur ꝙ non, quia ſi intellectus ꝑ dictamen ſuum eſſet principiũ effectiuum electionis, ſequeretur, ꝙ voluntas non poſſet idẽ velle & nolle nec idem eligere & non eligere, conſequens eſt falſum, quia per hoc tolleretur libertas voluntatis. ergo antecedens eſt falſum. conſequentia oſtenditur, quia ſi agens neceſſario agit, patiens neceſſario patitur, aliter enim aliquid ageret nullo patiente, & ſic actio reciperetur in nihil, ſed intellectus neceſſario quantum eſt a parte ſui, aſſentit principiis practicis, & etiam concluſioni habenti neceſſariam connexionem cum principio practico, ita ꝙ quantum eſt ex parte ſui, non poteſt illis non aſſentire, aut nõ dictare. ſi igitur huiuſmodi aſſenſus & dictamen ſit per ſe principium effectiuum electionis in voluntate, ſequitur ꝙ voluntas non poteſt illud non elicere, nec nolle, ſed tantum neceſſario eligere, & velle.

¶ Præterea, ſi dictamen per ſe eſſet cauſa electionis, aut igitur vt cauſa totalis, aut vt cauſa partialis. vna cum voluntate. Non primo modo, quia tunc electio nullo modo conueniret voluntati vt actus eius, quod eſt cõtra philoſophum. 6. Ethicorum. qui dicit quod electio eſt appetitus intellectiuus, vel intellectus appetitiuus, igitur ſaltem ad volũtatem pertinet. Et quod in ſexto Ethicorum dicit ſub di ſiunctione in 3. eiuſdem aſſerit determinate, ꝙ eligibile eſt voluntarium reconciliatum. ¶ Ratio igitur volũtarij per ſe, & primo pertinet ad electionem, & ꝑ conſequens intellectus per dictamen ſuum non eſt tota cauſa electionis. Nec etiã per ſe cã partialis, ita ꝙ intellectus vt vna cauſa particularis cum voluntate concurrat ad cauſandum actum electionis, quia quando duæ cauſæ concurrunt ad ꝓducendũ vnũ effectũ, oportet ꝙ concordent in agendo, ita ꝙ actio vnius non contrarietur actioni alterius, nunc aũt voluntas in eligendo põt contrariari intellectui in dictando. ¶ Aliter .n. voluntas neceſſario eligeret, qđ eſt dictatũ per intellectũ, & ſic voluntas poſſet neceſſitari, & tolleretur libertas voluntatis. ergo nullo modo concurrit dictãdo, tanq̃ ꝑ ſe cauſa reſpectu electionis, ſed vel tanquam occaſio, & cauſa ſine qua non eſt electio, q͞a electio eſt cũ rõne & intellectu ex. 3. Ethic. ¶ Sed cõtra hoc arguitur primo, ꝙ dictamẽ intelle-

6. Ethic.

3. Ethic.

3. Ethic.

intellectus nõ ſit cauſa, ſine qua non, reſpectu electionis, & hoc per rationem prius factã in q ō-ne præcedenti. quia ſuppono, ꝙ voluntas per actum volendi per ſectum poſſit auertere intellectum ab vno actu intelligēdi ad alium, reſpectu illius actus volē di, non eſt ponere alium actum intelligēdi, vt cauſa ſine qua nō, quia nō actus intelligēdi a quo voluntas auertit intellectũ, quia ille actus non eſt quando intellectus eſt auerſus ab eo, nec actus intelligendi ad quē cõuertitur, quia actus ille intelligendi naturaliter ſequitur actum volē di, per quem intellectus ad ſecū dum actum eſt cõuerſus, & cauſa ſine qua non alicuius effectus ſemper præcedit effectum ſecū-dū naturã: ergo actus intelligendi nō poteſt eſſe cauſa ſine qua nō, reſpectu actus volendi, & ita nec reſpectu electionis, ſi electio ponitur actus voluntatis. ¶ Præterea, ſecundo probatur ꝙ voluntas nō ſit tota cã reſpectu electionis, & intellectus tantum cauſa ſine qua nō, ſed per ſe cauſa, quia cauſa finalis, & formalis cauſa ſequitur fieri rei, poſita cã agente tota, & ſufficienti, & cauſa materiali approximatis, prout hoc natum eſt agere & illud pati, neceſſario ponitur effectus, ſi ſit cauſa naturaliter agens, vel poteſt poni effectus, ſi ſit cauſa libere agēs, aliter enim eſſet ponere quintam cauſam: vnde tunc ceſſat cauſa ſine qua non, nam cauſa ſine qua non, vel reducitur ad approximationem paſſi, vel ad remouendum prohibens, ſicut diuellens columnã eſt cauſa ſine qua non motus grauis ſuppoſiti, ſi igitur voluntas ſit totalis cauſa electionis, & ſufficiens, & etiam ipſa eſt cauſa materialis, & ſuſceptiua electionis vt certum eſt, & ipſa ſufficienter approximata ſibijpſi, ſequitur ꝙ excluſo illo actu intellectus, & etiam obiecto eligibili, voluntas poſſet eligere, quod falſum eſt. ergo oportet, ꝙ dictamen intellectus, vel obiectũ habens eſſe in dictamine intellectus ſit per ſe cã cū voluntate reſpectu electionis. ¶ Dicit ad hãc rõnem, ꝙ ſicut in actione trãſeunte ad extra requiritur approximatio paſſi, in qđ agat, ita etiam in actione immanēte in agēte requirit oñſio obiecti. Tum, quia nullum agens creatum agere poteſt, niſi præſente obiecto, & licet actio volũtatis aut intellectus realiter ſit manēs in agēte, ſignatur tñ vt tranſiens in obiectum, ita ꝙ quantũ eſt ex parte ſui nata eſſet tranſire in obiectũ, niſi rõ agētis, & natura eius impediret. Tũ, quia ſicut agēs actione trãſeunte requirit approximationē paſſi ad determinãdum agens, ſi ſit agēs æquiuocum vt ſol, ita ēt voluntas, cum ſit æquiuocũ reſpectu actus eligendi, & intellectus reſpectu actus dictãdi, reqrit obiectũ pñs determinãs, nō imprimēdo, ſicut nec in actione tranſeunte, ſed oſtendendo, & iō vt voluntas determinetur ad eliciendum, requiritur obiectum ſibi oſtenſum per dictamen intellectus. ¶ Per hoc patet ad formam rationis, quia agente & paſſo approximatis, ſecundum quòd hoc natum eſt agere, & illud pati, poteſt ſequi actio, ſed tunc minor falſa eſt. Nã abſente obiecto, & non oſtē ſo per actum intellectus, voluntas non eſt ſibijpſi approxima-

ta,

ta,vt nata eſt agere, quia non eſt nata agere, niſi determinetur p obiectum(vt dictum eſt.) vnde ſicut in actione tranſeunte paſſum non eſt approximatum agenti, quando eſt improportionabiliter diſtans. nam & abſens ita etiam voluntas non eſt approximata ſibiipſi in ratione agendi, niſi obiectum ſit ſibi oſtenſum.vnde ſi ratio concluderet,ſequeretur quòd agēs actione tranſeunte poſſet agere in paſſum non approximatum, quia approximatio non eſt ratio agendi, nec ratio qua patiens patitur. vnde quando paſſum eſt diſtans,& non approximatum agenti, ponitur agens ſufficiens, & paſſum ſufficiens, nec tamē poteſt poni actio, nec tamen ſequitur quòd approximatio ſit quinta cauſa. Sic eſt in propoſito, ad hoc quòd agēs actione immanente agat,requiritur reſpectus ad obiectū præſens,nec tamen ſequitur, quod ille reſpectus ſit tertia cā, nec obiectum ſit cā aliqua concurrens ad agendum.

¶ Præterea arguitur,ꝙ prima ratio propoſitione non concludat,quia quando duæ cauſæ cō currunt per ſe ad agendum, ſi principalis ſit libera, tota actio dicetur libera, & licet ſecundaria,& minus principalis ſit cauſa naturaliter agens, ſicut ad actum videndi ſecundum, qui eſt in poteſtate noſtra concurrit voluntas copulans,& potentia viſiua, & iō dicimur libere videre, licet potentia viſiua ſit cā naturaliter agens,& ſimiliter dicimur libere mouere, dicitur enim quis libere mouere, cum aliquis moueret manum ſuam libere,licet potentia motiua in manu ſit cauſa naturaliter mouens. Nunc autem ſecundum veritatem dictamen intellectus non eſt principalis cauſa reſpectu electionis,ſed voluntas quæ ſimpliciter libera eſt, licet igitur reſpectu actus electionis cō currat dictamen intellectus, vel etiam obiectum, non ſequitur, quòd electio non ſit libera, cū dictamen & obiectum non ſit principalis cauſa electionis, vnde iſta ratio ſolum probat quod dictamen intellectus, non ſit tota cauſa electionis,quod eſt cōcedendum:ſed tamen eſt cauſa per ſe & partialis, quę ad actionem liberam voluntatis agit,ſicut ad imperiū voluntatis agit potentia motiua.

¶ Præterea,ſic finis ſe habet in operabilibus ſicut principium in ſpeculabilibus, ſed intellectus ſic ſe habet in ſpeculabilibus, quòd aſſentiens principio non poteſt non aſſentire concluſioni habenti connexionem neceſſariam ad illud principiū: igitur voluntas,quæ eſt principalis cauſa in operabilibus, ſic ſe habet ad finem,quod ipſa neceſſario volens finem neceſſario vult illud, quod habet connexionem ad finem, igitur voluntas ſic ordinata ad finem,nō poteſt non eligere,ſi ſit ſibi oſtē ſum per intellectum.

¶ Dicitur, quòd ſi oſtendatur voluntati aliquid tale ab intellectu, ita quod intellectus illud indicauerit habere omnimodā connexionem ad finem ſine quo nullo modo poteſt finis attingi,tūc dicitur,quod ſicut voluntas neceſſario vult finem,ita neceſſario vult illud quod habet cōnexionem talem ad finē, tunc enim illius nō eſt electio,

 ſed

ſed tantum iſtius, quod eſt oſtenſum, vt non habet connexionē neceſſariam ad finem, ſi tamen oſtendatur voluntati ab intellectu non ſub tali electione, tunc voluntas poteſt illud eligere, vel refutare. ¶Sed tunc ſequitur quòd intellectus concurrat, vt cauſa agens ad volēdum illud, quod eſt oſtenſum, ſic quod ſi aliquod agens de ſe ſit indifferens ad actionem, ita quod poteſt illud agere, & non agere, ſi concurrente aliquo alio neceſſario agat, oportet ſic cōcurrens concurrat in ratione cauſę neceſſario agentis, quia nunq̄ de agente contingenter fit agēs neceſſarium per cōcurſum, niſi illud cōcurrēs neceſſario agat: ſi igitur voluntas indifferenter ſe habeat ad volendum aliquid quod habet neceſſariam connexionem ad finem, antequā oſtēdatur ab intellectu ſub tali connexione, & poſt oſtenſionem illius ſub tali connexione neceſſario ſequitur electio in voluntate, oportet vt tale dictamē cōcurrens cum voluntate ſit cauſa reſpectu electionis.

¶Pręterea, illud quod includit eſſentialiter reſpectum ad actum intellectus, dependet ab actu intellectus ſicut a cā, ſed electio virtuoſa in voluntate includit ad rationem reſpectum, & ad actum prudentiæ, omnis enim operatio virtuoſa eſt dictata a recta rōne, ſicut patet ex diffinitione virtutis.

¶ Præterea voluntas non poteſt velle aliquid, niſi ſub ratione boni, ſi igitur intellectus oſīdet voluntati aliquid ſub ratione boni, voluntas aut vult illud, & habetur propoſitum, aut non vult illud, quod non conuenit, cum non oſtendatur niſi ſub ratione boni, & non ſub aliqua alia ratione, &c.

DISPVTATIO. IIII.

Vtrum voluntas poſsit peccare eliciendo contra dictamen rationis recta.

VTRVM voluntas poſſit peccare eliciendo contra dictamen rationis rectæ. ꝙ non videt. ¶ Omnis malus eſt ignorans ex 3. ethic. ergo non eſt malitia in voluntate, ſiue ignorantia in intellectu. ergo voluntas non poteſt peccare ſtante dictatione rationis rectæ. ¶ Dicitur ꝙ eſt ignorantia duplex. ſ. præcedens malitiam, & concomitans. malitia vero poteſt eſſe in voluntate, ſine ignorantia præcedente, ſed non ſine cōcomitante ignorantia, & maxime verum eſt de malitia radicata. 3. eth.

CONTRA hoc arguitur ꝙ malitia in voluntate non pōt cāre ignorantiam in intellectu. primo per ſecundam regulam. 1. 2. collationibus, qm̄ in primo inſtanti in quo actus malus in voluntate, eſt aliquod dictamē, ſicut intellectio in intellectu p̄cedens naturaliter actum malum in voluntate, licet ſit ſimul duratione, illud etiam dictamē, aut eſt rectum, aut erroneum. ſi ſit rectum, hr̄ propoſitū, quia pro illo inſtanti pro quo aliquis eſt malus non eſt ignorans. non pōt dici, ꝙ ſit dictamen erroneum, quia illud ſequitur naturaliter malitiam in voluntate, quæ eſt cauſa eius per reſpōſionem, & oportet ꝙ alia intellectio

ctio præcedat naturaliter actū, in voluntate, dī ꝙ non ſtatim malitiam in voluntate ſequitur error in ratione, ſed quando eſt malitia radicata. illa enim excę cat intellectum, & errat circa principia practica, vt dicitur. 6. ethic. & ideo in primo inſtanti in quo eſt malitia in voluntate, eſt dictamen rectum in ratione, ſed poſtquam eſt firmata, tunc corrumpit dictamen rectū, & cāt errorē in intellectu.

CONTRA pro illo inſtanti pro quo voluntas corrumpit dictamen rectum, & cauſat dictamen obliquum in ratione, aut eſt illud dictamen rectum in intellectu, aut dictamen erroneum. ſi dictamen rectum, tunc ſequitur propoſitum, ꝙ malitia radicata ſit cum vero dictamine rōnis, & ſimiliter ſi tunc eēt dictamen rectum in intellectu, tunc non corrumperetur illud dictamē rectū, non pōt dici, ꝙ pro illo inſtanti pro quo malitia eſt radicata in voluntate, ꝙ ſit dictamen erroneū in rōne, quia cū cātur per dictamen ex malitia in voluntate naturaliter ſequit̄ malitiā in volūtate, & actus ītellectus naturaľr, pcedit. Preterea, illud qđ hēt cām naturalē ſufficientē producentē ipſum aliam, a volūtate, nō cātur a volūtate, tūc. n. idē bis cāret, ſed dictamē erroneū in intellectu hēt cām naturalē, & ſufficientē aliā a volūtate, vt patet qñ dictamē erroneū cātur in intellectu p peralogiſmū, nā p palogiſmū ſufficienter & neceſſario p modū naturę cātur error in rōne, ergo nullus error cātur in intellectu a voluntate mala, & hęc rō perfecta eſt in collatione immediate præcedente.

DISPVTATIO. V.

Vtrum voluntas creata poſſit peccare.

VTRVM volūtas creata poſſit peccare. ꝙ nō, quia peccatum non eſt de ſe neceſſe eſſe, nec hēt aliquam cauſam efficientē ſui. igitur non pōt eſſe. antecedens patet quo ad primum, quo ad ſin probatur per Aug. de ciui. li. 12. c. 8. vel 7. peccatū non hēt cām effectiuam. Item peccatum eſt actus voluntarius contingēs effectus, non neceſſarius. Tūc ſic, vel voluntas non pōt non peccare qñ peccat, vel pōt non peccare qñ peccat. Si primum tunc eſſet effectus neceſſarius nō cōtingens, & ita non peccatū ſimiliter qñ peccat non pōt nō peccare. ergo. Dico, ꝙ ſic A. d primū peccatum habet cauſam, non p ſe efficientē, ſed deficientem, & quodammodo per accidens. Ad ſecundum, qñ peccat pōt peccare, & ſimiliter qñ non peccat in ſenſu diuiſionis, quando peccat nec peccat neceſſario ſimpliciter, ſed ſecundum quid & conditionaliter tantum.

Au. de ci. lib. 12. c. 8. & 7.

CONTRA hoc qđ dr̄, ꝙ peccatū habet cām defectiuā, aut igitur defectiuam defectu neceſſario, aut defectiuam cauſa contingenti. ſi ſit aliqua cauſa peccati neceſſaria, tunc non erit peccatum, quia erit neceſſarius defect⁹. Si ſit defect⁹ volūtarius, erit peccatum, & peccati illius erit alia cauſa defectiua, & ſic peccatum erit ante peccatum.

CONTRA aliud qñcunq; aliqđ repugnat alicui entitati poſi-

poſitiue, illud non poteſt poni illo poſitiuo manente, ſed voluntati vt peccans eſt incompoſſibilis iſta entitas, quæ eſt non peccare, ergo voluntate peccante impoſſibile eſt nō peccare ineſſe voluntati. Si de ratione voluntatis vt voluntas eſt, eſt quod poſſit non peccare, ergo nunquam ponitur peccare in ipſa. ¶ Ad primum non eſt dare primum ſine ſecundo in eodem ordine, & dico ꝙ æque primo voluntas eſt totius actus defectibilis. ergo conceditur maior. Ad aliud defectibilitas neceſſario ſequitur voluntatem creatam, & illa delectabilitas eſt in libero arbitrio, ſicut cā quare poteſt peccare, non autem defectibilitas eſt tota cā, ergo peccatum non eſt neceſſarium. Ad aliud hoc poſito non poteſt oppoſitum poni ſimul in ſenſu compoſitionis.

CONTRA iſta quòd peccati non ſit aliqua cā probatio, quia ſi ſic, volūtas prima poſſet aliquid cōtingenter cāre inde, & peccaret: ſed prima voluntas non vult aliquid contingenter, quia illa contingenter non pōt velle aliquid libere nec intrinſece, nec in obiecto volito ſiue in extrinſeco, quia illud obiectum extrinſecum ponitur volitū, nec ſub velle, cum voluntas neceſſario poneret illud in eſſe. Item cui entitati vel non entitati de rōne ſui vt ponendę ineſſe repugnat hr̄e aliam cālitatem a ſe, Si non eſt a ſe, impoſſibile eſt ipſum eſſe. Sed ſecundum Anſelmum de caſu diaboli, cām quare Angelus voluit appetere ſimilitudinem Dei, non eſt dare, niſi quia peccare voluit: nec eſt cauſa quare, voluit, niſi quia voluit.

Ad primum vult contingenter multa, & hæc contingentia non eſt in actu ſuo abſoluto ſed in connotato.

CONTRA connotatum eſt obiectum, ergo obiectū eſt illud in quo eſt contingentia, ſcilicet. a. vt terminans actum ſiue æternum terminans. ergo in obiecto fuit contingentia ab ęterno. Dico contingentia eſt in voluntate a voluntate diuina, & ꝑ ipſum velle poſitum contingēter ineſſe voluntati.

CONTRA, voluntas neceſſario eſt ſub velle, ergo neceſſario ponit volitum. Dico velle reſpectu extrinſeci eſt contingens, vnde cauſa eſt neceſſaria in ſe, tamen non neceſſario cauſat, immo minus neceſſario ſe habet ad aliud a ſe quanto eſt magis neceſſaria in ſe. Ad aliud non fuit altera cauſa, vt actus ſecundus reſpectu velle mali, ſed tantum actus primus, ſicut ante illum non alius actus ſecundus malus: vnde quia voluit, ideſt voluit per velle, non ꝙ aliud velle malum fuerit cauſa primi velle mali ſicut aduerſarij volunt.

DISPVTATIO. VI.

Vtrum habitus perficiens aliquam potentiam ſit principium actiuum actus, ita quod per habitum tantum per principium elicitiuum, vel actiuum, eliciatur actus.

VTRVM habitum perficiens aliquam potentiam ſit principium actiuum actus, ita quod per habitum tantum per principiū elicitiuum vel actiuū eliciatur actus.

actus . quod ſic videtur, forma
actiua dans eſſe primū eſt prin-
cipium actiuum reſpectu actus
ſecundi,ſed habitus prudentię
eſt huiuſmodi, quia prudentia
eſt habitus cum vera ratione
actiuus.ſicut ars eſt habitus fa-
ctiuus ex ſexto ethicorum,vbi
ethi. etiam philoſophus ſeparat pru-
dentiam a ſapientia & ſcientia
& ab intellectu, per hoc ꝙ pru-
dentia eſt actiua. igitur pruden
tia eſt principium actiuum ope
rationis ſecundæ,quo prudens
agit opus prudentię.

¶Præterea omne habens finē
aliquem habet operationē pro
priam per quam attingit iſtum
finem,quia aliter illum finē fru
ſtra haberet,ſed oē habens ope-
rationem propriam , per quam
attingit finem illum,eſt princi-
pio actiuum illius operationis.
cum igitur prudentia habeat fi
nem proprium vt fines aliarum
virtutum,ſequitur ꝙ prudentia
ſit principium actiuum reſpe-
ctu proprię actionis. ¶Confir-
matur ratio ſub hac forma: qc-
quid eſt intellectui habituato
ratio,per quam habet aliquem
finem,eſt ſibi principium acti-
uum operationis quā attingit
illum finem, ſed habitus eſt rō
qua intellectus habituatus hēt
proprium finem, qui non eſt fi-
nis intellectus inquantum intel
lectus,ſed inquantum habitua-
tus, ergo habitus eſt principiū
actiuum eliciendi operationem
reſpectu illius finis.

¶Præterea habitus eſt forma
abſoluta vt ſupponitur,ſed vnū-
quodque tale habet propriam
operationem in ſuppoſito,quā
cum pōt hēre,dī eſſe tale,cū nō
pōt non dr̄ hmōi:vn̄ vt ibidem
vult, omnia ſunt determinata
operatione,ergo habitus habet
propriā operationem in quam
poteſt ipſam eliciendo.

¶Cōfirmatur ratio per philo-
ſophum.pati eſt materiæ agere,
vero alterius vt formę:ſicut igit
materia eſt principium patiēdi
ita ꝙ in quocunque eſt mate-
ria illud eſt natum pati, ſic for-
ma vl̄r eſt principium agēdi.igi
tur cum habitus ſit forma quę-
dam abſoluta, ſequitur ꝙ erit
principium actiuum actus ſecū
di. ¶Præterea agens in agendo
aſſimilat ſibi effectum per prin-
cipium agendi, illud igitur eſt
principium actiuum reſpectu
actus ſecundi quo per effectus,
per quod effectus magis aſſimi
latur agenti.ſed actus magis aſ-
ſimilantur habitui quam poten-
tiæ. ergo habitus magis erit
principium actiuum reſpectu
actus quàm potentia in qua eſt
habitus.

¶Præterea ſm̄ phi.8.phy.& 2. 8 phi.2.de
de aīa,inſcius qui non habet ha anima.
bitum ſcientiæ,eſt in potētia eſ-
ſentiali ad actum conſiderandi
& ſciendi,ſciens habens habitū
ſcientiæ eſt in potentia acciden
tali:ſed quandocunque aliquis
eſt in potentia eſſentiali ad ali-
quem actum ſecundum,ſi ha-
beat formam & remanet tm̄ in
potentia accidentali ad ſecun-
dum actum,illa forma eſt prin-
cipium reſpectu actus ſecundi,
qm̄ id quo aliquis reducitur ad
potentiam accidentalem reſpe-
ctu actus,eſt principium actiuū
actus,ſicut patet de calore re-
ſpectu actus calefaciendi,& in
omnibus alijs vbi actus ſecun-
dus ſequitur actum primū.er-
go ſcientia eſt principium acti-
uum reſpectu actus conſideran
di.¶Reſponſio,ſicut intellectus

ante

ante ſpeciem, eſt in potentia eſſentiali ad conſiderandum, ſic ante ſcientiam eſt in potentia eſſentiali ad faciliter, & per ſciētiam eſt in potentia accidentali non quidem ad conſiderandū, ſed ad faciliter cōſiderandum.

¶ Contra operatio proportionatur principio actiuo in hoc ꝙ quāto operatio eſt perfectior & intenſior, tāto principiū eius actiuum eſt perfectius, aut maiorem conatū hñs, ſi ſit tale principiū cui vel conatus: ſed operatio elicita a potentia habituata, poteſt eſſe perfectior & intēſior ꝙ operatio elicita a potentia eadē nō habituata cū æquali aut maiori conatu, vñ videmus ꝙ virtuoſus cū minori conatu poteſt elicere actū virtuoſum fortitudinis aut temperantię, quā non habens habitū virtutis, qui cum magna difficultate, & conatu potentię, non poteſt talem actum elicere. ſic etiam eſt de intellectu & voluntatē habituata. igitur principium actiuū talis operationis, eſt perfectius, & magis actiuum, aut maiorē conatum hñs, ſed hoc non eſt ex parte potentiæ, quia cum ęquali conatu, aut maiori non poteſt actum ita perfectum elicere. ergo hoc rōne habitus potentiam perficiētis, igitur habitus in potentiā principium actiuum reſpectu operationis, vt quia plus de actiuitate eſt in potentia & habitu, ꝙ in potentia ſolum, iō potentia habituata perfectiorē habitum poteſt elicere. Vel ſic poteſt argui. quod confert potentia facilitatem agēdi, aufert ab ea difficultatē agendi, ſed potentia agens cum conatu ſi auferatur difficultas agendi agit cum minori conatu. ergo cum habitus tribuat potentiæ facilitatem agendi potentia habituata, cum minori conatu operabitur ęqualem operationem, quam non habituata. ergo cum ęquali conatu operabitur operationem perfectiorē, ſed operatio perfectior eſt a cauſa potentiore, hoc autem in propoſito non eſt ipſius potentiæ, quia ponitur ęqualis conatus potentiæ, ęque perfecte igitur eſt propter cauſalitatem habitus concurrentis

¶ Præterea philoſophus quinto metaph. & ſecundo phyſico. reducit artem ad genus cauſæ efficientis de arte loquens, vt habitus eſt a quo denominatur artifex, vnde vult, ꝙ ad idē genus cauſæ reducitur ars & artifex. ergo habitus factiuus qui eſt ars erit principium actiuum reſpectu operationis ſecundæ artificis. Similiter. 9. meta. ca. 2. dicitur, quòd potentia rationalis vt ars, eſt ſcientia factiua ſunt potentiæ factiuę, quia principium tranſmutandi aliud inquantum aliud. Et idem vult. 5. metaph.

5. m[etaph.] 2. ph[yſ.] 9. me[taph.] 5. me[taph.]

¶ Pręterea virtutis habitus eſt cauſa effectiua moralitatis in actus, ita quod dat actui, quod ſit virtuoſus & moralis, ſed moralitas actus eſt eadem res cum ſubſtantia actus. ergo habitus erit principium actiuum actus quantum ad ſubſtantiā actus. maior patet quia quod dat actum primum dat actum ſecundum, vt quod dat eſſe in quocūque genere dat agere, ſed habitus virtutū dat eſſe virtuoſum, ergo dat agere virtuoſe, ergo virtuoſitas & moralitas in actu, eſt ab habitu. minor probatur, quia ſi moralitas in actu

ſit

ſit aliud a ſubſtantia actus, aut igitur aliud abſolutũ aut aliud reſpectiuum. non aliud abſolutum, quia tunc actus virtutis nõ eſſet formaliter ſimplex, ſed eſſet ens per accidens. Nec eſt tñ reſpectus, quia tunc cum habitus ſit principium illius moralitatis, ſequitur ꝙ ad ſolam relationem daretur actio.

¶ Præterea ſi habitus non ſit principium actiuum actus, tũc ſequitur vt videtur opinio Pelagij, ꝙ non ſit ponere charitatẽ & gratiam, quia tunc ſine charitate poſſet quis diligere Deum ſuper omnia, & ita quicquid poteſt voluntas cum charitate & gratia, poteſt ſine tali, & per cõſequens vt videtur non eſt neceſſe ponere gratiam cooperantem nec operantem.

AD QVÆSTIONEM dicebatur ꝙ habitus nõ eſt principium actiuum reſpectu actus, nec quantum ad ſubſtantiam actus, nec quantum ad moralitatem in actu. Primum iſtorum oſtenditur ſic, actus eſt ſufficiẽs & totalis cauſa habitus, non eſt autem cauſa vniuoca ſed æquiuoca. nam actus & habitus non ſunt eiuſdem ſpeciei cum habitus habeat rationem manentis & quieſcentis, actus vero rationem tranſeuntis: ſed in cauſis æquiuocis impoſſibile eſt ꝙ ſit circulus, vt hoc ſit cauſa illius & econuerſo. ergo impoſſibile eſt vt habitus ſit cauſa effectiua actus principium actiuum eius. maior probatur primo de actibus, actus enim voluntatis generans habitum in voluntate ſufficienter cauſat habitum vt cauſa totalis nihil voluntas operando in productione habitus, quia tunc actus nati generare habitum ipſum non generarent, ſi voluntas nollet huiuſmodi actus generare habitum, quod falſum eſt. quantumcunque enim voluntas eliciens actus iuſtitiæ nollet ꝙ ex iſtis generaretur iuſtitia in ipſa, adhuc neceſſario iuſtitia generaretur in ea, cum huiuſmodi actus naturaliter ſuam ſimilitudinem imprimunt in voluntate, ergo voluntas nullam actiuitatem immediate habet ſuper habitum, ſed tãtum actus ex quibus generaretur habitus. ergo actus eſt totalis cauſa habitus. Hoc probatur de habitibus moralibus ſi ponantur generari in appetitu ſenſitiuo. Nam actus ex quibus generatur habitus temperantiæ in appetitu ſenſitiuo, ſunt cauſati a voluntate ex imperio voluntatis in appetitu ſenſitiuo, & non ſunt a potentia ſenſitiua nec ab obiecto. Cuius probatio eſt. impoſſibile eſt, quòd agens naturale naturaliter agens habeat cõtrarias actiones, vt quòd ignis moueatur ſurſum & deorſum, appetitus autem ſenſitiuus & obiectum delectabile & actus prius ſi eliciatur a potentia appetitiua ſenſitiua ſunt agentia naturaliter. ergo impoſſibile eſt, quod eliciant contrarios actus, ſed actus proprius & naturalis appetitui ſenſitiuo & obiecto delectabili eſt contrarius actui ex quo generatur habitus, quia obiectum ſenſibile delectabile de ſe natum eſt cauſare delectationem, & ſenſus appetitiuus de ſe natus eſt immobiliter & immoderate tendere in obiectũ delectabile, ita ꝙ ſi ſenſus appetitiuus & obiectum delectabile derelinquãtur propriæ virtuti, cauſabunt actum corruptiuum

ptiuum habitus virtutis.ergo impoſſibile eſt ꝙ ab iſtis ſint actus quibus generatur, virtus, ergo ſunt ĩpreſſe in appetitu sẽſitiuo a voluntate ex imperio voluntatis. Non igitur potentia appetitiua ſenſitiua habet aliquã actiuitatem cum actibus ex quibus generatur habitus temperantiæ in appetitu ſenſitiuo, & conſequens actus erit totalis cauſa habitus,& nõ potentia in qua ſunt actus.vnde ſiue ſint a potentia ſiue non ſint effectiue a potentia,ſed tantum impreſſi in potẽtia,adhuc generant habitum.Minor probatur.ſ.ꝙ impoſſibile ſit eſſe circulum in cauſis æquiuocis. Nã cauſa æquiuoca ſemper eſt pfectior ſuo effectu.Non enim poteſt eſſe imperfectior, impoſſibile eſt enim vt imperfectius producat perfectius: tunc enim poſſet dici ꝙ totus mundus poſſet produci a muſca, ſi non repugnaret imperfectiori producere perfectius, nec probari primum principium eſſe infinitum,nec etiam primũ agens eſſe,tunc enim quodlibet a qdlibet poſſet produci.Non igitur cauſa æquiuoca poteſt eſſe imperfectior ſuo effectu,nec etiam æqualis in perfectione ſibi,quia cauſa æquiuoca & effectus differunt ſpecie, & impoſſibile eſt duas ſpecies eſſe æquales in pfectione.igitur ſemper cã æquiuoca eſt perfectior ſuo effectu. cum igitur perfectius non poſſit produci ab imperfectiori,vt probatum eſt,impoſſibile eſt aliqđ indiuiduum ſpeciei effectus ſit cauſa alicuius indiuidui ſpeciei in qua eſt æquiuoca. igitur in cauſis ęquiuocis impoſſibile eſt eſſe circulum, & per conſequẽs impoſſibile eſt actum eſſe cauſam habitus & econuerſo. Sed huic rationi primo inſtatur,quia non videtur verum ꝙ appetitus ſenſitiuus per actus ſuos nõn poſſit in ſe generare habitum,qa licet appetitus ſenſitiuus quantum eſt de ſe immoderate & effrenate tenderet in obiectũ ſuũ delectabile,tamen quia eſt perſuaſibilis a ratione, & ſubiacet imperio voluntatis, poteſt alio modo tendere in obiectum ſuũ quàm modo illo quo de ſe tenderet,ſicut equus curreret in locum determinatum,tamen per aſſeſſorem poteſt dirigi nũc ad vnum locum nunc ad contrarium.ita appetitus per cauſam ſuperiorem vt per rationem practicam & voluntatem imperantem poteſt alio modo tendere & appetere obiectum ſuũ, quã faceret derelictus appetitui proprio.

CONTRA, impoſſibile eſt quòd cauſa inferior naturaliter agens agat actionem oppoſitã ſuæ actioni aut ex imperio aut motu cauſæ ſuperioris, niſi cauſa ſuperior imprimeret aliam formam in cauſa inferiori,qua mediante poſſit elicere actionẽ contrariam ſuę actioni propriæ. ergo ſi voluntas imperio ſuo non imprimeret aliam formam in appetitu ſenſitiuo,impoſſibile eſt ipſum tendere in obiectũ ſuum contraria actione quàm ſit natus de ſe,& ita ſemper tenderet in obiectum ſuum illud concupiſcendo tanquàm delectabile proſequendum. Dicitur ꝙ non habet actionem contrariam ex imperio volũtatis actio niſi ſuæ propriæ, ſed tantum alio modo tendit in obiectum ſuum per directionem cauſæ ſuperioris,quia ex ſe inordinate & immoderate

moderate tendit ex imperio voluntatis,& perſuaſione rationis tendit ordinate ſecundum debitas circunſtantias:nec hoc videtur inconueniens,cum videmus in naturalibus ꝙ calor vnde calor habet conſumere,& non niſi propriam formam inducere,& tamen vt dirigitur ab anima, eſt principium augmentandi & cõſeruandi,cuiuſmodi eſt calor vitalis animæ,& huiuſmodi etiam calor in ſemine.

CONTRA ſicut in voluntate velle & nolle reſpectu eiuſdem obiecti ſunt actus contrarij,ita fuga & proſecutio ſiue fugere & proſequi ſunt actus contrarij in appetitu ſenſitiuo.& ſecũdum philoſophum qđ eſt affirmatio & negatio in intellectu,eſt fuga & proſecutio in appetitu.ergo operatio qua appetitus tendit in obiectum delectabile ipſum appetendo & proſequendo,eſt cõtraria actui quo appetitus refrenatur & fugit illud obiectum delectabile ſenſui,ex quibus generatur temperantia.igitur actus ex quibus nati ſunt generari habitus virtuoſi contrariantur actibus quibus appetitus natus eſt tendere in obiectum ſuum delectabile ipſum proſequendum. Dicitur ꝙ iſti actus contrarij non ſunt reſpectu obiecti ſub eadem ratione obiectiua, ſed ſub diuerſa ratione obiectiua,& ideo ſunt reſpectu diuerſorum obiectorum & formaliter,quoniam appetitus ſenſitiuus natus eſt tendere de ſe ĩ obiectum ſuũ vt eſt delectabile,ſed illud idem apprehenſum a practica iudicatur fugibile,& tunc appetitus ſenſitiuus perſuaſus a ratione practica fugit illud obiectum,& quod prius habuit rationem delectabilis & proſequibilis iam ex ſententia rationis practicę habet rationem fugibilis. Quis autem agens naturale reſpectu obiectorum diuerſorum habeat cõtrarios actus non eſt inconueniens.

CONTRA, ſub eadem ratione qua ſenſibile eſt apprehenſum a ſenſu apprehenſiuo, ſub eadem ratione appititus ſenſitiuus tẽdit in illud aliter.n.tẽderet ſub ratione non oſtenſi. ſed apprehenſiuus ſenſus nõ apprehendit ſenſibile delectabile niſi ſub ratione delectabilis, qa ſub nulla alia ratione de ſe natum eſt immutare ſenſum.ergo impoſſibile eſt ꝙ alia ratione appetitus ſenſitiuus tendat in illud quam ſub ratione delectabilis, & hoc per actionẽ ſibi propriã, non igitur per ſuam actionem quam elicit tendit in illud obiectum ſub ratione fugibilis.¶Pręterea ſub illa ratione, ſub qua eſt apprehenſum a ratione,non eſt obiectum appetitus, ſenſitiui.cum obiectũ intellectus ſit vniuerſale, & obiectum ſenſus ſit ſingulare.ergo quamuis intellectus dicat aliquid eſſe fugibile,appetitus ſenſitiuus non tẽdet in illud per ſuam actionem ſub eadem ratione, niſi ab appetitu intellectiuo cauſetur in appetitu ſenſitiuo actus qui ſit illiꝰ obiecti ſub ratione fugibilis. ¶ Præterea prędicta reſponſio multum magis irrõnabile ponit qaum reſponſio ad queſtionem.Maius enim incõueniens eſt ꝙ intellectus rationem cauſaret obiectiuam in obiecto appetitus ſenſitiui,quàm ꝙ voluntas cuius eſt ſecundum imperium ſuum mouere alias poten-

tias

tias cauſaret aliquid impreſſiue in appetitu ſenſitiuo quod ſit actus obiecti ſenſibilis,tanquã aliqua impreſſio derelicta in appetitu ſenſitiuo ex imperio voluntatis & eius motu.,Sed contra hoc inſtatur ꝙ cum voluntas non ſit potentia factiua habens actum tranſeuntẽ, ſed immanentẽ,non vr̃ ꝙ voluntas per actum ſuum & per imperiũ poſſit cauſare in appetitu ſenſitiuo actum ipſius appetitus ſenſitiui. quomodo enim poſſet ibi cauſare niſi per actum ſuum illud attingat;quod tamen nõ põt cũ nõ habeat actum tranſeuntem. ¶Præterea rõne qua volũtas põt cãre in appetitu ſenſitiuo actũ ipſius appetitus, eadem ratione põt voluntas in intellectu cãre actum intelligendi,cum maiorẽ connexionem habeat cum intellectu quàm cum ſenſu .ſed hoc dicere reſpectu intellectus eſt inconueniens,quia tunc intellectus non haberet actum ſibi proprium. Sed ad hoc eſt dicẽdum ꝙ actus voluntatis qui dicitur velle,nõ eſt actu de genere actionis, quia actio de genere actionis non beatificat voluntatẽ,ſed aliquid abſolutum,voluntas autem in volendo & diligẽdo Deũ beatificabitur.Similiter philoſophus ponens ꝙ felicitas conſiſtat in actu intellectus & rõnis, nõ ponit ꝙ felicitas ſit actio de genere actionis, & ideo velle & intelligere ſunt quædã qualitates productæ ꝑ actionẽ de genere actionis,vt ꝑ actionẽ dicendi ex parte intellectus & ꝑ actũ ſperãdi ex parte volũtatis:,& q̃a ad actionẽ de gñe actionis nõ terminatꝛ ꝓductio,ĩpoſſibile eſt ꝙ actus intelligẽdi & volẽdi,q̃ producunꝛ ꝑ actionẽ intellectus & volũtatis,ſint actiones de genere actionis:ſunt igiꝛ q̃dã qualitates: hm̃õi vero qualitas in ipſa volũtate exiſtẽs ꝑ conuerſionẽ volũtatis ad appetitũ ſenſitiuũ nata eſt actum cauſare in ſenſu appetitiuo,qui etiam actus non eſt actio de genere actionis, ſed eſt quædam qualitas in appetitu ſenſitiuo. ex quo derelinquitur habitus in ſenſu appetitiuo, & ſic ex imperio voluntatis poteſt generari in appetitu ſenſitiuo,& hoc eſt voluntatem alijs potentijs imperare. Vel etiam nata eſt volũtas ex imperio ſuo cauſare actum non ſolum in appetitu ſenſitiuo,ſed etiam in potẽtia motiua, & ideo licet actus voluntatis qui eſt de genere actionis non ſit actio tranſiens ſed recepta in potentia, tamen qualitas illa quæ eſt actus volendi,quæ eſt actiua,poteſt agere in aliam potentiam & cauſare ibi qualitatem realem quæ ſit generatiua habitus. ¶Ad ſecundũ dicendum,ꝙ non eſt ſimile q̃a appetitus ſenſitiuus eſt receptiuus alicuius quod non poſſunt cauſare mouentia ipſum naturaliter,quæ ſunt obiectum delectabile & ipſemet,ſed intellectus non eſt receptiuus alicuius formæ ad quam non mouẽt mouentia ipſum naturaliter.

Philoſophus 10. Ethycorũ.

SECVNDVM principale, ſ, ꝙ habitus non ſit cauſa mouens in actu.probatꝛ ſic.actus ꝑcedentes habitum virtutis ſecũdũ rectã rõnẽ eliciti nunquã generarent virtuoſum habitũ, ſed magis virtuoſum.igiꝛ cũ moralitas in actu præcedat habitũ ſicut & ſubſtantia actus, habitus non poteſt eſſe cã effectiua moralitatis in actu,vnde nõ eſt imaginandũ ꝙ potentia in qua eſt ha-

habitus ſit cauſa ſubſtantiæ actus,& ꝙ habitus ſit cauſa moralitatis, ita ꝙ ſubſtantia actus correſpondeat actiuitati potentiæ,& moralitas in actu correſpondeat habitui,ſicut quidam imaginantur, ſed potentia intellectiua & volitiua{ habituata ſecundum actualitatem potẽtiæ eſt cauſa actus ſecũdum circunſtantias actus ex quibus dicitur virtuoſus. Nam ex hoc dicitur virtuoſus actus, quia eſt conformis ſuæ regulæ quę eſt prudẽtia. ſ.intellectui.quantumcunque enim aliquis eliciat actus temperantiæ aut fortitudinis, qui ſecundum regulam rectæ rationis nati eſſent generare habitum, virtutis,ſi non ſint conformes ſuę regulæ,ſed eliciant ex timore aut ex alia cauſa non virtuoſa,nunquàm generabunt temperantiam aut fortitudinẽ,nec dicuntur actus virtuoſi:quamuis enim ex illis actibus naturaliter derelinquat quędam qualitas abſoluta non, tamen dicetur virtus,quia non eſt conformis ſuæ regulæ,ſcilicet rectę rationi.ſ. habitui prudẽtiæ. & virtus moralis formaliter dicit reſpectũ ad regulam ſuam. ſ. rectam rationem,vt patet ex diffinitione virtutis, prout eſt dictum prius in quadam collatione.& ideo ſi actus præcedentes habitus virtutis generatiui habitus ſunt conformes rectę rationi,erũt actus virtuoſi,etſi nõdum habeatur habitus virtutis. ¶Vnde qđ dicit philoſophus ſecundo Ethicorũ,ꝙ nõ habẽs iuſtitiã quamuis poſſit operari iuſta non tñ iuſte. hoc intelligẽdũ quantum ad oẽm conditionem actus virtuoſi, quia non habens habitũ non põt prompte nec delectabiliter operari iuſte. & delectatio eſt ſignum generati habitus. ꝙ tamen non habens habitum iuſtitiæ poſſit(iuſte & virtuoſe operari per conformitatem ad rationem rectam (quamuis cum difficultate) non credo philoſophum velle negare.ſed contra hoc arguitur, quia videmus ꝙ potentia habituata magis prompta eſt etiam ad actum eliciendi,& delectabilius actum elicit quàm carens habitu.ergo habitus dat potentiæ facilitatem & promptitudinem ad agendum & aufert difficultatẽ. ſed quòd dat potentiæ facilitatem & promptitudinẽ ad agendum in eliciendo,facit quòd actus elicitus ad tali potentia habituata ſit delectabilis & virtuoſus, & per conſequens habitus videtur eſſe cauſa moralitatis ſaltem in actu.Dicitur quòd habitus inclinat potentiam & potentiam facilitat,ſed non ad patiendum nec ad agendum. Non ad patiendum & ad recipiendum actum,quia tunc actus reciperetur in toto compoſito ex potentia & habitu, quod eſt falſum, quia actus præcedentes habitum ex quo ſunt eiuſdem ſpeciei cum actibus ſequentibus habitum,habebunt idem receptiuum.actus vero præcedentes habitum recipiũtur in nuda potentia.igitur ſimiliter & actus ſequẽtes habitum. nec etiam habitus inclinat ad agendum, vt præoſtenſum eſt.ſed dicitur,habitus inclinat potentiã ſecundũ ꝙ prior forma dicitur inclinare ſubiectum ſuum ad formã poſteriorem,cum qua conuenit naturaliter forma prior,& per quã quodammodo perficitur & ſaluatur forma prior. Exemplum

plum ſi ponatur gratia exempli ꝙ grauitas non ſit principium actiuum quo graue mouet ſe deorſum, tunc grauitas non inclinat graue ad mouendum ſe effectiue deorſum, nec etiam grauitas inclinat paſſiue graue ad recipiendum vbi deorſum, quia ſola quantitas eſt principium recipiendi vbi, ſicut & replendi locum. ideo grauitas dicit inclinare graue ad vbi deorſum, ſicut forma prior ad formam poſteriorem per quam ſaluatur. Nam graue naturaliter quieſcit & ſaluatur in vbi deorſum. Aliud exemplum de ligno ſicco ad recipiendum calorem ab igne, in quo ſiccitas non inclinat ad agēdum, nec etiam ad ſubiectiue recipiendum, ita ꝙ ſiccitas ſit ratio ſubiectiua in recipiendo calorem. Sed dicitur inclinare, quia naturaliter ſiccitas ſaluatur cum forma caloris. & ideo dicitur ſiccitas inclinare ignem ad calorem ſicut ad formam cum qua conuenit, & per quam perficitur & ſaluatur. Sic in propoſito habitus perficitur & augetur per actum, & ideo dicitur habitus inclinare potentiam ad actum ſicut ad formā per quam ſaluatur & perficitur. ¶ Ad primam rationem principalem dicendum ꝙ prudentia dicitur actiua & ars factiua, non quia ſit principiū agendi aut faciendi proprias actiones potentiæ in qua ſunt, tunc enim ſcientia & alij habitus ſpeculatiui eſſent principium actiuum reſpectu propriarum operationū. ſed ideo dicuntur iſti duo habitus principium agendi & nō habitus ſpeculatiui, quia dirigunt circa operationes exteriores, quomodo non faciunt habitus ſpeculatiui. prudentia enim dirigit circa actus virtutum moralium, qui actus ſunt in voluntate aut in appetitu ſenſitiuo, ars autem dirigit circa operationē tranſeuntem in exteriorem materiam. ¶ Ad ſecundum, quando arguitur quòd omne habens finem habet operationem propriam per quam attingit finem, dicendum ꝙ non ſemper eſt verum, quia natura non dedit principium actiuum intrinſecū cuilibet attingenti ſuum finem, ſicut homo non habet ex ſe ſufficiens principium actiuū ad attingendum beatitudinem. ſimiliter potentia ſenſitiua ſi ponatur paſſiua, non habet principiū actiuum ad eliciendum actum ſuum, qui eſt finis eius, ſed hæc vera eſt: omne habens finem habet in ſe principium actiuum attingendi finem ſuum, vel natura eſt aliquid cuius adiutorio poteſt finem attingere, & ſic habitus prudentiæ finem ſuum poteſt attingere per actiuitatem ſuæ potentiæ intellectiuæ quam perficit. ¶ Ad tertium, quando arguitur ꝙ omnis forma abſoluta habet propriam operationē, dicendum ꝙ falſum eſt. nō enim omnis forma abſoluta eſt actiua, quantitas enim eſt forma abſoluta, non tamen eſt principiū actiuum, vnde formæ rerum naturalium per quas agunt, ſunt determinatæ proprijs operationibus, de quibus loquitur philoſophus. 4. Meta. cum dicit ꝙ omnia ſunt determinata operatione. Etiam quando arguitur in confirmatione, quando natura ipſius materiæ eſt pati, ita natura ipſius formæ eſt agere, dicendum ꝙ ſi loquitur proprie de materia prima & forma ſibi cōuenien-

Philo. 4. Me.

ueniente quæ eſt perfectio eius, vera eſt propoſitio ꝙ ſicut materię primæ proprie eſt pati, ita formæ ſubſtantialis perficientis materiam eſt agere: pono enim formam ſubſtantialem eſſe actiuam & eſſe principium operationis ſpecificę. Si vero accipiatur materia improprie pro quocunque habente modum materiæ, ſic falſa eſt hæc, ꝙ vbiq; materię eſt pati, aliqua enim forma actiua reſpectu alterius habet modum materiæ & potentialis, & tamen eſt actiua: & ſic etiam falſa eſt ꝙ vbicunque cuiuſcunque formæ eſt agere. ¶ Ad quartū qñ arguitur ꝙ actus magis aſſimilatur habitui quàm intellectui. ergo habitus magis eſt principium actiuum actus quā intellectus. dicendū ꝙ actus magis aſſimilatur obiecto quàm habitui, & obiectū eſt principium aſſimilandi actum, & ideo ſequitur ꝙ obiectum cum intellectu ſit principiū actiuū actus qđ cōcedo. ¶ Ad quintum qñ arguitur ꝑ philoſophū ꝙ intellectus ꝑ ſcientiā reducit̄ de potentia eſſentiali ad potentiam accidentalē, dicendū ꝙ æquiuoce accipitur ſcientia à philoſopho. Nā ibi accipitur ſcientia pro ſpecie impreſſa ab obiecto, q̄ pōt dici habitus & ſcientia, quia hēt rōnem quieſcentis & permanentis in intellectu, vel ēt principiū actiuum cū intellectu ad intelligendū & acquirendū notitiam ſimplicē prout habet vicē obiecti. Sed alio mō accipitur ſcientia & habitus pro quadā qualitate derelicta ex multis actibus ſciēdi, & iſta ſcientia non eſt principiū actiuū reducens intellectū de potentia eſſentiali ad accidētalē, & ſic ēt dicendū eſt de habitu prudentiæ, quia ſpecies impreſſa in intellectu a primo obiecto practico eſt principiū reducendi intellectū de potentia eſſentiali ad actū prudentiæ, & pōt dici habitus prudentiæ illa ſpecies ꝑꝑ cauſam ꝓdictam. Sed habitus qui qualitas eſt derelicta ex actibus prudentiæ, nō eſt principiū actiuū eliciendi actū prudentiæ. ¶ Ad ſextū qñ arguitur ꝙ operatio perfectior & intēſior requirit principiū actiuū intenſius vel maiorē conatū in principio actiuo, dicendū ꝙ eſt verū, ſed tñ quilibet experit̄, ꝙ habens habitū cum minori conatu potentiæ æqualē actū elicit q̄ carens habitu, & habitus amouet difficultatem agendi: vnde vr̄, ꝙ habitus ſit principiū agendi qđ eſt diuerſitas a parte ſuſceptiui, ſicut igitur ignis æquali actione intenſiorē calorē cauſat in ligno ſicco quā in ligno viridi ꝑꝑ diuerſitatem ſuppoſiti vel ſuſceptiui, ſic in propoſito: licet enim habitus non ſit rō ſuſceptiui, ita ꝙ compoſitum ex potentia & habitu ſit ꝓprium ſuſceptiuum actus, tñ ꝑꝑ conuenientiam habitus cū actu, actus receptus in potentia habituata eſt perfectior, quàm in potentia nuda receptus: vnde ſicut ſiccitas in ligno inclinat ad recipiendū calorē intenſiorē propter cōuenientiam quā hēt, ſic & habitus inclinat potentiā reſpectu actus, & ꝑ hoc patet quō habitus dr̄ amouere difficultatem. ¶ Ad ſeptimū cum arguit̄ per philoſophū, ꝙ ars reducitur ad cām agentē, dicendū ſicut ſupra dictū eſt, ꝙ ibi non accipit artem pro qualitate derelicta ex actibus, ſed pro ſpē rei artificialis impreſſa ab obiecto,

quomodo loquiť philoſophus. 7. Meta. cum dicit ab arte fiunt quorumcunque ſpecies eſt in aĩa, ſpẽm aũt dico, ꝙ quid erat &c. & iſta ſpecies põt dici ars,& habitus pp cauſam ſupradictã. ¶ Ad octauũ, cũ dr̃ ꝙ habitus ſit cã moralitatis in actu, quia dat eſſe virtuoſum, igitur dat agere virtuoſe, dicendũ ꝙ non ſequiť, quantitas.n. dat rem primũ, & tñ non eſt principium alicuius operationis ſecundæ, & iõ non eſt verũ ꝙ dans eſſe primũ, dat eſſe ẜm, ſ. operationẽ, niſi qñ ad eſſe primum ſequitur actus ſecundus, quod non contingit in propoſito. ¶ Ad nonũ, dicendum, ꝙ non ſequiť opinio Pelagij, quia Pelagius dixit, ꝙ homo ex puris naturalibus poteſt mereri, quod non ponit iſta opinio. licet enim ſine charitate poſſet habere ſubſtantiam actus, quã habet cum charitate, non tamen poteſt mereri ſine charitate. Charitas.n.requiritur pp rationem merendi, vt. ſ.habens charitatẽ accepteť a Deo.

CONTRA, aliquis diciť mereri propter aliquid quod eſt in ptãte ſua vt pręparatione quã habet. ſi igitur charitas non ſit principium agendi, tunc ſequitur ꝙ non ſit principium merẽdi. Dicendũ, ꝙ maior falſa eſt, Deus enim acceptate non pp actionem tuam, ſed quia dat ſibi charitatem, propter quam acceptat te,& non pp opus tuum.

¶ Preterea, adhuc arguitur ad principale, actus proprius prudentiæ excedit actum intellectus non habentis prudentiam, ita ꝙ actus intellectus habituati per prudentiã, excedit actum intellectus ſine prudentia, quia actus intellectus ſolũ eſt intelligere aliqua diuidendo, vel componendo, non referendo ad vlteriorẽ finẽ, ſed actus intellectus informati p prudentiã, eſt referre in finẽ prudẽtiæ, actus intellectus habituati excedit actũ intellectus nõ habituati. Illud plꝰ in quo excedit a quo nõ eſt, nõ eſt ab intellectu, quia tunc non excederet actum intellectus ſine habitu exiſtentis. ergo relinquitur ꝙ ſit ab habitu, & ita habitus erit principium actiuum reſpectu illius. Reſpondeo, ꝙ intellectus ſine habitu poteſt habere illum actum referendo in finem, aliter non poſſet habere actum virtuoſum præcedentem habitum, ex quo habitus generetur ſine habitu, cum non poteſt habere actum ita intenſum, non propter maiorem conatum, ſed propter diuerſitatẽ a parte ſuſceptiui.

DISPVTAT. VII.

Vtrum intellectus poſsibilis ſit actiuus in cauſando actum intellectus.

VTRVM intellectus poſſibilis ſit actiuus in cauſando actum intellectus. ¶ Arguitur ꝙ non, intellectus agens non põt pati, ergo nec intellectus poſſibilis põt agere. conſequentia probať ex 3. de anima, ſicut intellectus agens eſt oĩa facere, ſic intellectus poſſibilis eſt omnia fieri. ¶ Dicitur ꝙ conſequentia non valet, quia licet agẽs aliquid agẽdo non moueatur, nõ prohibet tñ, ꝙ idem qđ moueť moueat, & ꝙ illud qđ patit agat, ſic eſt de intellectu agente,& poſſibili.

CON-

· CONTRA, ꝓbatio ꝙ ſi intellectus agens tm̄ agat, ꝙ intellectus poſſibilis tm̄ patiatur, quia poſſibilis intellectus ſi ſit actiuus reſpectu actus intelligendi, ſequitur ꝙ magis actiuus, q̄ intellectus agens, conſequens eſt falſum. Probatio conſequentiæ. actus intelligendi eſt qualitas q̄dā ꝑfectior & actualior, q̄ ſpecies abſtracta a phantaſmate ꝑ actionem intellectus agētis, ſed effectus nobilior, & ꝑfectior eſt ſemꝑ ab agēte nobiliori, & magis actiuo ꝓducente ſm̄ vltimū potētiæ ſuæ, ſi igit̃ actus intelligendi producatur ꝑ actionē intellectus poſſibilis, & ſpes repræſentans ꝑ actionē intellectus agentis, ſequit̃ ꝙ intellectus poſſibilis ſit magis actiuus, q̄ intellectus agens, & nobilior intellectu agente, cū tn̄ ſemper patiens ſit ignobilius ſuo agente, & intellectus agēs tm̄ dr̄ agens reſpectu poſſibilis, & non reſpectu phantaſmatis, quia nihil imprimit in phantaſmate, ſed cū phantaſmate agit in intellectum poſſibilem. Dicitur ꝙ ad hæc non ſequitur, ꝙ intellectus poſſibilis ſit magis actiuus, q̄a etiam reſpectu intellectionis, & actus intelligendi, intellectus agens eſt magis actiuus, & nō ſolum reſpectu ſpeciei impreſſę in intellecru poſſibili.

CONTRA, impoſſibile eſt ꝙ in vna natura ſimplici reſpectu vnius effectus ſimplicis ꝓducendi ſint cālitates duarum cārum eſſentialiter ordinatarū, ſed intellectus agens & poſſibilis ſunt vna natura ſimplex, quia natura animæ. ſupponendo ꝙ r. Vide potentiæ animę non ſint aliqua ſen. di. accidentia abſoluta ſuperaddita. ergo impoſſibile eſt ꝙ intellectus agens, & poſſibilis cōcurrant ad productionem actus intelligendi ſub quodam ordine, ita ꝙ intellectus agens ſit cauſa principalior quàm poſſibilis. Maior probatur per hoc, quod cauſæ eſſentialiter ordinatæ habent diuerſitatē in reali nobilitate, cum in cauſis eſſentialiter ordinatis vna ſit nobilior alia reali nobilitate: ſed impoſſibile eſt, ꝙ in natura ſimplici ſit diuerſitas realis nobilitatis, tunc.n. eadem natura eſſet realiter nobilior ſeipſa, quod eſt impoſſibile, ergo impoſſibile eſt, vt in aliqua natura ſimplici ſit cauſalitas nobilitatis duplicis, eſſentialiter ordinatæ. ¶ Dicitur ꝙ maior falſa eſt, quia voluntas eſt potentia nobilior, quàm intellectus, vel econtra, & tamen ſunt vna eſſentia animæ, & vna nihilominus habet cauſalitatem nobiliorem alia, tanquam cauſæ eſſentialiter ordinatæ, cum voluntas poſſit intellectum mouere. Bar. Vide 4 ſin di. 49. q. 4.

CONTRA, ꝗ aliud nō euacuat probationem maioris, quia cū impoſſibile ſit in natura ſimplici, quòd ſit diuerſitas nobilitatis realis, oportet quæcunque duo ſunt vna natura ſimplex, ꝙ vnū non ſit nobilius alio reali nobilitate. ergo ſi intellectus & voluntas ſint vna natura ſimplex in tertio, vt iam ſupponitur, ſequitur, quòd impoſſibile ſit voluntatem eſſe nobiliorem intellectu, aut econuerſo, reali nobilitate, & ideo ſi intellectus & voluntas ſint vna eſſentia animæ, quæſtio quæ quærit quę potentia ſit alia, nulla eſt niſi per cōparationem ad actus, quia cū ſint vna natura, vnū eorū nō pōt eſſe nobilius alio reali nobilitate, & ideo nunq̄ duo

ex parte animæ pſit eſſe cauſæ eſſentialiter ordinatæ ad effectũ aliquẽ producẽdũ, & ſimul ſtat ꝙ potentiæ animæ ſe excedant quantũ ad actus, ſed non quantũ ad nobilitatẽ realem in ſe abſolutam, quia vna natura põt eſſe cauſa etiam agens ſecundũ vltimum potentiæ ſuæ reſpectu diuerſorum effectuum, quorũ vnus ſit perfectior altero, dum modo tamen ſit cauſa æquiuoca, ſicut ſol reſpectu diuerſorũ ab ipſo productorum, & ſic anima poteſt eſſe cã vnius actus, vt volendi,& actus alterius vt intelligendi, quorum vnus ſit nobilior alio,& vt eliciat vnum ꝙ ſit vna potentia,velut alium alia potentia,licet in ſe non habeat potentia diuerſitatem in nobilitate reali. ¶Item quod dr̃ ꝙ voluntas mouet intellectum & agit in ipſum, hoc non eſt intelligendũ immediate, ſed voluntas cauſat actum volendi,qui eſt quædam qualitas,& per iſtam qualitatem poteſt agere in intellectu mouendo ipſum, & alias potentias, & hoc eſt voluntatem mouere ſecundum imperium ſuum, vt ſupra dictum eſt. ¶ Item intellectus poſſibilis non eſt minus ſufficiens ad cauſandum actum ſuum, quàm potentiæ ſenſitiuę inferiores, ſed potentia ſenſitiua præſente ſuo obiecto, vt viſus cum obiecto viſibili, ſibi præſentato cauſat actum videndi, nec requiritur viſus agens, ergo ſimiliter præſentato obiecto intellectui poſſibili, intellectus poſſibilis cum obiecto erit ſufficiens cauſa ad præſentialitatem obiecti cauſandam, & propter hoc videtur ſolum philoſophus ponere intellectum agentẽ. Quod ẽt intellectus ſit actiuus, & habeat propriam operationem, & ꝙ forma hominis a qua homo eſt homo ſit actiua, non ſolum forma accidentalis dicit Alber. ſuper. 1. Ethic. tractatu. 4. cap. 5.

¶ Præterea ſi intellectus agẽs dicatur actiuus reſpectu actus intelligendi, hoc non eſt niſi qa mouet intellectum poſſibilem ad intelligendũ; ſed hoc vr̃ falſum, quia tunc per iſtam motionem intellectus agens aliquid cãret in intellectu poſſibili, aut igitur actum intelligendi, aut ſpeciem: non actum, quia prius intellectus poſſibilis mouetur ab agente ſecundum dictam reſponſionem quàm actus ellgendi elicitur:& non ſpeciem, quia poſt impreſſionem & abſtractionem ſpeciei a phantaſmate, intellectus agẽs ponitur ſecundũ iſtos mouere poſſibilem ad intelligendum. ergo &c. Phy. 4. c

¶ Præterea, arguitur ſic ad principale. ſi intellectus eſſet actiuus, qui dicitur poſſibilis, tunc intellectus poſſibilis poſſet ſibi fabricare ſpeciem. conſequens eſt falſum, quia tũc intellectus ſibijpſi ſufficeret ad intelligendũ, & ſuperflueret ponere intellectũ agentẽ. cõſequẽtia probat̃, id qđ eſt actiuũ reſpectu formæ nobilioris & perfectioris, eſt actiuũ reſpectu formę ignobilioris pciſe, cũ forma ignobilior ſit diſpoſitio reſpectu formæ nobilioris, ſicut patet in actiuis naturalibus, & ꝓpoſitio vr̃ vera p hoc, qđ minor entitas reqrit̃ ad ꝓductionẽ formæ ignobilioris, q̃ ad productionẽ formæ pfectioris. igitur actiuum reſpectu formæ nobilioris ſufficit ad ꝓductionẽ formæ ignobilioris, ſed actus intelligendi eſt

forma

forma nobilior, quam ſpecies abſtracta a phantaſmate, quæ ſpecies eſt ſicut diſpoſitio requiſita in intellectu poſſibili ad actũ intelligendi, ergo ſi intellectus poſſibilis ſit actiuus ad producendum actum intelligendi, poterit producere in ſeipſo ſpeciẽ intelligibilem. ¶Dicitur ꝙ maior non eſt vera. aliquod enim agens eſt productiuum formæ perfectioris, quod non eſt productiuum formæ ignobilioris, quia non conuenit ſibi talem formam producere, etiam licet ſit diſpoſitio ad formam perfectiorem. forma enim ſubſtantialis poteſt formam ſibi ſimilem producere, & tamen non formam alteratiuam, quæ eſt vt diſpoſitio ad inductionem formę ſubſtantialis, quia forma ſubſtãtialis ſibiipſi ſufficeret ad inducendum formam ſuam.

CONTRA, ſi producere ſpeciem repugnet intellectui poſſibili productiuo actus intelligendi, aut hoc eſt propter imperfectionẽ intellectus poſſibilis, aut propter eius perfectionem. Si propter eius imperfectionem repugnet ſibi, habetur propoſitum, quod repugnabit ſibi producere actum intelligẽdi, q̄a imperfectio cui repugnat ꝓducere ignobilius repugnat, ſibi ꝓducere nobilius, cum maior perfectio requirat ad producendum nobilius, quã ignobilius ens. Si autem hoc repugnet intellectui poſſibili propter eius perfectionem, ergo cũ intellectus agens ſit perfectius, & magis actiuus q̃ intellectus poſſibilis, intellectu agẽti repugnabit cauſare ſpeciem in intellectu poſſibili per abſtractionẽ a phantaſmate. ¶ Præterea ad principale arguitur ſic. oẽ actiuum ſubiectum imperio voluntatis poteſt impediri a ſua actione per imperiũ, ſed intellectus poſſibilis habens obiectum ſibi ſufficienter præſentatum, non põt impediri a voluntate, quin illud intelligat, voluntas. n. cum ante intellectionẽ intellectus non habeat illud obiectum ſibi oſtenſum, non poteſt intellectũ impedire, nec aliquem actũ habere, cum voluntas non habeat actum niſi circa obiectum cognitum. ergo intellectus nõ habeat actiuitatem ſubiectiuam voluntati, ſed erit paſſiuus ab obiecto, vt quia voluntas nõ poteſt impedire phantaſma quin maneat intellectum cauſando paſſionem, quæ dr̃ intelligere, iõ non poſſit impedire intellectũ ab intellectione obiecti ſibi oſtenſi.

¶ Dr̃, quod voluntas non poteſt impedire intellectum a prima intellectione obiecti. q̄a nõ eſt in poteſtate noſtra, quin viſis tangamur. poteſt tñ impedire intellectũ a ſecunda intellectione & tertia, & vl̃r ab exercitio actus intelligendi, poſtquã obiectum intellectum eſt ſolũ ab intellectu, & oſtenſum voluntati.

CONTRA, intellectus habens demonſtrationem alicuius concluſionis ſcibilis, ita firmiter adhęret concluſionis veritati intelligendo ipſam, & conſiderando, ꝙ voluntas nõ põt facere intellectũ diſſentire tali cõcluſioni. ergo intellectus nõ habet actiuitatem ſubiectã, quia ſi talẽ hr̃et, voluntas poſſet hoc facere. ergo ꝙ hoc nõ poſſit facere eſt quia obiectum cãt aſſenſum in intellectu, & non q̄a

intellectus ex ſe effectiue aſſentit concluſioni. ¶ Præterea, ad principalem arguitur ſic, omne hñs entitatem actiuam ab alio diſtinctam hẽt operationem diſtinctã in quã põt, ſed intellect⁹ poſſibilis hẽt entitatẽ diſtinctã a ſpẽ intelligibili, & per te hẽt actiuitatem diſtinctam a ſpẽ, ergo põt in operationẽ intelligendi ſine ſpẽ,qđ falſum eſt.¶Dr ꝙ ſpẽs licet non requiratᷓ pp ſubſtantiam actus intelligendi, qui eſt ab intellectu,eſt tamen propter actuum determinationem.

CONTRA, ſi intellectus habeat aliquam actuitatem,hoc eſt reſpectu determinati actus & ſingularis non reſpectu actus vl'is. actus igitur productus ab intellectu ex ſe ſingularis eſt,ergo ab eodem habet ꝙ ſit hñs ſubſtantiã ſuã, & ſingularitatẽ, quod igitur eſt cã actus ꝭm ſubſtantiam,erit cauſa actus ſecundum ſuam ſingularitatem.

¶Præterea.arguitur ꝙ non ſit neceſſe ponere ſpeciem intelligibilem in intellectu poſſibili ſi ſit actiuus,quia in ordine agentium videmus,ꝙ quanto agens eſt ſuperius & perfectius,tanto minus patitur & magis actiuũ eſt,vt patet in ordine agentium corporalium.vnde cęlum quod eſt perfectius inter agentia corporalia,minus patitᷓ,immo non recipit ab exterioribus & inferioribus aliquam paſſionem. iõ ſimiliter in ordine vitaliũ agentium quãto agens eſt ſuperius, tanto minus patitur, & magis agit.ſi igitur ſenſus ad actionẽ requirat ſpeciẽ impreſſam, qua agat,aſcendendo erit tãdem deuenire ad agentem naturæ intellectualis,qui ſic agat, ꝙ non patiatur recipiendo ſpeciem.

¶Præterea intellectus,& voluñtas cum ſunt potentiæ eiuſdem immaterialitatis,ea quæ ponuntur pp actionem vnius ex parte vnius potentiæ, poſſunt ſaluare actionem alterius potentię, ſed nunc eſt ita,ꝙ ad hoc, quod voluntas velit agendo actum volẽdi.non requiritur aliquid impreſſum in voluntate, ſed ſufficit ſola oſtenſio obiecti in intellectu.ergo ad hoc ꝙ intellectus ſi ſit actiuus intelligat, ſufficit ꝙ obiectum ſit ſibi oſtenſum in phantaſmate,in virtute intellectus agẽtis, nec oportet ſpẽm aliquam imprimi in intellectu poſſibili.¶Præterea , quod dr ꝙ intellectus,licet ſit actiuus,non tñ eſt tota cauſa actus,ſed ſpẽs, inquantum tenet vicem obiecti,ita ꝙ intellectus cum obiecto relucente in ſpecie,eſt totalis cauſa actus.

CONTRA hoc arguitur, primo ſpecialiter de actu intelligendi reflexo, nam intellectus non ſolum intelligit aliquod obiectum,vt lapidem,ſed etiam intelligit ſuũ intelligere, quod quidam eſt per ſe intelligibile, quia vera qualitas,& abſoluta. ¶Quero igitur,an intellectus ſit tota cauſa actus intelligẽdi,quo intelligit ſuum intelligere lapidis , aut obiectum ſit cauſa cũ intellectu, ſi intellectus ſit tantum,hr̃ propoſitum , ꝙ intellectus ſit totalis cã efficiens act⁹ intelligendi.Si dicatur, ꝙ intellectus cum obiecto eſt cã actus intelligendi,qui intelligit ſuum intelligere.

CONTRA, quando intelligit actu reflexo ſuum intelligere,illud intelligere non eſt,quia non eſt qualitas manſiua, & per conſequens non durat in alio actu

actu intelligendi, aliter enim duo actus intelligendi ſimul eſſent in intellectu, & infiniti, cũ in infinitum contingat reflectere ſuper actus intelligendi, ſed qđ non eſt, nõ eſt principiũ actiuum actus. igitur non ſemper obiectum eſt principium actiuum reſpectu actus intelligendi cum intellectu.

¶ Præterea, ſi obiectum p̄ſens eſſet in ſpẽ, eſſet cã particularis actus intelligẽdi tunc ſequeret̃ quod actus intelligẽdi reſpectu ignobilioris obiecti, eſſet perfectior, quam reſpectu obiecti perfectioris, quod falſum eſt. conſequentia probatur, quia ſi obiectũ relucens in ſpecie, eſſet cauſa actus intelligendi, tunc illud obiectum, quod perfectius relucet in ſpecie, & perfectius eſſe habet in intellectu per ſpeciẽ, perfectius eſſet principium cauſandi actu intelligẽdi, quia quãto aliquod actiuum verius eſſe habet, tanto eſt magis actiuum, ſed quiditas accidentis verius eſſe habet in intellectu per ſpeciem, quam quiditas ſubſtantiæ, quia forte ſubſtantia nõ intelligitur per ſpeciem propriã, eo ꝙ ſpeciem propriam non facit in intellectu, nec in ſenſu: ſimiliter quiditas ſubſtantiæ materialis verius eſſe habet in ſpecie intelligibili, quam ſubſtantiæ immaterialis, quæ nõ habet proprium phãtaſma. ergo actus intelligendi accidentis perfectior eſſet, q̃ actus intelligendi ſubſtantiæ materialis, & actus intelligendi ſubſtantiæ materialis perfectior, quam actus intelligendi ſubſtantiæ immaterialis, & ſic reſpectu nobilioris obiecti eſſet imperfectior actus intelligẽdi. ¶ Præterea. ſm̃ ꝙ innuitur a phi. 2. meta. & expreſſius ibidem hr̃ a Commentatore, difficultas in cognoſcendo res materiales eſt ex parte rerũ naturalium, ſed huic oppoſitũ ſequeretur, ſi obiectum materiale concurreret cum intellectu ad actum intelligendi ſubſtantiæ materialis, quia omne actiuum natum eſt facere de ſe actionem ſibi proportionatam ſm̃ veritatem ſuã: vñ actiuũ perfectius, vt calor intenſus natus eſt facere actionẽ calefaciendi proportionatẽ ſuæ virtuti, & calor paruus & remiſſus in obiectũ ſibi ꝓportionatũ, natus eſt facere actionẽ proportionatam ſuæ virtuti, licet nõ ita ꝑfectã, ſicut calor intenſus, ergo ſi obiectũ rei ſenſibilis cõcurrat cũ intellectu ad actũ intelligẽdi, ita in illud obiectũ aget actionem ſibi proportionatã, ſicut obiectũ nobilius cũ intellectu, igit̃ difficultas ad cognoſcendũ res materiales cognitione eis proportionata, non erit ex parte rerũ, ſed intellectus eſſet ſola cauſa actus: tunc poſſet ſaluari, ꝙ difficultas eſſet ex parte rerum, quia intellectus non põt cognoſcere rẽ ꝑꝑ mutabilitatẽ rei, nõ ꝑꝑ imꝑfectionẽ ſuã. ¶ Præterea, obiectũ nõ hẽt eſſe in ſpẽ, niſi eſſe ſplendens, & repñtatiuũ, ꝑ qđ hẽt eſſe cognitũ in intellectu, hoc eſſe, aut eſt eſſe abſtractũ a ſingularibus, nihil aũt ſm̃ tale eẽ eſt principiũ actiuũ realis operationis, quia oẽ tale actiuũ eſt ſingulare. igit̃ obiectum ſm̃ eſſe, qđ hẽt in ſpẽ, non vr̃ ꝙ poſſit eſſe principiũ realis operationis. ¶ Præterea oẽ agens reſpectu duorum effectuum quorum vnus eſt nobilior alio, ſi ſit totale principium acti-

Phi 2 me.
Comm en.

 uum

num reſpectu effectus nobilioris, & multo fortius, & reſpectu effectus imperfectioris, vt patet de ſole producente diuerſa animalia ex putrefactione, quorũ vnum eſt perfectius alio. Et ratio eſt, quia minor virtus requiritur ad productionem effectus ignobilioris, & ꝙ põt in maius, põt in minus, ſed aĩa ſeparata eſt æquiuoca cã reſpectu intellectionis ſui & aliorum ſenſibilium, & intellectio ſui eſt actus nobilior intellectione rei materialis, quia obiectum eſt nobilius, reſpectu autem intellectionis ſui, eſt cauſa effectiua totalis, quia in hac intellectione intellectus & obiectum ſunt idẽ. ergo reſpectu intellectionis materialis intellectus eſt totale principium.

¶Præterea hic arguitur de viſione beata. Nam ſi ad actum videndi beatificum concurrit intellectus beati & obiectum, vt eſſentia diuina ſequitur ꝙ eſſentia diuina neceſſario habebit actionem ad extra. Probatio. omnis actio quæ competit Deo prius ſm ordinem, quam per reſpectum voluntatis, competit ſibi ex natura rei & ex neceſſitate: ſed eſſentia diuina, vt eſſentia eſt obiectum beatificũ, ſic autem ſecundum reſpectum præcedit ſeipſam, vt volẽs eſt, igitur ſi vt obiectum eſt intellectionis beatæ concurrat ad cauſandum ipſam, ſequitur ꝙ neceſſario cauſabit ipſam. confirmatur, ſi Angelus videat Angelum, ſi obiectum concurrat ad actum intelligendi cauſandum, Angelus viſus non obſtante, quod ſit intelligens, & volẽs, vt tamen eſt quoddam ens, & natura neceſſario concurreret ad illum actum. igitur cũ Deus conſimiliter non ſolum, vt intelligens, & volẽs, ſed vt natura ſic concurreret ad actum videndi, neceſſario cauſabit illum actũ in intellectu beati.

¶Præterea, ſi in cognitione intuitiua, qua anima ſeparata vel Angelus videt aliquod ſingulare pręſens, concurrunt intellectus poſſibilis & obiectum extra, ſequitur, ꝙ non ſit neceſſario ponere intellectum agentẽ, quia actus intelligendi perfectior eſt, quam ſpecies. ſi igitur ad actum intellligendi cauſandum ſufficit intellectus cum obiecto materiali, multo fortius ſufficiet cum obiecto materiali ad cãdum ſpeciem, & ſic non requiritur intellectus agens, vnde ſi propter tranſlationem de ordine materialis ad immateriale, ibi non requiritur intellectus agens, nec oportebit in abſtractione ſpecies, cum intellectio ſit ita immaterialis, ſicut ſpecies.

DISPVTATIO. VIII.

Vtrum actus intelligendi ſit ab obiecto effectiue.

VTRVM actus intelligendi ſit ab obiecto effectiue. ¶Videtur ꝙ ſic. actus diſtinguuntur per obiecta ſua ex 2. de anima. hoc autem non poteſt intelligi formaliter, quia obiectum non eſt formaliter actus intelligendi. ergo formaliter per obiecta non diſtinguuntur, nec materialiter. certum eſt, ꝙ materia actuũ eſt ſubiectum, in quo eſt, quod eſt anima. ¶Similiter operationis 2. de a.

nis manentis in agente non eſt aliquid aliud, qđ eſt finis eius præter vſum ex.9.meta. ergo diſtinguuntur per obiecta effectiue. ergo obiecta efficiunt in intellectu actus intelligendi diuerſos ſecundum ſpeciem, imprimendo ſuas ſimilitudines.

¶ Dicitur quòd nullo iſtorum modorum actus diſtinguuntur per obiecta, nec in aliquo genere cauſæ, ſed tantum manifeſtatiue. nam cum actus intelligendi aſſimilantur obiectis, & non potentiæ inteltectiuæ, ideo diſtinctio actuum magis manifeſtatur per obiecta, quam per potentiam intellectiuam, quamuis effectiue ſint actus intelligendi a potentia intellectiua ſola.

CONTRA, eadem cauſa limitata & eiuſdem rationis nõ poteſt eſſe ſufficiens principiũ effectiuum reſpectu diuerſorũ ſpecifice diſtinctorum, ergo cũ diuerſorum obiectorum ſecundum ſpeciem ſint diuerſæ intellectiones ſecundum ſpeciẽ, non poſſunt diuerſæ intellectiones ſecundum ſpeciem eſſe a ſola potentia effectiue intellectiua, niſi concurrant effectiue obiecta diſtincta ſecundũ ſpeciem. dicitur ad hoc quod potẽtia intellectiua ex ſua dignitate & perfectione actiua, habet diuerſas virtutes, per quas poteſt in diuerſas operationes ſecundum ſpeciem, & obiectum, licet non cauſet effectiue actum intellectus in potentia intellectiua, tamen determinat intellectum, qui eſt potentia indeterminata omnino ad hunc actũ, vel ad illum. ideo intellectus p hoc, quod habet diuerſas virtutes, & per hoc quod obiecta diuerſa determinant, poteſt elicere intellectiones diſtinctas ſm ſpeciem, vt ſic ſolus intellectus facit ad cauſalitatem actus, quã tum ad diam actus, ſed obiectum quantum ad determinationem actus, vt actum determinat, tamen potentia indeterminata de ſe, determinata ab obiecto eliciat.

CONTRA hoc quod dicitur, ꝙ obiectum determinat potentiam ad actum, ex hoc ſequitur propoſitum, quia quicquid eſt in intellectu impreſſiue ab alio eſt vel ſpecies, vel actus, vel habitus. Si igitur obiectum effectiue determinat intellectum illud impreſſum in intellectu, ꝗ ipſum determinat ad actũ, erit vel ſpecies, vel habitus, vel act⁹, & tunc ſequitur propoſitum dupliciter. ¶ Primo ꝙ tale non ſit ſpecies, quia ante talem determinationẽ intellectus ſpecies imprimitur, in qua obiectum relucet, quod ponitur potentiã intellectiuam determinare, nec habitus, quia huius determinatio poteſt præcedere actum intelligendi, & habitus cauſatus ex actu intelligẽdi ſequit᷑ actũ. ergo relinquitur, quod illud impreſſum ſit actus intelligendi.

¶ Secundo ſequitur propoſitũ, quia cum hmõi determinatio intellectus non poteſt in actum intelligendi, niſi inquantum determinatur ab obiecto. igitur intellectus non ſufficit ad cauſandum actum intelligendi ſine actione obiecti in intellectum. ergo concurrit obiectum ad cauſandum actum intelligẽdi, quia determinatio actus cõcurrit ad eliciendum actum, cũ intellectus (inquantum ſic determinatur) actum eliciat, & ſic habe-

habetur propoſitũ, quia actus intelligendi non fit a ſola potentia intellectiua effectiue.

CONTRA hoc, qđ ſecũdo dr̃, ꝙ intellectus habet diuerſas virtutes ad cauſandum diuerſas operationes ſ͠m ſpeciem. Nam ſiue potẽtia aĩæ ponat̃ eſſentia animæ, ſiue abſolutum additũ per hoc, ꝙ aĩa hẽt virtutes reſpectu diuerſarum operationũ ſ͠m ſpẽm hẽt diuerſas ptãtes. aliter enim intellectus & voluntas nõ eſſent diuerſæ potentiæ. ergo ſi intellectus habeat virtutes diuerſas reſpectu diuerſarum operationum ſ͠m ſpeciem, ſequitur quod intellectus ſit plures potentiæ.

CONTRA hoc, ꝙ tertio dr̃, ꝙ intellectus cãt ſubſtantiã actus, & obiectum determinationem in actum, qm̃ hic actus, vt hic actus, quo attingitur obiectum determinatus eſt. ergo qđ hẽt ſufficientem cãlitatẽ reſpectu ſubſtãtiæ iſtius actus, habet ẽt ſufficientẽ cãlitate reſpectu determinationis ĩ iſto actu, ſi igitur ſolus intellectus ſit per ſe cã ſubſtantiæ illius actus, ſequitur ꝙ ſolus intellectus ſit cã determinationis illius actus. Vnde ab eodem eſt actus ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum determinationem illius.

AD PRIMVM iſtorum dicitur, ꝙ illud impreſſum ab obiecto in intellectu, quo intellectus determinatur ad actum determinatum eliciendum non eſt ſpẽs, nec habitus, nec actus, ſed eſt ſola paſſio de genere paſſionis, qua intellectiua potentia inclinatur ab obiecto, ad actum determinatum, ſicut intelligere non eſt aliquid abſolutum, ſed actio quædam, vel paſſio ſimplex, quæ eſt actus perfecti.

CONTRA, phi. 5. phyſi. probat per plures rationes ex intentione, quod ad actionẽ non eſt motus neque ad paſſionem, ergo impoſſibile eſt, vt motus quo intellectus mutatur ab. a. eſſe indeterminato ad eſſe determinatum per actionem obiecti determinantis, effectiue terminetur ad ſolam paſſionem.

PRÆTEREA, quicquid patitur realiter, patitur ſecundum aliquam formam, quod enim aliquid patitur, & tamen ꝙ nihil abſolutum in paſſo relinquatur eſt oppoſitum in adiecto. vnde ſicut nihil mouetur ſecundum motum, ſed ſecundum aliquam formam, ſecundum quam mouetur, ita nihil patitur ſecundum paſſionem, ſed ſecundum aliã formam, ſecundum quam patitur. ergo ſi intellectus patiatur ab obiecto per hoc, quod ab ipſo determinatur, oportet vt aliam formam imprimat, ſecundum quam patiatur.

PRÆTEREA, nihil poteſt eſſe principium & ratio formalis operandi, niſi aliqua forma abſoluta, & non ſola paſſio, non enim per ſolam paſſionem, vt per principium & rationem formalem dicitur aliquid agere, ſed ſecundum dictam reſponſionem intellectus non poteſt agere, niſi inquantũ ab obiecto determinatur. ergo illud per quod intellectus ſic determinatur, non poteſt eſſe ſola paſſio, ſed aliqua forma abſoluta.

PRÆTEREA, poſita cã ſufficienti & naturali, & materia circa quam agit, ſi habeat

opera-

operationem tranſeuntem poteſt agere circunſcripto quocūque alio. Aliter enim non eſſet cauſa ſufficiens. ¶ Si igitur intellectus ſit ſufficiens cauſa & totalis reſpectu intellectionis, cum ipſe ſit cauſa naturaliter agens,& non libere,circunſcripta determinatione,& quocunque alio, adhuc poterit agere, ergo intellectus ageret, licet ab obiecto non determinetur ad intelligendum.

VEL SVB alia forma ſic, intellectus aut hēt totā cauſalitatem reſpectu intellectionis,aut non. ſi non totā cauſalitatē habet hr̄ propoſitum, ꝙ actus intelligendi non ſit a ſola potētia intellectiua. Si vero intellectus hēt totā cauſalitatē reſpectu intellectionis, cū poſita tota cauſalitate effectus naturaliter cauſante, ponitur effectus, ſequitur ꝙ intellectus ſine obiecto, & ſine determinatione facta ab obiecto intelligere poſſet. ¶ Aliter dicebatur ad rationem ſuperius factā, ꝙ alio mō determinatur potentia actiua & potentia paſſiua,nam potentia paſſiua eſt potentia contradictionis,& nō determinatur ad aliquem actū ſecūdum, niſi per aliquam formā quæ ſit principium actus ſecūdi ſibi impreſſam, vt lignum non determinatur ad calefaciendū, niſi per calorē ſibi impreſſum, ſed potētia actiua ad hoc,ꝙ determinetur ad agendū non requirit ꝙ aliquid ſibi imprimat, ſed ſufficit ſola approximatio materiæ circa quam agit. hoc patet.9.Metap. vbi probat philoſophus,ꝙ ad hoc, ꝙ potentia naturalis exeat in actu, non requiritur, niſi ꝙ ſit approximatum paſſum,ita ꝙ hoc ſit natum agere,& illud pati,& non ꝙ aliquid ſit potentiæ actiuæ impreſſum, & ideo cum ſm̄ prædictam opinionem potentia intellectiua, ad hoc ꝙ determinetur ad certum actum eliciendum,non requiritur ꝙ aliquid ſibi imprimatur, ſed ſufficit ſola exhibitio obiecti, in quod per actum ſuū tendit. Ratio igitur ſuperius facta falſum ſupponit, ꝙ obiectū effectiue determinat intellectū, & ideo non imprimit obiectū aliquid intellectui, nec actum, nec ſpeciem, nec habitum, ſed intellectus in ſeipſo cauſat actum intelligendi. ¶ Sed tunc reſtat reſpondere ad vnam rationem prius factam, quando arguitur ꝙ cauſa vnius rationis non poteſt eſſe principium ſufficiēs reſpectu diuerſarum operationum diſtinctarum ſpecie.

loſo- .Me.

AD QVOD dicitur,ꝙ hoc verum eſt de cauſa vniuoca, ſed non de cauſa æquiuoca, q̄ per exhibitionem diuerſorum obiectorum cauſat diuerſas operationes ſpecie diſtinctas, vt ſol conſtringit lutum, & diſſoluit glaciem: intellectus vero eſt cauſa æquiuoca, & aliquo modo limitata reſpectu intellectionum, & ideo per conformitatem ad diuerſa obiecta poteſt ſua cauſalitate diuerſas intellectiones cauſare.

SED CONTRA hoc arguitur, quia poſſe producere duas intellectiones duorū obiectorū ſpē diſtinctorū,eſt maioris pfectionis,q̄ poſſe producere vnā iſtarū tm̄: ſicut poſſe producere duas ſpecies, & duos effectus ſpē diſtinctos maioris perfectionis eſt, q̄ producere vnum iſtorū:aliter.n.habens virtutē ad producendū vnū iſtorum tantū

haberet

haberet virtutem ad producendum ambo, quod falſum eſt, & eadem ratione poſſe producere tres intellectiones maioris perfectionis eſt, quàm producere duas. cum igitur intellectiones poſſint inuicem ſuccedere in in finitum, ſi intellectus habet virtutem actiuam ſufficientem reſpectu vnius intellectionis, habebit virtutem cauſandi infinitas ĩtellectiones ſucceſſiue, ſed hoc eſt infinitæ perfectionis vt probatũ eſt, cum poſſe in tres intellectiones ſucceſſiue ſit maioris perfectionis, quã poſſe in duas, & ita poſſe in infinitis ſucceſſiue erit infinitæ perfectionis. igitur intellectus erit infinitæ perfectionis, & infiniti vigoris, quod eſt impoſſibile.

AD HANC rationem dicebatur primo oſtendendo, ꝙ hæc ratio non magis concludit contra opinionem ponentem, ꝙ intellectus ſit totalis cauſa intellectionis, quàm contra aliam opinionem ponentem, ꝙ nõ ſit tota cauſa intellectionis, ſed partialis, quæ cum obiecto concurrit ad efficiendum actum intelligendi, quoniam cauſalitas, & actualitas partialis, qua intellectus cum duobus obiectis ſpecie diſtinctis poteſt producere diuerſas intellectiones ſpecie diſtinctas, eſt maioris perfectionis, & virtutis in intellectu, quàm cauſalitas partialis, qua cũ vno obiecto poteſt in vna intellectionem ſecundum ſpeciem. probatur hoc, ſicut ipſi probant, quia aliter habens cauſalitem partialem reſpectu vnius intellectionis, tantum haberet cauſalitatẽ partialem reſpectu duarum intellectionum ſpecie diſtinctarũ, & hoc etiam patet eſſe verum, cum intellectus maiorẽ viſum, & maiorem virtutem habet ad intelligendum maius intelligibile, vt ſubſtantiam determinatam ad intelligendum minus intelligibile, & maioris difficultatis eſt ad cognoſcendum maius intelligibile, quàm minus. hæc autem difficultas non eſt ex parte intelligibilium, quia vnum obiectum, quantum eſt de ſe natum eſt imprimere & agere cũ intellectu, ſicut aliud, igitur ſecundum deductionem rationis perfectæ poſſe ſucceſſiue in infinitas intellectiones ſecundum ſpeciem, ſicut cauſa partialis cõcludit in intellectu infinitatem virtutis.

AD RATIONEM in ſe dicebatur ꝙ ratio ſupponit, ꝙ poteſt eſſe proceſſus in infinitũ in ſpeciebus & obiectis diſtinctis ſecundum ſpeciem, reſpectu quorum poſſunt eſſe intellectiones infinitæ diſtinctæ ſecundum ſpeciem: hoc autem ſuppoſitum dubium eſt valde. an Deus ſuper omnem ſpeciem poſſet aliã in infinitum producere, hoc tamen ſuppoſito vlterius dicitur ad rationem, ꝙ poſſe producere hanc intellectionem & illam eſt maioris virtutis, quàm producere vnam tantum. & hoc qa iſtæ intellectiones ſunt inæquales, & vna eſt nobilior, quæ erit reſpectu nobilioris obiecti, cuius cognoſcibilitas non excedit virtutem intellectus, ſed ſic procedendo in infinitum in obiecto ſecundum ſpeciem & intellectionem vltimo erit deuenire ad aliquod obiectum adæquatum virtuti intellectus, cuius cognoſcibilitas adæquat virtutem cognitiuam intellectus, quod ẽt natũ eſt ab intellectu cognoſci, quan-

quantum cognſcibile eſt, & circa illud obiectū intellectus natus eſt habere actum intelligendi perfectum, quem habere poteſt,& ſi tunc producatur aliqua ſpecies nobilior quæ excedit virtutem cognitiuam intellectus circa illud obiectum intellectus non habebit perfectiorem actū cognſcendi,& tandem aſcendendo habebit actum imperfectiorem cognoſcendi, & minus intenſum circa obiectum nobilius,quàm circa obiectum adæquatum ſibi, & tunc poſſe producere aliam intellectionem imperfectiorē & perfectiorem circa obiectum ſibi adæquatum non eſt maioris virtutis producere illam intellectionem perfectiorem tantum, quia per eandem virtutem in ſummo, per quam poteſt in actum perfectiorem,poteſt etiam in actum imperfectiorē circa nobilius obiectum,quod excedit virtutem intellectus cognitiuam.

CONTRA, fiat ratio prædicta non de inæqualitate obiectorum & intellectionum, ſed de pluralitate intellectionum ſecundum ſpeciem, quamuis eſſent ęquales,& obiecta ęqualia, ſic poſſe producere duas intellectiones æquales ſecūdum ſpeciem maioris virtutis eſt, quàm poſſe preducere vnam tantum. ergo poſſe producere infinitas intellectiones diuerſas ſecundū ſpeciem etiam æquales,erit infinitæ perfectionis & virtutis, ſed hoc poſſe conuenit intellectui, ſi ſit ſufficiens cauſa reſpectu intellectionis cuiuslibet obiecti, ergo vt prius ſequitur, ꝙ intellectus ſit infinitus in vigore. ¶Præterea,quod dicitur, ꝙ dubium eſt de proceſſu in infinitū in productione ſpecierum, hoc nihil facit ad propoſitum, quia ſiue poſſibile hoc ſit,ſiue īpoſſibile ratio æqualiter concludit, quia ſi ponatur per impoſſibile, ꝙ ſuper quamcunque ſpeciem poſſet produci alia in infinitū,& ꝙ ſolus intellectus cauſet intellectionem,cum omne producibile poſſit ab intellectu cognoſci, & poſſe cognoſcere plura obiecta ſecundum ſpeciem ſit maioris virtutis in intellectu, ēt ſucceſſiue, quàm poſſe cognoſcere pauciora, ſequitur ſecundum rationem priorem, ꝙ intellectus ſit infinitus in vigore,ſed hoc impoſſibile non ſequit̃ propter propoſitum hoc,quo ponitur proceſſus in infinitū in ſpeciebus rerum,quia & ſi hoc verum eſſet,ꝙ eſſent ſpecies infinitæ, adhuc cum hoc eſſet vna ſpecies limitata, ſicut modo eſt intellectus eius, eſſet finitus in perfectione. ergo illud impoſſibile ſequitur ex hoc, ꝙ ponitur intellectus actiuus ſufficiens ad cauſandum intellectionem. Vnde & philoſophus aliquando in arguendo ſupponit impoſſibile,dum tamen ex impoſſibili nō ſequatur impoſſibile. vt probando,ꝙ tempus non ſit motus cœli,arguit ꝙ tunc ſi plures eſſent motus cœli,plura eſſent tempora, cum tamen antecedens ſit impoſſibile apud eum. ¶Similiter Aug. probando ꝙ innaſcibilitas & paternitas non ſint eadē notio, arguit ꝙ & ſi pater eſſet ab alio in diuinis,adhuc eſſet pater,& non innaſcibilis. *Philoſophus.* *Aug.*

AD PRIMVM horum dicitur,ꝙ ſi eſſent eſſent æquales ſpecies in perfectione, tunc poſſe producere duo, non eſſet maioris perfectionis, ſiue virtutis,

tis, quàm poſſe producere vnã, ſicut nec poſſe ſucceſſiue producere duo indiuidua, arguit maiorem perfectionem intenſiuã, quàm poſſe producere vnũ indiuiduum, immo tunc per eãdẽ virtutem per quam ratio vel cã poteſt producere vnam & aliã.

CONTRA, ſi eſſet aliqua cauſa, quæ haberet formaliter cauſalitates infinitarũ cauſarũ vniuocarum, æqualium in perfectione, illa eſſet infinita. ergo cũ habere cauſalitatẽ alicuius virtualiter, ſicut habet cauſa æquiuoca, ſit perfectius habere cauſalitatem, quàm habere formaliter, ſequitur quod cauſa æquiuoca virtualiter habens cauſalitatem reſpectu infinitorum effectuum ſpecie differentium, licet eſſentialium ſit infinitæ perfectionis intenſiue, igitur ſi intellectus habeat cauſalitatem reſpectu intellectionum infinitarum ſpecie æqualium in perfectione, erit infinita in perfectione.

PRÆTEREA, ſi poſſe producere duas ſpecies in perfectione, non ſit maioris virtutis, quàm producere vnam, tunc habens virtutem ad producendũ vnam, haberet virtutem ad producendum duas, & ſic cum vna ſpecies habeat virtutem ad producendum indiuiduum ſpeciei ſuæ, ſequitur quod vnaquæque ſpecies poſſit producere aliam indifferenter, quod falſum eſt.

AD PRIMVM, quòd ſi omnes ſpecies eſſent æquales in perfectione, ſicut indiuidua vnius ſpeciei, tunc illa cauſa quę includet formaliter cauſalitates omnium non eſſet infinita intenſiue, ſed ſolum extenſiue. Si enim eſſet infinita intenſiue, neceſſario perfectio vnius ſpeciei eſſet maior, quam perfectio alterius.

AD PRIMVM principale arguitur per philoſophum. 7. Met. vbi vult. quod principium omnium in ſyllogiſmis practicis, eſt quod quid eſt, ex quo fiũt ſyllogiſmi. ¶ Vnde ait ibi quòd ſicut eorum quæ fiunt a natura eſt potentia in ſpermate, per quam fit aliquid ſimile, ſic eorum quæ fiunt ab arte eſt principium rei factæ, vt concluſiones practicæ reducantur in principia, & principium quòd quid eſt, ſed quod quid eſt obiectum eſt intellectus, ergo obiectum intellectus eſt principium actiuum eorum, quæ fiunt ab arte quorumcunque ſpecies eſt in anima. ſpeciem autem dico, quod quid erat eſſe cuiuſcunque, & illud quod quid erat eſſe rei artificialis in anima, dicit eſſe principium actiuum cognitionis factiuæ ſiue artificialis propter quod etiam principium dicit in artificialibus ſimile fit a ſimili. ¶ Vnde cõcludit quòd ſi ſanitas ſit ab arte, tunc ſpecies quæ eſt ab anima eſt faciens, vnde incohatur motus ſanandi, & ſic dicit quòd accidit ſanitatem ex ſanitate fieri, quia ex ſanitate in anima fit ſanitas in re extra, ſi autem ſolus intellectus eſſet principium actiuum cognitionis artificialis, tunc in artificialibus nullo modo fieret ſimile ex ſimili, nec ex domo in anima fieret domus extra, ſed ex ſolo intellectu, qui nõ magis aſſimilatur domui, q̃ ſanitati.

QVÆ-

DISPVTATIO. IX.

Vtrum intellectus circunſcripto omni actu voluntatis, poſsit aſſentire omni per ſe ſcibili.

VTrvm intellectus circunſcripto omni actu voluntatis, poſſit aſſentire omni per ſe ſcibili. ¶Dicitur ꝙ oĩ per ſe ſcibilis a nobis in via pōt intellectus aſſentire circunſcripto ĩperio volũtatis, nō tñ oĩ ſcibili in ſe. ¶Primũ probatꝰ per hoc, ꝙ oĩs potẽtia habet in ſe ſuã operationẽ, quæ eſt ſalus, & ꝑfectio eius circũſcripto quocũq; alio, quod nō facit ad ſuã operationẽ, ſed oſtẽſo aliquo ſcibili a nobis ipſi intellectui, aſſentire veritati illius, & intelligere veritatẽ illius ſcibilis, eſt operatio intellectus quæ eſt ſalus, & perfectio eius, ad eſſe, cuiuſmodi operationis nihil facit actus voluntatis. Tũ, quia non eſt in voluntate noſtra, quin viſis tangamur. Tum, quia actus intelligendi prior eſt actu voluntatis, & primum non dependet a poſteriori, ergo circunſcripto omni actu voluntatis intellectus poteſt de ſe aſſentire omni ſcibili ab alio, non tamen omni ſcibili in ſe, quia creditũ aut Deum eſſe trinum & vnum eſt ſcibile in ſe, & tñ ei non aſſentit intellectus, niſi concurrat actus voluntatis, quia ſecundum Aug. cętera pōt quis nolens, credere vero non niſi volens.

CONTRA arguitur probando, quód cuilibet ſcibili ẽt credito poteſt intellectus aſſentire ſine imperio voluntatis, ita ꝙ ſi eſt ſcibile in ſe, ꝙ ſit ſcibile a nobis. ¶Et arguit ſic, omnis cõpoſitio cuius termini poſſunt apprehendi ab intellectu, ſi eſt ſcibilis in ſe, eſt ſcibilis illi intellectui, ſed huiuſmodi cõplexionis Deum eſſe trinum termini poſſunt apprehendi ab intellectu noſtro. ergo talis complexio ſcibilis eſt ab intellectu noſtro. ¶Dicitur ꝙ maior vera eſt, ſi termini complexionis poſſint apprehendi ab intellectu ſecundũ ſuas rationes quiditatiuas, tunc enim complexio poteſt ſciri ab eodem intellectu. ſed, quando termini ſolum apprehenduntur in generali, non oportet, ſic vero ſolum apprehenditur Deus in via a nobis, non ſecundũ ſuã eſſentiam, vt eſt hæc eſſentia in ſe, ſed ſolum ſecundum generales rationes attributorum.

CONTRA, MAIOR probatur generaliter ſic arguendo. ¶Omnis propoſitio conſtituta ex terminis in generali cognitis, ſcibilis eſt ab intellectu apprehendente illos terminos in generali, vt ſunt extrema illius propoſitionis, ſed hæc, Deus eſt trinus, eſt hmõi ꝓpoſitio conſtituta ex terminis in generali cognitis. ergo eſt ſcibilis a nobis in generali ab intellectu noſtro in generali apprehendente illos terminos, vt ſunt extrema illius complexionis. Maior ſic probatur. Nam talis propoſitio, aut eſt immediata, aut mediata. ¶Si eſt immediata. ergo ſcibilis eſt ab intellectu apprehendente terminos illos eius confuſe, & in generali, vt ſunt termini illus ꝓpoſitions. ¶Si eſt mediata. ergo mediũ habet inter extrema, ſed ſi extrema apprehẽdi pñt ab aliquo ĩtellectu, & mediũ inter illa pōt apphẽdi de quo medio quærẽdũ eſt ſicut prius, aut eſt immediata ꝓpoſitio, aut mediata. ¶Si ĩmediata. ergo ſcibilis

lis eſt ab intellectu apprehendē te terminos. ¶Si mediata, ergo habet medium, & ſic vſque ad aliquod immediatum principium deueniatur. ergo omnis complexio cuius termini in generali apprehendentur ab intellectu aliquo,ſcibilis eſt ab eodē intellectu. ¶ Aliter vero poteſt ſic formari ratio.omnis complexio ſcibilis ex terminis confuſe cognitis, ſcibilis eſt ab intellectu confuſe apprehendente terminos,ſed hæc.Deus trinus ſcibilis eſt ex terminis confuſe cognitis. ergo ſcibilis eſt a nobis apprehendentibus confuſe terminos. Si vero iſtius ſyllogiſmi concedatur maior, & negetur minor.

CONTRA, omnis complexio neceſſaria ex terminis cō fuſe cognitis, ſcibilis eſt ab intellectu confuſe apprehendente terminos,ſed hæc. Deus eſt trinus, neceſſaria eſt ex termi nis confuſe cognitis,quia eſt ali qua,vel eſt vt ſic, & non contingens.ergo neceſſaria. ergo hæc, Deus eſt trinus,ſcibilis eſt ex ter minis cognitis.maior probatur, vt prius.quia omnis complexio neceſſaria ex terminis confuſe cognitis,eſt immediata,aut me diata, ſicut prius argumentatum eſt

DISPVTATIO. X.

Vtrum ad hoc, quod intellectus aſſentiat alicui vero requiratur aliquod lumen infuſum.

VTRVM ad hoc, ꝙ intellectus aſſentiat alicui vero requiratur aliquod lumen infuſum.¶Quod non videtur,per rationem naturalem cognoſcimus, ꝙ Deus eſt intellectiuus, & natura intellectualis, & per conſequens, ꝙ ſit natura volitiua, ex quibus etiam cognoſcimus,ꝙ ſit conuerſiua ſupra ſe. ¶Ex hoc autem ꝙ Deus eſt intelligens & conuerſiuus ſupra ſe,ſequitur ꝙ ſit dicens: omne enim intellectiuum conuertens ſe ſupra ſe, eſt expreſſiuum, & ꝑ conſequens dictatiuum, dicere enim importat notitiam expreſſiuam luminis declaratiuam. ergo per rationē naturalem poſſumus cognoſcere, ꝙ Deus ſit dicens,ſed vbi eſt dicens, ibi eſt qđ dicitur,ergo naturaliter poſſumus cognoſcere,ꝙ in Deo eſt dicens,& quod dicitur, ſed illud quod dicitur importat relationem oppoſitam ad dicentem,relationes vero oppoſitæ non poſſunt eſſe in eodem ſuppoſito, ergo per rationem naturalē poſſumus cognoſcere in Deo pluralitatem ſuppoſitorum:ſic etiam argui poteſt ex parte voluntatis, ꝙ ſi Deus ſit natura volitiua,& conuerſiua ſupra ſe ꝙ ſit ſpiratiua ,ergo ſine infuſo lumine,naturaliter cognoſcere poſſumus in Deo trinitatem perſonarum, & ſi hoc verum,poſſumus cognoſcere ſine lumine infuſo multo fortius quodcunque aliud ¶ Dicitur ad hoc,& per rationem naturalem ſolum poteſt probari,ꝙ in Deo ſit dicens & quod dicitur differentia ſola ratione,ſed non quod differunt realiter,quemadmodum perſonæ differunt, ſicut nec intellectus, & intellectum differunt in Deo realiter.

CONTRA, quando aliqd eſt ſufficiens principium alicuius per rationem naturalem cognoſci poteſt, ꝙ in quocunque

eſt illud principium ſine imperfectione ſui, & in diſpoſitione, ꝙ in illo etiam eſt principium productiuum, & hoc reſpectu producti adæquati, ſi agat naturaliter, & vniuoce: ſed memoria, vnde memoria, eſt principium ſufficiens productiuum verbi, & intelligo per memoriam, quemadmodũ Aug. intelligit totum, quod concurrit ad productionẽ verbi, vt memoriam actuatam per obiectum. ſic enim accipiẽdo memoriam ipſam, vnde memoria, eſt ſufficiens principium productiuum verbi, non inquan tum eſt ex nihilo, nec inquantũ eſt ens habens imperfectionem, quia tunc quodlibet aliud imp̄fectum poſſet producere, ſed ſicut calor non inquantũ eſt ex nihilo, nec inquantũ hēt imperfectionẽ, ſed inquantum calor eſt principium calefaciendi. ſic memoria inquantum memoria eſt principium producendi verbum, ergo in quocunque eſt memoria ſufficiens habens obiectũ ſibi præſens, in illo erit ſufficiens principium producendi productũ adæquatum, cũ agat naturaliter. ergo cum in Deo ſit intellectus habens obiectum ſibi præſens, & ita memoria ſine imperfectione per naturalem rationem cognoſci poteſt, ꝙ in Deo ſit principium ſufficiens productiuum producti adęquati, ſed nihil eſt adæquatum memoriæ Dei, niſi infinitum, ergo per rationem naturalem cõcludi poteſt ꝙ Deus producit Deũ, & ſic per conſequens, ꝙ in Deo ſint plura ſuppoſita, & hæc rõ etiam valet ad principale.

¶ Præterea arguitur per rõnẽ præcedentis collationis. ¶ Omne neceſſarium cuius termini poſſunt naturaliter apprehendi ab intellectu, poteſt ab eodẽ intellectu apprehendi, vel vt principium, vel vt concluſio, quantũcunque termini confuſe apprehendunt, nec ſunt extrema illius propoſitionis neceſſaria, ſed cuiuslibet neceſſarij, & crediti, vt huiuſmodi, Deum eſſe trinum & vnum, termini poſſunt naturaliter ab intellectu noſtro apprehendi, licet confuſe, vt ſunt extrema propoſitionis, aliter cõplexio non poſſet credi. ergo quodlibet neceſſarium poteſt in lumine naturali apprehendi ab intellectu, ſiue in lumine infuſo, aſſumpta prius p̄bata eſt.

¶ Præterea, omnis forma quę propter ſui nobilitatem, & dignitatem producibilis eſt a Deo ſolo, perfectior eſt, quàm producibilis ab ente creato, quia ſi igitur agens creatum poteſt in formam perfectiorem. ergo repugnat virtuti creatæ illam formã producere, quæ a ſolo Deo producibilis eſt. patet igitͬ maior, ſed ſi oportet ponere lumen infuſum, vt lumen fidei, illa ſolum producibilis eſt a Deo. ergo eſt forma nobilior, quàm forma quęcũque producibilis ab agente creato, & ſic fides eſſet nobilior, quàm ſcientia: quod eſt cõtra Hugonem de ſacramentis. vbi dicitur, ꝙ fides eſt media inter ſcientiam, & opinionem. *Hugo de ſacramentis.*

PRÆTEREA, non maior certitudo in actu credendi per habitum infuſum poteſt haberi de aliquo obiecto credibili, quàm per actum credendi fidei acquiſitæ, ideo non requiritur lumen fidei infuſum, vt in iſto lumine intellectus firmiter adhæreat in cognoſcendo aliq̄d obiectũ, probatio antecedentis,

tis, non maior certitudo eſt in actu aliquo dependẽte ab alio, quam ſit in illo a quo depẽdet, ſed actus credendi fidei infuſæ dependet ab actu fidei acquiſitæ, & fide acquiſita. Nam puer baptizatus licet habeat fidem infuſam, nõ tamen propter hoc poteſt actum credendi elicere, ſed ſolum, quando acquiſierit ſibi fidem acquiſitã credendo prædicanti, & dicenti articulos. ¶ Vnde Augnſtinus contra epiſtolã fundamẽti, non credo euãgelio, niſi quia credo eccleſię catholicæ, a qua acquiritur fides de credendis. ergo non maior certitudo eſt in actu fidei infuſę, quàm acquiſitæ, ergo fruſtra ponitur lumen fidei infuſæ ad intelligendum aliquod verum, cum ſufficiat fides acquiſita. ¶ Hæc ratio fuit contra dictũ reſpondentis, dicentis, ꝙ nõ ſufficit fides acquiſita, quia illa innititur ei, qui põt fallere, & falli, ſed fides infuſa illi, qui non poteſt fallere, nec falli.

Aug. contra epiſtolam fundamenti.

PRÆTEREA, quilibet theologus fatetur, quod poteſt oſtendere naturaliter fidẽ ſuam non eſſe impoſſibilem, nec illa eſſe impoſſibilia, quæ credimus, dum poteſt ſoluere rationes in contrarium, fidem impugnantes. ſed quod non eſt impoſſibile, eſt poſſibile. ergo theologus poteſt oſtendere per rationẽ naturalem, & probare omnia credibilia eſſe poſſibilia, vt Deũ eſſe trinum. ſed cum in diuinis non ſit potentia ad vtrumlibet, ergo per rationem naturalem poteſt concludere, ꝙ Deum eſſe trinũ & vnum eſt poſſibile neceſſariũ, & ſic de alijs. ergo &c.

PRÆTEREA cum ſint tria genera relationum ex 5. Me. & in diuinis non ſit relatio per modum numeri, quia ibi nõ eſt continuum, vnde cauſetur numerus. Nec etiam relatio per modũ menſuræ & menſurati, quia ſcientia non menſurat ab aliquo, quia non cauſatur, nec ab aliquo extra, nec ab aliquo intra. ergo relinquitur, ꝙ ibi ſit relatio per modũ actiui & paſſiui, producentis & producti, vt ſic eſſentia diuina vt eſt ſub vna relatione actiuitatis, conſtituat vnum ſuppoſitum, & eadem eſſentia ſub eadem ratione oppoſita aliud ſuppoſitum.

5. Met.

PRÆTEREA, in per ſe ordinatis, ſicut ſimpliciter ad ſimpliciter, & maius ad maius, ſic maximum ad maximum, ſi verum poteſt cognoſci ab intellectu noſtro. ergo magis verum, magis cognoſcetur ab intellectu noſtro, & maxime verum, maxime poteſt cognoſci ab eodem intellectu ſine aliquo lumine infuſo. ergo &c. Nec valet dicere, ꝙ conſideratio tenet in his quæ ſunt in eodem genere, quia etiam tenet in analogis, vt ſi calor paruus poteſt producere calidum, ſi virtus caloris maior eſſet in alio, quàm prior, magis calidum poteſt producere: ſic etiam, cum ſapientia ſic ſciẽtia perfectior, perfectius verum illa poteſt cognoſcere.

PRÆTEREA, fides eſt quædam forma, quæ obſcure repræſentat Deum. & ita eſt forma imperfectior. ergo non repugnat, ꝙ cauſetur creatura rationalis, quæ includat perfectionem illius, ergo talis creatura ex puris naturalibus poteſt omne credibile cognoſcere, & firmiter aſſentire. ergo &c.

DI-

DISPVTATIO. XI.

Vtrum ad hoc, quod intellectus noſter videat Deum in præſentia requiratur lumen infuſum.

VTRVM ad hoc, quod intellectus noſter videat Deum in præſentia requiratur lumē infuſum.

¶ Quod non arguitur, quoniã intellectus noſter in via, in lumine ſuo naturali per actum intelligendi attingit Deum in ratione obiecti, ergo cum intellectus, & lumen naturale nõ ſint minoris virtutis poſt ſeparationem a corpore, videtur quòd intellectus in lumine ſuo naturali per actum intelligendi poteſt attingere Deum ſub ratione obiecti in præſentia, ſed non attingit Deum, vt obiectum abſens, quia hoc eſt impoſſibile in patria, ergo vt præſens: ſed attingere obiectum, vt præſens eſt ipſum attingere cognitione intuitiua, non obſcura, ſed clara, ergo intellectus in patria lumine ꝓprio põt Deum videre, ergo &c.

¶ Dicitur ꝙ non eſt idem de lumine naturali, & intellectu reſpectu Dei in via & in patria, quia in via intellectus noſter cognoſcit Deum per creaturas diſcurrendo a creaturis ad Deum, qui modus cognitionis non eſt in patria, & iõ licet hic intellectus noſter per actum diſcurſiuum Deum attingat, non tamen in patria in lumine naturali, ſed requiritur ſupernaturale, in quo Deũ intuitiue videat.

CONTRA, quamuis intellectus hic in via diſcurrat a creatura ad Deũ, tamen in fine diſcurſus, oportet ꝙ directe intelligat Deũ ibi inſiſtendo. Aliter.n. in fine diſcurſus non directe intueretur Deũ in rõne obiecti.ſ.quid aliud ab illo vlterius eſſet diſcurrere ad cognoſcendum Deum, & eſſet proceſſus in infinitũ. oportet igitur, ꝙ intellectus tandē ſiue memoria hic cognoſcat Deũ directe a corpore ſequitur, quia tunc põt intellectus per actum ſuum directe intelligere Deum. ſed non, vt abſentem, ergo vt præſentem.

¶ Dicitur ad hoc, ꝙ intellectus in fine diſcurſus non intelligit Deum in ſe, etiam abſolute, ſed in reſpectu ad creaturam, puta inquantum eſt principium, vel cauſa creaturæ, etiam referendo ad Deum ea quæ conueniunt creaturæ, vt cum intelligitur vt ens incorporeum, ſimplex, & immutabile, qui modus intelligendi non eſt in prima.

CONTRA, adhuc rõ ſtat, quia licet ponatur tanꝙ dubiũ, ꝙ intellectus noſter in fine diſcurſus non intelligit verũ ſub reſpectu ad creaturã, cum iſto tamen reſpectu oportet cointelligere aliquid abſolutum, cui nunc iſte reſpectus, quia non intelligit ſolum illum reſpectũ ad creaturam, ergo hic in via intellectus noſter per actum ſuũ attingit eſſentiam ſuam ſub reſpectu ad creaturam. ergo cum intellectus cũ lumine ſuo ſeparatus, & in patria exiſtens nõ ſit minoris perfectionis ibi, poterit Deum intelligere per eſſentiam diuinam, licet ſub reſpectu ad creaturam, ſed non intelligit in patria eſſentiam eius, vt abſentem, ergo vt præſentem, vt prius argutum eſt.

PRÆTEREA, ſecũdo ad principale arguitur, poſitis principijs

cipiis concurrentibus ſufficiunt ad actum intelligendi, neceſſario ponitur actus intelligendi, quia poſitis cauſis a quibus effectus eſſentialiter dependet, ponitur effectus, ſed intellectus & obiectum concurrūt ad actum intelligendi, tanquam principia, a quibus eſſentialiter dependet. ergo iſtis poſitis ſufficienter, & approximatis neceſſario ponetur effectus, vt actus intelligendi, ſed in patria eſt obiectum, & intellectus ſibi præſens, ergo ex iſtis poteſt ſequi actio ſine lumine quocunque infuſo & ſupernaturali. maior eſt euidens, minor probatur, quacunque poſita opinione de intellectu, ſiue quòd ſit actiua tota ſimpliciter, ſiue paſſiua ſimpliciter, ſiue partim actiua cum obiecto, ſemper verum eſt, ꝙ actus intelligēdi dependet ab obiecto & intellectu. ſi enim ſit pure paſſiua, tunc ſolum dependet ab obiecto imprimendo, & ab intellectu recipiendo, quia intellectus de ſe recipit quemcunque actum intelligendi. Si etiam ſit potentia ſimpliciter actiua ſola cauſans actum intelligendi, & ab obiecto determinante, ſiue excitante potentiam, quocunque modo dicatur. Si etiam actus intelligendi eliciatur a potentia concurrente cum obiecto, manifeſtum eſt adhuc qđ ſolum dependet ab illis, igitur quacunque via data, actus intelligendi ſolum dependet eſſentialiter ab intellectu & obiecto. ergo iſtis poſitis & approximatis, ſequitur neceſſario actus intelligendi. ¶ ¶ Dicitur ad maiorem, quando aliqua duo concurrunt ad aliquam actionem, vnum in ratione agētis, & aliud in ratione patientis, nō propter hoc ſequitur actus, niſi hoc natū ſit agere, & illud natum pati, ita ꝙ ſit in tali diſpoſitione, ꝙ vnū poſſit pati, & aliud agere: ſicut materia prima non eſt immediate diſpoſita ad omnes formas in potentia, ſed mediante vna, tanquam diſpoſitione ad aliam, eſt in potentia ad illam, eodem modo de agente quantumcunque approximetur, niſi ſit in debita proportione ad agendum, non ſequitur.

NVNC AVTEM ſecundum hanc viam, intellectus non eſt diſpoſitus ad recipiendum actum intelligendi eſſentiæ diuinæ in patria, niſi diſponatur per lumen gloriæ, nec etiam ſufficienter ad agendum illum actum eſt diſpoſitus ſine illo lumine, ſine tali lumine in patria non poteſt intelligere eſſentiam diuinam, quia lumen gloriæ eſt medium, tanquam diſpoſitio media præparans intellectum ad recipiēdum, licet actus intelligendi immediate recipiatur in intellectu.

CONTRA, quòd non requiratur illud lumen ad diſponendum intellectum ad recipiendum, probatio. ¶ Quia quādo aliquæ perfectiones ſunt ordinatæ, illud quod ſecundum ſe & immediate eſt receptiuum infinitæ perfectionis, eſt etiam receptiuum perfectionis ſupremæ illius ordinis immediate, ſed in ordine actuum intelligēdi, actus intelligendi in patria ſupremus & perfectiſſimus: cū igitur intellectus ſine medio diſponēte ſit receptiuus actus infimi, erit & ſimiliter receptiuus actus intelligendi in patria ſine medio diſponente.

NEC

NEC ETIAM videtur, ꝙ illud lumen acquiratur ad diſponendum intellectum in agẽdo, quia illud lumen erit totale principium agendi, aut partiale: non totale, quia facit vnum per accidens cum intellectu, & ſic intellectus diceretur actiuus per illud, quod facit vnum per accidens cum eo, & erit formale principiũ intellectui ad agendum, quod eſt ſibi accidentale, & ſic non plus dicetur quod intellectus intelligit in patria, quã ꝙ lignum calefaciat, quod verũ eſt per accidens, quia per calorem qui ſibi accidit.

NEC EST ETIAM principium partiale reſpectu actus intelligendi in patria, q̃a tunc requireretur propter imperfectionem actiuitatis intellectus, igiť ſi fieret intellectus pfectior a Deo, & maioris actiuitatis, ille ſine tali lumine immediate poſſet videre eſſentiã Dei ¶ Dicitur ad maiorẽ, quod quando aliquæ pfectiones ſunt ordinatę, vel ſic quod ſunt vnius generis, vel vnius modi, reſpectu vnius rationis ſunt, ſiue vnius modi, tunc quod eſt immediatum receptiuum vnius & alterius, ſed actus intelligendi in via & in patria non ſunt vnius rationis, ſiue vnius modi, quia vnus eſt naturalis, & alius eſt ſupernaturalis, vnde quando actus intelligendi ſunt ſic ordinati quod omnes ſunt naturales, vel omnes ſupernaturales, tunc verum eſt quod accipitur, ſed quando vnus eſt naturalis, & alter ſupernaturalis, nõ oportet quòd illud quod eſt immediate receptiuum vnius, quòd ſit immediatum receptiuum alterius.

CONTRA, charitas eſt perfectio, & forma ſupernaturalis, & tamen voluntas immediate ſine aliquo diſpoſitiuo recipit eam, ſic de fide reſpectu intellectus, ſic etiam de lumine illo gloriæ, quod ponitur ſupernaturaliter infuſum. ergo licet actus intelligendi in patria non ſit naturalis, ſed ſupernaturalis, ipſe poterit recipi in intellectu ſine medio diſpoſito. ¶ Aliter dico, ꝙ conſequentia illa non valet, ſicut quantumcunque augmentatur, virtus ẽt voluntatis creatæ nunquam ſupplebit actiuitatem gratiæ, & charitatis, tũc enim eſſet per naturam impeccabilis.

CONTRA, viſio beata ſi ſit ab intellectu beati, & a lumine, & non eſt tota ab vtroque, quia tunc vtrũque eſſet tota cã eius, ergo ẜm aliquem gradum eſt ab vno, & ẜm aliquem gradum eſt ab alio, ſed omnis gradus intellectiuus intellectiua eſſentia põt eſſe a natura intellectiua. ergo ille gradus, quẽ hẽt a lumine, põt eſſe ab aliquo intellectu perfecto. ¶ Confirmať, ille gradus operationis beatę, q̃ ponitur eſſe a lumine, ęq̃ perficit intellectũ beati, ſicut alius. ergo æqualiter pñt eſſe a principio intellectiuo. Dř, ꝙ non ſequitur, quia vnus eſt naturalis, & alius ſupernaturalis.

CONTRA, ex perfectione naturali & non naturali non ſit vna forma, tunc eſſet partim naturalis, & partim ſupernaturalis. ¶ Itẽ, iſta ſupnaturalitas, aut dicit gradũ intra ſubſtãtiã operationis beatificę, aut modũ. ſi tm̃ modũ, ergo tota ſubſtantia actus beatifici eſt ab intellectu nudo, qđ eſt propoſitũ, ſi primo

modo, ergo actus beatificus nõ eſſet ſimplex, ſicut alia operatio intellectiua. ¶ Itẽ iſti gradus, aut ſunt eiuſdem rõnis, & ordinis, aut non. ſi primũ, ergo vterque põt eſſe a principio intellectiuo, quia qñcunq; aliqua duo ſunt eiuſdẽ rõnis a quocunque principio põt eſſe vnum, & alterum, Si alterius rõnis. ergo vnus eſt perfectior alio, non ille gradus qui eſt a lumine, quia tunc lumen eſſet perfectius ſuo obiecto, quod eſt intellectus. Non ſecundum, quia tunc gradus naturalis eſſet pfectior gradu ſunaturali. ¶ Præterea tertio ad propoſitum arguitur ſic, qñcunque aliqua duo extrema habẽt adinuicem connexionẽ aliquã naturalem per aliqd mediũ connectens, oportet illud medium connectens extrema eſſe naturale, aſr. n. aliqua eſſent naturalr cõnexa adinuicẽ p mediũ non naturale, ſed vbi medium connectens non eſt naturale, nec cõnexio erit naturalis. ergo extrema eſſent naturalr cõnexa ſine connexione naturali, qd eſt oppoſitum in adiecto. ¶ Vñ patet, ꝙ qñ aliquid naturalr ad aliud ordinatur p aliqd mediũ, oportet illud ee mediũ naturale, ſed intellectus noſter ordinat̃ ad eſſentiã diuinã, ita ꝙ intellectus noſter & eſſentia diuina ſunt extrema naturaliter connexa, igit̃ mediũ, quo cõnexionẽ hñt, erit naturale, ſed hoc mediũ eſt act⁹ ntelligendi. ergo intellectus vnitur eſſentiæ, & ẽt lumen tale ponitur medium diſponens ad illam vnionem. ergo actus intelligendi in patria, erit naturalis ſimpliciter, & p cõſequens ſufficit lumen naturale reſpectu illius actus, nec requireretur lumen ſupernaturale mediũ. Maior eſt euidẽs, & probata, minor probatur ſic, qñcũq; aliqua potentia p ſe, & primo reſpicit aliqd obiectũ, ſibi adæquatũ, eadẽ potentia reſpicit p ſe quodlibet obiectũ p ſe contentũ ſub primo obiecto ſuo ſibi adæquato, vt patet de viſu reſpectu coloris, & reſpectu albi & nigri, & aliorũ obiectorũ per ſe contentorũ ſub colore: ſed intellectus primo, & per ſe reſpicit ens inq̃tũ ens, ad qd ordinat̃, ſicut ad obiectũ ſuũ primũ ſibi adęquatũ: igitur cũ Deus contineatur ſub ente, ſequitur ꝙ intellectus naturaliter, & p ſe reſpiceret eſſentiã diuinã tanq̃ per ſe obiectũ, qd hẽt connexionẽ naturalem. ¶ Dr, ꝙ intellectus noſter reſpicit ens, tanq̃ obiectũ primũ ſuum, ſed non quolibet, vel quocunque modo, ſed vt eſt collectum a ſenſibilibus, & ſic etiam intellectus noſter reſpicit naturaliter Deum, non in ſe, quomodo videbit̃ in patria, ſed in creaturis, & ſic naturaliter intelligitur a nobis.

CONTRA, impoſſibile eſt, ꝙ aliqua potentia per ſe tendat in aliquod obiectum, quod non continetur ſub obiecto ſuo ſibi adæquato, ſicut impoſſibile eſt ꝙ viſus videat aliquid, quod non ſit coloratum, vel lucidũ, ſi igitur obiectũ adæquatũ intellectui noſtro ſit ens, non inquantũ ens, ſed inquantũ collectũ a creaturis, cũ Deus ſic non contineatur ſub ente, impoſſibile eſt ꝙ intellectus noſter per quãcunque virtutem videat eſſentiam diuinam in ſe, niſi ſolum in creatura.

PRÆTEREA, ꝙ ſi loquamur de intellectu, vt eſt cogni-

tiuus

tiuus naturaliter & ſupernaturaliter, ſic obiectũ eius eſt ens, vt cõe enti naturali & ſupernaturali. Si loquamur de intellectu ſolum, vt eſt cognitiuus naturaliter,& modo naturali,vt ſic dictum eſt,obiectũ eius eſt ens collectiuum a creaturis ſenſibilibus,vnde dr̃ ꝙ intellectus, nõ poteſt tendere modo naturali in obiectũ, quod non continetᷣ ſub obiecto ſuo naturali,ſed tñ ſupernaturaliter poteſt.

CONTRA, illud non ſoluitᷣ, quia potentia intellectiua eſt q̃dã potentia naturalis ipſi aĩæ,ſicut viſus, aut quæcunque alia,ſiue cognoſcat mõ naturali,ſiue mõ ſupernaturali,ſed potentia naturalis habet obiectũ ſibi adęquatum, & proportionatum naturaliter.ergo intellectus vt eſt potentia animæ naturalis,habebit obiectum ſibi adęquatum. Illud non eſt ens ſolũ abſtractum a ſenſibilib.vt prius probatum eſt, quia tunc nõ poſſet intelligere, niſi contentum ſub ente creato, quia per nullam virtutem poteſt potentia eleuari ad attingendum obiectum aliquod,quod non continetᷣ ſub obiecto adæquato ſibi, vt eſt potentia naturalis,tunc fieret non potentia animæ naturalis.ſ.ipſe intellectus. ergo oportet,ꝙ obiectum adæquatum intellectui,vt eſt potentia naturalis ſit ens commune ad ens creatum, & ens increatum, & tunc arguitur ſicut prius,quod eſſentialiter, & per ſe reſpicit quodlibet contentum ſub ente, ſic accepto.

¶ Præterea, arguitur quarto ad principale ſic, omnis actio q̃ competit eſſentiæ diuinæ,vt eſſentia eſt, neceſſario ſibi cõpetit,& non libere, ſed mouere intellectum beati ad videndũ ipſum in patria,competit eſſentię diuinę,vt eſſentia eſt,ergo competit ſibi neceſſario mouere intellectum beati in patria ad ipſum videndũ,ſed actio non dependet neceſſario a contingẽti, nec a voluntario:contingens,& voluntarium eſt,ꝙ Deus infunderet lumen in intellectu beati, ergo ad hoc,ꝙ intellectus beati moueatur,non requiritur lumẽ infuſum.Maior probatur ꝑ hoc, q̃d prima rõ libertatis in Deo eſt volũtas, & eſſentia ſm rõnẽ præcedit voluntatem,quod igitur competit eſſentiæ, vt eſſentia eſt, cõpetit ſibi naturaliter, & non libere. Vñ & filius in diuinis producitur naturaliter, & neceſſitate naturali,quia eſt productio cuius principiũ non eſt voluntas,ſed intellectus per modum naturæ,& natura, ſiue eſſentia. minor probatᷣ, quia ſub eadẽ rõne Deus eſt obiectũ intellectus ſui, & intellectus beati in patria,aliter ipſum non beatificaret, ſed eſſentia diuina eſt obiectũ intellectus diuini,vt eſſentia eſt,& nõ volens, quia hic ſequitur,ergo eſſentia diuina vt eſſentia eſt, non vt volens eſt obiectum beati in patria, ſed vt eſt obiectum intellectus beati in patria, ſic mouet intellectum beati in patria. ergo vt eſſentia eſt, & nõ volens mouet intellectum beati in patria ad actũ intelligẽdi. ergo &c. ¶ Dr̃, ꝙ licet eſſentia diuina,vt eẽntia eſt mouet intellm̃ beati in patria,nõ tñ neceſſario, quia libere, & per volũtatẽ oñditur intellectui beato ꝑ modum eſſentię.

CONTRA, omnis actio naturalis non impedibilis eſt

neceſſario non dependens a cõtingenti, ſed eſſentia diuina naturaliter mouet intellectũ beati, & non libere, quia per modũ eſſentiæ & non voluntatis, cum ſic moueat intellectum ſuum proprium. ergo neceſſario mouet intellectum eius cum non ſit impedibilis per voluntatem. Si dicas aliter, quod prædicta ratio procedit, ac ſi eſſet intellectus ſimpliciter paſſiuus, tantũ mobilis ab eſſentia, cum tamen ſit actiuus.

CONTRA, hoc non euadit, quia quamuis actus intelligendi eliciatur ab intellectu. Deus tamen poteſt creare intellectionem in intellectu immediate, ſicut viſionẽ in viſu. Tunc ſic, cuiuſcunque eſſentia diuina eſt productiua, vt eſſentia eſt, & non volens, & libera, illud neceſſario producit. ſed eſſentia diuina eſt productiua intellectionis in intellectu, ſicut probatum eſt, quia ſic naturaliter eſt motiua eius. ergo &c.

CONTRA hoc ad principale arguitur ſic, ſecundum cõmunem opinionẽ anima Chriſti ponitur vniri verbo ſine gratia media, & ſine aliquo medio de potentia Dei abſoluta, & ſecundum etiam illos, ex vi illius vnionis poteſt frui voluntas verbo, & videre verbum. ergo intellectus poteſt videre verbum, & eſſentiam diuinam ſine lumine medio, & ſi Deus poteſt per talem vnionem facere ſine lumine medio, quod intellectus poteſt videre Deum, poteſt etiam ſine tali vnione de potentia ſua abſoluta.

¶ Præterea. ſi lumen infuſum requiratur ad videndum Deum in patria, aut igitur requiritur ad repræſentandum obiectum, aut vt ratio formalis elecitiua actus videndi, aut confortans intellectum: non primo mõ, quia eſſentia diuina ex ſua actualitate eſt ſufficienter ſuipſis repręſentatiua, quantum eſt de ſe. Nec ſecundo mõ ſic, quia tunc actus viſionis magis eſſet attribuendus lumini, quam intellectui beato: quod non eſt verũ, quia tunc magis eſſet beatificabile. Nec tertio modo ad cõfortandum intellectum, quia non plus dependet actus viſionis beati ab ipſo lumine infuſo, q̃ actus naturæ humanæ a ſuppoſito humano. nunc aũt actus naturæ humanæ poteſt eẽ eius, ſine hoc quod exiſtit in proprio ſuppoſito, vt patet in Chriſto. ſufficit.n. ad hoc ꝙ natura humana habeat proprium actum, ꝙ ſubſiſtat in ſuppoſito verbi, ita ꝙ verbum per talẽ illapſum & vnionem ſufficit ad omnem actum eliciendi, ergo ſimiliter eſſentia diuina pñs intellectui beato, & ei illapſa, ſufficere põt ad confortandum intellectum ad actum viſionis eliciendũ ſine aliquo ſpeciali lumine.

¶ Pręterea, potentia quæ non debilitatur in agẽdo, perfectius tendit, aut tendere poteſt in perfectius obiectum, quia ſi perfectius tenderet in obiectũ imperfectius, q̃ in obiectũ perfectius, hoc nõ eſſet niſi quia eſſet. phi. 3. de anima minus debilis in eliciendo actionem reſpectu illius obiecti, ſed intellectus ſm phi. 3 de anima eſt potentia q̃ non debilitatur in intelligẽdo, quia intelligendo perfectius intelligibile, non minus intelligit, immo magis & perfectius imperfectius intelligibile, oppoſito

autem

autem modo eſt de potẽtia ſenſitiua in ſentiendo, vt de viſu. ergo quanto obiectum eſt in ſe ꝑfectius, tanto intellectus natus eſt perfectius illud intelligere. ergo ad videndum Deum per eſſentiam, non requiritur aliqđ lumen in intellectu beato, ſed ad hoc videtur ſufficere intellectus ex propria natura.

DISPVTATIO. XII.

Vtrum intellectus poſsit quietari in aliqua relatione ſimpliciter.

VTRVM intellectus poſſit quietari ĩ aliqua relatione ſimpliciter. ¶Vr̃ ꝙ ſic, quia relatio aut dicit perfectionem, aut nõ: ſi ſic, habeo propoſitum, quia in diuinis non dicit niſi infinitã, quia nihil eſt ibi niſi infinitũ. ergo intellectus põt quietari in illa: ſi vero dicit imperfectionem.

CONTRA, primo ethi. in oĩ gñe eſt ens & bonũ, ergo propria pfectio. ¶Itẽ Hier. ſup illud Matth. 1. gñationẽ eius qs enarrabit. dicit ꝙ non putemus prophetã Euangeliſtæ eſſe contrariũ, vel econuerſo, vt ꝙ iſte impoſſibile dicit affatu, hic enarrare incipiat, quia hic de incarnatione, ibi de deitate eſt dictum, ergo ſm eũ ibi gñatio ſm deitatem eſt inenarrabilis, ſed gñatio eſt relatio, & nihil eſt inenarrabile, niſi infinitum, ergo relatio eſt infinita, & per conſequẽs in tali poteſt intellectus quietari. ergo &c. ¶Rñdetur, ꝙ nõ, qa nihil poteſt quietare intellectũ ex ſe perfecte, niſi habeat rõnẽ obiecti ſimplr̃, & primo primi: ſed relatio non habet rationem primo primi obiecti. ergo intellectum non poteſt perfecte quietari. Probatio maioris, intellectus inclinatur in obiectum ſuũ per modum naturæ. ergo ſicut natura tantum determinaẛ ad vnum, ita & intellectus ad vnũ obiectum pręciſe inclinatur. ergo ſicut natura non quietatur niſi in illo, ad quod determinatur, ita nec intellectus quouſq; habeat illud ad qđ ſumme & maxime inclinatur: tale nihil eſt niſi infinitum. ergo &c. Probatio minoris, quia relatio capit realitatem á fundamento.

¶Item Auic. 6. meta. dicit, ꝙ relatio poteſt fundari in omni ente propter vilitatem, & minimam entitatem. ergo in nullo tali poteſt intellectus quietari.

¶Item Aug. 7. de tri. c. 8. nihil habet rõnẽ entis ſimpliciter, niſi qđ eſt verum, & ante. c. 3. eiuſdẽ libri, ꝙ non eſt eo Deus, quo pater, tunc arguo, verum vel ens eſt obiectum intellectus, & eo quo Deus eſt verum, bonũ, vel ens, & non eo quo pater eſt. igitur diſtinguendo paternitatem a deitate in ipſa non quietatur. *Aug. 7. de tri.*

¶Item perfectio ſimpliciter ſecundum Anſelmum, eſt quę in omnibus melius eſt ipſum, quã non ipſum, ſed talis non eſt aliqua relatio, quia tunc vna perſona eſſet perfectior alia. *Anſel.* ¶Itẽ ſm Athanaſium in ſymbolo, in diuinis ſunt tres perſonæ, & tres relationes, ſed non tres immẽſi, ſed nihil poteſt quietare intellectum perfecte, niſi immenſum, ergo relatio non eſt quietatiua. *Atha. in ſymbo.*

AD PRIMVM dr̃, ꝙ relatio hẽt aliquã perfectionẽ, & cũ arguiẛ vlterius, ergo relatio in diuinis hẽt infinitã perfectionem,

nem, nego. Cum probas nihil eſt in Deo, niſi ſit infinitum, verum eſt, nihil ibi, quin ſit infinitum identice, ſed non formalr.

AD SECVNDVM dico, quod generatio filij æterna non eſt enarrabilis nec ineffabilis rōne formali generationis filij, ſed ratione fundamenti, vt eſſentiæ quæ de ſe eſt infinita ſimpliciter.

CONTRA pedem, ꝙ minor aſſumpta in pede.ſ.ꝙ relatio non habet rationem primi obiecti, ſimplr eſt falſa. Boe. in lib. Topi. dicit, quod cuius viſus eſt infinitus, ipſum eſt infinitum, quia actus infinitus non poteſt eſſe ſine cauſa infinita, vel forma infinita. Relatio refert perſonas infinitas. ergo formaliter infinita, quia nihil denominat infinitum, niſi ipſum ſit infinitum.

Boe. lib. Top.

¶ Item ſi illud quod habet rationem primi quiditatiue, ſit ſubſtantia, cum ſubſtantia & relatio ęque diuidant ens, & ſicut illa in qua primo deſcēdit ens, & cum in quolibet genere ſit propria perfectio, qua ratione poteſt quietari in ſubſtantia, & in relatione. ¶ Item contra illud quod dicitur, non eſt eo Deus, quo pater, quia deitate eſt Deꝰ, & infinitus non ſit paternitate. Probatio, ꝙ pater eo quo pater ſcilicet paternitate ſit formaliter infinitus, quia quælibet perſona eſt adoranda adoratione latriæ, & de pluribus perſonis ſunt diſtincti articuli fidei, nihil eſt adorandum adoratione latriæ, vt obiectum fidei, niſi formaliter infinitum. ergo.

¶ Item, contra rationem ad ſecundum argumentum arguo ſic, eſſentia ſm Hieronymū nō generatur, ſed filius generatur formaliter, & ſi filius eſt formaliter infinitus, & eſt filius formaliter per relationem generationis. ergo generatio formaliter eſt infinita. Certum enim eſt, ꝙ loquitur Hieronymus ibi non de generatione eſſentiæ, licet de generatione perſonæ, quam dicit eſſe ineffabilem, & inenarrabilem.

AD PRIMVM iſtorum dr̄, ꝙ viſus relationis non eſt formaliter infinitus, nec perſonæ, vt relatiue ſubſiſtunt formaliter per relationes ſunt infinitæ, ſed tantum habent identitatem infinitam, inquantum.ſ. ſunt idem cum eſſentia, quod eſt eorum fundamentum, quod ex ſe formaliter, & ſimpliciter eſt infinitum.

CONTRA ſecundum. dicta relatio eſt aliqua perfectio, & habet realitatem a fundamēto ſm data. ergo a fundamento infinito infinitam entitatem, ergo perfectio eſt formaliter infinita. ¶ Dicitur, quod perfectionem aliam non habet, quā perfectionem ſui fundamenti Vnde. identice & fundamentaliter eſt perfectio, ſed non formaliter.

CONTRA phi. 7. met. inter oppoſita omnia cuiſlibet generis, alterum eſt perfectius, & nobilius, & alterum vilius, igiť in genere relationis oppoſita diuidentia relationem vnum erit vilius alterum nobilius, ergo relatio habet aliquam nobilitatem, & ita aliquam perfectionem. conſequentia probať, quia quantum aliquid habet de nobilitate. tm̄ de entitate, & de ꝑfectione, quia quanto aliquid eſt poſitiuum, tanto magis nobile. Phi. 7. m

nobile. Ad hoc dicitur, ꝙ non valet quantum aliquid habet de entitate tantum de bonitate & nobilitate, niſi ſit perfectio aliqua.

CONTRA, perfectum & imperfectum diuidunt omne ens ſimpliciter. ergo omne ens quantum habet de entitate, tantum de perfectione. ¶ Reſpondeo, ꝙ perfectum & imperfectũ diuidunt ens quiditatiuum, qđ eſt ens perfectum, & non diuidunt ens ſimpliciter, quia nihil eſt quiditatiuum in diuinis, niſi natura diuina, ideo ipſa formaliter eſt pfectio, & nihil aliud niſi ratione ipſius.

CONTRA, primæ ſubſtãtiæ, ſicut perſonę aliquid addũt in diuinis ſuper quiditatem, & generaliter ſm te, omnis ſubſtãtia prima aliquid addit ſuper quiditatem naturę ſpecificæ, & ſm illud additum dicitur maxime ſubſtantia perfecta. ¶ Reſpõdeo, eſt maxime ſubſtãtia & maxime ſubeſt alteri, & ſic maxime ens. ergo maxime perfecta, fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter, maxime ſubſtantia. ergo maxime perfecta, non valet antecedens eſt oppoſitũ. ¶ Item 7. Me. ſubſtãtia diuiditur in materiã, & formã, & compoſitũ, & dicit, ꝙ rõ ſubſtantiæ quæ eſt compoſitum eſt nobiliſſima, talis eſt prima ſubſtãtia. ergo &c. ¶ Itẽ vnumquodq;, ſicut eſt ens, ita eſt bonũ, ſed prima ſubſtantia eſt ens, ergo eſt bona. ſed quantũ vnumquodque hẽt de bonitate tm̃ habet de perfectione. ¶ Ad primam ſicut prius.

Philoſo. 7. Me.

AD ARGVMENTVM dico, ꝙ peccat ſm æquiuocationem & conſequens, quia duplex eſt bonum, vnum qđ conuertitur cũ ente. & de illo bono tm̃ habet vnumquodque, quantum habet de entitate: aliud eſt bonũ quod eſt idẽ, ꝙ perfectũ quod non incurrit aliquẽ defectũ. & tale non eſt in quocuuq; genere, niſi diminute loquendo de quiditatibus ſpecierum contentarum ſub genere. & tale non eſt prima ſubſtantia.

CONTRA, Aug. de quantitate animæ dicit, ꝙ æqualitatẽ inæqualitati in re pręponimus, nec ęſtimo quemquam humano ſenſu pręditum, cui illud nõ videatur. ergo inęqualitati æqualitas præponitur, tanquã aliqua perfectio. ſed non eſt pfectio, vt pponitur ratione fundamenti, quia inęqualitas põt fundari in illis, quę ſunt maioris nobilitatis, vt in Deo & creatura, & ęqualitas in illis quę ſunt minoris nobilitatis, ſicut inter indiuidua. ergo æqualitas formaliter dicit aliquã perfectionẽ reſpectu inęqualitatis. ¶ Ad iſtud dr̃ ꝙ argm̃ Aug. tenet gratia materię in quo ait, quia ęqualitas ſit nobilior in figuris: quã inęqualitas, ſed non ſimpliciter.

Aug. de quãtitate animæ.

CONTRA, Augu. probat ibi in figuris, quod vna figura triangularis ſit nobilior alia figura triangulari, & alia circularis nobilior altera, per hoc medium quod ęqualitas inęqualitati ſit iure pręponenda. ſi igitur hoc non ſit verum, niſi in figuris. ergo petit concluſionem in præmiſſa. & probat idẽ per idem non per aliquid magis notum.

¶ Ad iſtud dico, quòd ęqualitas dicit perfectionem aliquã, qm̃ in omni natura cõparando ad aliqd eadẽ naturę melior eſt ęqualitas ſuo oppoſito, ſcilicet in-

inæqualitate,quia oppoſitum eius de neceſſitate dicit imperfectionem, non eſt æqualitas in eadem natura, niſi aliquod medium imperfecte habeat illam naturam.

TVNC AD argumentum, verum eſt ꝙ eſt præponendum non quia dicit aliquam perfectionem ſimpliciter,ſed quia cõparando in eadem natura aliqua indiuidua ſecundum æqualitatem & inæqualitatem vnum de neceſſitate dicit imperfectionem.

CONTRA priorem reſpõſionem, ens dicitur de prima ſubſtantia,& de ſecunda, de qua igitur prius dicitur in entitate vnitate,& perfectione? ¶ Reſpondeo,ꝙ æque vera eſt vna prædicatio,ſicut alia,ſed vna prædicatio ſit nobilior alia, quia de vna prædicat quiditatem,de alia nõ: nec eſt ordo quin æque vere prędicetur de vna,ſicut de alia,quia & ſi animal immediatius ſit ſubſtantia,quàm homo,quia vtrunque includit.includit etiam rationem formalem illius, quod prædicatur de eis.

AD ARGVMENTVM, contra primam rationem dicitur, ꝙ non valet, ſed ſupponit vnum falſum, ꝙ ſubſtantia ſit primo primũ obiectum, quod non eſt verum,quia nihil eſt primo primum, quod eſt determinati generis,ſicut eſt ſubſtantia, & quodcunque aliud tale.¶ Ad aliud quod dicitur,illud de quo eſt fides & articulus fidei eſt infinitum, verum eſt formaliter quantum ad aliquos articulos, qui pertinent immediate ad deitatem, ſed perſonæ relatiuę de quibus ſunt ſpeciales articuli credibiles,ſunt infinitæ identice,ſed non formaliter, quia ratio formalis credibilis non eſt infinita, nec aliqua relatio eſt adoranda latria,ſed tantum tres perſonæ inquantum ſunt vnus Deus.¶Ad illud de generatione dico, ꝙ non ſit intentionis ſuæ ꝙ generatio ſit infinita ratione notionis,ſed ratione totius ſuppoſiti,quod eſt formaliter infinitum per eſſentiam, quæ eſt ſimpliciter infinita.¶Dicitur aliter ꝙ eſt ineffabilis ex parte noſtra, quia nullus eam explicare poteſt perfecte,nec eſt ineffabilitas in relatione ipſa,ſi circunſcribatur infinitas naturæ,& fundamenti.

CONTRA, Deus non dicitur ineffabilis, & tamen generatio dicitur ineffabilis, ergo eſt ineffabilitas in ipſa ratione relationis, & non ratione eſſentiæ. ¶Reſpondeo, in generatione eſt emanatio & productio; ſimilis in natura eadem, primum non eſt ineffabile ſed ſecundum, & hoc ratione eſſentiæ.

CONTRA, illud quod determinat & continet infinitũ manẽs in infinitũ eſt infinitũ, talis eſt relatio,ergo ꝓbatio minoris,q̃a relatio eſſentiã in ꝑſona ſubſiſtẽte continet,ergo eſt formaliter infinita.Itẽ pater producit filium intuẽdo aliquod obiectum,aut eſſentiam, & tunc erit filius eſſentiæ,aut ſe patre,& tũc erit pater communicabilis,quia communicabit filio paternitatem,quod falſum eſt, quia nihil eſt in patre circunſcripta eſſentia,niſi paternitas.igitur cum filius ſit formaliter infinitus,cũ non ſit filius eſſentiæ, videtur an habeat propriam infinitatẽ, aliam ab illa quam habet ab eſſentia.¶Item illa quiditas eſt infinita,

finita,quæ poteſt eodem numero,& indiuiſa ſubſiſtere in pluribus ſuppoſitis diſtinctis. ſed talis eſt relatio aliqua formaliter, vt ſpiratio actiua in patre & filio omnino eadem, quia aliter pater & filius non ſpiraret ſpiritum ſanctum,inquantum omnino vnum principium, patet etiã ꝙ ſit vna. quia relatio ſpirationis paſſionis ſibi correſpondẽs eſt omnino vna.Probatio maioris,hæc eſt cauſa, quare eſſentia eſt infinita. ſ. quia ipſa indiuiſa eſt in diſtinctis,ergo ſimiliter in propoſito aliqua relatio erit infinita ,quia ſubſiſtens in pluribus diſtinctis.¶Item actio adęquata principio infinito eſt infinita, quia ſi eſſet finita iam non eſſe adæquata infinito, ſed generatio productio eſt actio adæquata principio productiuo infinito.Probatio,quia aliàs poſſet eſſe principium productiuũ alterius filij,quod eſt impoſſibile.ergo formaliter eſt infinita. ¶Item ſubſiſtere proprie acceptum eſt perfectiſſima ratio eſſendi aliquid,ſed relatio eſt ratio formalis ſubſiſtendi in diuinis.ergo relatio habet perfectiſſimam rationem eſſendi, perfectiſſima ratio eſſendi eſt infinita , ergo &c. probatio minoris, quia ſi non relatio , ergo eſſentia erit ratio perfectiſſime ſubſiſtendi.hoc falſum eſt, quia nihil poteſt eſſe ratio alterius ſubſiſtendi,niſi ipſum ſit de ſe ſubſiſtens,talis non eſt eſſentia , ergo &c.¶Item illud eſt infinitum formaliter,quod eſt ratio formalis concipiendi infinita , quia ſi pluralitas concipiendi dicat maiorem perfectionem, & pluralitas perfectionum in eſſendo dicat perfectionem aliquam,& infinitas addet infinitam perfectionem,tam in eſſendo , quàm in concipiendo, ſed proprietas perſonalis verbi inquantum huiuſmodi,eſt ratio cõcipiẽdi omnes proprietates perſonales,etiã infinitas,ergo eſt formaliter infinita. Probatio minoris , quia proprietas perſonalis verbi eſt ratio terminandi, & concipiendi aſſumptam naturam humanam,& ita erit ſupplens, & continens rationem ſuppoſiti creati,& qua ratione iſtam,poſſet infinitas alias.

AD PRIMVM iſtorum dicitur, ꝙ relatio non contrahit nec determinat rationem diuinam, quia ſic contractum incurreret aliquam imperfectionem & poſſibilitatem,& reciperet a contrahente aliquã actualitatem vltimam, quod non eſt verum.

AD SECVNDVM dicitur, quod eſſentia eſt principale obiectum intellectus paterni, ergo filius eſt verbum eſſentię cõcedo,non abſolute,ſed eſſentiæ vt in patre.

CONTRA, tunc incidítur in aliud membrum , quia ly vt in patre reduplicat patrem, tanquàm rationem formalem patris,& tunc ſequitur ꝙ paternitas eſt ratio formalis verbi, aut notificat illud quod ſequitur. ſ. patrem accipi ſecundum rationem ſuam formalẽ, & tũc ſicut prius, eſſentia eſt principaliter ratio primi obiecti gignitionis verbi, ergo filius eſt filius eſſentiæ.¶Item potentia vna tantum habet vnum obiectum adæquatum , & primum quod virtualiter includit ,vel eminenter omnia alia obiecta, ſed paternitas non eſt huiuſmodi,quia non

inclu-

includit ſibi oppoſita relatione ſ.filiationem.ergo &c.¶ Ad illud dicitur, ꝙ duplex eſt obiectum adæquatum, vel adæquatum, & primum ſm prædicationẽ, ſicut color eſt primum obiectũ viſus adæquatum, quia quicquid vr eſt coloratũ. Aliud eſt obiectũ primũ, & adæquatũ ſm eminentiã, & virtualiter. & tale non eſt formaliter paternitas, quia non includit filiationem, ſed tale primum obiectum eſt deitas.

AD ARGVMENTVM dico, pater intuendo aliqđ obiectum gignit verbum, ita ꝙ intuitio obiecti non ſit formalis ratio prædicati. ſ. gignitionis verbi, ſed pater dũ intuetur eſſentiã gignit verbũ, quia gignitio eſt expreſſio formalis verbi ab eſſentia, ita ꝙ obiectũ, vt intellectũ nõ habet ita pfectã rõnẽ, ſicut vt ſubſiſtẽs, qa obiectũ intellectũ eſt ens rõnis, & iõ nõ gignit verbũ, niſi dũ intuet obiectũ, quod põt dici gignere verbũ, ſicut rõ formalis gignitionis.¶Tũc ad formã argumenti. cum dicis eſſentia eſt principalis rõ parẽtis, ergo filius eſt filiꝰ eſſentiæ.¶Rñdeo, dico, ꝙ non valet eſſentia eſt principalis ratio gignendi, ergo eſt gignens, ſed eſt fallacia figuræ dictionis, cõmutando quale, in hoc aliqd, quia ratio principalis formalis gignendi dicit qua e quid. gignens dicit hoc aliquid, quia actiones ſunt ſingulariũ, & ſuppoſitorũ, exprimens ſiue gignẽs ſemp dr ab expreſſo, ſiue genito, quia nihil eſt quod ſeipſum gignat primo de tri.c.primo. ergo ſi eſſentia exprimẽs notitiã genitã, vel verbum, tũc eſſentia diſtincta eſſet a verbo. quod nõ eſt verũ, & concedo ꝙ verbum *1. de trini.* exprimit ab eſſentia, ſiue a cauſa formali, & a patre, tanꝙ ab exprimente diſtincto. ¶ Ad aliam probationem, dico ꝙ verbũ poteſt dicere expreſſionem diſtinctam ab exprimente, & hoc eſt relatio realis verbi. Alio modo poteſt dicere determinationem eius, de quo eſt, & ſic concedo ꝙ verbum eſt notitia declaratiua eſſentiæ ſicut verbum in nobis eſt declaratiuũ filius, quod diffinitur.¶Ad argumentum dicitur, ꝙ maior eſt falſa, loquendo de alia relatione.

DISPVTATIO. XIII.

Vtrum per naturalem inueſtigationem de Deo poſſumus cognoſcere quid eſt.

VTRVM per naturalem inueſtigationem de Deo poſſumus cognoſcere qd eſt. ¶Arguit ꝙ no, ſic ſe habet ad phantaſmata intellectus, ſicut ſenſus ad ſenſibilia, ergo non intelligimus, niſi phãtaſmalia. ¶ Itẽ Damaſcenus libro primo c.ſcdo. ¶Itẽ c.quarto ¶Item Dionyſius de diuinis nominibus capitulo ſecundo. *Dam primo ny. de no.c.1*

AD QVÆSTIONEM. quia quærit quid eſt Deus. Rñdetur bene, ꝙ eſt ſubſtantia incorporea &c. ſed hoc inueſtigamus per naturalem rõnẽ, ergo, & qd eſt Deus.¶Itẽ Augu.ſuper Io. ſermone primo. Cum audis Deus, magna qdã ſubſtantia facta eſt in corde tuo. ¶Ad qõnẽ, primo videnda eſt opinio Philoſophi. Dico ſecundum eum ꝙ notitia prima, & confuſiſſima, ꝗ habetur de re, eſt notitia qua ſcitur qd ſignificatur per nomẽ, & iſta *Augu per Io*

iſta eſt magis ſuppoſitio, q̄ ſcientia, vel notitia & nō determinat ſibi eſſe, quia contingit ſignificare, quæ nō ſunt. primo poſteriorū. ¶Secunda notitia eſt ſcire ſi eſt, quod ſignificaẗ per nomen ſi. ſ. aliquid eſt in natura, quia quod non quæritur de eo, niſi quid nominis. Iſtud ſi eſt, ſecundū eū pōt haberi per ſe, & p accidens, & ſm Lincon. tūc habemus ſi eſt per ſe, qn̄ habemus p ſpēm rei. Et per accidēs, qn̄ p ſpēm alterius. Exemplū, ſiquis eſſet ſup lunā per ſe ſciret eclypſim. In terra autem ſciret per accidēs eclypſim ſi eſt, ſicut enim, ꝙ aliquid intereſt, ſed an hoc ſit interpoſitio talis. neſcit, loquendo de ſe primo mō ſecundū eū, quia quæ vere ſunt, habēt ſi eſt faciliter pōt hr̄e de q̄d eſt. ſecundo mō, ſi eſt nullo mō ſe habet ad quid eſt. ¶ Ex iſta ſententia Ariſtotelis nullus poteſt habere cognitionem quid eſt de Deo, nec de ſubſtantia, patet ꝙ non de Deo, quia ꝙ nec de ſubſtantia poteſt ſimiliter, quia non cognoſcimus ſubſtātiā p propriā ſpēm. Aliter cognoſceremus ſubſtātiā panis in hoſtia cōſecrata.

CONTRA, accidentia cōferunt magnam partem ad cognoſcendum quod quid eſt &c. ¶Item de Deo, patet non enim inuocareẗ, ſi nō ſcireẗ. ideo dico, ꝙ philoſophus ſic intelligiẗ, cōtingit de accidēte nō hr̄e conceptū, niſi accidens in cōi, & q̄d habeẗ, & cōtingit hr̄e cōceptū illius, cui ineſt. ſed q̄d illud eſt, nō habet aliq̄s ex hoc. ¶ Ideo ex ſpē ſola accidētis hr̄ ſolum conceptus ſubſtātię, iō nec ex ſi eſt, hr̄ ſic cognitio quid eſt, ſed contingit ſcire, ꝙ inhærētia ſtat ad p ſe ſtās, & cōtingit hr̄e conceptū p ſe ſtātis, & hic eſt conceptus ſubſtātię, ideo hn̄do ſi eſt ſpēm alienam accidētis, hr̄ quid ſubſtantię ſm genus vniuerſaliſſimum, & quantū habeo ſi eſt, ſic per accidēs tm̄ de eius quid eſt. vn̄ per ſpēm creaturæ cognoſcimus quia eſt, & ēt quia eſt actus purus &c. ideo cognoſcimus de Deo quid eſt, p ſpēm alienā, tn̄ iſta cognitio quia eſt per ſpēm alienā, non eſt facialis, vt res videatur, ſicut eſt in ſe. ſed ſicut relucet in effectu, ſic patet ſententia philoſophi. Modo in ſpeciali videndum, quomodo cognoſcimus de Deo, vel ſubſtantia quid eſt. ideo videndum eſt, qūo ſubſtantia lucet in accidente, vel Deus in creatura. ¶ Quidam dicunt, ꝙ ſubſtantia non relucet in accidente ſecundum rōnem propriā, qua nō vniuocatur accidenti, ſed ſecūdū rōnē cōem, qua viuificatur accidenti, ideo vt lucet, & continet in accidēte, cōtinetur ſm rōnē vniuocam ſibi, & accidēti, ſic eſt de Deo, & creatura. vnde Deus cognoſcitur ſecundum conceptum vniuocum Deo & creaturæ, ideo non cognoſcimus quid propriū. ¶Item, nullum abſolutum facit conceptum in intellectu de aliquo, niſi contineat ipſum formaliter. ſicut inferius continet ſuperius, vel virtualiter, ſicut ſubiectum continet proprias paſſiones, accidens non continet ſubſtantias, nec phantaſma continet Deum neutro modo, ergo &c. ¶Item, ens ordinis ſuperioris non relucet in ordine entis inferioris, niſi inferiori modo creatura, vt accidens eſt ens inferioris ordinis, q̄ Deꝰ, & ſubſtātia, ergo ſecundum propriam rationem, qua Deus excellit crea-

creaturam,non relucet in creaturam,ergo &c. ¶Item cognitio eſt per aſſimilationem, ſed ſecũdum proprias rationes, non aſſimilatur.ergo &c. ¶Item, quando facimus attributiones ad Deum,remouemus a perfectionibus imperfectiones in creatura, & illud quod remanet attribuimus Deo,quæro ſi illud remanens ſit vniuocum Deo, & creaturæ.ſi ſic,habeo propoſitũ. Si non,non magis attribuitur ſapientia Deo,quàm lapis. ¶ Item in conceptibus vniuerſalis habentis ſingularia imaginabilia propria poſſumus ſtare fixi,non autem in non habentibus,veritas non habet proprium ſingulare imaginabile ſecundum Auguſtinum. Cum audi veritas nati, quære quid veritas, ſtatim obijciunt phantaſmata &c. ¶Itẽ omnis intellectus certus de vno conceptu,& dubius de duobus, habet vnum communem neutrum,aut intellectus ſimul eſſet certus & dubius de eodem.philoſophi certi fuerunt de primo principio,quoſt eſt ens.dubij autem an hoc ens &c. & ideo ſtabant in conceptu vno certo præter vtrumque dubium. ¶Item omnis conceptus communis indeterminatus,a quo ſi deſcenderetur in determinatos prædicatur de eis per ſe,& in quid prædicatur vniuoce de eis. Huiuſmodi eſt conceptus entis reſpectu Dei & creaturæ. ¶ Ad aliud de vnitate dico, ꝙ licet non habet ſingulare proprium in intellectu, habet tamen aliud ſingulare commune. ¶ Ad illud de conceptu certo & dubio, dico ꝙ concluſio eſt vera, ens habet conceptum vnum ſecũdũ quid vnitate.ſ.aggregationis, & confuſionis, non tamen vnitate, vniuocationis. ¶Ad aliud cõceptus non remanet in eis vnus ſimpliciter,ſed vnitate confuſionis.

AD QVÆSTIONEM dico,ꝙ non poſſumus intelligere Deum quid eſt faciliter per ſpeciem creaturæ,ſed tantum ſecundum conceptum proprium, qui eſt vniuocus creaturę,ſed vt excellit creaturam: ex creatura autem poſſumus intelligere, ꝙ creator eſt,ſed non quid eſt. hic cognoſcendo,quod producit de nihilo, & eſt actus purus intelligibilis, & quantum ſic cognoſco cognito de eo ſi eſt, tantum cognoſco cognito de eo, quid eſt.& ſic habebo diffinitionem de eo:ſed ſecundum hoc intellectus noſter vertendo ſe ad partem diffinitionis,habemus quid virtualiter creaturæ,tamen quia animus non ſtat in iſta parte, abſtrahit a Deo iſtos conceptus, & ſtat per ignorantiam, & negationem.& hæc eſt vera cognitio, quam habemus de Deo hic. Dictum eſt ꝙ cognoſcimus de Deo,quid eſt.

¶ Contra, ſupeminentiſſimi ſunt ſuper bonum &c. ſecundũ Dyo.ca.tertio,illi conceptus remouentur a Deo.ergo non ſunt quiditatiui, & proprij cõceptus Dei. ¶Dico ꝙ conceptus cõcluſi per modum complexionis cõueniunt Deo, nec conueniunt creaturę, huiuſmodi ſunt conceptus conpoſiti,non autem ſimplices cõceptus,cuiuſmodi ſunt conceptus entis, boni &c. Nam tales conceptus dicuntur vniuoce de Deo & creatura. Dion

AD ARGVMENTVM dico, ꝙ duplex eſt remotio, vna a Deo,alia ab animo. Exemplũ, ſi occurrat conceptus ebrij, vel ſu-

ſuperbi remouetur a Deo. ſi autem occurrat ſuper bonus, huiuſmodi debet remoueri ab animo, quia per hoc intellectus intelligit aliquod compoſitũ, ſed intendit aliquid aliud amare, quod eſt ſimpliciter ſimplex. Sed quia primus modus ſuper bonum &c. eſt modus compoſitus non placet animo, ideo ſtat in ignorantia, ideo licet in altiſſimo cõceptu nihil cõcipimus, niſi mõ compoſito, tñ intendimus conceptũ ſimpliciter ſimplicẽ, quia illũ habemus in cõi tm̃, & cõfuſiſſimũ, & cõem Deo, & creaturæ. ¶Quod ens non ſit cõe virtualiter probo, nulla intentio vniuoca ſtatim eſt in ſua inferiora, ſed deſcendit in ea p addita, vt animal non eſt ſtatim homo & aſinus, ſed deſcendit in ea per differentias, & ita per addita. ergo ẽt ſi eſt vniuocũ ſubſtantiæ & accidenti, non eſt ſtatim ſubſtantia & accidens ſed deſcendit in eas per differẽtias, quæro igitur vtrum prædicetur de illis differentiis in quid, vel non. Si ſic, ergo non ſunt differẽtiæ: ſimiliter tunc illæ cũ includant ens quiditatiue erunt differentes aliis differentijs, & non primo diuerſæ, & de illis differẽtiis ſimiliter eſt quærendũ. ¶Si dicas non. ergo cũ ens hẽt differentias, & non prædicatur de eis in quid, per te eſt genus. ¶ Item omne diuiſibile diuiditur in diuiſione primaria diuiſione bimẽbri ſm Boe. lib. diuiſionum.

Boetius. ¶Similiter hoc patet p rõnẽ, qa omnis diuiſio eſt monade ſm eſſentialẽ partitionẽ, ſed prima diuiſio entis eſt in decẽ gña. ergo non eſt vnũ. ¶ Dices, diuidit̃ in ens in alio, & ĩ ens nõ in alio.

CONTRA, ideo intentio entis eſt vniuoca ſubſtantiæ, & accidenti ſm te, quia ſubſtantia non concipitur, niſi per ſpeciem accidẽtis, ideo ſm modũ vniuocum continet, ergo p oppoſitũ, cũ nouẽ accidentia concipiant̃, per ſpecies proprias cõcipiunt. ¶Item intentio vniuoca nõ deſcendit in alterũ vniuocatorum cauſaliter mediante alio altero vniuoco. verbi gratia, animal ęque deſcendit in hominẽ & in aſinũ, ita ꝙ neutrum eſt cã animalis deſcendendi in alterum. Hoc patet ratione, quia aliter differentiæ non eſſent coæuæ in gñe. ¶Similiter nec eſſent in potẽtia in genere, ſed in actu, quia ſumo ſignũ naturæ in quo intelligo animal, in alio ſigno immediate intelligere poſſum aſinũ, ſed non ſic ſi hõ prius intelligeretur, quia eſt cã intelligendi aſinũ: ſi detur oppoſitũ in primo ſigno intelligere hominẽ, & in conceptu animalis intelligeret̃ homo. ergo &c. ſed ens eſt talis intentio, quia non contingit deſcendere ab eo in ens creatum analogum, niſi mediante intellectu entis, quod eſt Deus. ergo nõ eſt vniuocũ eis. Probatio minoris, in intellectu enim huius inquantũ hæc. ſ. creatura includit̃ reſpectus ad ipſum Deum cuius participatione eſt, non enim eſt intelligibilis, niſi vt includit reſpectum ad Deum, ſed Deus intelligitur ſine reſpectu, ſed vnũquodque includens aliud, & nõ econuerſo poſterius eſt eo, ideo ordine tali deſcendendo ab ente ad hoc ens, oportet deſcendere mediante ipſo intellecto. ¶ Item per naturam indeterminata ſunt prius intellecta, huiuſmodi eſt Deus, quia ens analogũ ad decẽ eſt indeterminatũ,

ſed determinabile per modos, Deus autem non eſt determinabilis. ergo magis eſt indeterminatus. ¶ Item ponatur ꝙ aliqs habeat conceptum iuſti in cõi, & nondum inueſtigatũ,& occurrat ſibi an hæc actio ſit iuſta per applicationem ad ipſum iuſtũ. ergo ipſum iuſtum includitur in conceptu iuſti in communi, minor patet per Aug. 6. de trinitate, quærit an actus ſit perfectior & applicat ad ipſum pulchrum, ideſt Deum qui eſt pulcher, & prius non habuit cõceptum pulchri, niſi in communi. ergo conceptus ipſius iuſti, ideſt Dei includitur in conceptu iuſti in communi. ¶Dices non poteſt applicari ad iuſtum in cõi, niſi prius ſciat ipſum iuſtum.

Aug. 6. de trinit.

CONTRA, loqueris eum pulchrum, & non noſti eum prius, cum inuenis eum iuſtum, neſcis an inueniſti, niſi intelligeretur in iuſto in communi, ergo in iuſto in communi, includitur ipſum iuſtum. ¶ Ad rationes alias, quæ ſiunt in oppoſitũ, ſcilicet ꝙ ens ſit vniuocum, quia in omni genere eſt primũ ſimpliciſſimum, ſed primũ omniũ eſt ens. ergo ſimpliciſſimũ,& ſic vniuocum. ¶Solutio, primũ obiectũ intellectus poteſt dici primum prioritate adæquationis, vel communitatis. Alio modo prioritate generationis, vel aduerſionis, quo primo aduerto, vel prioritate virtutis in cuius .ſ. virtute intelligo omnia. ſic eſſentia diuina eſt primum obiectũ ſui intellectus, primo modo eſt ens communiſſimum obiectũ, ſecundo eſt nũc vnũ, nũc aliud, quod. ſ. vehementius immutat intellectum primo, primũ obiectum virtute non habet viator, ſicut dicunt quidã. Sed hoc eſt falſum, quia habet ipſum eſſe, quod eſt Pelagus primũ cauſalitate, ſcilicet Deus, qui prius intelligitur, quàm infinitę virtutis, quod patet prius, quia illud eſt aliud quodcunque, prius inquã naturaliter,& cauſaliter. Tũc dico prioritas virtutis, eſt prioritas ſimpliciter. aliæ vero prioritates ſunt prioritates ſm quid, iõ ens nõ eſt ſimpliciſſimũ, ſed ens.

CONTRA hoc, probatio, quia creatura dicitur relatiue ad Deum. ergo non intelligitur, niſi Deus prius intelligatur, ſimiliter per creaturam intelligimus Deum, nec eum intelligimus niſi per creaturam, ergo non prius intelligitur Deus, quã creatura. ¶ Dico, non video colorem, niſi videndo lucem,& lux facit videre colorem, & lux eſt primum cauſalitate, tamen talis oculus poſſet eſſe, qui videret lucem in ſe, ſimiliter talis oculus mentalis poſſet eſſe, qui videret in ſe: ſicut enim color eſt cauſa ſecunda, quare video lucem, tñ lux eſt cã prima, ſic intellectus &c. ¶Item arguo ſic, vnius potẽtiæ vnũ eſt obiectum primum ſimpliciter. ¶Item omnis cõceptus indeterminatus, quando deſcẽdit in inferiora, & eſt vnus in eis, eſt vniuocus, vt patet de animali. talis eſt conceptus entis, quia prædicatur de eis in quid.

DISPVTAT. XIII.

Vtrum voluntas naturaliter determinetur ad aliquid volendum.

VTRVM voluntas naturaliter determinetur ad aliqd volendũ. ¶ Quod ſic. Aug. 12. de tri.

trin.c.8. ad volendnm beatitudi
nẽ natura compellit. ¶Itẽ, potẽ
tia hẽt naturalẽ habitudinẽ ad
actũ & obiectũ, qa cadit in ſua
diffinitione, & diffinitio indicat
quid eſt eſſe rei. ſ. hr̃e natura-
lẽ habitudinẽ, & naturaliter de-
terminari. ergo &c. ¶Itẽ q̃ con-
ueniũt oĩbus, & vniformiter, cõ
ueniunt ex ſuis principijs natu-
rę. ſed velle beatitudinẽ cõue-
nit omnibus, & appetũt oẽs bea
titudinẽ. 1. Eth. ¶Itẽ mobile &
contingens reducitur ad immo
bile & neceſſariũ, ſicut notitia
concluſionis cõtingentis ad no
titiam principij neceſſario & im
mobiliter noti. ergo ſimiliter in
voluntate. ¶Itẽ aĩa eſt naturali-
ter capax beatitudinis, ſed nulla
creatura capax alicuius boni
caret naturali motu ad illud, ali
ter natura deficeret in neceſſa-
riis. ¶Itẽ oẽ generans determi-
nat generatũ ad motũ, quo co-
natur aliqñ coniungi cũ generã
te. ergo Deus creãs determinat
ſic volũtatẽ, vt conetur &c. ¶Itẽ
ſpecialiter de Deo arguitur ſic.
glorioſius hr̃ quod hr̃ neceſſita-
te naturę, quàm quod hr̃ aliter.
ſed Deus vult ſe glorioſiſſime.
ergo &c. ¶Item Dei voluntas eſt
eius intellectus re & intentio-
ne, ſi igitur intellectus intelligit
modo naturæ, voluntas vult mo
do naturæ.

CONTRA, principiũ vt
natura, dr̃ contra principium vt
intellectus 2. Phy. ſed intellectus
eſt natura, vt principiũ. ergo &c.
¶Item voluntas nõ fertur in ea,
quæ ſunt ad finem, vt naturali-
ter determinata, ergo nec in fi-
nẽ. Probatio conſequentię, volũ
tas ſicut eſt cã lationis volunta
tis in ea quæ ſunt ad finem, ita
& ad finẽ: quia ſicut intellectus
ſe habet ad principiũ in ſpecula
bilibus, ſic voluntas ad finẽ in
moralibus. ¶ Itẽ pars non mo-
uet, niſi in virtute totius. ¶Item
de trinitate. 13. cap. 5. propter
beatitudinem appetunt oẽs cer
ta quæ appetunt. ¶Item ad prin
cipale qđ ineſt, naturaliter ineſt
ſiue volumus, ſiue nolumus, ſed
appetimus beatitudinem etiam
ſi non vellemus ſm beatũ Aug.
¶ Item potentia quæ in ferendo
magis agit q̃ agat, non fertur li
bere, ſed potentialiter determi-
nata ad obiectum eſt huiuſmo-
di. ergo &c. ¶Item intellectus di
uinus eſſet æque liber, ſicut vo-
lontas ſua. ¶Dr̃, ꝙ velle aliquan-
do ſumitur pro quacunque de-
terminatione in voluntate, ſiue
innata, ſiue impreſſa nouiter ab
obiecto. Alio modo pro actu eli
cito a voluntate. ¶ Sed propter
argumẽta ſciẽdum, ꝙ vno mo-
do dicitur naturale, quod diſtin
guitur contra violentũ, ſecundo
mõ cõtra deliberationẽ, tertio
mõ contra aduenticiũ, quarto
mõ cõtra ſpontaneũ, ſiue vltro-
neum: primo mõ, ſecũdo, & ter-
tio, velle finem eſt naturæ, ſed
quarto modo non, ſed liberum.
Sed de iſto velle ſpontaneo, ad-
huc eſt diſtinguendum. ſ. ꝙ po-
teſt ſumi prolatione paſſiua ip-
ſius voluntatis, vel actiua: ſi pri-
mo mõ, hoc tripliciter, primo q̃-
tum ad determinationẽ volun-
tatis ad ipſum, & ſic pure eſt na
turale. ¶Vel quãtũ ad exercitiũ.
& hoc quãtũ ad continuationẽ,
& ſic eſt oĩno liberũ, & in ptãte
voluntatis eſt continuare actum
ſuũ circa obiectũ. ¶Vel quantũ
ad inchoationẽ, cum non ſit in
ptãte noſtra, quin viſis tãgamur,
ſtante intellectu in actu ſuo, &
ſic eſt naturalis. poteſt tamen

auertiſſe conſiderationem, & ꝓ tanto libere. Et intelligit, quod voco hic lationem paſſiuam, actum ſecundum conſequentem impreſſionem factam in voluntate, ſicut motus grauis in graue ſequitur formam grauis, velle tñ vbi eſt actio eſt omnino liberũ. & p hoc patet ad argumẽta. ¶ Sed vt expreſſius videatur circa dicta de habituali inclinatione, & actuali, quæ dicitur latio paſſiua, velle quod eſt inclinatio primo modo eſt omnino naturale. ſecundo modo quantum ad inclinationẽ, indirecte eſt liberum. Sed tunc quæritur vtrum libere fertur in finem, & cum hoc naturaliter, dico ꝙ ſic.

CONTRA, tũc duo actus eſſent in voluntate, qui habent oppoſitas conditiones, dico ꝙ verum eſt ꝙ ſunt duo velle, vnũ vt paſſio, & aliud vt actio. Exemplum, ſicut ſimul ſunt actus voluntatis & delectatio ſequens, quæ eſt quoddam velle. Quod libere fertur in finem. Probatio, quia delectabilius fertur quod ſpontanee fertur, quàm quod neceſſario, ſed voluntas delectabiliſſime fertur in finem. igitur &c.

DISPVTAT. XV.

Vtrum voluntas informata charitate poſsit non velle Deum viſum per eſſentiam in patria.

VTRVM voluntas in formata charitate poſſit non velle Deum viſum per eſſentiã in patria? ¶ Arguitur ꝙ ſic, quia idem principium actiuum eodem mõ ſe habens, non elicit actum modo neceſſario circa idem obiectũ, ſed voluntas cum charitate eſt agens huiuſmodi. ergo &c. ¶ Iuxta hoc quæritur vtrum beatus videns Deum, & amas eũ, poſſet nõ velle eũ, & ſic peccare, ꝙ ſic. quia in eo eſt potentia, qua peccari ſolet. ſ. voluntas, quæ eſt ad oppoſita, & eſt de nihilo potens deuiare. ergo. ¶ Item, poſſe peccare eſt laudabile, iõ nõ aufertur per ſtatum nobiliſſimum.

CONTRA 12. de ciuita. cap. 11. ¶ Item cur Deus homo. a c. 10. ¶ Item ſi quis videns Deũ per eſſentiam, non poteſt non velle, vt dictum eſt, magis vidẽs & valens non poteſt. ¶ Dicendũ, ꝙ non ſecundum ſanctos. Cauſa aſſignatur a quibuſdã ex parte Dei tantum. quia Deus vult, ꝙ angelus feratur continue ſicut modo fertur. vnde. 2. cõfeſ. & 12. de ciuit. c. vlt.

¶ Contra, ponatur ꝙ Deus dimittat angelum ſibijpſi ſub generali influentia. & ꝙ angelus haberet habitũ gloriæ, & videret Deũ p eſſentiã, angelus nõ poſſet peccare. nec eũ velle, nec aliquid ſibi proponere, nec eũ minꝰ velle. patet primũ. ergo. ¶ Alij dicũt ſecura ſcientia de non cadẽdo, qđ eſt de rõne illius ſtatꝰ.

¶ Cõtra, etſi non eſſet certitudo de eius rõne, adhuc pp eãdẽ rõnẽ, quæ prius non poſſet peccare. ¶ Alij dicunt, charitas, q̃ eſt donum gratuitum, eſt ratio impeccabilis. Illud non valet qa tunc voluntas non eſſet libera. Charitas enim viæ, & patriȩ ſunt eiuſdẽ rõnis. & eadẽ quæ eſt in via, eſt in patria. quia nunquam excedit ſecundum Apoſtolum primæ ad Corin. 12. ergo ſequitur, ꝙ charitas immobilitabit voluntatẽ in via, ſicut in patria, & ſic

Apo[illegible] ad Co[illegible]

& ſic non poteſt volnntas ad oppoſitum in via peccare. ¶ Item illud donum inclinat p modum naturæ, nec libere quantum eſt de ſe. ergo voluntas neceſſitatur per illam formam inclinantem per modum naturæ. ¶ Alij dicūt cām ex parte voluntatis ǫſtrenatæ ferentis ſe in Deum, & econuerſo de dæmonibus.

¶ Contra, in priori p naturā, quo beatus videt Deū, ante velle ǫſtrenatū habet velle. iō prior eſt impoſſibilitas peccandi, quā ǫſtrenatio ferendi. ¶ Iō dico, ꝙ quatuor concurrunt ad volendum Deū in illo priori p eſſentiā viſum, videlicet continua exhibitio pñtię & eminentia obiecti viſi per eſſentiam, & cā connuę contemplationis. quocūq; enim vertit̃ eſſentia ad videndū res in proprio gñe, videt Deū p eſſentiā. ¶ Continua cōtēplatio obiecti, & continua fruitio in voluntate. Iſta continua impreſſio eſt quaſi pondus inclinans voluntatem exercere aliquem actum in obiectum. ¶ Contra iſtud pondus inclinat p modū naturæ. ergo neceſſitat eam, & ſic non manet libera. ¶ Dico, ꝙ iſta neceſſitas non eſt violentiæ, ſed immutabilitatis.

CONTRA, eſt ab agente extrinſeco. ¶ Dico ꝙ illud extrinſecum magis habet rationem finis q̄ efficientis, & ſi ſe habeat in ratione efficientis. non tñ infert violentiam, quia violenter eſt, cuius cā eſt extrinſeca, & paſſum non cōfert vim, ſed hæc voluntas confert. quia habet in obiecto cur ipſum ſuper oīa velit, & non hēt cur ab eo reſiliat. vel cur ad aliud conuertatur, & ſic ipſum neceſſario vult, & eſt impeccabilis. primo quia mobili reducto ad actum perfectū, vbi nulla eſt priuatio, neceſſario q̇eſcit, ſed voluntas ſic videns & amans Deum reducit̃ ad actum perfectum, vbi nulla eſt priuatio. ergo, probatio minoris, quia motus eſt actus entis in potentia ad terminum, quo priuatur mobile. reducto igitur mobili ad terminum, vbi nulla eſt priuatio iam non poteſt eſſe motus. ¶ Item vltimate quietatum vlterius non mouetur, ſed volūtas in vltimo fine habito vltimate quietatur. ergo. ¶ Item omne bonum reficit aliquo modo voluntatem, ergo infinitum bonū habitum infinite reficit. ergo. ¶ Item Anſ. de caſu diaboli. beati adepti ſunt quicquam &c. ¶ Item Boetius de cōſo. in principio. ¶ Ad primum potentia eſt in diſpoſitione tit. j. extra priuatione ſic, ꝙ nō pōt in oppoſitū actum. Ad aliud laudabile eſt ſecundum, ꝙ poſſe peccare, ſed nō ſimplr, iō aufert. ¶ Vtrū igit̃, qui ſic neceſſario vult, ēt libere vult, ꝙ non. Auguſtinus in Enchiridi. bonum & malum ſecūdū rōnes ſpāles non compatiūtur ſe, nec vitium cum virtute, ſed libertas & neceſſitas opponuntur, ſicut bonū & malū. ergo non in eodē. ¶ Itē de libero arbi. Iō voluntas noſtra eſt libera, quia eſt in ptāte noſtra, ſic non eſt in ptāte noſtra, qđ neceſſario vult. ¶ Itē voluntas eſt pōtētia realis. ergo valet ad oppoſita, ſed reſpectu illorū, q̄ neceſſario vult, non valet in oppoſitū. ¶ Ad oppoſita patet ex dictis, tū q̇a cū neceſſitas, vt ſic nō tollat libertatem, vel diminuat, dico ꝙ non malum eſt in Deo, quia neceſſario vult ſe, nec pōt non velle ſe, tñ libere vult ſe ſecundū

Aug.22.de ciui.cap. 11. contra ſtoycos. Sed vna neceſſitas includit ſubiectionem alteri, ſiue extrinſeco, ſiue intrinſeco præuenienti, vel inferenti vim, neceſſitas talis repugnat libertati, & dicit ſeruitutem, ideo quę ſic mouentur ab extrinſeco, nõ mouentur libere, vt proiecta, nec quæ mouentur ab extrinſeco ſm impedimentum naturæ, vt grauia & leuia, non mouentur libere, quia natura perueniens ab extrinſeco, cum impetu mouet ea, hæc neceſſitas includit ſubiectionẽ. Alia eſt neceſſitas ſpontanea in actu non præueniens, & illa ſtat cum libertate.

Augu de ciui.c.11. *Neceſsitas actus uoluntati.*

DISPVTATIO. XVI.

Vtrum apprehenſo in vniuerſali fine vltimo voluntas poſsit non velle illum.

VTRVM apprehenſo in vli fine vltimo, voluntas poſſit non velle illum. ¶ Dico, ꝙ velle ſumitur large pro quacunque inclinatione impreſſa, ſiue a Deo, ſiue a quocunque in ea, vnde põt aliquid eſſe impreſſum in voluntate non quo elicit velle, ſed quo inclinat velle &c.

CONTRA, illud impreſſum eſt velle aliquo mõ, vnde Augu. ſuper illud. Inclina cor meũ. Cor inclinari eſt velle, ſed delectatio eſt inclinatio. ergo velle conſequenter ſumitur pro inclinatione, ſiue delectatione, aliquãdo pro actu elicito, & nõ eſt tñ actus elicitus. ergo velle ſumitur large pro omni inclinatione paſſiua, impreſſa a Deo, & ſic inclinatio non eſt in poteſtate voluntatis, quoniam tangatur ſm Aug. non eſt in voluntate noſtra, quin viſis tãgamur, vñ aliqua paſſio ſit in voluntate quę non eſt in poteſtate voluntatis. ¶ Similiter Anſelmus de concor. & prædeſti. Deus impſ-ſit affectiones in voluntate, per quas impreſſio qũo inclinat ad illud, ſic non eſt actus elicitus, ſed paſſiua inclinatio. ¶ Similiter ſumitur velle pro actu elicito. ſic igitur ſumpto põt dici, ꝙ voluntas apprehenſo fine in vniuerſali, poteſt non velle illum vno modo, quia licet idẽ ſit bonum in cõi, & in particulari, & ſi ſit apprehenſum in cõi. nõ tñ in particulari, & ſic ab illo. põt voluntas auerti. Alio mõ põt intelligi, ꝙ voluntas põt velle oppoſitum boni in cõi apprehẽſi, & nolle illud. ſ. bonum in communi. Sed hoc eſt impoſſibile ſecundum Augu 14. de trini. c. 8. & in enchide. c. 9. Aliter poteſt intelligi ꝙ voluntas eſt ibi libera ad actum, ſcilicet elicere, vel non elicere, ita quod bono in communi apprehenſo voluntas eſt in potentia actum omnem ſuſpendere, & ita nec nolo, nec volo.

Aug ſup Pſalmum. *Anſel. concor.* *Aug. de tri.*

CONTRA, illud ſuſpendere vel eſt agere vel non, ſi eſt agere. ergo dicis oppoſita, qa ſic ſuſpenderet etiam oẽm actũ ſuſpendendi. ſi non eſt agere &c.

¶ Contra. impreſſio facta ab obiecto in voluntate eſt pondus, & inclinatio, ſed oẽ pondus inclinans neceſſitat inclinatum ſuũ niſi inclinatum renitat, ſed nõ renititur niſi per actum &c.

¶ Item ſi voluntas non eſſet libera, tale pondus in ea neceſſitaret eam, ſed ſi voluntas nullam libertatem exerceat agendo, ſic

ſe habet pondus ad eam vt non liberam. ergo neceſſitaret eam. ¶ Item ſi poteſt nullum actum exercere, hoc eſt inquantum libera, & tunc includitur in rōne libertatis poſſe non velle. hoc eſt falſum, voluntas enim Dei ſemper eſt in actu, & tamen eſt libera. ¶ Ad primum in oppoſitum, nihil tantum ſubſtātiæ voluntati, ſicut voluntas: ſed ſicut actus intellectus eſt in poteſtate voluntatis, ita voluntas, quare poteſt diuertere actum volendi, ſicut intelligendi, non tñ omnem actum ſuſpendere. ¶ Ad aliud agens ita, ꝙ per nullā poteſtatem poteſt non agere neceſſario agit, voluntas autē poteſt diuertere intellectum & ſe, & per conſequens ad aliud, iō licet neceſſitetur, ſtante conſideratione, non tamen ſimpliciter, ſicut viſus a colore, vel luce, & ſic nullum actū eliciet, quia nullum actum elicit niſi per aliquid impreſſum ab obiecto, & ideo ęque, vt vř neceſſitatur reſpectu oīum, ſed impreſſum in voluntate, eſt tm̃ inclinans, iō voluntas nunquam neceſſitatur ab obiecto, tñ magis inclinatur reſpectu finis, quàm reſpectu alterius obiecti, ita quod non poteſt ferri in oppoſitum, licet ſic poſſit diuertere ab eo, non tamen repudiando.

AD ARGVMENTVM 15. de tri. c. 41. & Anſe. cur Deus homo. libro 1. c. 7. Beati Angeli non poſſunt peccare, cuius oppoſitum videtur tenere. Si enim poſſunt non velle, poſſunt peccare peccato omiſſionis. Et iſti dicerent forte, licet deliberatæ voluntatis poſſint non velle Deum, tamen quia Deus tenet eos in beatitudine, vt efficiens non pñt peccare. ¶ Aliqui aſſignant cām, quare non poſſunt peccare beati a parte voluntatis. ¶ Aliqui dicunt ꝙ cauſa eſt voluntas Dei confirmans, & efficiens, ita ꝙ non poſſunt velle oppoſitum illius quod Deus vult. hoc hř ſm Aug. 12. confeſ. & 22 de ciui. c. vlti. ¶ Alij dicunt cauſam ex parte obiecti beatitudinis, non vt efficiens. intellectus enim beatus videt diuinam eſſentiam per eſſentiam, quia Deus per eſſentiā præſens eſt intellectui beato, ideo qūocunque verterit ſe, videt beatus Deum, ex quo pōt videre Deū per eſſentiam, & Deus eſt vbiq; iō quocunque verterit ſe, videt Deum. ergo ſi volūtas beati habentis Deum præſentem in intellectu informata charitate, poteſt non velle Deum, hoc erit, vel nullum actum eliciendo erga Deum, hoc improbatum eſt prius, an diuertendo intellectū non cogitando de Deo, hoc improbatum eſt modo, quia quocunque vertitur ad videndum. Alia ēt in gnē. probo, videt Deū aut hoc eſt, quia pōt nolle Deū in præponendo aliud ſibi, hoc impoſſibile. Probatio. quia volūtas præponit aliquid alij, vel nō vult aliquid, hic eſt propter aliquid. Cur ſecundum Anſelmū de veritate, ſed Deo viſo per eſſentiam nulla poteſt apparere ratio nolendi ipſum, vel pręponendi aliquid ſibi. Probatio. qa hoc non eſſet, niſi quia hoc cui aliquid præponitur eſt malum ſimpliciter, vel quia non eſt bonum in ſe, ſed aliud eſt ſimpliciter bonū, & eſſentiale bonū, vel ita ꝙ vtrūq; eſt bonū, ſed alterū melius, vel ꝙ ſint æqualia bona, & voluntas poteſt præponere vnum

Augu. de confeſ. 12. & 22. de ciui. c. ult.

Anſel.

vnum alteri, ſed nullum iſtorũ contiugit in propoſito, quia oẽ bonum includitur in hoc bono melius, quam in ſe.

AD ARGVMENTVM illorum idem principium actiuum, & eodem modo ſe habẽs, non aliquando elicit actum contingentem, aliquando neceſſarium, dico hoc eſt per mutationem in alio facta, quam in principio, vel obiecto. principium prius agens contingenter poſt neceſſario agit, vt moriens in charitate eſt beatus, volũtas nõ mutatur, nec charitas, nec obiectum, diligam tũc Deum, ſicut modo, tamen tunc neceſſario, modo contingenter propter realem mutationem factam in intellectu, fides modo, erit tunc viſio, tamen obiectum non mutatur, ſed alio modo ſe habet ad voluntatem.

AD SECVNDVM, ſi voluntas fertur neceſſario in patria in Deum, quid facit neceſſitatem? dico non poteſt non velle Deum ibi, neque nullum actum exercendo circa hunc, ſed circa alium exercendo, neq; adimendo. cauſa primi eſt, quia non poſſet, niſi per libertatem hoc, & tunc per exercitium, & ita per actum. cauſa ſecundi eſt, quia intellectus ſemper eſt præſens voluntati, monens, & imprimens, quia non poteſt per libertatem non imprimere, & inclinare ad velle Deũ, patet prius, ideo reſpectu illius nõ eſt liber. Similiter cauſa tertij eſt idem.

DISPVTATIO. XVII.

Vtrum volun'as neceſſario velit vltimum finem ſibi oſtenſum a ratione.

VTRVM volũtas neceſſario velit vltimũ finem ſibi oñſum a rõne. ❡Dr ꝙ ſic, quia illud in ſe habet omnem rationem appetibilis, & nullam rationem fugibilis neceſſario appetitur a voluntate, nam ideo voluntas non neceſſario, ſed variabiliter vult aliud, quia rationem aliquam fugibilis habet, & non habet rõnem appetibilis, ſed vltimus finis eſt huiuſmodi, hic enim vocamus vltimum finem qđ continet in ſe omnem rationem appetibilis, vel appetiuitatis, & nihil fugibilis, ideo voluntas neceſſario vult vltimum finem in vniuerſali acceptum in bonum ſub ratione boni.

CONTRA, omne agens neceſſario eadem neceſſitate qua agit remouet prohibens, ſi ſit in poteſtate ſua ipſum amouere, vt patet de graui ſuppoſito trabi, ſed impediens voluntatem ad volẽdum vltimum finẽ eſt non cõſideratio intellectus, ſi igitur volũtas neceſſario vult vltimum finem, neceſſario amouebit impedimantum non conſiderationis conuertendo neceſſario intellectum ad conſiderandum vltimum finem. ergo intellectus neceſſario conſiderabit vltimum finem, quod eſt impoſſibile.

❡Dicitur, quod maior, ſi vera eſt, veritatem habet de agente neceſſario, quod eadem actione aget propriam actionem, & remo-

remouet prohibens, vt patet in exemplo de graui, quod eadem actione qua mouet ſe deorſum, frangit trabem ſi põt. Nũc autẽ voluntas alia actione vult vltimum finem, & alia intellectum intelligere vltimum finẽ, cui imperat cõſiderare vltimũ finem, & ideo nõ oportet ꝙ neceſſario velit intellectum intelligere vltimum finem, licet neceſſario velit vltimum finẽ ſibi oſtenſum.

CONTRA, maior probatur ſiue tale agens agat propriã actionem, & amouet prohibens vna actione, ſiue duabus, quoniam agens qđ neceſſario agit neceſſario amouet oẽ incõpoſſibile impediens ſuam actionẽ, ſine cuius amotione nõ poteſt agere, ſi poteſt illud amouere, quia ſi põt illud incompoſſibile impediens amouere, & nõ neceſſario amouet. tñ non poteſt agere ſtante illo incompoſſibili impediẽte, ſequitur quod illud agens non neceſſario agit, quantum eſt ex parte ſui, & hoc patet de igne neceſſario calefaciẽte, qui ſi nõ põt calefacere, niſi deſiccando, auferẽdo humidũ impediens, neceſſario deſiccat, licet alia actione deſiccet, & calefaciat. ſi igitur voluntas neceſſario velit, quantum eſt ex ſe vltimum finẽ, & non põt illum velle, niſi conſiderando ipſum, ſequitur, ꝙ voluntas neceſſario mouebit intellectum ad conſiderandum vltimum finem.

¶Preterea, ꝙ dr̃ poſtea, quod alia volitione voluntas vult finẽ vltimum, & intellectum intelligere ipſum, hoc non eſt verum, quia ſm̃ Aug. eodẽ actu, quo voluntas cõplacet ſibi in obiecto aliquo, copulat potentiam cum ipſo obiecto, ſicut eodem actu quo voluntas delectatur in vidẽdo aliquod obiectum, vult viſum videre illud obiectum, & copulat viſum cũ tali obiecto. ergo eodem actu voluntas vult finem vltimum, & intellectũ intelligere finẽ vltimũ. ¶Ad primum horum, ꝙ agens quod neceſſario agit neceſſario amouet impediens actionẽ ſuam, licet alia actione, dr̃, quod hoc eſt verũ, qñ agens ſm̃ eundẽ modum fertur in vtrumque, cuius oppoſitum accidit in propoſito, qa ſm̃ alium modum voluntas fertur in finem, & ſm̃ alium in ea quæ ſunt ad finem, quia libere in ea quæ ſunt ad finem, ſed neceſſario in finem.

CONTRA, maior illa probatur vr̃ ſic, ſi aliqua extrema ſunt connexa per aliqua media, ſi illa connexio extremorũ ſit neceſſaria, oportet ꝙ media, ex quibus dependet connexio extremorũ, ſint neceſſaria, quia ſi iſta media eſſent contingentia, & connexio ex illis dependens neceſſaria, neceſſarium dependeret a contingenti, quod eſt impoſſibile: ſi igitur voluntas, & obiectum, qđ eſt vltimus finis neceſſario connectunt̃, cõnexio hẽt media p̃cedentia, ex quibus dependet, vt actũ voluntatis, & actũ intellectus, ſequit̃ ꝙ actus intellectus, reſpectu cuiuſdã obiecti erit neceſſarius. ¶Dr̃ ꝙ neceſſitas duplex eſt, abſoluta & conditionis, ſiue p̃ſuppoſitionis & conſequentiæ, qñ autem aliqua extrema connectunt̃ neceſſario neceſſitate abſoluta p aliqua media, oportet, ꝙ illa media ſint neceſſaria, ſicut probat rõ, ſed qñ extrema connectuntur in neceſſitate non abſoluta,

luta,ſed conditionata, vt ſtante medio prædicto,tunc non oportet media eſſe neceſſaria abſolute.Sic aūt eſt in propoſito, ꝙ voluntas non vult finem vltimū neceſſario neceſſitate abſoluta, tunc enim ſemper vellet finē vltimum, ſed tm̄ neceſſitate conditionata, puta dum intellectus oñdit voluntati intellectū,quod eſt finis vltimus, vñ non q̄rit, an voluntas neceſſario velit finem vltimum,ſed an neceſſario velit finē vltimū ſibi oñſum ab intellectu. Et per hoc patet reſponſio ad rōnē principalē.oē agēs neceſſario neceſſitate abſoluta, ea dem neceſſitate remouet prohibens,ſi autem neceſſitate cōditionata,tunc non neceſſario remouet prohibens.

CONTRA, oē agens neceſſariū agit per principiū ſibi intrinſecum,ſed actus intelligēdi quo oſtenditur voluntati vltimus finis, non eſt principiū intrinſecum voluntati,ergo voluntas non neceſſario vult vltimū finem pp oſtenſionem entis in intellectu. ¶ Prǫterea,rō prior adhuc vr̄ ſtare,agens qđ neceſſario agit quantum eſt ex natura ſua,licet non abſoluta neceſſitate agat.eadem neceſſitate abſoluta,ſi pōt,remouet prohibēs,ſicut ignis q agit non neceſſitate abſoluta,q̱a ſic ſemp ageret,nec ſua actio tunc poſſet impediri, ſed neceſſitate conditionata, vt ſi paſſum diſpoſitum ſit ſibi approximatum , quod quantū eſt ex ſe neceſſario agit eadem neceſſitate amouet impediēs ſuā actionem,ſi pōt.Et probatur,ſicut primum, quia ſi pōt impediens ſuam actionem amouere,& non neceſſario amouet,igitur contingenter ſe habet circa amotionem illius. cum igitur actio ſua propria circa propriū obiectum dependeat ex actione illius ſequitur, ꝙ contingenter ſe habeat ad ſuam actionem propriam ex ſe, & non neceſſario,quantum eſt ex ſua natura, ſed voluntas quātum eſt ex ſua natura fertur in vltimum finem ſm hanc opinionē, ita ꝙ quantum eſt ex parte ſua, neceſſario vult finem vltimum.ergo quantum eſt ex parte ſua neceſſario amouet, non conſiderationem intellectus impedientem actionem ſuam, conuertendo neceſſario intellectum ad conſiderādum de vltimo fine.

CONFIRMATVR hæc rō ſub alia forma ſic. agens qđ neceſſario agit, quantum eſt ex parte ſua eadem neceſſitate facit obiectū ſuum ſibi eſſe pn̄s, ſi poteſt,ſine quo non agit, vt patet de igne qui ſi poteſt neceſſario faceret combuſtibile ſibi eſſe pn̄s , & hoc patet ēt de adamante, quod eadē neceſſitate attrahit ſibi ferrum, qua agit in ferrum, coniungendo ipſum ſibi. ſi vero voluntas quantum eſt ex parte ſua neceſſario vult vltimum finem , eadem neceſſitate faciet illud obiectum, quia eſt vltimus finis ſibi præſentari per intellectum cum hoc pōt. ergo neceſſario tenebit intellectum in conſideratione vltimi finis,q̄tū eſt ex ſe.ſicut adamas tenet ferrū.¶Ad primū iſtorum dicit̄, quod agens ꝙ neceſſario agit,quantum eſt ex parte ſua, agit per principium intrinſecū ſibi completiue, tamen poteſt agere per principium extrinſecum diſpoſitiue. & ſic voluntas agit diſpoſitiue per intellectum ſibi oñdentē vltimū finē.

CON-

CONTRA, agens quod in ſe habet totam cauſam ſuæ actionis, non dependet ab alio in agendo, ſed voluntas, ſi neceſſario vult vltimum finem, habet in ſe totam cauſam ſuæ actionis, quia ipſa ſola agit ſuã actionem & eandem recipit. igitur in agendo ſuam actionem nõ dependet ab intellectu. ¶ Dicitur, ꝙ agens quod habet in ſe totam cauſam ſuę actionis completiuam & diſpoſitiuam, non dependet ab alio. ſed ſic nõ eſt in propoſito. cum actio intellectus ſit diſpoſitiua reſpectu actionis voluntatis.

CONTRA, neceſſitas agẽdi principalis agentis totaliter eſt in principali agente. quia ſi non totaliter, ſed partim in principali agente, & partim in extra, ergo agens principale, quod neceſſario ageret per illud, qđ eſt extra ipſum, quod eſt impoſſibile. ¶ Ad illud principale, poteſt dici ſic, quod aliquod agens eſt, quod ex natura ſua ſic neceſſario agit, quod propriam actionem impedire non poteſt, nec directe diſpendendo propriam actionem, nec indirecte agẽdo circa aliud, quod impedit actionẽ circa propriũ obiectum, & de tali agente vniuerſaliter videtur eſſe verum, ꝙ agẽs, quod ex natura ſua neceſſario agit, neceſſario amouet impedimentum ſuum, ſi poteſt, ſicut patet in omnibus naturaliter agentibus. Aliquod vero eſt agens, quod neceſſario, quantũ eſt ex parte ſua, agit circa aliqđ obiectum, circa qđ, licet directe non poſſit impedire propriam actionẽ, eã ſuſpendendo, (quia hoc includit contradictionẽ, ꝙ aliqđ agẽs neceſſario aget, quãtum eſt ex natura ſua, & tñ ꝙ ex natura ſua poteſt ſuſpendere ꝓpriam actionem indirecte) tamen põt propriam actionẽ impedire, agendo circa aliud, & huiuſmodi agens eſt ſola voluntas, quæ quantum eſt ex parte ſui, neceſſario tendit in vltimũ finem in vniuerſali ſibi oſtenſum. quæ licet non poſſit propriam actionem impedire, eam directe ſuſpendendo, tamen poteſt eam indirecte impedire, agendo circa intellectum præcipiendo ſibi de vltimo fine non conſiderare, conuertendo ipſum ad aliud intelligendum: & ſic, quia non eſt tunc vltimus finis cognitus, non poteſt voluntas illum velle. Et per hoc ad maiorem rationis eſt dicendũ, quòd agens quod ſic neceſſario agit ex ſe, quod in poteſtate ſua non eſt impedire propriam actionem directe nec indirecte, eadem neceſſitate amouet impedimentum ſuæ actionis, ſed non eſt verum de agẽte, quod ſic neceſſario agit, ꝙ in poteſtate ſua eſt indirecte ſuam actionẽ impedire, cuiuſmodi eſt voluntas. ¶ Sed contra hoc arguitur, agens quod ex natura ſua neceſſario per actionem ſuã tendit in obiectum determinatum, quantum eſt de ſe, nõ põt auertere ſe ab actione reſpectu talis obiecti, hæc enim videtur eſſe manifeſta, quia prædicatum includitur in ſubiecto. ſi enim agens, quantum eſt de ſe poſſit auertere ſe ab actione circa vnum obiectũ de ſe, quãtum eſt de natura ſua, non determinatur ad actionem reſpectu illius obiecti, ſed voluntas volẽs vltimum finem ſibi oſtenſum ex voluntate ſua, poteſt auertere

ſe ab actu volendi vltimum finẽ, quia poteſt ĩpedire intellectui, vt non conſideret vltimum finẽ, ſed aliud obiectum, vt conceſſum eſt, & ita poteſt ſe auertere à volitione vltimi finis, igitur voluntas ex ſua natura, quantum eſt de ſe, non determinatur ad volendum vltimum finem neceſſario. ¶ Prætérea, voluntas volens vltimum finem ſibi oſtẽſum, poteſt ex ſe velle & non velle vltimum finem ſibi oſtẽſum. conſequentia probatur ex oppoſito, quoniam ſi voluntas de neceſſitate vult aliquid, quantũ eſt ex ſe vult ſe velle illud. Antecedẽs ꝓbatur. quia volũtas volẽs vltimum finẽ ſibi oſtẽſum, põt auertere intellectũa cõſideratione illius finis oſtenſi, ſed non auertit intellectum a conſideratione vltimi finis, niſi quia vult ſe non velle vltimum finem, ſed aliud obiectum: quamdiu enim ſe vult velle vltimũ finẽ, intellectum non auertit a conſideratione vltimi finis. ergo voluntas vltimum finem oſtenſum ſibi, poteſt ex ſe velle, ſe non velle illud. ¶ Prætereà omnis attingens ſuum obiectum formale per actum, attingit ipſum ſecundum rationem formalem & propriã ipſius potentiæ, ſed potentia vltima ſecundum rationem ſuam formalem libera eſt, & ad vtrum libet ſe habens in eliciẽdo actũ, per hoc enim diſtinguitur a potentia intellectiua, quæ de ſe nõ eſt libera, nec ad vtrumlibet ſe habens, niſi quatenus determinatur per voluntatem, obiectũ autem formale voluntatis eſt bonum. ergo voluntas per actũ ſuum libere attingit bonũ ſub ratione boni, libere ad vtrumlibet, ita ꝙ poteſt illud velle, & non velle, quando eſt ſibi oſtenſum. ¶ Præterea arguitur, contra rationem poſitionis, ꝙ non concludat, quia ſi voluntas ideo nõ poteſt velle finem vltimum ſibi oſtenſum, quia in ipſo non eſt aliqua ratio fugibilis, ſed omnis ratio appetibilis, cum intellectus informatus habitu in lumine fidei oſtendit voluntati finẽ vltimum in particulari, & hoc ſub ratione ſummi boni, in quo eſt omnis ratio appetibilis, & nulla ratio fugibilis, ſequitur ꝙ voluntas non poteſt non velle vltimum finem in particulari ſibi ęnigmatice cognitum. conſequentia patet, quia intellectus in lumine fidei certitudinaliter oſtendit voluntati Deum, vt eſt vltimus finis, nec de hoc plus dubitat, quod Deus trinus & vnus habeat in ſe rationem omnis appetibilis, & nullam rationem fugibilis: quàm de fine vniuerſali: & etiam cognoſcens finem vltimum, ſic in particulari perfectius cognoſcit quàm ſolum cognoſcens in vniuerſali ipſum: ſi igitur voluntas non poteſt non velle vltimum finẽ ſibi oſtenſum in vniuerſali, multofortius non poteſt non velle vltimum finem ſibi in particulari ęnigmatice cognitum, quod tamen negat doctor iſtam opinionem tenens. Quod ſi concedas concluſionem.

CONTRA, per eandem naturam, per quam mouet quis in finem quieſcit in fine. ſi ergo voluntas mouetur neceſſario ex ſe in finem vltimum in particulari, vt in Deum. ergo neceſſario quieſcit in iſto, ita ꝙ non poteſt non velle iſtum, & ita nõ poteſt voluntas euelli a dilectione Dei, & ſic ſit confirmatus in bono.

no. ¶ Præterea, omne, quod mouetur ex ſe in aliquid, mouetur in illud ſecundum modum naturæ ſuæ, ſi igitur voluntas moueatur neceſſario in finem vltimum, & contingenter in ea quæ ſunt ad finem, ſequitur, ꝙ non erit eadem potentia & natura, quoniam eadem natura non poteſt eſſe principium agentis neceſſario, & contingenter, quantum eſt ex ſe.

Philoſoph. 6. Ethi. CONFIRMATVR per philoſophum. 6. Ethy. vbi dicit ꝙ ad ea quæ ſunt altera genere, ſunt alteræ particulæ animæ, & ideo contingit, ꝙ ſcientificum alia particula eſt, quàm ratiocinatiuum, quia ſcientificum eſt circa neceſſarium, & ratiocinatiuum circa contingens. ſi igitur volũtas neceſſario ſe habeat circa finem vltimum, qui eſt ens neceſſarium, & contingenter circa ea quæ ſunt ad finem, quæ ſunt contingentia, ſequitur ꝙ voluntas non erit vna potentia. ¶ Præterea philoſophus probat. 8. Phyſic. ꝙ grauia & leuia non mouentur a ſe, quia tunc ex ſe ſtarent, & eſſent principium ſui ſtatus ex ſe circa terminum. ſicut animalia. igitur a ſimili, & p eandem rationem, cum voluntas moueat ſe libere in finem vltimum, voluntas poſſet habere principium ſui ſtatus circa finẽ vltimum, ita ꝙ poſſet non velle illum. Philoſoph. Phyſi. ¶ Præterea, philoſophus arguit contra Platonem. 1. de anima. ꝙ intellectus non ſit circulus, quia tunc intelligentia eſſet circulatio. ¶ Ex quo accipitur, ꝙ ſi natura eſſet eadem cum natura, actus eſt idem cum actu, ſi ergo voluntas neceſſario volens vltimum, ſit eadem cum voluntate contingenter, ea quæ ſunt ad finem, tunc actus reſpectu finis erit eiuſdem rationis cum actu, reſpectu eorum quæ ſunt ad finem, & ita ſi vnus eſt libere contingens, & alter erit. ¶ Præterea, ſi voluntas, quantum eſt ex ſe neceſſitetur ad volendum bonum ſub ratione boni, ſequitur ꝙ non poteſt non velle malum ſub ratione mali. Philoſo. 1. de anima. conſequentia patet. aliter enim ſimul poſſet velle aliquid ſub ratione boni & mali. conſequentis falſitas probatur multipliciter. ¶ Primo ſic. malum peccati ſecundum rationem propriam peccati per ſe reſpicit libertatem voluntatis, quia ſecundum. Aug. peccatum eſt adeo volũtarium, ꝙ non eſt peccatũ ſi nõ eſt volũtariũ. ergo peccatũ ſub rõne peccati eſt voluntariũ, ſed peccatũ ſub rõne peccati malũ eſt. ergo voluntas poteſt velle aliquid ſub ratione mali.

CONFIRMATVR, actus malus peccati, inquãtum peccatum eſt, aut eſt voluntarium, aut non, ſi ſic habetur propoſitum, ꝙ voluntas velit malũ ſub ratione mali, ſi non ſit volũtarium, vt malus. ergo actus vt malus non eſt peccatum. ¶ Præterea volũtas reſpuit malũ aut ſub rõne mali aut ſub rõne boni. Si ſcd̃o mõ, ita ꝙ nolit malũ ſub rõne boni, ergo ratio bonitatis eſt cauſa nolẽdi aliquid, & per conſequens voluntas nõ neceſſario vult bonum ſub ratione boni. ſi nolit malum ſub rationi mali.

CONTA, cuilibet potentiæ ſecundum actus ſuos correſpondet vnum obiectum formale ſibi adæquatum, ſed actus nolendi eſt actus poſitiuus, ſicut actus volẽdi. ergo volũtas habebit

bit vnum obiectum poſitiuum ſibi proportionatum, & adequatum ſm vtrunque actum. Non igitur actus volendi erit reſpectu mali.ſ.ſub rōne mali,& velle reſpectu boni. ¶Præterea, ſi voluntas creata & humana non poſſet velle niſi bonum verum, aut bonum apparens,& non malum per ſe. nec per ſe deordinationem in actu peccandi, tunc non poſſet plus peccare voluntas creata, quàm voluntas diuina,& increata. cōſequens eſt falſum.ergo & antecedens probatio conſequentiæ.omnia volibilia a nobis ſunt etiam volibilia a Deo ,ergo quicquid bonitatis & entitatis ſubſtracte eſt in quocunque actu volendi, vitioſe eſt volitum a Deo, ſicut a nobis.ſi igitur voluntas noſtra creata non poteſt velle per ſe deordinationem & deformitatem in actu volendi vitioſo , non poteſt plus voluntas noſtra ferri in illam deordinationem, quàm voluntas diuina increata.& per cōſequens non poteſt plus peccare in volendo illam deformitatem, quàm voluntas diuina.

CONFIRMATVR per hoc,ꝙ quicquid eſt per ſe volilitum ab aliqua voluntate,quod eſt coniunctum ſibi,eſt per accidens volitum ab eadem voluntate.ſicut ſi viſus per ſe videat aliquod viſibile,vt coloratum videt per accidens,accidēs quod eſt coniunctum per ſe viſibili, vt muſicū & diafanum, & probatur.quia niſi volens aliquid per ſe accidens , voluit illud quod coniungitur volito per ſe, tunc voluntas noſtra volens per ſe actum vitioſum, quantū ad ſubſtantiam actus , non oporteret, ꝙ per accidens voluerit deordinationem in actu, & ita non pec caret.igitur voluntas diuina volens per ſe actum quemcunque nolendi , quantum ad bonitatē in actu,per accidens vult priuationem in actu. ſi igitur voluntas noſtra non peccet, niſi quia per accidens vult priuationem difformitatis in actu. ſequitur ꝙ non plus peccet voluntas noſtra,ꝗ diuina,quia non alio mō vult actum vitioſum, quàm voluntas diuina. ¶Itē ad confirmationē eiuſdē rōnis arguitur.qa non vr̄,ꝙ voluntas ſit per ſe principaliter dānata pp illud quod eſt per accidens volitū per volūtatem , cū potentia correſ̄deat actui culpabili.cū igitur voluntas dānet̄ pp volitionē malā·ſequit̄,ꝙ ille actus nō ſit reſpectu obiecti mali p accidēs , ſed p ſe. ¶Preterea,in angelis malis,& dānatis Deum odientibus, odium Dei eſt apprehenſum , & oſtenſum voluntati eorū odiēti Deū. Aut igitur volunt odiū Dei ſub rōne mali,& hr̄ propoſitum , ꝙ malum ſub ratione mali poſſit eſſe volitū. aut eſt volitum ſub rōne boni,ꝙ ſi concedat, quia non apprehendūt odiū Dei ſub rōne boni.tunc .n. errarēt in intelligendo.& ſic plus errarent, ꝗ nos. quia non apprehendimus ſub ratione boni,nec etiam ſub ratione alicuius boni poteſt apprehendi,cum amor Dei ſit per ſe bonum, & odium ſit p ſe malum. ¶ Item apprehenſo vltimo fine per intellectum,voluntas neceſſario delectat̄,quia delectatio eſt coniunctio conuenientis cū conuenienti,& dum ſummū bonum oſtēditur volūtati,neceſſario eſt talis cōiunctio,tū quia delectatio cauſatur ab obiecto , & tūc obiectū eſt pñs,ſed delectatio

tio, vel eſt dilectio, vel ipſam cō comitans, quia apprehenſo vltimo fine voluntas neceſſario diligit illud. ¶ Item apprehēſo malo ſub ratione mali, voluntas neceſſario reſtringit, & triſtat, ſi eſt imminens. ergo apprehenſo bono ſub ratione boni, volūtas neceſſario diligit.

DISPVTATIO. XVIII.

Vtrum voluntas per aliquid aliud a ſe, vt per habitum gratia vel gloria poſſit neceſſitari, vt non poſſit velle, vel non velle finem vltimum ſibi clare oſtenſum.

VTrum voluntas per aliquid aliud a ſe, vt per habitum gratiæ vel gloriæ poſſit neceſſitari, vt non poſſit velle, vel non velle finē vltimum ſibi clare oſtenſum. ¶ Dicitur, ꝙ ꝓ obiectum, qui eſt finis vltimus ſibi clare oſtenſus, neceſſitatur volūtas ad eliciendum actum volendi circa illud obiectum, ita ꝙ non poſſit non velle obiectum illud, dum eſt ſibi oſtenſum. quia illud obiectum habet in ſe omnem rationem boni, & appetibilis. per habitum vero charitatis, aut gratiæ neceſſitatur, vt non poſſit velle illud volendum contrarium, vt malum, ita ꝙ per habitum charitatis neceſſitatur in patria, vt non poſſit auerti ab vltimo fine ſibi clare oſtēſo. ¶ Sed contra hoc arguitur. quoniam illud quod immobilitat aliud, videtur habere rationem dominij reſpectu illius, ſi igitur aliquis habitus poſſit immobilitare, & neceſſitare voluntatem, vt neceſſario velit vltimum finē ſibi oſtēſum clare, ſequitur ꝙ aliqd creatum habeat dominium ſupra libertatem voluntatis. quod falſum eſt. quia immediate ſubditur Deo ¶ Dicitur ꝙ habitus ſolum immobilitat voluntatem, ne poſſit tendere in malum, & auerti ab vltimo fine, nunc autem poſſe velle malum, non eſt libertas, nec pars libertatis, immo immobilitare voluntatem ad bonum, ne poſſit tendere in malum, non eſt dominari libertati eius.

CONTRA, ſi volūtas immobilitetur, & neceſſitetur per habitum charitatis. aut ergo ad neceſſario volendum vltimum finem clare oſtenſum, aut igitur habitus reſpectu voluntatis eſt, vt agens inſtrumentale. aut vt agens principale. Si vt agēs principale, igitur vt voluntas nō neceſſitatur per charitatem, quia agens principale non neceſſitatur per inſtrumenta. Nec ēt eſt vt agens principale voluntatis, quia tūc voluntas principaliter nō eliceret actū tendēdi in finē vltimū. ſed charitas aut gratię habitus, & ita habitus principaliter præmiaret, & nō volūtas. ¶ Dr̄ ꝙ voluntas per habitum charitatis, aut gratiæ non immobilitatur, vt per agens principale, nec vt per agens inſtrumentale. ſed tanq̄ per principium habilitandi, & perficiendi libertatem voluntatis in bono.

CONTRA, ſi voluntas ſit de ſe indifferens reſpectu a. & b. & adueniente habitu charitatis, vt in patria, determinata ſit, & immobilitata, & neceſſitata ad. b. ita quòd non poſſit in a. neceſſe eſt, vt habitus in hoc ſit agens, & principium agendi principale, quia cum voluntas & habitus charitatis, ſiue gratiæ cōcurrāt ad neceſſa-

ceſſario eliciendum actum reſpectu. b. oportet ꝙ voluntas ſit principale agens, & charitas ſecundarium, aut econtra. Et ne fiat calumnia in verbo agendi. dicatur oportet, ꝙ voluntas ſit principale principium, quo eliciatur actio, & charitas ſecūdū: aut econtra, ſi voluntas ſit principiū principale, quo agens agit iſtam actionem, ergo ad actionē illam non neceſſitatur p charitatem. quia nunquàm principium ſecundarium agendi immobilitat, aut neceſſitat principale agendi principium. ¶ Si dicatur ꝙ charitas ſit, vt agens principale, ſiue vt principiū agendi principale, & voluntas vt principium agendi ſecundarium, ſequitur hoc inconueniens, ꝙ voluntas omnino per modum naturæ tēdet in vltimum finem, & nullo modo libere, nec rationale, quoniam quando agens principale neceſſario agit, agens ſecundarium neceſſario aget. quia cum agens ſecundarium dependeat a principali agente, nec agit, nec mouet, niſi inquantum mouetur ab agēte principali. ſed agēs principale neceſſario agit, & mouet, & agens ſecundarium neceſſario mouetur: cum igitur agens principale mouet, ſecundarium non mouetur, niſi quia mouetur ab agente principali. ſequitur ꝙ ſecundarium agens neceſſario mouebit, ſi prīcipale agēs neceſſario mouet ſi habitꝰ charitatis & grǣ neceſſario mouet, & inclinat, & neceſſario, & principium mouendi. quia non eſt forma libera, ſed neceſſario determinata ad vnum. ſi igitur voluntas ſit principium ſecundarium agendi reſpectu gratiæ, ſequitur ꝙ neceſſario mouebit & per modum naturæ, ſicut habitus per modum naturæ inclinat in finem. ¶ Fiat igitur ratio ſic. In forma agēs principalē manens agens principale, quocunque ſibi addito, ſe habet mobiliter, ſicut prius. ſed voluntas informata habitu charitatis, aut gratiæ in patria, eſt agens principale, igitur immobilitando ſe habet, ſicut prius ante aduentū gratiæ. Maior probatur per prædicta. quoniam agens principale eo ipſo ꝙ eſt agēs principale, nō mouet̃ ab alio. ergo eo ipſo ꝙ eſt agens principale īmobiliter ſe habet ad ſuam actionem, ſicut prius, impoſſibile eſt enim quodcunque aliud a principali agente immobilitare principale agens. ¶ Præterea arguitur ad principale, & contra poſitionē, ꝙ voluntas non neceſſitatur ad volendum vltimum finem per habitū charitatis & gratiæ, quia prius per naturam oportet obiectum beatificum oſtendi voluntati, quàm voluntas per habitum inclinet̃ in illud. ſed in illo priori inſtanti natura cum obiectum beatificum ſit oſtenſum, vt continens omnem rationem boni & appetibilis, neceſſitat voluntatem ad eliciendum actum volendi circa ipſum. ita ꝙ nō poſſit non velle ipſum. ergo in illo inſtanti nec voluntas non poteſt auerti ab eo. igitur in ſecundo inſtanti naturæ habitus non neceſſitat voluntatem, ne auertatur. ¶ Præterea, principium principale agens ex neceſſitate habet neceſſariam habitudinem ad actionem illius agentis, quia cum agens non agat, niſi per pſincipium agendi, oportet ꝙ qualem habeat agens ad actionem ſuam neceſſariam vel contingen-

ſtingentem, ꝙ talem habeat habitudinem principium agendi ad illam actionem, ſed voluntas beati in patria eſt vt agens eliciens actum volendi, quo tendit in Deum, aliter non eſſet liber. igitur ſi beatus in patria neceſſario ſe habeat ad volendum vltimum finem, ita ꝙ non poſſit non velle illud, ſequitur ꝙ principium agendi illius actus, qđ eſt voluntas de ſe, neceſſario ſe habeat ad iſtum actum. ergo fruſtra videtur ponere aliquē habitū, vt volūtas immobiliter & neceſſario tendit in finē vltimū.

¶ Præterea ſicut materia ſe habet ad formam & actum, ita potētia videtur ſe habere ad obiectum, quia ſicut forma eſt determinatiua & actuatiua materię, ita obiectum determinat & actuat potentiam, ſed materia non poteſt ita perfici, nec actuari per vnam formam, quin appetat aliam, & ſit indifferens ad aliam. igitur nec ſimiliter potentia volitiua poteſt ſic determinari per quodcunque obiectū ſibi tale oſtenſum, quin adhuc ſit mobilis & indifferens ad illud obiectum volendum.

¶ Præterea, non videtur ꝙ aliquis habitus habeat maiorem rationem immobilitandi & neceſſitādi voluntatē, q̄ aliquis habitus reſpectu alterius potētiæ, cū voluntas ſit potentia magis libera, quàm aliqua alia potentia, ſed habitus exiſtens in intellectu non poteſt ſic neceſſitare intellectū in actu ſciendi, quin aliquando poſſit impediri ab actu intelligendi, vnde ſecundū philoſophum habēs habitū ſciētiæ poteſt impediri ab actu conſiderandi. ergo multo fortius vt videtur voluntas non poteſt neceſſitari ab aliquo habitu, ita ꝙ per illum neceſſario habeat actum reſpectu obiecti illius habitus, & ſic non videtur, ꝙ volūtas per habitum charitatis neceſſario velit vltimum finem ſibi oſtenſum.

DISPVTATIO. XIX.

Vtrum uoluntas poſſit peccare eliciendo contra dictamen rationis rectæ.

VTRVM voluntas poſſit peccare eliciendo contra dictamen rationis rectæ. ¶Quod non videtur. omnis malus eſt ignorās ex. 3. Ethic. ergo non eſt malitia in voluntate ſine ignorantia in intellectu. ergo voluntas nō pōt peccare ſtante dictatione rōnis rectæ. ¶Dicit̃ ꝙ eſt duplex ignorantia. ſ. præcedens malitiam, & concomitans, malitia vero pōt eſſe in voluntate ſine ignorantia præcedente, ſed non ſine concomitante ignorantia, & maxime verū eſt de malitia radicata.

CONTRA hoc arguitur, ꝙ malitia in volūtate nō pōt cāre ignorantiā in intellectu primo, qm̄ in primo inſtanti in quo eſt actus malus in voluntate, eſt aliquod dictamen ſiue intellectio in intellectu præcedens naturaliter actum malum in voluntate, licet ſit ſimul duratione. ¶Illud etiam dictamen aut eſt rectum, aut erroneum. ſi ſit rectum, hr̃ propoſitum, ꝙ pro illo inſtanti, pro quo aliquis eſt malus, non eſt ignorans, non pōt dici, ꝙ dictamen erroneum, quia illud ſequitur naturaliter malitiā in voluntate, quę eſt cā eius

per reſponſionem, & oportet ꝙ alia intellectio præcedat naturaliter actum in voluntate. ¶ Dicitur ꝙ non ſtatim malitiam in voluntate ſequitur error in ratione. ſed quando eſt malitia radicata, illa enim excæcat intellectum,& errat circa principia practica,vt dicitur. 6.Ethicorum.& ideo in primo inſtanti, in quo eſt malitia in voluntate, eſt dictamen rectum in ratione, ſed poſtquam eſt firmata, tunc corrumpit dictamen rectũ, & cauſat errorem in intellectu.

CONTRA, pro illo inſtãti, pro quo voluntas corrumpit dictamen rectum,& cauſat dictamen obliquum in ratione, aut eſt illud dictamen rectum in intellectu, aut dictamen erroneũ. ſi dictamen rectum, tunc ſequitur propoſitum, ꝙ malitia radicata ſit cum vero dictamine rationis, & ſimiliter ſi tunc eſſet dictamen rectum in intellectu, tunc non corrumpetur illud dictamen rectum. Non poteſt dici, ꝙ pro illo inſtanti, pro quo malitia eſt radicata in voluntate, ꝙ ſit dictamen erroneum in ratione,quia illud cum cauſatur per dictamen ex malitia in volũtate, naturaliter ſequitur malitiam in voluntate, & actus intellectus naturaliter ꝓcedit.

¶ Præterea, illud quod habet cauſam naturalem ſufficientem producentem ipſum aliam a voluntate, non cauſatur a voluntate, tunc enim idem bis cauſaretur. ſed dictamen erroneum in intellectu habet cauſam naturalem,& ſufficientem aliam a voluntate. vt patet quando dictamen erroneum cauſatur in intellectu per paralogiſmum. Nã per paralogiſmum ſufficienter, & neceſſario per modum naturæ cauſatur error in ratione. ergo nullus error cauſatur in intellectu a voluntate mala.

DISPVTAT. XX.

Vtrum hæc eſſentia diuina,vt hæc,diſtincta a ſe ipſa,vt concipitur ſub omni ratione attributali ſpeciali, ſit primum obiectum intellectus.

VTRVM hæc eſſentia diuina,vt hæc, diſtincta a ſeipſa, vt cõcipitur ſub omni ratione attributali ſpeciali,ſit primũ obiectum intellectus. ¶ Quod non videtur, quia omnis cognitio fit per aſſimilationem cognoſcentis ad cognitum, ratio aſſimilationis eſt veritas, probatio, quia veritas eſt adæquatio rei ad intellectum ſiue conformitas,& talis adæquatio, ſiue conformitas intellecti ad intellectũ eſt veritas. ergo veritas eſt primum obiectum intellectus ſui, vel eſſentia diuina ſub tali attributo. ¶Item quod eſt perfectiſſimum in entibus.& aliorũ omnium maxime contentiuum eſt primum obiectum intellectus diuini, quia illud qđ eſt primũ eſt perfectũ, ſed diuina eſſentia ſub ratione exemplaris eſt perfectiſsime omnium contentiua, ergo ipſa ſub tali ratione eſt primum obiectum intellectus ſui, & ita vnitas eſt primum obiectum, quia vnitas eſt conformitas exemplaris ad exemplata.

¶ Reſpondetur ꝙ hæc eſſentia diuina, vt hæc,eſt primũ obiectum intellectus. Quod declaratur ſic, illud debet poni primum obiectum potentiæ qđ primo mouet potentiam, & ſub cuius ratione eam mouent om-

omnia quæcunque mouent ipſam. Exemplum de colore, qui primo mouet viſum, & non album & nigrum, quia neutrum eorum mouet viſum, niſi ſub ratione coloris, quod eſt primum obiectum, ſed eſſentia diuina primo mouet, quia ratio eius eſt ratio prima, & prius ibi idē quod perfectius. Nam creatura non poteſt primo mouere intellectum diuinum, quia tunc vileſceret intellectus diuinus, quia perficeretur formaliter aliquo finito, nec eſſentia diuina ſub aliqua ratione attributali, quia notitia attributorum non naturam dicunt, ſed ea quæ circūſtant naturam, ſecundum Damaſce. lib. 1. cap. 4. præſupponunt igitur ſubiectum tanquam perfectius ſe, quia eſt cauſa illorum aliquo modo. ergo eſſentia diuina vt hęc, eſt primū obiectum intellectus. ¶ Item obiectum primi intellectus ſimpliciter debet eſſe principale intelligibile ſimpliciter ſub ratione ſimpliciter primaria. ſi primus intellectus ſimpliciter eſt intellectus diuinus, & primum intelligibile ſimpliciter eſt eſſentia diuina, quia vnumquodque ſicut ſe habet in entitate, ita in cognoſcibilitate. ergo &c. ¶ Item ꝙ ratio entis, vel eſſentiæ prima ſit ratio, patet per Auicen. qui dicit quòd illud quod primo occurrit intellectui, & in quod omnia reſoluūtur, ipſum autem in nullum aliud, eſt ens. ergo ratio entis, eſt ratio prima.

AD PRIMVM dicitur, ꝙ omnis cognitio fit p aſſimilationem, tanquam per aliquam habitudinem mediam cognoſcentis ad cognitum, non ꝙ aſſimilatio ſit obiectum ipſum, ſed aliquid communicās ipſum, ſicut quædam relatio. Exemplum color omnis eſt viſibilis, non ꝙ viſibilitas ſit ratio obiectiua, ſed eſt quædam relatio media communicans colorem prout comparatur ad potentiam viſiuam, & ita ly per, in propoſitione prima, vel poteſt dicere circunſtantiam modi obiecti referentis vnum ad aliud obiectum, & ad potentiam, & ſic nihil ad propoſitum.

AD SECVNDVM dicitur ſimpliciter, quòd eſſentia diuina eſt prius aliquo modo prioritatis, perfectiſſimum obiectū intellectus ſui & perfectiſſime omnium contentiua, quàm ſub ratione exemplaris, quia ipſa eſt quoddam Pelagus infinitum, nec ipſa ratione exemplaris eſt primum obiectum, ſed quidam modus circunſtans obiectum in comparatione ad medium eius, & ſub ipſa ratione eſſentiæ eſt perfectius omnium contentiua, quàm ſub ratione exemplaris, quia ratio cuius vt eſſentia eſt prius, & fundamētum ipſius, vt eſt exemplar.

CONTRA pedem quæſtionis. Arguitur ſic. intelligens communiſſimum debet habere obiectum cōiſſimum ſub rōne cōiſſima, talis eſt eſſentia diuina, vt eſt ens, vel eſſentia abſoluta ſumpta, & non vt hæc eſt.

¶ Contra illud quo dr̄, quia tūc vileſceret, ſi creaturæ eſſent primum obiectum, arguitur, nō minus potens eſt intellectus diuinus, & nobilis, ex re ſua intranea, q̄ ſit ſol, nec & magis infectibilis, & paſſibilis vel cōtcabilis. ſed ſol irradians ſup fętida non eſt fętidus, nec magis vileſcit.

ſcit. ergo intellectus diuinus & ſi talia primo intelligit non eſſet imperfectus. ¶ Item receptum eſt in recipiente per modum recipientis, & non per modum recepti. ergo quodcunq; intelligit intellectus diuinus per modum ſuum intelliget. & ſic nunquam vileſcit.

CONTRA rationem ad primum argumentum, nihil eſt intelligibile, niſi ſub ratione qua poteſt manifeſtari intellectui, ſed nihil poteſt manifeſtari intellectui ſine veritate. ergo veritas eſt primum obiectum intellectus. minor probatur per Auguſtinum, & Hylarium.

CONTRA reſponſionem ad ſecundum argumentum ſic. de perfectione Dei eſt non ſolum quòd contineat intrinſeca, ſed etiam extrinſeca & omnia, ſed eſſentia diuina ſub ratione, ſub qua hæc continet tantũ extrinſeca, & ipſa ſub ratione exemplaris non ſolum continet intrinſeca, ſed extrinſeca, & omnia. ergo illa ſub illa ratione erit primum obiectum intellectus ſui.

AD PRIMVM dicitur, quòd obiectum debet eſſe communiſſimum ſub ratione terminandi actum potentiæ, ſed non ſub ratione mouendi.

CONTRA, per ſe ratio formalis obiecti eſt terminare actum potentiæ operatiuæ, vel actiuę, ſiue obiectum moueat, ſiue non, ſi enim potentia eſt ſimpliciter actiua non requiritur in ea actio obiecti ad hoc quod agat, ſed neceſſario ſemper requiritur, quòd terminet actum potentiæ in omnibus vniuerſaliter, ſecundum etiam illos, qui ponunt ſpecies concreatas in angelis, non ponunt obiectum mouere potentiam, cui concreatę ſunt illæ ſpecies, ſed tantum terminare actum potentiæ, hoc igitur competit formaliter ꝙ terminet actum, ſed per ſe ſub ratione terminandi obiectũ intellectus diuinus eſt communiſſimum, quod eſt ens. ergo per ſe ratio obiecti eſt ens, vel eſſentia abſoluta, & non hęc eſſentia, vt hæc.

¶ Præterea, obiectum mouens per modum naturæ & ſufficienter, mouet ad ſę, ſicut ad actum potentiæ. ſi igitur eſſentia diuina vt hæc ſit primũ obiectum, ergo erit primum obiectum vt terminat actum primũ intellectus, quia ipſa non mouet niſi ad ſe, & ita nihil valet dicendo illa. ¶ Item illud eſt primum obiectum adęquatum intellectus diuini, ſub ratione cuius omnia alia intelliguntur, q̃cunque intelliguntur, & ſub cuius ratione omnia alia terminãt actum potentiæ: ſed Deus intelligit lapidem ſub propria ratione, qua eſt lapis, & aſinum ſimiliter. ergo aliquid debet eſſe obiectum adæquatum commune omnibus terminantibus, tale eſt ens communiſſimum, quia lapis eſt ens formaliter, & aſinus eſt ens, ſed non ſunt eſſentia Dei formaliter, ſed ratio terminandi eſt communis ratio obiecti. ergo ens, & non eſſentia Dei, vt hæc, eſt obiectum intellectus ſui.

¶ Ad hoc dicitur, & alia, quod eſſentia Dei poteſt eſſe primum obiectum, & communiſſimum adæquatum, quia includit omnia alia ſub ratione terminandi actũ potentiæ, & cõmunitate continentia, & nõ cõmuni-

munitate prædicationis, continet enim & includit omnia alia, non tamen adæquat communitatem prædicationis, ſicut & ens.

CONTRA, tunc eadem ratione eſſentia diuina eſſet primum obiectum noſtri intellectus, quia includit in ſe & continet omnia quæ poſſunt terminare actum intellectus noſtri.

¶ Item, tunc albedo eſſet primum obiectum viſus, quia continet omnes perfectiones cuiuſcunque coloris.

AD PRIMVM iſtorum reſpondeo, non ſequitur quod eſſentia diuina ſit primum obiectum intellectus noſtri, licet contineat omnia alia, ſed requiritur, quod actus intellectiuæ potentiæ feratur immediate in illud obiectum, & quòd in illo obiecto reſplendeant omnia q̃ ſecundo poſſunt terminare illam intellectionem. ſic eſt obiectũ reſpectu intellectionis Dei, & non noſtri, quia intellectus noſter non immediate fertur in eſſentiam diuinam, & oĩa alia q̃ continet per eam.

AD SECVNDVM dico, ꝙ eſſentia Dei continet omnia alia per modum ſpeculi, in quo relucent omnia alia, non eſt ſic albedo ſpeculum reſpectu aliorum colorum, & ideo nihil ad propoſitum.

CONTRA primum, tunc idem eſſet obiectũ vnius actus potentiæ & ipſius potentiæ, ꝙ non eſt verum, qm̃ ſunt plures actus illius potentiæ. Probatio conſequentiæ, ide eſt adæquatio obiecti ad intellectionẽ diuinam, quia intellectio diuina eſt vna. ſi igitur poteſt per vnã intellectionem omnino vnum intelligere omnia, vel ẽt ex vno, vel in vno adhuc eſſet idem primum obiectũ. ſ. cõe ꝙ eſt mõ, ſiue ſit rõ cognoſcẽdi alia, ſiue non. ¶Item tunc eſſentia diuina eſſet primum obiectum intellectus creati, vt Angeli, vel alterius beati.

AD PRIMVM iſtorum, dico ꝙ ſi intellectus ſit talis, ꝙ vna intellectione feratur in omnia, & illa intellectio adęquat virtutem eius, tunc maior eſt vera. talis eſt intellectus diuinus & eius intellectio.

AD SECVNDVM dico, ꝙ intellectus creatus poteſt dupliciter conſiderari, vel vt eſt potentia naturalis pręciſe, vel vt eſt beatus, primo modo non habet eſſentiam diuinam pro primo obiecto, nec aliud ſupernaturale, ſed vt beatus, cum beatitudo ſit perfectio obiecti ſupernaturalis, ſic poteſt habere eſſentiam diuinam pro primo obiecto.

CONTRA, intellectus q poteſt habere plures intellectiones diuerſas ẜm rem, vel ẜm rationem, non poteſt habere idẽ obiectum omnino re & ratione illas terminans, quia tunc eſſent plures intellectiones & nõ plures, ſed eſſentia diuina, vt terminat omnino vnã intellectionẽ, includit omnia alia vt adæquatum obiectum. ergo non omnino eodem modo plures intellectiones. ¶ Reſpondeo, ſicut in obiecto ſunt diuerſæ rationes, ſic & proportionabiliter in potentia ſunt diuerſę rationes, prout eſt plurium & diuerſarum intellectionum.

AD PRINCIPALE qd deitas ſit primũ obiectũ intellꝰ, quia operatio intelligẽdi, nõ tñ

eſt circa entia ſed circa non entia,ita intellectus intelligit cęcitatem eſſe cęcitatem,ſicut bonum eſſe bonum , ſed ens non eſt tale, quia tantum prædicatur de entibus,& non de non entibus . ergo aliquid aliud tale eſt veritas. ergo & cætera. Dicendum ꝙ non entia non intelliguntur niſi per comparationem ad ſuos habitus ſicut priuationes,ſed ſuis habitib. cōius eſt ens, & iō operatio realis & poſitiua eſt circa realia & poſitiua.Item illud eſt primum obiectū intellectus diuini,ſub cuius rōne oīa alia ſubijciunť intellectui, ſed tale non eſt eſſentia diuina,vt hęc, quia lapis nō intelligitur ſub rōne huius eſſentiæ,quia tunc non intelligeretur diſtincte, & ſic tunc confuſe.

¶ Rñdeo. intellectus diuinus ex quo formaliter eſt infinitus,non formaliter perficitur niſi infinito. tale eſt ſolū eſſentia diuina vt hęc, & ideo licet lapis ſub propria ratione eſſet intelligibilis , nunquam tamen vt intelligitur ſub propria ratione perficeretur ipſo , quia ita perfectus eſt ex intellectione primi obiecti,quod eſt infinitum,qđ nunquam pōt perfici actione alicuius ſecundarij obiecti,ſed ſemper præuenitur actione primi obiecti,qđ eſt formaliter infinitum. Item ad principale, illud eſt primū obiectū intellectus in cuius rōne & virtute oīa alia mouēt,ſed tale eſt quodlibet attributum ſuppoſita diſtinctione, quia quodlibet eorum eſt infinitū formaliter. ergo &c.Item idem eſt obiectū intellectus ſimpliciter & obiectum intellectus in quocunq;, ſed obiectū intellectus ſimpliciter eſt ens. ergo & cuiuſlibet intellectus. ergo & intellectus diuini.Itē diuerſæ potentiæ ſecūdum genus requirunt diuerſa obiecta prima. ¶ Ad primū pōt dici ꝙ rō infinitatis per prius inuenitur in hac eſſentia vt hęc, q̃ in ipſa ſub rōne attributali,& iō rō non concludit.¶Ad ſecundum dr̃,ꝙ maior eſt falſa, quia potentiæ viſiuæ ſimpliciter eſt obiectum oē viſibile, ſed viſui veſpertilionis nō eſt viſibilis lux excellentiſſima,iō non videt lucem excellentem. ¶Ad tertium dico ꝙ accipit falſum,quia idē obiectū ſub eadē rōne eſt formale obiectum cognitiuę, & ſuæ appetitiuę.

DISPVTATIO. XXI.

Vtrum eſſentia diuina ſub eadem ratione formali ſit obiectum intellectus diuini & intellectus beati, ita quod eadem ſub ratione formali terminet actum viſionis diuina, & actum viſionis beati alicuius .

VTrvm eſſentia diuina ſub eadem ratione formali ſit obiectum intellectus diuini & intellectus beati,ita ꝙ ſub eadem rōne formali terminet actū viſionis diuinæ, & actum viſionis beati alicuius. Dr̃ ꝙ non , quia ſub rōne infiniti terminat actū viſionis diuinæ,ſub hac aūt rōne non eſt obiectū intellectus beati,cum eius potentia ſit naturæ finitę, & p̄ conſequens nō poteſt habere obiectum ſub ratione oppoſita , vt ſub ratione infinita.

CON-

CONTRA, quicunque intellectus cognoſcit aut intelligit aliqđ obiectum, intelligit oē illud qđ ineſt ei per ſe primo mō dicendi per ſe, ſed quicquid eſt in Deo conuenit ei in primo modo dicendi per ſe. ergo intellectus intelligens eſſentiam diuinam intelligit omnia quæ cō ueniunt & inſunt eidem eſſentiæ, talia autem ſunt infinita, ergo intellectus beati intelligit infinita. ergo intelligit Deum ſub ratione infinita. Maior eſt euidens, quia quicunque intelligit aliquid ſiue diſtincte ſiue indiſtincte, clare ſiue obſcure, intelligit eodem modo illud qđ eſt de per ſe in intellectu & conceptu eius: vt qui intelligit hominem: intelligit animal, vel ſaltem quicunque intelligit aliquod obiectum poteſt intelligere omnia illa, quæ ſunt de per ſe intellectu eius: quia illa non continentur in illo obiecto, niſi virtualiter, & per conſequens plus eſt intelligere illud obiectum, quam illa quæ ſic includuntur, huiuſmodi autem ſunt quæ per ſe primo modo dicendi per ſe conueniunt alicui obiecto. Minor patet per hoc quod illud, quod conuenit alicui per ſe primo modo eſt eius eſſentia vel principium eſſentię ex primo poſteriorum, ſed quicquid eſt in Deo eſt eſſentia diuina & idem cum ea, ergo quicquid eſt in Deo conuenit ei primo modo dicendi per ſe. ergo &c.

¶ Præterea, nulla potentia quietatur in aliquo obiecto, niſi ſub illa ratione, ſub qua includitur in eo totalis perfectio ſui primi obiecti, ſicut potentia viſiua, non quietatur in aliquo obiecto, niſi in illo includatur omnis perfectio ſui primi obiecti, quia ſub alia ratione illud primum obiectum non adæquat potentiam, & per conſequens eam non quietat. ergo intellectus non quietatur in videndo eſſentiam diuinam, niſi ſub alia ratione ſub qua eſſentia diuina includit totam perfectionem veritatis, aut entis, aut cuiuſcunque, quod ponitur primum obiectum intellectus, ſed ratio totalis perfectionis veritatis alicuius entis, eſt ratio infiniti intenſiue, quia eſt ratio rei non habentis excedentiam, ergo intellectus non quietatur videndo eſſentiam diuinam, niſi videat eam ſub ratione infiniti.

¶ Præterea, potentia quæ tendit in diuerſa obiecta per ſe nō quietatur in vno, niſi ſub ratione ſub qua eminenter includuntur perfectiones illorum in illo vno, ſicut potentia viſiua tendens in album & nigrum per ſe, non quietatur in aliquo obiecto, niſi ſub ratione ſub qua includit perfectiones omnium colorum, ſed intellectus noſter poteſt cognoſcere infinita obiecta, vnde eſt cognitiuus infinitorum, non igitur quietatur in eſſentia diuina, niſi ſub ratione ſua qua includit perfectiones infinitorum intelligibilium, ſed hęc ratio eſt ratio infinitatis, ergo &c.

¶ Præterea, cognitio intuitiua differt a cognitione abſtractiua in hoc, quod abſtractiua abſtrahit ab exiſtentia rei, quia poteſt eſſe de re abſente, ſicut præſente, cum ſit per ſpeciem eſſentialiter repræſentan-

ſentantem rem abſentem, ſicut præſentem, ſed cognitio rei intuitiua eſt de re, vt præſens eſt. ſed cognitio Dei & beati in patria reſpectu eſſentiæ diuinę, eſt intuitiua. maxime ergo eſt reſpectu eſſentiæ diuinæ, vt exiſtens eſt. ergo ſub eadem ratione eſſentia diuina terminat cognitionem diuinam, & beati in patria. Vnde ſi eſſet eſſentię, reſpectu eſſentiæ diuinæ ſub alia rõne q̃ ſub rõne qua exiſtens eſt, poſſet cognoſci cognitione abſtractiua, & non intuitiua a beatis.

¶ Præterea, arguitur ꝙ beatus videns eſſentiam diuinam videat infinita, & per conſequẽs videat eſſentiam ſub ratione infinita, quia ſub rõne, qua repræſentat infinita. Antecedens oſtẽditur ſic, quia ſi videns eſſentiã diuinam non videret omnia, q̃ in Dei ſunt eſſentia, hoc non eſſet niſi propter aliquam dñam ipſorum, quia ꝙ vnum cognoſcitur, & aliud non, hoc non eſt niſi propter aliquam dñam, hęc autem dña aut eſt ſm rõnem, aut ſm rem, non autem pp differentiam realem, quia nihil differt realr in diuinis ab eſſentia. Tum, quia in diuinis nõ eſt differentia realis, niſi perſonarum. ſed hæc differentia non impedit, quin intellectus videns vnã perſonam, videat aliã. ergo differentia realis non impedit. nõ ẽt dña rõnis, quia perſona differt ab eſſentia ſm rõnem, & tamen intellectus videns eſſentiã videt & perſonam. ergo dña ſecundum rõnem non põt impedire, quin beatus videns eſſentiam diuinam, videat omnia, quæ continẽtur in ea, quæ ſunt infinita.

¶ Præterea, ad idem ſic. ſi intellectus beati videns eſſentiam diuinam, nõ videat omnia quæ relucent in eſſentia, aut hoc eſt pp impotentiã intellectus vidẽtis, aut pp diuerſitatem ſpeculi repræſentantis, quia magis clare repræſentat vnum, q̃ aliud, aut pp diuerſitatẽ illorum, quæ includuntur, quia .ſ. vnum natũ eſt cognoſci ab intellectu, & nõ aliud. Non illo tertio modo, qa qua rõne vnum eſt cognoſcibile ab intellectu, & aliud: nec propter diuerſitatem ſpeculi repñtantis, quia illud vniforme eſt ſimpliciſſimum: nec pp impotentiam intellectus cognoſcentis, quia poteſt cognoſcere eſſentiam diuinam, & non eſt magis cognoſcere ea quæ includũtur in eſſentia, q̃ eſſentiam. Et hoc eſt ſic arguere, imperfectio potẽtię cognitiuę reſpectu vniꝰ, & non reſpectu alterius, nõ eſt, niſi quia vnum obiectum eſt pfectius cognoſcibile, quã aliud: ſi enim eſſent ęqualiter cognoſcibilia, & ęqualis cognoſcibilitatis non eſt potentia magis imperfecta ad cognoſcẽdum vnũ, quàm aliud, ſed eſſentia diuina eſt obiectum ita perfectum cognoſcibile, ſicut illa quæ includuntur in eſſentia, vel maioris. ergo non eſt propter imperfectionem potentiæ cognoſcẽtis, ꝙ cognoſcat eſſentiam, & non alia quæ includuntur in eſſentia. ¶ Præterea, intellectus beati quietatur in videndo eſſentiam diuinam, ſed non quietaretur, niſi videret infinita, quę relucẽt in ea, quia ſi cognoſceret finita, appeteret plura cognoſcere, cũ ea poteſt cognoſcere. ergo appetitus eius non quietaretur. ergo &c. ¶ Præterea, beatus videns eſſen-

eſſentiā diuinā, aut videt ſub ratione infinita, aut non ſub ratione infinita. ſi primo modo, habetur propoſitum. ſi ſecundo modo. ergo cum videat eſſentiam diuinam ſub alia rōne, & non ſub ratione infinita, ſequitur ꝙ videat eā ſub rōne finita, & ita finitum quietaret, quod falſum eſt ¶Item eſſentia diuina, vt nuda, eſt obiectum intellectus diuini, & ſic eſt obiectum intellectus beati. ¶ Itē eſt obiectū intellectus diuini ſub rōne veri, & ſic eſt obiectū intellectus beati. ¶Itē beatificat intellectum diuinū, vt bonū vltimū. ſic ēt & intellectum beatū. ergo &c. ¶ Itē infinitum nunc ſcitur de Deo. ergo in patria videbitur. ¶ Item modus intrinſecus obiecti videtur, ergo obiectum per ſe videtur ſub iſto modo.

DISPVTATIO. XXII.

Vtrum eſſentia Dei ſecundum rationem eſſentiæ ſit aciei intelligentiæ principium formale intelligendi.

VTRVM eſſentia Dei ſecundum rationē eſſentiæ ſit aciei intelligentiæ principium formale intelligendi. Et intelligo de intelligentia proprie dicta. ¶ Quod ſit in Deo, idem eſt eſſe & intelligere. 1. li. de tri. c. 4. 1. particula. 4. ſed eſſentia diuina eſt ratio eſſendi. ergo & rō intelligendi. ergo &c. ¶Ad qōnē dico, ꝙ qō, ſi quæratur de rōne intelligendi, pōt hr̄e triplicem intellectū, vel de rōne elicitiua, vel repn̄tatiua, vel obiectiua, & terminatiua. Tn̄ vr̄ qō magis q̄rere de rōne principij elicitiui, talis eſt eſſentia. Qđ declarat̄ ſic, illud qđ eſt ſufficiens repn̄tatiuū ex parte intellectus, qui eſt reſpectu oīum, q̄ pōt intelligere, vr̄ ratio formalis intelligendi oīa, talis eſt eſſentia. ergo. Minorē ꝓbo ꝑ Aug. 15. de tri. c. 14. vbi prius.

CONTRA, vr̄ ꝙ diſtinctio non ſit cōueniens, quia qō quærit de rōne formali, & in tāto vr̄ ſe determinare & præſcindere rōnem formalē contra rōnem repn̄tatiuā, & rōnem obiectiuam. ergo non oportet diſtinguere. ¶Itē cōtra aliud in pede qōnis, quia qn̄ dr̄ ꝙ eſt rō repn̄tatiua, aut rō elicitiua, & rō repn̄tatiua ſunt eadē ſm rē, aut ſm rōnem tm̄, ſi ſm rōnem tm̄, ſic oīa ſunt eadem in diuinis. ¶Item in nobis non vr̄ ꝙ principium repræſentatiuum ſit ratio formalis: quia ſi ſic, eadem ſpecies eſſet repræſentatiua, & elicitiua. ergo ſequitur, ꝙ primus actus intellectus erit reflexus, quia ſpecies eſt forma intellectus, & antequā intelligat oportet ꝙ ſe conuertat ſup ſpeciem. Item Auguſtinus non videtur eſſe pro hoc, quia nihil loquitur de principio formali, ſed de principio effectiuo, ſicut patet per eundem in capitulo ſequente, quod verbum omnia nouit ſicut pater, & ſicut pater effectiue, ſic concludit ibi de filio.

AD PRIMVM dicitur, quod non diſtinguit illa, niſi ex parte intellectus, quia intellectus poteſt eſſe ratio repræſentatiua ſub vna ratione, & ſub alia ratione ratio obiectiua, nō autem diſtinguitur ex parte obiecti. per hoc etiam patet ad ſecundum.

CON-

CONTRA, medium repñtatiuum nõ põt intelligi,niſi dr̄ exparte intellectus, vel ſumitur pro aliquo tali, qđ eſt ſimile ſpẽi in nobis,vel pro obiecto,ſecũdum quod dicimus eſſentia diuina repñtat ſe intellectui, vt obiectum primo mõ, licet ſpẽs ſit eadem ſm rẽ, tñ differt ſm rõnem,vt repræſentat, & vt elicit ¶Item oportet ꝙ præſens intellectui repræſentaret obiectũ, anteq̃ intellectus habeat aliquẽ actum, ergo ante omnem actũ directiuum eſt actus reflexus. ſimiliter conuertet ſe in obiectum, antequam habeat pſens ſibi,& ita conuerſio eſt actus,vt intellectus intelligit formã,antequam conuertatur ſuper ſuã formam.¶Ad primũ dr̄,ꝙ obiectum repræſentat,& ſpecies,ſed alio & alio modo, nec qñ conuertit ſe ſuper ſe habet aliquem actum elicitum,ſed & &c. ¶Itẽ intentionale tm̃, nõ eſt propria ratio, vel principium alicuius actionis realis, ſed ſpẽs virtute luminis eſt quid intentionale. ergo &c. ¶ Item operatio præſupponit eſſe. ergo per ſe operari per ſe eſſe, ergo operatio vna vnum principium, ſed intellectus & ſpecies non ſunt vnum. ergo &c. ¶Ad primum dicitur, quod verum eſt de intentionali tm̃,non de intentionali vt innititur alicui reali, ſic eſt de ſpecie reſpectu obiecti.¶Ad ſecundum dr̄,ꝙ non oportet,ꝙ ſit ſimilis vnitas hinc & inde,&cæte. ¶Item ſi eſſentia ſub ratione eſſentiæ ſit principium formale cognoſcendi,& intelligendi, cũ eſſentia ſit tantum eſſentiæ, ſicut æquinitas tantum æquinitas,ergo tantum erit ratio intelligendi ſe.

DISPVTATIO. XXIII.

Vtrum attributa diſtinguantur ex natura rei.

VTRVM attributa diſtinguãtur ex natura rei. ¶ Qđ non, quia ſi ſic, ſapientia non eſſet formaliter pfectio ſimpliciter. Probatio conſequentiæ,quia perfectio ſimpliciter eſt cuilibet melius eſſe, q̃ non eſſe, ſed ſapientia non eſt formaliter in bonitate,ſi diſtinguantur,ergo &cæte. ¶ Vel ſic, formetur ſapientiam eſſe formaliter ſapientiam. formaliter eſt perfectio ſimpľr,ſed pfectio ſimpliciter cuiuſlibet, eſt melius ipſum q̃ non ipſum ſm Anſel. mono. bonitati igitur formaliter melius eſt eſſe ſapiẽtiam formaliter, ſed ꝙ melius eſt ponendum eſt in diuinis,ergo &c.¶Item attributa differũt a relationibus, quia relationes non ſunt de ratione intrinſeca eſſentiæ, ſed magis extrinſecę, quaſi pullulantes ab ea.

¶ Vnde relationes habent eſſentiam vt fundamentum propter quod poſſunt plures relationes fundari in eſſentia diuina,differentes formaliter,vñ nõ dicitur quod eſſentia ſit pelagus relationum,ſed tantum attributorum, quia ipſa intrinſecus claudens, q̃a attributa ſunt eſſentiæ intrinſeca,& infra eam includuntur. ſi igitur diſtinguũtur formaliter ex natura rei, videtur quod infra eſſentiam ſimplicem ſit aliqua compoſitio ex potentia, & actu, vel aggregatio,quod repugnat diuinæ ſimplicitati.¶Tertio attributum eſt abſolutũ, & ſecundũ te eſt infinitum

nitum formaliter,& eſt quędam perfectio infinita, infinito autē nihil eſt aliud, ꝙ ſibi addi pōt. ergo formaliter non erit diſtinctum ab aliquo alio,quia impor tat limitationem. Eſt enim diſtinctio quædam præciſio vnius ab altero. ſi igitur ſit infinitum formaliter, vt tu dicis,non erit formaliter diſtinctum ab eo.

¶ Item quarto relationes dupli cem habentes rationem,ſiue reſpectum vnum ad fundamentū, alium ad oppoſitum, licet ergo ſm̄ reſpectum, quem habet ad fundamentum tranſeat, & non diſtinguatur ab eſſentia formaliter, nec ab oppoſito, ſecundū tamen illam rationem, ſm̄ quā reſpicit oppoſitum, non tranſit, & ideo non eſt mirabile,ſi ſm̄ il lam poteſt relatio diſtingui formaliter ab eſſentia, & ab oppoſito: nunc autem formaliter attributa tantum vnam habent ra tionem,ſcilicet ad fundamentū, quia abſoluta ſunt ſm̄ ꝙ tranſeunt in fundamētum, ergo nul lo modo poſſunt diſtingui formaliter,nec ab eſſentia, nec ab oppoſito. ¶ Ad hoc eſt auctoritas Dionyſij de diui no.5 & 6. quanto numeri diſtant magis a monade, tanto magis diſtant inter ſe,& quāto minus,minus, ſed Deus eſt monas. ergo in ipſo eſt minima diſtantia. ¶ Item Anſel.monol.c.2.

AD PRIMVM, perfectio ſimpliciter pōt dici vt vniuerſali ter perfectio, & eſt in quolibet melius ipſum, q̄ non ipſum, ſic ſapientia eſt perfectius ſimpliciter. Alio modo perfectio ſimpliciter dicitur, prout diſtingui tur contra ſecundum quid, hoc modo ſapientia non eſt formali ter perfectio ſimpliciter,talis autem perfectio nō eſt illud,quod in quolibet melius eſt ipſum, quàm non ipſum.

CONTRA, ſapientia eſſe formaliter ſapientiam,eſt perfectio ſimpliciter,ſi igitur eſſe formaliter ſapientiam eſt perfectio ſimpliciter, & iuſtitia ſit omnis perfectio ſimpliciter, vel habet omnem perfectionem, tunc iuſtitia eſt formaliter ſapientia, verum eſt, ꝙ omni modo eſt perfectio ſimpliciter,quo poteſt eſſe. ergo omne aliud, eſt fallacia conſequentis,quia nihil aliud formaliter poteſt eſſe illud, niſi ipſum, ſed alia poſſunt eſſe ipſa formaliter perfectio ſimpliciter, ideo idem eſt, ac ſi argueretur, omnis homo, ergo omne animal.

CONTRA, mēbra diſtinctionis coincidunt, quia perfectio ſimpliciter nō ſm̄ quid, eſt cui deeſt alia perfectio, ſed talē melius eſt cuilibet eſſe, quàm non eſſe,& illud eſt vniuerſalis perfectio, verum eſt realiter, ſed non formaliter.

CONTRA, ſi non diminuit a perfectione melius eſt cuilibet cognoſcibili ipſum, q̄ non ipſum. ¶ Dico ꝙ diſtinctio eſt bona,perfectio enim ſimpliciter vno modo eſt quæ nullam imperfectionem includit, ſicut paternitas eſt perfectio ſimplici ter, quæ ſcilicet nihil diminuit de perfectione, & hoc mō non intelligit perfectionem eſſentię. Vnde eſſe formaliter ſapiētiam eſt perfectio ſimpliciter, prout dicit nō diminuere a perfectione. ¶ Vnde bonitas, ſi eſſet formaliter ſapientia, non diceret perfectionem ſimpliciter,nec eſſet melior ſic, quàm non,

CON-

CONTRA, tunc eſſet hęc & alia perfectio ſimpliciter, nec ſic de Deo & creatura,q̨a Deus non includit omnem perfectionem creaturæ, ideo non eſt melius,iſta duo quàm vnum, bonitas autem formaliter non includit ſapientiam, quorum vtrū que vt ſic eſt perfectio ſimpliciter.ergo videtur perfectio eſt bonitati includere ſapientiam.¶Dico ꝙ eſſe per identitatem ſapiētiā eſt perfectionis ſimpliciter, & perfectius,quàm non eſſe,non autem formaliter.

CONTRA, melius eſt bonitatem eſſe identice ſapientiā, & etiam formaliter,quàm formaliter ſolum, ſicut melius eſt bonitati eſſe formaliter bonitatem quàm identice ſolum.¶Præterea ſi ſapientia non eſſet bonitas,niſi identice ſolum, tunc nō eſſet magis bonitas,quā relatio.

AD PRIMVM iſtorum dicitur,ꝙ non eſſet bonitati perfectio ſimpliciter eſſe formaliter ſapientiam, ſed ſapientiæ eſt perfectio ſimpliciter gratia materiæ. Vnde bonitas non eſt formaliter ſapientia, quod non eſt propter incompoſſibilitatē extremi, ſed modi vniendi. Vnde perfectius ſimpliciter melius eſt non eſſe formaliter aliam, quàm eſſe.

CONTRA, ſi eſt perfectio ſimpliciter includit aliam. ¶Reſponſio.includere in ratione ſua quiditatiua non eſt perfectio ſimpliciter, nec eſt perfectius,quàm non includere. ¶Arguitur finitum & infinitum non diſtinguuntur,quia infinito non eſt poſſibilis additio. ¶Reſponſio quod falſum eſt, quia ſi color eſſet infinitus,adhuc non eſſet linea,nec in eadem ſpecie eſſet hic, quia ſi eſſet hæc albedo,non eſſet alia albedo. ideo nec in eadem ſpecie nec in diuerſis ſpeciebus,ſequitur, quòd ſi aliquid ſit infinitum,ꝙ ſit formaliter aliud.

CONTRA hoc arguitur, & ad quæſtionem ſecundū ſanctos,perſonę diſtinguuntur per reſpectus,hoc cōcedunt omnes, nec pro alia cauſa ponunt ſancti illud,niſi quia repugnat pluribus formis abſolutis eſſe vnū in abſtracto, perſonæ autē ſunt ſimpliciter idē in eſſentia, ideo perſonæ non diſtinguuntur abſolutis formis, ſed attributa diſtinguit formaliter,& eſſe idem identice eſt incidere in illud q̄d vellent vitare.¶Præterea, diuinæ bonitati congruit eſſe omnis ꝑfectio ſimpliciter,ſed eſſe formaliter ſapientiā eſt perfectio ſimpliciter.ergo diuinę bonitati cōgruit eſſe formaliter ſapientiā. Probatio maioris,nihil eſt perfectio ſimpliciter niſi ſit melius cuilibet ipſum, quā non ipſum, hic eſt huiuſmodi,ergo ſibi conuenit omnis perfectio ſimpliciter.¶Dicitur ꝙ verum eſt cuilibet meli⁹ eſt cuilibet ſuppoſito.

CONTRA Anſel. probat ꝙ eſſentia diuina eſt vna, non ꝙ pater, & filius ſit tantum rationis,& arguit melius eſt cuilibet ineſſe perfectionem ſimpliciter.ergo melius eſt eſſentię diuinæ,quod non ſequeretur, niſi cuilibet in antecedente diſtribueret pro formis, & tantum ꝓ ſuppoſitis.

CONFIRMATVR, niſi forma ignis eſſet melior, ſi eſſet forma ignis & papientia quàm nunc eſt ſapientia, non eſt perfectio ſimpliciter.Probatio minoris.ſ. ꝙ eſſe formaliter ſapientia

eſt perfectio ſimpliciter ſecundum ꝙ formaliter determinet compoſitionem, quia eſſe formaliter ſapientiam, eſt quædam perfectio, ſed omnis perfectio habet ſuam perfectionalē quantitatem, ſed finitum & infinitū congruunt quantitati, ſicut par impar numero, ita ꝙ ex ſimili diſtinctione ſunt conuertibilia quantitati, ergo ſi eſt perfectio, & non finita. ergo infinita ſimpliciter perfectio, ſcilicet ꝙ cuilibet melius ſit ipſum eſſe, quā non eſſe. ¶ Item relatio diuina non eſt finita, neque infinita ſecūdum eos, qđ eſt contradictio, cum habeant quantitatem ſuā. ¶ Item, probo minorem ſic, eſſe formaliter ſapientiam vt formaliter determinat compoſitionē, aut eſt formaliter idem cum eſſe ſapientiam, aut non. ſi ſic habeo propoſitum, cum eſſe ſapiētiam ſit perfectio ſimpliciter, ergo eſſe formaliter eſt quidem modus, & formalitas, & eſt in Deo. aliter nihil eſſet in Deo, qđ eſſet formaliter ſapientiā, quod eſt falſum, quia ſapientia eſt formaliter ſapientia, & non eſt eadem ſecūdum te. ergo ſunt duæ formalitates, illa quæ erit in formalitate. a. quæro vtrum erit. a. eſſe formaliter. a. ſit idem. ſi ſic, ergo eadem ratione ſtandum erit in primo, ſi non, erit proceſſus in infinitum. ¶ Item ad principale, licet ſapientia diſtinguatur formaliter a bonitate, vtraque tamen eſt infinita formaliter. ſapientia igitur infinita eſt, & non ſolum quia eſt eadem eſſentiæ, ſed formaliter. tunc arguo. infinitas formalis, & ſapientia ſi ſint duæ formalitates, iſta infinitas non eſt in ſapientia, niſi identice, & tunc ſapientia non eſt infinita formaliter. ſic eſt infinitas iſta in paternitate. ergo paternitas eſt æque infinita formaliter, ſicut ſapientia. ergo ſapientia non eſt infinita formaliter, ſicut nec paternitas. Si ſint vna formalitas eadem ratione infinitas vnitatis eſt bonitas, ergo quot ſunt attributa tot ſunt diſtinctę infinitates formaliter, ſed omnis infinitas perfectionalis eſt pelagus infinitum, ergo tot ſunt pelagus infinita, quot ſunt perfectiones attribuibiles, quod eſt contra Dama. c. 6. vnum eſt pelagus diuinæ eſſentiæ, aliæ ſunt circunſtantiæ. ¶ Item niſi in patre eſſent duę formalitates, non eſſet intelligibile, quia pater eſſet idē ſimpliciter cum filio, & tamen diſtinctus pſonaliter ab eo, ſed quia alia formalitas eſt eſſentia, & alia relatio. ideo ſunt idem, & diſtinguuntur, ſed in formalitate quæ eſt ſapientia, non ſunt duę formalitates ſecundū eos, ſed ſapientia eſt vna formalitas, ita etiam, ꝙ infinitas eius eſt eadem formalitas cum ſapientia ſecundum eos, ergo non eſt intelligibile, ꝙ ſapientia habeat, ꝙ ſit idem ſingulare cum bonitate, & tamen formaliter diſtinguatur ab ea, & multofortius. pr̄ enim licet habeat duas formalitates, non prædicatur identice de filio. hæc enim eſt falſa omnino, pater eſt filius, ſed hęc eſt vera, ſapientia eſt bonitas. ergo ſapientia eſt magis eadem bonitati, quàm pater filio, quia pater ſaltem identice dicitur de ea. ¶ Item ſi ſapientia diuina eſſet ita ſapientia, ꝙ nullo modo bonitas, nec formaliter nec virtualiter, tunc eſſe finita ſecundū omnes, ergo ſi ſapientia eſt ſic formaliter ſapientia, ꝙ non formali-

maliter bonitas, eſt formaliter finita. ¶Item qualitercũque ponatur aliquid infinitum eo modo, quo ponitur infinitum inclu dit omne aliud. Probatur inductiue, ſi aliquid eſt infinitũ corporaliter, vel dimenſiue includit omne aliud corpus, & omnem aliã dimenſionem corporaliter, & dimenſiue. ergo ſi aliquid eſt infinitũ formaliter includit omnem aliã formã formaliter. ¶Itẽ ſapientia nõ eſſet infinita idẽti ce, niſi idẽtice haberet in ſe omnem perfectionem, ergo ſapien tia non erit formaliter infinita, niſi habeat in ſe omnem perfectionem ſimpliciter.

CONTRA, arguitur, intellect⁹ Dei in primo ſigno ęter nitatis, aut intelligit diſtincte iſtas perfectiones, aut non, ſi ſic cum intelligit ea in ſe, idẽ ſunt abſque negociatione. ergo ſunt diſtinctæ aũ oẽm negociationẽ, ſi non, ergo intelligit eas cõfuſe, & ita non pfecte, qualiter non di ſtincte & perfecte. ¶ Reſponſio patet, ſecundum loquentes de lumine, ꝙ in potentia ſolũ ſunt formalitates diſtinctæ, & non ex natura rei ſed ex lumine oſtendente. ¶ Tamen aliter dico, ꝙ hic eſt æquiuocatio, & conſequens, nam indiſtinctæ & etiam diſtinctę æquiuocũ indiſtincte vna prouenit ex potentialitate. ſecundo metaphiſicæ in fundamento naturæ nihil eſt diſtinctum, hæc indiſtinctio eſt potentialis. Alia indiſtinctio eſt ex actus puritate. hæc indiſtinctio eſt vnitio, & ſic alia ſunt ibi indiſtincte, id eſt vnitiue, & tamen diſtincte id eſt actualiter non potentialiter. ¶ Item arguitur, ſapientia & bonitas dicuntur in creaturis ſecundum ſuas rationes formales, infinitas autem adueniens non tollit ab eis ſuas formalitates. ergo in Deo vbi vtraque eſt infinita, erunt diſtincta formaliter. ¶ Dico quòd in creaturis ſunt formalitates & etiam diſtinctę. ¶ Infinitas autem in Deo non tollit ipſas formalitates, ſed tollit earum diſtinctionem. in Deo autem eſt formaliter ſapientia, & formaliter bonitas, diſtinctio tamen eorum eſt ablata.

CONTRA, ſuperficies eſt vna formalitas alia a linea, ſi vtraque eſſet infinita adhuc linea non eſſet ſuperficies, ideo infinitas non tollit earum formalitates, nec diſtinctionem. ergo infinitas non tollit attibutorum formalitates, nec diſtinctionem. ¶ Reſponſio, ſuperficies bicubita eſt formalitas, qua eſt ſpecies continui, & alia qua eſt ſpecies continui numerati, addatur tricubitũ, ꝙ ſi fiat, nihil additur formalitati, inquãtum eſt ſuperficies; quia nunc eſt ſuperficies, ſicut prius, ſed tantũ eius, vt ſit ſuperficies maior in partibus quantitatiuis, ſed non intenditur in ſua formalitate, ſed ſecundę formalitati apponitur aliud, quo reſultat formaliter ꝑfectio, quàm ſine ipſo. Nam bicubita quantitas continetur in tricubita, ſicut trigonum in tetragono, & hinc eſt ꝙ infinita ſuperficies non tollit diſtinctionem formalitatis ſuperficiei a formalitate lineæ inquantum linea eſt. ¶ Item arguitur, determinata relatio conſequitur determinatum modum in fundamento. 5. Meta. omnis relatio eſt modus ſuæ menſuræ, & numeri vel potentiæ. ergo ſi hi modi, ſcilicet attributa non diſtinguuntur

tur in eſſentia Dei ſine opere intellectus. ex quo relatio non conſequitur eſſentiam mō naturæ, ſi conſequitur eſſentiam continentem omnem modum vnitiue, quia eſſentia eſt omnis perfectio vnitiue ſecundum te, relatio ſequens eſſentiam naturaliter continet etiam omnem relationem vnitiue. ¶ Dico ꝙ ſi per impoſſibile Deus non eſſet cauſa alicuius, niſi neceſſitate naturę ſicut philoſophi dixerūt, ſicut ſol producit radium, tamē illud ens eſſet ens participatū, & non eſſet ens per eſſentiam, nec ęquaret Deum, nec eſſet infinitum, ſicut Deus. ergo licet relatio ſequatur eſſentiā infinitā, continentē vnitiue omnia, non æquatur ei: cauſa agens quantū eſt de ſe æquat ſibi effectum, ſed effectus ſortitur quidem & limitationē a gradu, in quo recipitur, & recipitur in gradu, & diſtātia determinata a monade, ergo non infinita, licet gradus nō ſit aliud quàm creatura. ¶ Item arguitur, in vna intentione ſimplici non pōt eſſe ordo ſecundum rem, in eſſentia vt fundat relationem eſt ordo ſm rem, quia ordinate fundat. ergo ante relationes illas eſt ordo realis, & relatio realis. ¶ Dico, ꝙ eſſentia diuina ſimul, & ſine ordine, quantū eſt de ſe fundat omnes ſuas relationes, ita ꝙ omnes relationes ſunt ſimul æquantes vnum eſſentiæ fundamentum, ſed aliquando habent ordinē, ſicut. n. non habent infinitatē pp * internalem, ſic habent ordinē pp internalis, de natura enim geniti eſt ꝙ prius generetur, quā amor ſpiretur, ergo internalis inter patrem & filium eſt prius internale inter ſpirantem & ſpiritum ſanctum, ideo eſt ordo inter illas relationes.

atio- inter .

DISPVTAT. XXIIII.

Vtrum cum ſumma ſimplicitate perſonæ diuinæ poſſit ſtare pluralitas reſpectuum realium in eadem natura ante omnem actum intellectus.

VTRVM cum ſumma ſimplicitate pſonæ diuinæ poſſit ſtare pluralitas reſpectuum realium in eadem natura ante omnem actum intellectus. ¶ Probo ꝙ non, quia pluralitas rationum intelligibilium ſubiectiue exiſtentium in eadem re, non poteſt ſtare cum ſimplicitate illius rei. ergo nec pluralitas rationum realium poterit ſtare cum ſimplicitate alicuius rei. conſequentia patet, quia maior eſt compoſitio rei & rei aliquorum tantum ratione differētiū. Maior probatur. quia rō intelligibilis in intellectu, aut eſt ſpecies, aut eſt verbum, ſed non cōuenit ponere plures ſpecies, vel plura verba in aliqua perſona Dei ante omnem actum intellectus. ergo &c. ¶ Itē illlud nō debet poni, quo circunſcripto ponit͛ perfectio in Deo. quanta poneret͛ ipſo poſito, ſed hoc ponitur ponēdo tales rōnes reales plures ante omnem actum intellectus. ergo &c. Maior patet de ſe, & minor probatur ſic. Realitas eſſentiæ nudæ æquiualet rationi ſapientiæ poſitę cū realitate eſſentiæ. ergo a ſimili realitas eſſentię nudę æquiualet rōni relationis poſitę cū realitate eſſentię: nō igit͛ oportet ponere tales

tales rationes reales in perſonas diuerſas, ante omnem actũ intellectus. Reſpondetur, ꝙ ſic ꝙ declaratur ſic eſſentia de ſe eſt communicabilis ante omnẽ actum intellectus ſecundũ omnes ex natura rei, relatio perſonalis de ſe incommunicabilis, hæc duo ſunt in patre ante omnem actum intellectus. Probatio. quia oportet vnũquodque prius eſſe perfectum ineſſe primo, quàm ineſſe ſecundo, ergo oportet ꝙ pater prius habeat eſſentiam & relationem in ſe, quã intelligat, & inter ſe, vt argumentatum eſt differunt, ergo ante actum intellectus differunt. ¶ Itẽ perfectio ſimpliciter eſſentię diuinæ includit omnem perfectionem ſimpliciter, ergo ante omnem opus intellectus &c. ſed vbicunque ſunt alia, & aliquid eſt ſubiectum vni, & obiectũ vnius, quod non alterius inter ſe ipſa differunt, quia contradictio eſt, ꝙ aliquid ſit ſubiectum vni ex natura rei, & non alterius, niſi illa eſſent aliquo modo diuerſa ante omne actum intellectus, ſed aliquid eſt ſubiectum diuino intellectui, vel obiectum diuino intellectui, quod non eſt ſubiectum diuinæ potentiæ, vel obiectum eius, ergo ex natura rei differunt.

AD PRIMVM argumentum reſpondetur, ꝙ maior eſt vera in creaturis, vbi tales rationes intellectuales ſunt accidentia, & neceſſario faciunt compoſitionem cum anima, quæ eſt ſubſtantia, in Deo tamen maior iſta eſt falſa, ſicut patet de diuinis perſonis, & de rationibus attributalibus. ¶ Ad probationem dico, ꝙ facit fallaciã cõſequẽtis, arguendo ex inſufficiente, quia tales rationes reales non ſunt ſpecies, nec verba, ſed rationes conſubſtantiales, & formaliter diuerſæ eędem realiter in eſſentia diuina.

AD SECVNDVM, concedo totum ꝙ non ſit ibi res & res, ſed tantum abſoluta res, & res reſpectiua, quia relatiua cõparata ad rem abſolutam idem eſt realiter cum ea, & tunc negatur ſimilitudo, quia non eſt ſic de eſſentialibus ſic vniuerſaliter comparatis, & relatiuis, quorũ eſſentia in relatione cõſiſtit.

CONTRA poſitionem arguitur ſic. ſi eſſentia diuina ſit formaliter recta vel iuſta, & bona, & intellectus rectus poteſt formare de ea conceptum diſtinctum ſapientis, & iuſti, & boni, ſine alia diuerſitate eſſentiali vel reali a parte eſſentiæ, ergo a ſimili poteſt intellectus idem circa perſonã formando circa eam formando conceptũ relationis realis, & rei abſolutæ ſine alia diſtinctione reali a parte perſonæ. Nec ratio poſitionis concludit, quia non includit contradictionem, ꝙ aliquid ſubdatur diuino intellectui, & non diuinæ potentiæ, quia contradictio eſt reſpectu vnius & eiuſdẽ, omnino ſic non eſt in propoſito. ¶ Ad primum dicitur ꝙ hoc eſt impoſſibile ꝙ intellectus diuinus faciat circa Deum conceptus diſtinctos, vt ſapientiæ, vel bonitatis, niſi in re ſint talia diſtincta.

CONTRA, intellectus poteſt formare conceptum vnum de ſimpliciter diuerſis, ergo cõceptus diſtinctus de termino omnino eodem. ¶ Ad hoc dicitur, ꝙ conſequentia non valet, quia cõceptus vnus poteſt ferri

circa

circa omnino diuerſa realiter,
dummodo in illis diuerſis ſit ali
quis ordo ad tertium, ſicut pa-
tet de tribus ſpeciebus eiuſdē
generis, de quibus habetur con-
ceptus vnus, & tamen non eſt
vnitas realis in eis, non ſic ex al-
tera parte. ¶ Item contra primā
rōnem arguo ſic, ſi deitas quæ
eſt de ſe communicabilis, & pa-
ternitas, quæ de ſe eſt incōica-
bilis, ſunt in perſona patris ſm̄
te, & diſtincta ex parte rei, ergo
compoſitio. Probatio conſequē
tiæ, quia aliquo modo priorita-
tis prius eſt deitas, quā ſibi in-
ſit paternitas, ꝓbatio, quia prius
deitas eſt deitas, & paternitas
eſt paternitas, quàm ſint vnita.
per quid igitur ex eis fit vnū? nō
ex ſe præciſe ex ſuis rōnibus for
malibus, quia tunc nō prius eſ-
ſet hoc hoc. & illud illud, q̄ hæc
vnita, ergo per aliquid aliud. q̄-
ro de illo vtrum ſit actus, vel po
tētia? ſi actus, ergo aliquod iſto-
rum eſt potentia. ergo compo-
ſitio. ¶ Item probatio conſequē
tiæ, quia prius competit rei illud
qđ eſt ſui in ſe, q̄ illud quod cō-
uenit ſibi ex comparatione ad
alterū. ergo prius deitas eſt dei-
tas, antequā ſit paternitas, & hęc
potentia, & hic actus ſequitur
compoſitio, quia ſtando præciſe
in eis nūquā ex eis fit vnū, quia
ſic nullam habent habitudinem
adiuuicē. ¶ Dicitur ꝙ eſſentia q̄
eſt fundamentum relationis, &
relatio faciunt per ſe vnum ex
ſeipſis, quia vnū non differt rea-
liter ab altero. ſed prout com-
paratur relatio ad eſſentiam eſt
idem realiter cum illa.

CONTRA, licet ex mate
ria & forma præciſe natum ſit
fieri vnum, tñ qñ vnum non vniť
alteri, ſi debeant vniri adinuicē,
aliquid eſt ratio vnionis, quod
nec eſt vnum, nec aliud. 7. Met.
ſeparatis. a. & b. aliud manet in
b. quod nec eſt. a. nec b. igitur a
ſimili in propoſito eſt de illo
alio, fuit qō quid ſit, qđ ex eſſen
tia & proprietate ſit vnum ex po
tētia & alterū eſt actus, ergo cō
poſitio, nec pōt eſſe aliud, q̄ po-
tentia, vel actus, quia ex duobus
in potētia, vel ex duobus in actu
non fit vnum. ¶ Item in pri-
mo ſigno originis res ſub vno
modo, vt deitate differt a ſeipſa
ſub alio modo paternitate. ergo
qñ iſti modi ſm̄ ſe conſideran-
tur præciſe non ſunt ſimul vniti,
ergo ad hoc ꝙ ſimul vnientur,
oportet intelligere aliq̄d vniēs,
& vnum actuans alterū, vel am-
bo tertium, & vtroque mō com
poſitio. ¶ Item ꝙ ſit compoſi-
tio, probatio, ſuppono ꝙ pater
ſit aliquid per ſe vnū reale ſup-
poſitū, & ꝙ eius forma, qua ſit
pater, ſit paternitas, tunc ſic. pa-
ter inquantum pater eſt perſo-
na realis. ergo paternitas, qua
formaliter eſt pater, eſt forma
realis, & vnibilis; ſed eſſentia di-
uina quæ eſt in patre, ſimiliter
eſt res, ergo duę res reales, & vni
biles, ergo cōpoſitio. ¶ Item ſi
deitas ſit ibi ante omne opus
intellectus, & ſimiliter paterni-
tas, ergo perſonæ ſunt productę
ante opus intellectus. Probatio
conſequentiæ, perſonæ realiter
ſunt perſonæ per relationes op-
poſitas reales. nec vr̄ alia rō di-
uerſitatis perſonarum, niſi di-
uerſæ relationes oppoſitæ rea-
les, ſed poſitis illis, quæ tu po-
nis ante omne opus intellectus,
ſequitur ꝙ in Deo ſunt relatio-
nes oppoſitæ reales. ergo &c.
¶ Item ſi deitas eſt ibi ex natu-
ra rei, & ſimiliter paternitas, &

diſtinguit, & hoc ex natura rei, per conſequens deitatis ad paternitatem eſt aliqua diuerſitas & diſſimilitudo, & ecõuerſo paternitatis ad deitatem eſt aliqua diuerſitas & diſſimilitudo, & hoc totum ex natura rei per te ante omne opus intellectus, qa hæc diuerſitas differt ab hac diuerſitate, & hæc ab illa alia diuerſitate, & ſic in infinitum.

DISPVTATIO. XXV.

Vtrum eſſentia ſola ſit principium formale producendi non vt determinata relatione.

VTRVM eſſentia ſola ſit principium formale producendi non vt determinata relatione. ¶ Arguitur ꝙ ſic, indeterminatio potentiæ actiuæ eſt altera, quàm indeterminatio paſſiuæ, non enim eſt ad cõtradictoria, ſcilicet agere & nõ agere, ſicut potentia paſſiua indeterminatur ad eſſe ſub actu, & non eſſe ſub actu, ſed actu indeterminata eſt ad effectus diuerſos, non ad agere & non agere. ¶ Exemplum de ſole, qui eſt indifferens ad multos effectus. ergo in materia poſita eſſentia potentia eſt potentia actiua, & indeterminata, non ad generare & non generare, ſed ad generare & ſpirare, tunc eſt indeterminata, vt poſſit in hoc & in illud, ſed potentia indeterminata ad contradictoria non determinatur, niſi per aliquod additum, ergo potentia actiua indeterminata ad diuerſos effectus determinatur per ſe, & ſine aliquo medio. ¶ Exemplũ, virtus formatiua fœtus de materia, quæ eſt vniformis vbicunq; in omni parte poteſt cauſare de illa carnem & oſſa, & huiuſmodi. ergo eſſentia diuina, quæ eſt actiua potentia indeterminata ſine reſpectu erit principium generandi & ſpirandi. ¶ Item potentia actiua determinata eſt aliquid perfectionis. ¶ Exemplũ in potentia calefactiua eſt quod agat præſente obiecto, & quod non requirit aliud ex parte ſua eſt perfectionis, ſed quòd non poteſt niſi in vnum, eſt imperfectionis. ergo in eſſentia erit primum & tolletur ſecundum. ¶ Item omne illimitatum & infinitum ſecundum perfectionẽ eſt indeterminatum, ens autem in communi eſt indeterminatũ priuatiue, quia poteſt determinari, ſed eſſentia eſt indeterminata negatiue. ergo non poteſt per reſpectum determinari. ¶ Item in aliis a Deo eſt aliud ratio agendi & ratio agentis, vt calor eſt ratio calefaciendi, ratio calefacientis eſt ratio ſuppoſiti. Relatio ſecundum eos eſt ratio ſuppoſitiua, non igitur ratio agendi. ¶ Item Damaſc. cap. 8. relatio non determinat eſſentiam, ſed hypoſtaſis. ¶ Dicitur eſſentia ex ſe eſt determinata ad generandum, & ſpirandum, tamen requirit aliquid ſine quo, ſicut ignis non calefacit, niſi obiecto præſente &c. ſic licet eſſentia de ſe determinata ſit ad agendum, non tamen generat, nec ſpirat niſi in ſuppoſito conueniente.

CONTRA iſta, quando dicunt quòd eſſentia indeterminata indeterminatione ſua determinat ſe ad actũ. arguitur, aut intelligunt, quòd determinatur ſic formaliter vtraque potentia, vel identice: non primo

mo modo, ſed ꝙ eſſentia ſit formaliter generatiuitas & ſpiratiuitas, tunc dicunt contradictoria, quia intellectus eſt, qui dicit verbum, voluntas autem ſpirat ſpiritumſanctum, & vtraque formalitas eſt vna formalitas. ſed iſti dicunt, quod iſtæ ſunt duæ formalitates, ergo dicunt oppoſita. ¶ Similiter ſequitur cõtradictio ſi ſit formaliter iſta duo, ergo eſt vna formalitas, ergo vna potentia. ſed omnis potentia excedens ſuum effectum eſt æquiuoca. ſed iſta potentia excedit. ergo generatio diuinis eſt æquiuoca.

SI SECVNDO modo, ſcilicet identice habeat vtrunq; in ſe, tunc ſequitur propoſitũ. quia tunc de ſe non eſt formaliter determinata, quia per iſtas formalitates determinatur, quę ſuperueniunt ei, & informant eam, eſſentia autem poteſt determinare ſeipſam, & ita ſequitur contradictio. ¶ Item, ideo eſſentia determinat ſe, quia eſt indeterminata negatiue, & per conſequens indeterminabile, quia quod ſic eſt indeterminatum, eſt indeterminabilis, ¶ Item omnis relatio realis eſt quædam applicatio ſui fundamenti, aut fundamentum ſui correlatiui, ſed de intellectu eſt determinatio applicationis; aut igitur nulla relatio realis eſt in Deo, aut ſic applicabit eſſentiam, & ſic determinabit in primo intellectu eſſentiæ, inquantum eſt ratio generandi includitur ꝙ ſit generatiua formaliter, & per cõſequens relatio. ſed nõ vt relatio elicitiua. ergo, vt determinata. ¶ Item eſſentia, vt abſoluta eſt rõ eſſendi, ergo nõ eſt niſi vnum eſſe in diuinis. ſi igitur eſſentia, vt abſoluta eſſet ratio producendi, non erit niſi vna productio in diuinis. ¶ Item in ordine eſſentiali primum eſt cauſa poſterioris, ſed relatio cadit media inter formam elicitiuam actus, & ipſum actum, & ſi eſt ideo elicitiua. ergo relatio aliquo modo habebit rationem cauſæ reſpectu actus, nunquam negat philoſophus ꝙ relatio nõ ſit aliquo modo principiũ motus, vel terminus, ſed vult, ꝙ non per ſe.

AD PRIMVM conceditur, quod indeterminatio potentiæ actiuæ non eſt ad contradictoria, vt ad agere, & non agere de potentia actiua naturali, non voluntaria.

AD MINOREM, potentia indeterminata ad multos effectus, determinatur ad quemlibet effectum, ſiue addito abſoluto, ſi intelligitur ſine omni addito, nego de potentia naturali, licet in voluntaria ſit verum in naturali, vel additur aliquid a parte ſui, vel a parte materiæ, vnde reſpectu ſolis eſt alia diſpoſitio materiæ, vnde dico quod per vnam formalitatem, licet ſit infinita, non agit naturaliter, niſi vnum. vnde Commentator ſecundo Metaphy. ſi agens eſt vnum, & materia vnum, & actus eſt vnũ, ppea nunc ponit plures regulas. ¶ Tunc dico & potentia naturalis vna, ſm formalitatem vna, nõ producit plura ſine determinatione a parte ſui, vel a parte materiæ, ſed in propoſito nõ eſt realis dña, niſi inter relationes, igit. ¶ Ad exemplũ de ſcientia, ꝙ eſt vniforme ĩ oĩ parte, dico illa virtus agit in veritate artis, operatio naturæ eſt operatio intelligẽtiæ.

¶ Aliter dico, cum dicitur potentia indeterminata actiua ad multos de ſe determinata eſt &c. verum eſt, ſicut ſubſtantia ignis de ſe determinata ad calefaciendum, quia eſt determinata, vt calida, & habet calorē mediante quo calefacit, ſic eſſentia de ſe determinata eſt de ſe actū generandi, quia determinata eſt de ſe, vt fundet relationem paternitatis.

PER HOC ad ſecundum, potentia naturalis actiua neceſſario includit reſpectum, nec color erit in actum calefaciendi, niſi includeret reſpectum. Vnde reſpectus qui refertur calefactiuum ad calefactibile, & calefaciens, & calefactum, & aduenit noua applicatio, & non nouus reſpectus, ſic de creatiuo & creante eſt alia relatio media inter actum & potentiam. ¶ Ad tertium dico, ꝙ eſſentia eſt infinita, & illimitata negatiue, & per conſequens indeterminata ad omnes perfectiones abſolutas, poteſt determinari ad relationes & ꝑ relationes. Ad aliud, eadem realitas entis infiniti pōt eſſe vtraque intenſio. ſ. & rō ſuppoſita & ratio generandi determinatiue. ¶ Ad Dam. dico ꝙ loqtur de charactizatione ad eſſe hypoſtaticum.

DISPVTATIO. XXVI.

Vtrum perſonæ diuinæ ſint relatiuæ.

VTRVM perſonæ diuinæ ſint relatiuæ. quod nō, quia quod relationi præſupponitur, nō conſtituitur, ſed quod refertur eſt huiuſmodi, ſed perſona refertur. ergo &c. ¶ Dico, ꝙ minor eſt falſa in diuinis, qa ibi hoc, quo refertur eſt de primo, & per ſe intellectu ſubiecti. .i. illius quod refertur, ſicut cū dr, filius refertur, ideo filius non præſupponitur relationi (bene ſuppoſitum humanum refert) qui eſt extra ſuum intellectum. & ideo præſupponitur relationi, ſuppoſitū diuinum nōn, & ſi dicis oppoſitum, petis. ¶ Item arguitur, realis diſtinctio extremorum habet aliquā cauſalitatem ſuper realitatē relationū ſuarū. quia ibi extrema nō diſtinguuntur ſm rē, nec illa relatio eſt realis, ergo diſtinctio realis ſuppoſitorū diuinorū eſt prior cāliᵗate ipſa relatione reali, quia cāt realitatem relationum ſuarum. ergo non cōſtituitur ex illis, qa ſunt poſteriora. ¶ Dico ꝙ maior eſt falſa. qñ ipſum referri eſt diſtingui, & diſtinctio eſt ipſa relatio. quia ipſa relatio eſt diſtinctiua extremorū. patet falſitas maioris, tā in diſtinctis realiter, ꝗ in diſtinctis ſm rōnē, creatura refert ad Deū, & tñ ipſa creatura, vt diſtincta a Deo non prę cedit relationem, ſimiliter intellectus diuinus diſtinguit attributa diuina cōparando, & non ꝑcedunt diſtincta ipſam operationem. ¶ Item arguitur, pſona in diuinis dicitur relatiue reſpectus, ergo aut fundatur in eſſentia, aut in perſona. non in eſſentia, quia vt ſic diceretur de eſſentia, ſed vt dicitur de eſſentia eſt rationis tantum, vt dicit reſpectum realem competit perſonæ tantum, ergo relatio realis ibi immediate fundatur in ſuppoſito, nō in eſſentia, ergo pſupponit ſuppoſitum, ſicut relatio fundamentum.

¶ Dico quòd non ſequitur. rela-

relatio eſt fundamentaliter in eſſentiam, ergo dr̃ in eſſentia, vt relata. ſicut nec ſimilitudo dr̃ de albedine. qua ſimilitudine ſortes eſt ſimilis. tñ fundatur in albedine, non tñ refert albedinē in qua fundatur, ſed ſuppoſitum relatiuum. ſ. perſonam.

¶Item arguitur, proprietates hypoſtaticæ ſunt primo diuerſæ, aliter non eſſent vltimæ, quia eſſet dare quibus diſtinguerētur. ſed relationes non ſunt hmōi, quia oēs ſunt relationes, modo potentiæ, & in hoc communi cōueniunt. ¶Dico, ꝙ relationes diuinæ ſunt primo diuerſæ formaliter ſuppoſitæ, licet conueniant modo potentiæ, quia potentia generatiua actiua, & paſſiua, & etiam ſpiratiua ſunt primo diuerſæ.

CONTRA, relatio cum non ſit infinita formaliter, quomodo hęcceitas ſua, eſt idē cū ea. ¶Reſpondetur, ſicut in creaturis aliqua diſtinguuntur realiter, & formaliter, ita quod nō cōueniunt in vna rōne, vt velle & intelligere, ſed humanitas & hæc humanitas eſt vna res, vt proprietas formaliter indiuidualis, & non differunt formaliter, licet vna res, & iō formalitas vna ſit identitate alia, licet non ſit infinitas, ita in diuinis, ſed in illis quæ ſunt formaliter diuerſa in creaturis, ſicut velle & intelligere, ad hoc ꝙ ſint idē idētice, requiritur infinitas, ſed in illis q̄ in creaturis ſunt idē, licet diuerſæ formalitates, cum transferantur ad diuina, ad hoc qđ ſint idē, non requirit infinitas, ſed ſimplicitas: ideo relatio eſt ſua hęcceitas in diuinis, licet non ſit formaliter infinita. ¶Itē arguitur, proprietas hypoſtatica eſt incommunicabilis ꝑ rationem propriam. paternitas non eſt huiuſmodi, quia non inquantum dicitur actiua, quia illa ratio eſt communis ſibi, & ſpirationi actiuæ, quæ communicabilis eſt. Nec inquantum paternitas, ꝗa ſic omnis paternitas eſſet incommunicabilis.

¶Item, ſi pater prius ſpiraret, & prius generaret, ſpiratio repugnaret filio, & non paternitas, & pr̃ communicaret eam ſpirādo, ſicut modo communicat ſpirationem genito. ¶Dico, ꝙ paternitas eſt incommunicabilis, quia paternitas abſolute, nec quia diuina, ſed quia ipſa eſt proprietas prima æquans fundamento, vti in eſſentia, & eſt de primo intellectu, cuius quod ſit ſingularitas, vnde duplex eſt incommunicabilitas, vna eſt in plurificatas, hæc conuenit eſſentiæ diuinæ, quia non eſt plures. Alia quæ repugnat pluribus cōmunicari, ſic eſſentia non eſt incommunicabilis. paternitas eſt incommunicabilis vtroque modo, primo modo, quia ęqua eſſentialiter vni fundatiuā, ſi igitur ſic eſt incommunicabilis, eſt prima, & eſt incommunicabilis primo modo, quia paternitas, ſi communicatur filio, aut alia, & tunc non eſt illa incommunicabilis. Si eadē, tunc non refertur ad filium, quia relatio in filio, non refertur ad filium.

¶Dico tunc, quod eſt incommunicabilis, quia eſt prior ſpiratione, & hoc eſt cauſa eſſe incommunicabilem per ſe, & formaliter, quia de ratione ſua eſt prior ſpiratione, vnde ſi ponis ſpirationem eſſe prior ea, talis a paternitate ratione paternita-

tis. ¶ Item arguitur, conſtitutũ ex diuerſis communibus, non eſt per ſe vnum,nec in re,nec in intellectu,eſſentia & relatio per tinent ad diuerſa genera, iõ nõ conſtituunt ſuppoſitum, quod eſt per ſe vnum.

¶ Dico, quod in creaturis diuerſa genera non faciunt per ſe vnum, ſicut in diuinis relatio & eſſentia.

¶ Alij dicunt, quod ſuppoſitum quod eſt in eſſentia creata non eſt per ſe vnum, ſed aggregatum eſt ex natura & propri etate indiuiduali,quæ eſt actualis,ita in diuinis,niſi eſſet proprietas hypoſtatica identice idem cum eſſentia, non eſſet ſuppoſitum per ſe vnum,ſed modo oppoſitum eſt verum.

¶ Alij dicunt,quod diuinum ſuppoſitum eſt perfectiſſime vnum, non tamen per ſe vnum. vnum enim eſt tripliciter. vno modo ſicut conſtitutum ex rebus diuerſorum generum, quæ tamen ſunt idem identice, eſt vnum ſimplicitate. Alio modo ſicut compoſitum ex materia & forma eſt vnum per ſe. Tertio modo ſicut lignum & album faciunt vnum per accidens. ¶ Item,ſi relatio conſtituit. aut effectiue, quod falſum eſt,aut formaliter, & tunc relatio eſt formaliter, in genere ſubſtantiæ, cum conſtitutũ ſit perſona,quæ non eſt niſi in genere ſubſtantiæ.

DISPVTA. XXVII.

Vtrum intellectus paternus ſit principium formale producendi verbum in diuinis.

VTRVM intellectus paternus ſit principium formale producendi verbum in diuinis. ¶ Quod ſic, quia voluntas in patre, & filio, eſt principium immediatum & formale producendi ſpiritum ſanctum. ergo & intellectus paternus erit principium formale producendi verbum.conſequẽtia probatur per hoc,quod duo ſunt tm̃ modi intrinſeci producendi in diuinis,per modũ liberi & amoris, & per modum naturæ:ſed voluntas eſt principiũ productionis libere, & per modũ amoris. ergo intellectus erit principium producendi per modum naturę,ergo &c.¶Itẽ, verbum ſm diffinitionem eius eſt terminus intelligibilis actionis, & manat ab intellectu, & eſt cũ eo, ſed quod manat ab aliquo, & eſt in eo,habet illud pro principio eius formali.ergo &c.Iſtã rationem quęre in ſumma Henric.q. 4. ¶ Dicitur quod intellectus eſt principium formale producendi verbum, quia intellectus in patre eſt potentia operatiua,qua intelligit ſe, & omnia alia quæ ſunt in eſſentia diuina,& mediante illo intelligere gignit verbum, ita quod intellectio illa actualis ſit principium producendi verbum: hoc declaratur ſic.attribuimus operationes conſimiles intellectui diuino, quales attribuimus intellectui noſtro, remouendo ab eis imperfectionem, quam habet *Henric. ſumma*

bet in creaturis: ſed verbo noſtro formaliter intelligit intellectus noſter. ergo a ſimili de intellectu diuino, quòd verbo formaliter intelligit pater. ergo notitia actualis eſt formale principium producendi verbum.

g. ſup ..., et de CONTRA, ſm Augu. ſuper Io. & in de tri. vbique verbũ eſt ipſa cognitio formata. ſi igitur principium formale producendi verbum ſit ipſa cognitio. ergo idem erit ratio producendi ſe, quod eſt impoſſibile ſecũ dum Aug. 1. de tri. ¶ Item, ſi eſt actus, aut actus ſpeculatiuus, aut practicus. non ſpeculatiuus, quia ille non eſt productiuus alicuius, nec practicus, quia ille eſt ad extra. relinquitur igitur, quod non eſt actus. Probatur p philoſophum qui ſufficiẽter diuidit actus & habitus primo de anima per praxim & ſpeculationem.

1. de ...a. & ...eta. CONTRA rationem arguitur. ſi ſpiritus ſanctus producatur per amorẽ actualẽ, tanquam per principium formale, & ipſemet ſit amor actualis ſm omnes ſanctos. ſequitur, ꝙ idẽ erit ratio producendi ſe. ¶ Item, notitia perfecta determinatiua obiecti in nobis eſt verbum, ergo notitia perfecta determinatiua ipſius eſſentiæ diuinę, tanquam obiecti diſtincti, & notitia diſtincta eſt verbũ. ergo eſſentia vt actu intelligibilis, præſens intellectui ſuo diuino erit ratio exprimendi verbũ, & non intelligentia actualis.

¶ Item, quod memoria ſit ratio exprimendi verbum. Probo, & memoriam voco obiectum præſens intellectui ſub ratione actu intelligibils. tunc ſic. obiectum perfectiſſimum in nullo impeditum exprimit notitiam ſui in intellectu noſtro, & hoc eſt perfectionis in intellectu, nec poteſt intellectus perfectus non habere notitiam talis obiecti, ſed ſi eſſet talis notitia per ſe ſtans, eſſet maior perfectio: cum igitur eſſentia diuina in primo ſigno eſt præſens intellectui paterno ſub ratione actu intelligibilis, neceſſario exprimet notitiam eius, quem voco verbum, ſed intelligentia actuali per te gignitur verbum. igitur & duo verba.

¶ Item, intellectus filij non minus eſt conuerſiuus ſupra ſe, quam intellectus paternus, loquendo de intelligentia actuali. igitur filius poſſet producere verbum & ſpiritum ſanctum, cum memoria & intelligentia & voluntas ſit in qualibet perſona ſecundum Auguſti. 1. lib. de trini. ergo multa verba.

AD PRIMVM dicitur, quod obiectum, ſub ratione actu intelligibilis, non eſt ratio producendi verbum, ſed notitia actualis, vel intelligentia. Augu. de tri. 1. lib.

CONTRA, ex aliquo obiecto præſente intellectui ſub ratione intelligibilis gignitur verbum, & non gignitur vel exprimitur de eſſentia, quæ eſt primum obiectum. ergo de aliquo obiecto poſteriori, eo, poteſt exprimi verbum eius.

¶ Dicitur, quod memoria nõ eſt principium gignendi in patre, & obiectum tali modo præſens, ꝙ vocatur memoria, ſed aliquid poſterius eo ſm rationem, quia obiectum tali modo præſens, quod dicitur memoria

eſt principium operatiuum, & non productiuum.

CONTRA, primum obiectum intellectus diuini eſt primo mouens intellectum eius, ſub rōne actu intelligibilis, ita ꝙ nullum aliud ſecundarium obiectum mouet niſi in virtute illius ad cognitionem ſui, vel cuiuſcunque alterius: ſi igitur primum obiectum non mouet, & eius vt cogniti non exprimatur verbum, nihil aliud mouet ad productionem verbi. ¶ Item, ſi eſt ordo perfectionis, & in aliquibus obiectis impoſſibile eſt eſſe poſterius principium producendi verbum, ita perfectū, ſicut primum, ſed verbum in diuinis eſt perfectum, & producitur per modum ſimilis in natura, q̃a ſi ſic, tūc eēt primū, & nō primū, q̃a ſicut deficiūt in entitate, ita deficiēt in cognoſcibilitate. ¶ Aliter dicitur, quod memoria tali modo deſcripta eſt principium producendi verbū in eſſe quieto, & quaſi in potentia, ſed in actu per conuerſionem actualem intellectus ſuper eam.

CONTRA, calidum eſt ꝑfectum principium producendi calorem, & in ipſo paſſio debite approximato ſtatim calefacit ſine alia mutatione, vel additione a parte agentis, & ſi aliquid concurrat, nihil tamen eſt ratio agendi, vel producēdi actiue, quod non præfuit in virtute & in poteſtate eius, ſed ita eſt in propoſito, ꝙ memoria, quæ habet obiectum pñs intellectui ſub ratione actu intelligibilis, eſt agens perfectum, ergo nihil eſt in eo per notitiam actualē, quod non præfuit in eſſe quieto. ergo neceſſario erit verbum, vt principium exprimēdi illud. ¶ Dicitur, quod impedimētum quare actiuum non ſemp agit, hoc eſt, vel propter indiſpoſitionem agentis, vel indiſpoſitionem paſſi, hic autem eſt indiſpoſitio a parte agentis. quod poteſt eſſe ſub eſſe quieto, non poteſt eſſe principium formale, & immediatum exprimendi verbum.

CONTRA, illud in agentibus quibus deficit diſpoſitio, cauſa quare non perfectiſſime agunt, eſt quia deficit eis aliqua virtus, vel aliqua diſpoſitio ad agendum. ¶ Ad hoc igitur, vt agant, requiritur vt perficiātur, & diſponantur ab aliquo alio. ergo per oppoſitum perfectiſſimum agens, quod oīa alia agentia perficit, & diſponit, nullo alio indiget ad agendum.

¶ Item, omne imponens ad agendum pp aliquam indiſpoſitionem, oportet ꝙ per aliquod aliud perfectius eo diſponatur, ſed nihil aliud pōt reperiri perfectius eſſentia diuina, vel intellectu eius, prędicto mō ſe hñte, quia eſt agens perfectiſſimum. ¶ Itē, oē diſpoſitū ad agēdum, oportet ꝙ per aliquid diſponatur: aut igitur a ſe, vt ſub eſſe quieto, & hr̄ propoſitum, ꝙ ipſa de ſe eſt ratio ſimpliciter actiua ad producendum verbū, aut a ſe vt ſub eſſe actuali, & hr̄ ſimiliter propoſitum, aut ab alio, & hoc eſt impoſſibile, quia de illo alio quæro vtrum ex ſe, vel ex alio. ſi ex ſe, eadem rōne fuit ſtandum in primo, & habetur propoſitum, quia illud prius eſt memoria tali modo dicta, ſi ab alio quæro, vt prius, & ſic eſt in infinitum.

¶ Item, qñ quæritur de princi

pio

pio formali alicuius productio nis,non quæritur de productione,qua producit. Exemplū de omnibus, ſed ipſa actualis intellectio,quæ ponitur ſm te principiū formale productionis, eſt actio,ergo &c.¶Ad illud,intellectio actualis eſt abſoluta,nō de genere actionis,ſed gñe qualitatis, actio autem de genere actionis,eſt habitudo illa quæ eſt ad terminum ad quem.

¶Contra,actionis nō eſt actio. ¶Rñdeo,actionis de gñe actionis,nō eſt actio de eodem gñe, ſed actionis de genere qualitatis,eſt actio &c.& econuerſo.

CONTRA, in patre eſt intellectus agens, quia in ipſo eſt quodlibet, quod melius eſt ipſum eſſe,q̄ non eſſe, ſed in rōne intellectus agens eſt quid nobiliſſimum, quia oē agens eſt præſtantius, q̄ patiens. ergo debet attribui patri, ſed ſi intellectus non poteſt circa ſuum primum obiectum hr̄e aliquam actionem, non poterit hr̄e aliquam actionem circa quodcunque obiectum ſecundarium. ¶Item, ꝙ intellectus paternus nō ſit ratio producendi verbū, quia qñ eſt ordo aliquorum ex natura rei poſterius, non poteſt eſſe rō formalis cōicādi prius, patet,quia impoſſibile eſt terminū formal'r productū præcedere formale principiū producendi,ſed ita eſt in propoſito, quia eſſentia,q̄ prius eſt, q̄ intellect⁹, eſt formalis terminus productionis,igitur &c.¶Item,intellectus eſt potentia. aut igitur actiua aut paſſiua, ſed perfectio prima potentiæ actiuæ,vel paſſiuæ, eſt actio,vel paſſio de gñe actionis,vel paſſionis.

¶Ad iſtud dico, perfectio intellectus eſt intelligere,non quidem de genere actionis,vel paſſionis,ſed de gñe qualitatis, & illa actio,quæ ēt poteſt dici intelligere, ſiue ſit actio,ſiue paſſio,dicit quandam habitudinē, vel reſpectum ad intellectū, vel intelligere,quæ eſt perfectio abſoluta ipſius intellectus, & ita æquiuoce dicitur actio, vel de genere qualitatis, vel de genere actionis.

¶ Item, ſi intellectus poſſibilis ſit cognitiuus, ſiue productiuus verbi in diuinis,& cuius eſt potentia,eius eſt actus, vt dr̄ in 1.de ſomno & vigi.ergo ſuperflueret ponere intellectum agētem ad eius perfectionem.

¶Itē, ꝙ eſſentia diuina cū intellectu non principiat verbum, tanquam vna cauſa totalis.Probatio, quia quandocunque ſunt principia, & principia per modum naturæ, & vtrumque principiat ſm vltimum potētiæ ſuæ,aliquid virtualiter eſt in cā totali, ꝙ non eſt in cā partiali, & aliquid deficit cauſe principali,qđ eſt in cā totali. Exēplū, de multis trahentibus nauē, & in intellectu & ſpecie obiecti reſpectu intellectionis, ſed eſſentia Dei eſt infinita, ergo nihil ſibi deficit in principiādo,quia ſi ſic,infinito aliquid poſſet addi.¶Rñſio,dr̄ infinita, quia facit tm̄, q̄tum faciunt infinita agentia, ſi eſſent. non tamen ſumpta præciſe habet omnem modum per ſe, quem habet cum intellectu aliter concluderetur, quod filius eſſet productus, & non per modū naturæ,& ſpiritus ſanctus, & nō p modum voluntatis.

DI-

DISPVTA. XXVIII.

Vtrum verbum diuinum ſit de eſſentia, ſicut de quaſi materia.

VTRVM verbum diuinum ſit de eſſentia, ſicut de quaſi materia. ¶ Quòd ſic probatur ex creaturis, licet eminẽter ſint in cauſis, quę ſunt creatorum. tñ non oĩa quę in creaturis ſunt poſſumus attribuere Deo proprie, vt ſi dicatur proprie albũ &c. tunc illę ſolę perfectiones Deo attribuunt̃ proprie, quę ſumptę in ſua intentione nullã dicunt imperfectionem, vt eſt ſapientia, & potentia actiua &c. ¶ Item, primo oſtendo, ꝙ materia & potẽtia paſſiua, dicit aliquam perfectionem, & eſt aliqua perfectio, quia Auguſtinus de natura boni, ſi forma eſt bonum aliquod, capacitas formę eſt bonum. ergo &c. Item, ens & bonum conuertuntur, cum igitur materia ſit ens, ergo bonum. non enim eſt nihil, quia ſubſtantia. Probatio, ex non ſubſtantia nõ fit ſubſtantia. primo phy. & 2. de anima dicitur, quod eſt ſubſtantia. *1. phy. 2. de anima.* ¶ Secundo oſtendo ꝙ in materia, vel eius potentia paſſiua ſm aliquam eius intentionem, non includitur aliqua imperfectio, vbi notãdum quod in omni ente intelligitur aliqua perfectio, non tamen illa ponunt̃ in Deo, quia ẽt dicunt imperfectionẽ, ſed aliqua eſt intentio potentię incluſa in eius quiditate, quæ nullam includit imperfectionẽ, & ſeparabilis ſecundum intellectum ab intẽtione imperfecta. Probatio, trãſmutatio eſt actus proprius potentię paſſiuæ, ſed actui proprio correſpondet propria potentia ſm intentionem actus proprij, & econuerſo. aut ſm eius intentionẽ aliam. aliàs non eſſet eius potentia, ſed trãſmutatio paſſiua eſt proprius actus potentię actiuę, & potentia paſſiua vnam habet intentionem, quę eſt mutatio. aliam habet quę eſt ſeparabilis a mutatatione ſecundum intellectum, & ſecundum ꝙ conuenit diuerſis, quę non includunt imperfectionẽ, conuenit Deo ſicut productio. ergo potentia paſſiua ꝑter mutationem, quę dicit imperfectionem, manet in Deo. ¶ Aliter oſtenditur idem, quia aliqñ eſt mutatio ad aliquid, ꝙ capit eſſe poſt aliud eſſe, & poſt priuationem aliquid capit eſſe poſt nihil, prima eſt generatio, ſecunda creatio, & eſt alia productio, quę non dicit aliquam mutationẽ, nec per quam capit̃ eſſe poſt non eſſe, vel poſt nihil, ſed tñ capitur eſſe de eſſe, tunc vr̃, ꝙ ſic eſt dare ſignum originis, in quo eſt pater, non filius, quod non eſt niſi eſſe in priori originis eſſentiam in patre, quæ in filio non eſt in illo priori, nõ tamen eſſentiam non eſſe ſub filiatione, quia ſemper actualiſſime eſt ſub filiatione, ſed poſterius origine habere filiationem a ſe, quod ſtat cum hoc ꝙ actualiſſime hẽt filiationẽ, ideo non eſt dare ſignum naturæ in quo pr̃ ſit, vel intelligit, nõ exiſtente filio, vel non intelligente, ſed tñ pr̃ intelligit prius origine, hoc eſt a ſe. ergo licet eſſentia prius ſit ſub non filiatione, non tñ in priori ſigno naturę, ſed omnis mutatio eſt poſt negationẽ, vel priuationẽ in alio ſigno naturę. ergo illa gñatio nõ

eſt

eſt mutatio. ¶Tunc dico, ſicut generatio poteſt perdere intentionem, quæ eſt mutatio, retenta intẽtione, qua eſt productio, ſic in diuinis: ideo non dicit imperfectionem, & ſm omnẽ modum actui debet correſpondere potentia paſſiua, ergo potentia paſſiua poteſt perdere intentionem, qua eſt paſſiua ſuſceptiua mutationis retenta, quæ eſt potentia ſuſceptiua productionis.

CONTRA. arguitur, in eodem ſecũdum numerum potẽtia eſt prior actu, Deus eſt idẽ numero, ſi ibi eſt potentia ipſa, erit prior actu, hoc falſum eſt. ¶ Iſtud argumẽtum eſt in Gaud an.4.quod.q. an in Deo ſit potentia. ¶Reſpõdeo aliter eſt potentia in Deo, q̃ in creatura. Nã priuatio abſciuditur a potentia in diuinis, nec potentia eſt ibi prior actu, niſi origine, & verum eſt formali prædicatione potentia eſt actus, accipitur enim ibi, vt non diſtat ab actu, ſed in creaturis eſt potentia prior actu in eodem, ſic nõ hic in filio, ſolum enim eſt cum non eſſe a ſe.

ARGVITVR, quid notat ly quaſi, aut veritatẽ, aut falſitatem, dico ꝙ ibi materia & ly quaſi eſt nota veritatis, quo ad perfectionẽ, nota falſitatis quo ad imperfectionem. ¶ Similiter non eſt ibi compoſitio, quia ex ea parte qua concurrunt vnũ eſt idem ſimplici identitate cum alio. Quod ibi ſit quaſi potẽtia ſm fidem, eſſentia prius ordine originis eſt ſub paternitate, q̃ ſub filiatione, ſed oẽ quod in aliquo priori nõ eſt aliquid, vel ad aliquid eſt in poſteriori tale aliquid, vel ad aliquid. in priori fuit in potẽtia tale. ergo eſſentia habet ꝙ per generationẽ eſt in filio. aut igitur educitur filius de eſſentia, quaſi materia, qd non dicunt, quia ſi ſic, eſſet ibi potẽtia obiectiua, quæ in creatura dicit imperfectionem, ſicut ſubiectiua. ergo vtraque erunt ibi ęque, ſi imperfectio auferatur. ¶Itẽ relationes ſunt formæ ſuppoſitorum, quia diſtinguũt, ſed forma ſuppoſiti eſt, vel forma totius, vel forma partis. forma totius, ſicut humanitas formã ſortis, forma partis, ſicut anima eſt forma ſortis, nunc autem relatio non eſt forma totius, quia nõ formaliter includit eſſentiã. ergo eſt forma partis, & quaſi pars, ſed in creatura forma pars eſt forma partis, vt aĩa corporis, ergo in Deo forma quaſi ps, erit quaſi forma partis. ergo eſſentia eſt quaſi materia reſpectu compoſiti. ¶ Dices, pars diſtinguitur a toto, ſed relatio eſt idẽtice eſſentia, ideo non eſt pars, nec forma, quia non inhæret.

CONTRA, non tollit hãc rationem partis concurrere cũ alio formaliter diſtincto, ſed eſſentia & relatio ad conſtitutionem vnius, vt ſic concurrunt, habent vnionem, & ſic non claudunt identitatem, quia ſic non facerent vnionem, & relatio & eſſentia non ſunt formaliter vnũ in filio, ſed vnita non cõcurrunt identice, ſed vt materia & forma. ergo &c. Poteſt dici ꝙ iſta potentia eſt logica. ¶ Contra, prioritas originis eſt realis. ergo illam ſequitur realis ordo, & realis potentia. Si dicatur ꝙ eſt potentia obiectiua.

CONTRA. oĩs imperfectio in creatura q̃ ſequiť potẽtiã paſſiuã ſubiectiuã, ſequitur obiectiuã. ¶Item, relatio, & eſſentia

tia

tia concurrunt ad conſtitutionem ſuppoſiti, vt ſunt duæ formalitates ſeruata diſtinctione formali iſtorum in illa coniunctione, ſi igitur concurrunt ad vnitatem, antequàm non identitatem, licet vnum ſit idem alteri, tamen concurrunt ad vnitatem vt dicitur, ergo concurrunt ad vnionē. ergo vnum eſt quaſi materia, & alterū quaſi forma. ¶Item, relatio eſt modus, & circunſtantia termini. ergo modificat, & informat rem, cuius eſt modus, i. eſſentiam, ergo. ¶Item, generatio eſt opus naturæ, quęcunque autem operatio naturæ fit per modum impreſſionis formæ in materia.

CONTRA. quaſi in materia eſt quaſi in potentia reſpectu formalis termini productionis, ſimiliter perſonę diſtinguerentur ſpecie ſicut relationes. ¶ Item, ex vi productionis, non habetur in aliquo niſi vno modo, ſed eſſentia Dei habetur in filio vt formalis terminus. ergo non vt materia. ¶ Item, habens in ſe eſſentiam diuinam, quacunque ratione omni alia ratione amota eſt in ſe perfectus, ſed filius habet eam ſub ratione quaſi materię. ergo quacunque alia ratione amota eſt perfectus, & ita eſſet perfectus filius, non habendo eſſentiā diuinam, vt terminum formalem, quod eſt falſum.

AD PRIMVM, ſi intendunt ꝙ eſſentia eſt formaliſſimus terminus generationis, cū formaliſſimum in ſuppoſito diſtinguat ſuppoſitum, eſſentia diſtingueret, tunc dico ꝙ relatio eſt terminus aliquo modo, ſicut enim in forma eſt terminus duplex formalis, vnus terminus ſpecificus, vt rationalitas, alius ſuppoſitiuus, ſiue ſit duplex negatio, ſiue humanitas, ſiue ſorteitas, ſic in filio Dei vn9 terminus eſt natura, terminus ſuppoſitiuus eſt ꝓprietas hypoſtatica, ſic eſſentia eſt terminus ſpecificus, relatio eſt terminus formalis hypoſtaticus, ideo non prius terminatur generatio ad relationem, ſed ad eſſentiam, vt formalem termnium, tamen ſub illa proprietate; ideo non eſt ad aliquatio. ſimiliter ſpecies ſumitur ibi ex eſſentia ſicut in creaturis ſumitur ex natura, ideo non diſtinguitur ſpecie.

AD PRIMVM tunc dico, ꝙ ſicut in creatura quæ eſt aliquid in potentia reſpectu ſui in actu, vt in ſimplici ratione eſt ſumere differentiam, & genus, ſic aliquo modo eſt ibi, niſi intellectus Dei informatur notitia ſimplici, & ille idem, vt nudus conuertitur ſuper ſeipſum, vt informatum, & ille vt informatus imprimit in nudum, ideo ille intellectus, vt nudus, & quaſi informis eſt quaſi materia, & informans eſt quaſi forma, relatio autem eſt quaſi forma. ¶ Et cum arguis, habens eſſentiā, vt quaſi materiam eſt ſuppoſitum perfectum, dico, ꝙ ſicut ſequitur, principium eſt. ergo principiatum eſt, propter correlationem, & propterea addita excluſione ſequuntur oppoſita, vnde habere eam, vt materiam includit habere eam vt formam, & nota excluſionis addita excludit incluſum.

AD SECVNDVM, maior non eſt vera in nobis, intellectus enim continens notitiam memorialem eſt eadem res cū nudo

nudo conuerſo, qui nudus eſt materia verbi reſpectu intellectus, vt informati. ¶ Ad aliud cũ arguitur, agens ſicut producẽs, non refertur ad materiam, niſi inquantum mouẽs, dico, ꝙ hoc eſt falſum vbi materia non differt a producente.

AD ALIVD, QVOD producit aliquid ex materia prius refertur ad patiens, quàm ad productum. ergo pater prius refertur ad eſſentiam realiter, q̃ ad filium, dico ꝙ antecedẽs non eſt verum, niſi vbi materia differt realiter a producente, vel antecedens eſt verum, quãdo agẽs diſponit materiã, & obijcit formam præcedentem. ¶ Item, potentia prima actiua non requirit aliquam cauſam, ſicut patet in creatura, ergo nec potentia prima productiua requirit tantũ aliam, ergo nec quaſi materiam, dico ꝙ antecedens eſt verum, quia infert, ꝙ de iure non eſt in cauſa actiua requirere aliã cauſam, ſed de ratione cauſæ productiuę eſt requirere aliam cauſam, vt quaſi materiam. ¶ Ad aliud, ꝙ tam in generatione, quàm in ſpiratione vtrobique eſt impreſſio quaſi formæ in materiam, arguitur. ¶ Item arguitur, ſi eſſentia eſt quaſi materia, cui imprimitur relatio vt forma, quæro an eſſentiæ, vt eſt patris, vel vt filij, vel vt ſpiritus ſancti, vel vt indifferens, non primo modo, quia tunc pater & filius erunt vnum ſuppoſitum, nec ſecundo modo, nec tertio, quia illa impreſſio prior eſt, quàm ſit filius, vel ſpiritus ſanctus, nec quarto modo quia ſic filius eſſe magis de eſſentia patris, quã filij, vel ſpiritus ſancti. ¶ Reſpondeo. in creaturis eſt conſiderare ſignum, quo materia eſt ſub forma ſubijcienda, aliud in quo forma educitur. terminum quo eſt ſubiectum generationis, & quaſi materia, ſi quæris tunc, quando eſt generatio ignis ex aere, vt materia ſit ignis, vel aeris, neutrum eſt. ſed indifferens vtrique, ſimiliter in diuinis non imprimitur relatio in eſſentiã, vt eſt patris, nec vt filij, vel ſpiritus ſancti, ſed eſt quaſi ſignum primum, in quo intellectus patris informatur ſimplici notitia, ſecundum in quo intellectus nudus conuertitur ſuper informatum, tertium in quo nudus conuerſus informatur, ideo in eſſentia imprimitur, vt indifferens, tamen magis dicitur filius de eſſentia patris, quàm filij, vel ſpiritus ſancti, ſicut dicimus ꝙ de materia vini educitur acetum, quia prius fuit ſub vini forma, ſicut in diuinis filius eſt de eſſentia, vt eſt patris, quia eſt de eſſentia, quę prius origini eſt eſſentia patris. ¶ Ad aliud generatio ſubita, & genitum non ſunt vna res, tamẽ generatio eſt prius genito ſecundum rationem, ſecundum ꝙ intellectus prius accipit eam, vt in primo ſigno, ſecundo vt genitum eſſe ſit in diuinis diſtãtia generationis a genito eſſe, ſeu potentię ab actu, & hoc non eſt niſi in ratione. ¶ Item arguitur. nihil informatur ab eo reſpectu cuius eſt actus purus reſpectus relationis, non habet eſſe niſi ab eſſentia. ergo non informatur relatione. ¶ Dico eſſentia intentione, qua eſt eſſentia fundat filiationem immediate immediatione, ſcilicet naturæ, quia nullam relationem prius natura fundat in quo enim ſigno naturæ fundat vnã,

&c aliam, tñ fundat filiationem
mediate. ſ.mediatione originis,
quia mediate generatione, tñ
immediate immediatione natu
re.¶ Tunc dico, eſſentia eſt pu-
rus actus reſpectu filiationis,in-
quantũ fundat eam immediate
immediatione naturæ, tamẽ eſt
in potentia ad eam mediatione
originis.¶Item,arguitur produ
cens inquantũ huiuſmodi refer-
tur ad productũ,ſed inquantum
mouens refertur ad materiã, pa
ter non eum mouens. ergo &c.
¶Dico,ꝙ producens vt ſic non
refertur ad materiã,nec inquan
tum mouens, ſed inquantũ im-
primens.¶ Qui vellet ſuſtinere
ꝙ eſſentia non ſe habet vt mate
ria in generatione poſſet reſpon
dere ad rationes factas.

AD PRIMAM, quando
arguitur ꝙ non includit imper-
fectionem,eſt in Deo, concedo.
ſed ratio ſubiecti includit imꝑ-
fectionem, nego. Ad probatio-
nem, mutationi corrñdet ratio
ſubiecti ſm omnem ſui rõnem,
ſeu intentionẽ,concedo,ſed pro
ductio includit in aliqua ratio-
ne mutationem, dico ꝙ falſum
eſt,vnde dico, ꝙ productio, &
formatio habẽt formales rõnes
diſtinctas formaliter,& ſunt ſine
contradictione ſeparabiles abin
uicem,quia productio eſt forma
liter ipſius producti, & accidit
ſibi ꝙ fiat cum mutatione ali-
cuius partis compoſiti, mutatio
aũt formaliter eſt actus mutabi
lis,quod de priuatione trãſit ad
formam. Quod autem mutatio
concomitetur productionem in
creaturis,hoc eſt propter imper
fectionem potentiæ productæ,
quę non poteſt dare totale eſſe
termino productionis,ſed aliqd
præſuppoſitum tranſmutat, &
& ſic producit compoſitũ. ergo
ſine contradictione poterit ſepa
rari cõparando ad potẽtiã pro-
ductiuã ꝑfectam,ſicut patet in
creatione,vbi propter perfectio
nem potentiæ productiuæ po-
nentis primo eſſe totum, vere
eſt ratio productionis inquan-
tum per eam vere productũ ac-
cipit eſſe, ſed non eſt ratio mu-
tationis, inquantum mutatio
dicit aliquid ſubſtractum aliter
ſe habere nunc,quàm prius ſe-
cundum philoſophum. 6. phyſi.
quoniam in creatione non eſt
aliquid ſubſtractum.¶Ad ſecun
dum cum arguitur, illud quod
in quocunque priori non eſt
ſub aliqua forma, & in poſte-
riori eſt ſub aliqua forma, in
priori fuit in potentia ad illam,
ſed eſſentia prius origine fuit
ſub paternitate, quàm ſub filia-
tione in illo.ergo priori originis
fuit in potentia ad filiationem.
¶Ad maiorem dico, ꝙ eſt falſa
ſi fiat diſtributio pro priori ori-
ginis,ſicut accipitur in minori,
quia quod pater habeat eſſen-
tiam prius origine,nõ eſt aliud,
niſi ꝙ habeat eſſentiam a ſe, &
ꝙ filius habeat eam in poſterio
ri originis ſigno, non eſt aliud
niſi ꝙ habeat eſſentiam ab alio
modo:iſta poſſunt ſimul ſtare,
ꝙ pater habeat eſſentiam a ſe,
& filius a patre, & tamen quod
in eodem ſigno naturæ habeat
eam, & nunquàm filius fuerit
in potentia ad eam habendam:
vnde ſic arguitur, non habent
eam in priori originis, ergo non
habent eam in priori ſigno na-
turæ,quod requiritur ad hoc qđ
fuerit in potentia ad eam,eſt fal
lacia ſm quid ad ſimpliciter, ar
guendo a negatione ſm quid,
ad negationẽ ſimpliciter. ¶ Ad
ter-

tertium dico, ꝙ ibi eſt potentia obiectiua, & quando tu dicis, ꝙ potentia obiectiua dicit imperfectionem in creatura ſicut ſubiectiua, diſtinguitur, eſt enim quædam potentia obiectiua ꝓducibilis, quædam creabilis: prima non dicit imperfectionem, & eſt in diuinis, ſecunda dicit imperfectionem, & eſt in creaturis. ¶ Ad quartum dico, ꝙ relatio eſt forma partialis. Et cum dicis, ꝙ eſt forma partis, dico ꝙ eſſe formam partis poteſt intelligi dupliciter, vel ſicut fundamenti, vel ſicut ſubiecti: quod autem ſe habet rōne ſubiecti reſpectu formæ partialis eſt quaſi materia, non autē quod eſt fundamentum. ¶ Ad quintum cum dicitur, ꝙ prioritatem realem originis ſequitur talis ordo, & realis potentia, dico ꝙ non eſt verum, niſi de potentia obiectiua, vt expoſitum eſt ſupra, & cū dicis ꝙ omnis imperfectio quæ ſequitur potentiam ſubiectiuā, ſequitur obiectiuam, patet ſupra in ſolutione tertij argumenti. ¶ Ad ſextum, ex duobus formaliter diſtinctis non conſtituitur quid vnum per ſe, niſi vnum ſit actus, alterum potentia. 7. Meta. ¶ Solutio ſecundum philoſophum in eodem ſeptimo capitulo. vltimo, & 8. vnitas compoſiti neceſſario eſt ex compoſitione actus & potentiæ, nunc autem perſona in diuinis non eſt compoſita, nec quaſi compoſita, ſed ſimpliciter ſimplex, & ita ſimplex, ſicut eſſentia ſecundū ſe conſiderata, nullam habens compoſitionem, nec quaſi compoſitum in re, & tamen formalis ratio eſſentiæ eſt diſtincta a formali ratione relationis, nec vna eſt alia. ¶ Qualiter autem ſtat, quòd relationis in ſe non ſit formaliter eadem rationi eſſentiæ, & tamen in eodem concurrentes non conſtituunt compoſitum, hoc eſt, quia iſta perfectio eſt eadem illi, propter infinitatem vnius quicquid poteſt eſſe cum ea, eſt perfecte idem ſibi. perfectio igitur identitatis excludit omnem compoſitionem, & quaſi compoſitionem, quæ identitas eſt propter infinitatem, & tamen infinitas nō tollit formales rationes relationis & eſſentiæ, quin hæc formaliter non ſit illa, nihil igitur ex iſtis eſt quaſi compoſitum ex actu & potentia, ſed eſt vnum fundamentum ex iſtis, quia eſt perfecta identitas, iſta etiam identitas excludit aggregationem, quia idem non aggregatur cum ſeipſo.

CONTRA, quando ex duobus vt ſunt diſtincta ſit aliquid vnum maioris vnitatis, quàm ſit vnitas illorum, vt diſtincta ſunt. vnum eorum eſt potentia, & reliquum actus. quia ſi neutrum eſt actus alterius, ergo non magis ex eis ſit vnum, quā vt ſunt diſtincta, cum nullam videntur habere habitudinem ad inuicem: relatio & eſſentia, inquantum ſunt diſtincta conſtituunt perſonam, quæ eſt perſona deitate ſola, hæc perſona eſt magis vna, quàm ipſa, vt diſtincta. igitur &c. ¶ Item, ſi terminus formalis communicatur alicui, quantūcunque ſuppoſitū modi cū dicit terminus formalis cōicatus præſupponit illud, cui cōicatur reſpectus, non præſupponicatur cui cōicetur eſſentia, qa tunc relatio eſſet prius quàm eſſentia, ergo eſſentiæ cōicatur relatio, vt eſſentia præexiſtit. ergo

go eſſentia eſt quaſi materia.

AD PRIMVM dicitur, ꝙ maior eſt vera, quando vtrumque eſt res & res, non quando vnum eſt res, & alterum modus intrans realitatem eius, & maxime, quando illud, quod eſt res eſt infinitum.

CONTRA, quæro an ex re & modo ſit magis vnum per ſe quàm ſint iſta, vt in ſe diſtincta ſunt. Si dicis ꝙ ſic vnum eſt actus & alterum potentia, quia ſi vnum non ſit actus, & alterum potentia. tunc erit tantum hoc, & hoc. & tunc compoſitum non eſt per ſe vnũ ex iſtis, ſed ex alio. Aut ſi eſt magis vnũ illi in tertio, quàm inquantum ſunt diſtincta, oportet aliquid eſſe in compoſito, vltra rationem huius & huius, & tunc aut eſt abſolutum. & tunc hoc & hoc. aut reſpectus. & tunc ille reſpectus per quem vnum reſpicit aliud erit intrinſecus, & tunc ille reſpectus eſt actus & potentię ſecundum philoſophos, vis rationis ſtat in hoc, ſi. a. non eſt actus. b. nec econuerſo. ergo in tertio. a. non eſt vnum ipſi. b. quantum diſtincta non ſunt per ſe vnum, quia neutrum eſt de per ſe alterius intellectu. ergo vt in toto, neutrum eſt per ſe vnum alteri, ergo totum non eſt per ſe vnũ. & tunc nihil erunt per ſe ſuppoſiti naturæ diuinæ, quia nec hoc nec illud. nec hoc & illud eſt per ſe ſuppoſitum naturæ, prima cõſequentia probatur ex oppoſito conſequentis. ¶ Reſpondeo, ex eis ſit vnum, non quia hoc & hoc, ſed aliquid aliud, non per reſpectum, nec per abſolutum ſed illud includit magis abſolutum, & reſpectum.

CONTRA, ſi illud tertium ſit aliud, quàm hoc. ergo perſona erit aliud quam hoc & hoc, dico illud tertium eſt iſta, & ſimul.

CONTRA, ergo tantum hoc & hoc. Solutio, illud tertiũ eſt ſimul vtrunque, vt habens reſpectum adinuicem, non tamen vt potentia & actus, ſed vt res & modus. ¶ Ad primum dicitur ad maiorem, cum accipitur ex diſtinctis, vt diſtincta ſunt, non eſt verius vnum, quàm eis vt indiſtincta, niſi per aliud quàm per rationem formalem diſtinctorum. dico illud aliud quod eſt ratio vniendi eſt identitas, ſcilicet quòd iſta duo ſunt idem identice.

CONTRA, vt diſtincta ſunt excluditur ab eis identitas realis. ¶ Contra, accipiamus prę ciſiſſime, vt poteſt accipi ab intellectu, eſſentiam illam, eſſentia ſic accepta & paternitas non ſunt idem, quia vnum ad ſe, alterum ad aliud. ex illis igitur eſt diuerſitas formalis, ex illis etiã præciſiſſime ſumptis eſt vnitas identica, ſi enim deitas hoc habet, quòd quodlibet ſibi poſſibile ſit idem ſibi, in illo habet vnde relatio ſibi compoſſibilis ſit eadem ſibi, aliter nunquàm erit compoſſibilis ſibi. ¶ Dico aliter, ꝙ nunquàm per aliquid quomodocunque in ratione principij vnum eſt ex iſtis formaliter, quod eſt aliud formaliter ab illis, vt diſtinguitur, vnde idem poteſt eſſe rõ conuenientiæ vnius, & diſtinctionis alterius, ratio quiditatis eorum eſt non incluſionis eorum, & non identitatis formaliter, & eadem eſt ratio proxima identitatis realis eorum, & ideo compoſſibilitatis eorum.

DISPV-

DISPVTAT. XXIX.

Vtrum voluntas in diuinis, vt concors ſit principium formale ſpirādi ſpiritum ſanctum.

VTRVM voluntas in diuinis, vt concors ſit principium formale ſpirandi ſpiritũ ſanctum. ¶ Arguitur ꝙ non, qa nulla potentia libere actiua, inquantum talis, eſt principium formale productiuum productionis neceſſariæ, voluntas vt concors eſt huiuſmodi, ergo. Probatio antecedentis, quia ſm philoſophum. 6. Ethic. actiuum diſtinguitur a factiuo, & quia actiuum non habet terminũ aliũ ab actu, potentia autem factiua ſeu practica hẽt aliũ terminum, ꝙ ipſam productionẽ, ſed voluntas vt concors eſt actiua, ergo vt eſt ſic, non eſt productiua. Minor patet, quia non eſt concors, niſi per velle, ſed velle eſt actio manens in agente. ¶ Item, quid intelligitur per concors, aut dicit aliud a voluntate re vel ratione, aut nihil. Si nihil, habeo propoſitum, videlicet ꝙ voluntas abſoluta ſumpta abſq; aliquo addito eſt principiũ &c. Si aliquid ratione, aliquid rationis eſſet principium &c. & tunc etiam alia perſona ad eſſe ſuum reale ſupponeret aliquid rationis. Si ſit aliquid re, hæc non eſſet, niſi relatio, & tunc plures eſſent relationes in diuinis quàm communiter ponuntur a Doctoribus.

CONTRA, Ricar. 3. de trin. cap. 2. amor iucundiſſimus non poteſt eſſe, niſi in amore mutuo, ſed hoc eſt voluntati vt concordi. ¶ Ad primum dico, ꝙ quia voluntas in volendo nihil producit, ideo manet ſecũda ad producendum.

[margin: . 3. de ...n. c. 2.]

CONTRA, nulla potentia habens actum adæquatum poteſt habere alium, ſed voluntas diuina habet actum adæquatum, ſcilicet velle infinitum. ergo. ¶ Dicitur, quòd verum eſt alium vniformem & eiuſdẽ rationis. Sed iſtud non videtur valere, quia ex eo, quòd potentia eſt adæquata actu ſuo, & per actum infinitum adæquatum non poteſt in alium. ¶ Ad ſecundũ poteſt eſſe relatio realis, & tunc eſt eadem, ꝙ ſpiratio actiua, vel relatio rationis per comparationem patris ad filiũ, & econuerſo.

CONTRA, principium formale productionis ſpiritus ſancti præſupponitur ſpiritui ſancto, & per conſequens, vt ſic non dicit reſpectum ad ſpiritum ſanctum, quia ſpiritus ſanctus intelligitur non eſſe.

¶ Item, arguitur ꝙ non vt cõcors, quia quibuſcũque ſuppoſitis, voluntas vt concors eſt ratio formalis producendi ſpiritum ſanctum, iſta ſuppoſita ꝓducunt ſpiritum ſanctum, vt cõcordes. ſi igitur ratio formalis producendi ſpiritum ſanctum patri & filio eſt voluntas vt concors, igitur vt concordes producunt, & ita non vt diſtincti, ergo non ſunt vnum principium producendi ſpiritum ſanctum contra Auguſt. ¶ Item, ratio formalis proxima reſpectu productionis ſpiritus ſancti, eſt diſtincta in patre & filio. ergo pater & filius ſunt diſtincta principia. Probatio antecedentis, quia ſecundum te voluntas non abſolute ſumpta, ſed ſub actu impendendi gratuite vel repen-

dendi hoc eſt, ſub amore filij debito ad patrem, & ſub amore gratuito patris ad filium, eſt ratio formalis proxima. Nunc autem ſub iſto actu tēdit in obiecta, vt duo, velle enim patris tendit in filium, & vt eſt filii tendit in patrem. ¶ Dicitur ꝙ terminus eſt vnus, vel volitio vna ſecundum rem, diſtincta tamē ſecundum rationem, ſicut eadem via eſt ab athenis ad thebas &c.

CONTRA, quæro. an pater vt diligit filium eſt principium totale producendi ſpiritum ſanctum, quòd non poteſt dici, quia tunc filius nihil faceret, vel eſſet ſuperfluus, tunc enim ſpiritus ſanctus eſſet ab aliquo, quo non exiſtente nihil minus eſſet, aut partiale, quia tunc imperfectum principium, & erunt ſicut duo trahentes nauem, quod eſt inconueniens. ¶ Dico, ꝙ pater eſt totale principium ſecundum rem.

CONTRA, voluntas eſt res & non ſic eſt principium, ſed vt concors ſecundum te, hoc eſt ſub duplici reſpectu, vt dictum eſt, ſed voluntas non poteſt eſſe formale quo, ſub iſto duplici reſpectu, nec in patre, nec in filio. ergo neuter erit principium totale ſecūdum rem, ſed quodlibet partiale.

¶ Item, ſi voluntas eſt principium formale, tunc eſſentia habetur in filio, & ſpiritu ſancto æquiuoce, quia filius producitur eſſentia abſolute, quia eſſentia eſt principium formale producendi filium, ſed non eſt formale principium producendi ſpiritum ſanctum, ſed voluntas vt concors, & productio tūc dicitur æquiuoca, quando productum non aſſimilatur principio productiuo.

CONTRA, * illud quod dicebatur in quæſtione, ꝙ amor iucundiſſimus, non poteſt eſſe niſi amore mutuo, quia amor iucundiſſimus eſt beatificus, alias voluntas non quietaretur ibi, ſed pater non beatificatur videndo filium, ſed eſſentiam ſuā. ergo non oportet, ꝙ amor iucundiſſimus ſit mutuus. *a.l. i*

DISPVTATIO. XXX.

Vtrum alia a Deo ſint volita neceſſario ab eo ad eſſe exiſtentiæ.

VTRVM alia a Deo ſint volita neceſſario ab eo ad eſexiſtentiæ. ¶ Quòd ſic. quia immutabiliter volita, neceſſario ſunt volita, ſed ſunt immutabiliter volita, quia ab æterno, quod autem eſt æternum, & immutabile. ergo &c. quia ſi non neceſſario voluit ea, ergo poſſibile eſt Deū eo nō velle ea, ergo voluntas eius ſe habet ad vtrum libet, & ita imperfecta. ¶ Dr, ꝙ non, & per hoc adducitur Anſelmus. Cur Deus homo.

¶ Item, voluntas eſt reſpectu finis, & eſſentialem ordinem habet ad finem, ideo in finem fertur, ſed non habet neceſſariam habitudinem, nec eſſentialem ordinē ad alia, quæ ſunt ad finem. ergo non neceſſario ſunt volita.

AD PRIMVM, non ſunt mutabiliter volita, licet ſint ab æterno volita, quia ibi eſt tēporale connotatum.

¶ Ad ſecundum, non eſt imperfecte in voluntate, ſed effectu.

CON-

CONTRA poſitionem. eodem actu vult ſe, & alia. Probatio, quia in Deo ſuum velle eſt ſuum eſſe, quod nullo modo eſt aliud, & aliud, nec mutatur, ſed eſt idem omnino.

CONTRA reſponſionem ad primum argumentum, ſi nõ immutabiliter vult alia, poteſt ea non velle, quæro igitur, an antequam voluit, quod non poteſt dici, quia ab æterno voluit, nec poſt, quia in æternitate. nec eſt prius, nec poſterius, tunc etiam eſt mutabilis, nec ſimul dum voluit, quia tunc eſſet contra tradictio.

AD PRIMVM non ſequitur conſequentia, ipſe.n. eſt finis ſui & ideo vult ſe neceſſario, alia aũt ad iſtum finẽ ordinem habent accidentalem. vnde actus eſt in ſe neceſſarius, non tñ reſpectu talis obiecti. ¶ Ad aliud poteſt non velle, & ante, & poſt.

CONTRA ſolutionẽ primi, quia non eſſentialiorem ordinem habet eſſe quiditatiuum rei ad diuinam bonitatem, quã eſſe exiſtentiæ, ſed Deus nõ neceſſario vult p ſe eſſe exiſtẽtiæ. ergo nec eſſe quiditatiuum, hoc eſt inconueniens, quia tunc habens ſcientiam ab æterno de lapide, non habuiſſet metaphyſicam ſcientiam, vel ſcientiam realẽ, quod eſt falſum, quia ab ęterno habuit ſcientiam realẽ. ſciẽtia aũt realis habet obiectũ realem, obiectũ aũt ſcientiæ eſt q̃d quid rei. quia ſcientia, quã quis habet, non eſt niſi de ſcito. ergo erit aliquid, & diſtinctũ ab eo, & erit quid. quia ſcientia eſt de quod quid eſt. ¶ Itẽ, cõtra aliud, oĩs potentia, vel eſt ante actum, vel cum actu, vel poſt actum. & ita potentia ſecundum quam eſſe habent res ab æterno, & q̃d quid eſt repræſentatum cũ actu ſimul. Deus non poteſt velle quod vult ante actum, quia tunc realiter non vellet, & poſtea vellet, nec potentia cum actu poteſt non velle, quia potentia cũ actu eſt, quando actus eſt. ergo ſimul oppoſita.

AD PRIMVM dicitur q̃d ſufficit, quod illud de quo eſt ſcientia habet eſſe repræſentatiuum, non tamen quiditatiuum, & reale.

CONTRA, ſcientia quam habet Deus de lapide non eſt de illo ſecundum eſſe, quod habet in Deo, quia tunc non eſſet, niſi ſcientia de ſeipſo, ergo eſt de aliquo, quod habet quiditatem aliam. ¶ Dicitur, ꝙ verum eſt de aliquo repræſentato, quod repræſentatum, vt repræſentatum non habet, niſi eſſe repræſentantis, ſed intellectus diſtinguit repræſentando, quod quid repræſentatum eſt indifferens, vt ſit ens, vel non ens, & tale non oportet habere aliquod eſſe exiſtentiæ, vel quiditatiuum.

CONTRA, actus ſciendi non poteſt eſſe actus ſciendi, niſi terminetur ad aliquod obiectum, quia menſuratur ab obiecto. menſuratum autem dependet realiter a menſura, ergo iſte actus, vt eſt huiuſmodi, tranſit ſuper illud. quæro igitur de * illo tali ſuper quod tranſit huiuſmodi actus. aut eſt ens perfectũ, aut diminutum, aut nullũ. Si nullum, nulla erit de eo ſciẽtia realis. ſi diminutum, ergo habet entitatem diminutã realem diſtinctam. *a. l. iſto.*

¶ Item, repreſentans non primo repręſentat ſe, vel illud

in quo eſt, ſicut ſpecies in anima non primo repræſentat ſe vel animam, ſed aliud ad repræſentandum. igitur aut eſt nihil, & cum idea referatur ad ideatū, relatum ad nihil ſit abſolutum, tunc idea inquantum idea eſſet abſolutum, aut diminutum, aut perfectum, ſicut prius.

AD PRIMVM, & ſecundum, dicendo, ꝙ intellectus Dei fertur ſuper aliquod factibile, & terminatur non ad nihil. nec ad ens diminutum, ſed ad ens perfectum, non perfectum in eſſe ſubſtantiæ, nec quiditatiuo, ſed ad eſſe repræſentatum, ſcilicet in idea, vnde bene terminatur ad ideam, & ad rem vt repræſentantem in idea.

CONTRA, res iſta eſt correlatiua ideæ. ergo aliud ab idea, & ſic loquimur de ea ad præſens, vt idealis, & ſic aut eſt nihil, aut ens diminutum &c. vt prius.

¶ Dico quod ideale vt eſt correlatiuum ad ideam, non eſt diſtinctum, niſi ſm rōnē intelligēdi, & ſm intellectū, ſicut ſi pingatur in pariete Hirco ceruus, qđ nō eſt, nec eſt poſſibile, imago illa non repræſentat ſe, cū non correſpondeat aliquid ſibi ſm eſſe quiditatiuum, nec ſm eſſe exiſtentiæ. ſed intellectus dicit aliquid repræſentatum, ſic intellectus Dei intelligens ideas rep̄ſentatiuas ideatorum, diſtinguit repreſentata ab ideis, ſm rōnē intelligendi. nec correlatiuum eſt aliquid ſecundum eſſe quiditatiuum, vel exiſtentiæ.

CONTRA, relatiuum ad nihil eſt abſolutū. ergo idea eſt abſolutū. ergo idea, quia correlatiuū ſuū, eſt nihil. Rn̄deo eſſe ideabile in idea, eſt eſſe ideæ.

¶ Contra ad hoc arguit̄, non aliter nouit Deus fienda, q̄ facta, ſi non nouit Deus lapidem p ideā lapidis, niſi tm̄ vt diſtinguat̄ ab idea. ergo nec mō aliter nouit creaturam, q̄ vt non factā in re, ſed tm̄ nouit rōnes diſtinctas in ſeipſo. ¶ Item, in primo inſtanti in quo idea repræſentatur intellectui, eſt abſolutū, ergo tm̄ repræſentabit ante diſtinctionē rōnis per te, vel repræſentabit vt repręſentatiuum aliud. &c. ante diſtinctionē rōnis erit repn̄tatū diſtinctū ab idea repn̄tante, aut igitur habet eſſe imperfectū, & tunc vt prius ¶ Dico ꝙ repræſentabit illud quod prius, ſed non eodem modo.

CONTRA, ſi actus terminabatur ad idē ab æterno, ad qđ mō, ſed non modo determinabatur ab æterno ad aliquid diſtinctum ratione tantū ab idea. ergo ad aliud. ¶ Dico vtrunque vidit ab æterno.

¶ Contra, ſi ab æterno non cognouit lapidem, niſi tantum vt diſtinctum ratione ab idea. & modo cognoſcit re diſtinctum. ergo eſt aliquid in obiecto vt determinat modo actū eius, qđ non tunc. ¶ Dico ꝙ alietas eſt ex parte rei, quæ ab æterno diſtincta rōne ab idea, mō diſtinguitur re ab ea. ¶ Contra. ergo res mō obijceret̄ alio modo intellectui, q̄ ab æterno. ¶ Dico ꝙ non. ¶ Contra arguitur ſic, res hæc ſm eſſe ſm qđ intelligitur diſtinguit realiter ab idea terminat actum intellectus, non autem ab æterno, ergo non terminauit tunc ſecundum eſſe, ſm quod modo dico, ꝙ res nō terminat actum intellectus Dei ſm eſſe hoc, vel illud, ſed eſſe, vel idea tantum terminat.

CON-

CONTRA, intelligitur ſecundum aliquid eſſe modo, ſm quod non intelligebatur. tunc verum eſt a parte rei, & non a parte intellectus. Ad aliud in primo inſtanti repræſentatur.

CONTRA, igitur repñtatum non habet primo eſſe ſuũ p rõnem diſtinctam. ¶Dico idea ſtatim repñtat aliud. ¶ Contra tunc diſtinguitur ex natura rei. Nego. ¶ Contra. ergo in primo inſtanti ante actũ rationis, tantum eſt poſſibile diſtingui, quia non diſtinguitur ſm rem, nec rõnem, quia tunc eſſet diſtinctio rationis ante diſtinctionem rationis. ¶ Ad aliud principale quid addit velle lapidem ſuper velle? ¶ Dicitur nulla realitas additur.

CONTRA, igitur totum quo vult lapidem eſſe, vt huius obiecti eſt neceſſarium formaliter, cum nihil reale additur a parte obiecti, nec actus additur ſuper actũ. ergo neceſſario vult, quia per nihil rationis vult me ſedere. ¶Dico effectus contingẽter eſt a cã neceſſaria, licet totus actus ſit neceſſarius. ¶Alr̃ dr̃ ad illud, velle Dei, vt eſt reſpectu me ſedere, addit entitatẽ poſitiuã differentẽ rõne a velle, ſicut differt relõ in diuinis ab eſſentia p intellectũ, & iſta entitas eſt intrinſeca entitas Deo, cui repugnat mutabilitas, cui tñ non repugnat poſſibilitas. ¶ Similiter de nolle, hoc eſt perfectionis in voluntate, quia quid eſt ab ea differens, ſaltem ratione, & tamen poteſt eſſe, vel non eſſe.

CONTRA, ex hoc ſequitur aliud inconueniens, ſcilicet aliquid intrinſecum Deo eſſe poſſibile non eſſe &c. vere idem ſimplex non poteſt eſſe ex poſſibili, & neceſſario: non. n. idem perfecte ſimplex eſt poſſibile & neceſſe, aliter, idem erit & non erit. ¶ Dicitur ꝙ diſtinguitur formaliter vt res & modus. ¶ Contra tunc vel eſt quãdo eſt ſecundum formam ſuã. 2. phyſi. & qñ non ſecundum illam formalitatem, tunc non eſt &c.

DISPVTAT. XXXI.

Vtrum theologia Dei ſit practica, vel ſpeculatiua.

VTRVM Theologia Dei ſit practica vel ſpeculatiua. ¶ Qđ ſpeculatiua. quia theologia eius eſt nobiliſſima. aliqua ſpeculatiua eſt nobilior omni practica, primo metaphyſicæ. & ergo & cætera. ¶ Contra, finis ſpeculatiuæ eſt veritas, ſed ſi ſcientia Dei eſt ſpeculatiua proprie, igitur tantum conſiſtet in ſpeculatione veritatis, & non vltra ordinaretur ad dilectionem eius, quod falſum eſt. ¶ Dicitur, quod eſt practica, ſed habitus intellectualis practicus dependet ex quatuor cauſis. ſ. obiecto practico, vel materia practica, & fine practico, & dependet ab intellectu, tanquam ab efficiente practicũ habitũ, vt tñ mouetᷣ ab appetitu. 6. ethi. eſt quidem habitus practicus ab obiecto practico materialr̃ qđ oportet eſſe appetibile, & non tm̃ ſpeculabile, ẽt in nobis requirit obiectũ contingens operabile, formaliter autem eſt practicus a ſeipſo, ſi duplex poteſt eſſe habitudo eius formalis notitiæ cõformis appetitui, & hæc eſt prima rõ eius formalis, ſecũdaria qua

eſt directiua & conſideratiua, obiectum ē͞t duplex eſt appetibile,& contingens operabile,reſpectu ſcientiæ noſtrę oīa iſta quatuor ſunt in Deo,quia eſſentia eius,ſicut obiectum,vel materia eſt ſumme appetibile ,vel diligibile,& intellectus tanq̃ efficiens prius intelligit hoc , quā voluntas velit hoc,& ideo reſpectu ſui,& a ſe theologia eius,eſt ſimpliciter practica:reſpectu autem aliorum a ſe, ſi ſint operanda eſt aliquo mō practica formaliter , non quia intellectus prius dictat illa facienda,& poſtea illa voluntas velit,ſed prius intelligit ſimplicia,& poſt volūtas determinat ea eſſe faciēda, & poſt intellectus intelligit ea facienda , & eadē voluntas vult executiue illa , & propter conformitatem illam , eſt ſcientia practica .

AD PRIMVM dicitur, quod philoſophus non ponit ſcientiam practicam reſpectu dilectionis , ſed ſo lum reſpectu praxis,quæ eſt in viribus inferioribus, & quæ eſt reſpectu operabilis contingentis , & verum eſt quod omni tali practica eſt ſpeculatiua nobilior,ſed loquendo de praxi, quæ eſt actus elicitus voluntatis,& hoc reſpectu obiecti nobilis,non eſt ita.

CONTRA pedem q̄ōnis, & primo contra illud, quod dicitur quod habitus dicitur practicus materialiter ab obiecto, & effectiue ab intellectu , quia ſicut ſe habet finis in operabilibus, ſic principium in ſpeculabilibus.quantum ad hoc,videlicet , quod ſicut principium in ſpeculabilibus eſt principium effectiuum reſpectu concluſionis, ſic finis in operabilibus eſt principium continens virtualiter, & efficaciter omnia alia , q̄ ſunt ad finem,ita quod nihil eſt tale formaliter , & eſſentialiter, niſi per illud quod eſt tale virtualiter,& effectiue. Exemplū, de ſubiecto,& paſſione, & principio,& concluſione,quia nunquam eſt concluſio formaliter vera , niſi quia eſt principiū efficaciter,& virtualiter tale,& ſimiliter de paſſione reſpectu obiecti,ſed eſſentia diuina eſt huiuſmodi,vt finis , ideo continet omnia alia virtualiter,& efficaciter,quæ ſunt ad finem,nō igitur tantum materialiter,igitur. ¶ Item,quod dicitur in theologia Dei ordinatur ad dilectionē vt ad finem.

CONTRA , finis eſt cauſa nobiliſſima,vnde ſi de omnibus cauſis eſſet ſcientia. ſcientia de fine eſſet nobiliſſima ſecūdum Auicen.6.meta.ergo ſi eſſentia, vt obiectum non habet rationē finis , ſed ipſa dilectio ratio eſſentiæ in ſe,non eſſet ratio nobiliſſima,quod eſt falſum.

¶ Contra reſponſionem ad argumentum , ſcientia ſpeculatiua eſt ſui gratia , non autem ſic practica.ſed gratia alicuius vtraque eſt hæc, ergo ſcientia ſpeculatiua eſt nobilior ſciētia practica.¶ Item,contra illud quod dicitur in poſitione,quod dilectio eſt praxis,quia praxis eſt in poteſtate illius,cuius eſt praxis, ſed dilectio Dei non eſt in poteſtate eius,quia neceſſario ſe diligit , ergo dilectio Dei non eſt praxis.

AD PRIMVM dicitur,q̄ obiectum & finis ſunt cauſa effectiua reſpectu veritatum practicarum,& operabiliū,ſed non tota cauſa ſine intellectu ſimiliter

ter efficiente, vnde obiectum & finis quæ idem ſunt in eſſentia diuina, differentia ſola ratione cum intellectu diuino, ſunt tota, & completa cauſa efficiens reſpectu veritatem illarum operabilium, & neutra per ſe eſt tota cauſa, ſed tantum cauſa partialis.

CONTRA, illud eſt argumentum vltimum, quod ſit in illa quæſtione, vtrum intellectus paternus ſit principium formaſſe exprimendi verbum, ꝙ ſi eſſentia diuina, vt obiectum, vel finis non ſit tota cauſa efficiens reſpectu talis veritatis operabilis, & praxis, vt dilectionis, ergo non eſt ſimpliciter infinita, quia perfectiorem modum cauſandi habet cum intellectu ſuo concurrente, quam per ſeipſum, ergo &c. ¶ Reſpõdetur ibi aliqualiter. ¶ Ad aliud, cum dicitur, ꝙ praxis quæ eſt dilectio eſt finis ſed ratio finis eſt ratio nobiliſſima, non ergo eſſentiæ. ¶ Dico, quod actus eſt finis. ſ. dilectionis, ſed vlterius ordinabilis ad finem vltimum, qui eſt eſſentia diuina, & ideo eſſentia ſub eadem ratione a parte ſui eſt obiectum, & finis, ſicut motus ab anima, & ad animam eſt ab eadem, & ad idem. ¶ Ad aliud dicitur, ꝙ praxis eſt in poteſtate cuiuſcunque eſt, ita ꝙ poteſt elici ab eo, ſed poteſtas eius non eſt poteſtas elici, & non elici, quia hoc eſt poteſtatis imperfectæ.

Commen. 6. ethi. CONTRA 6. ethicorum dicit Commentator, quod praxis ſequitur electionem, ergo poteſt voluntas non elicere praxim. ¶ Item, neceſſitas naturalis non poteſt ſtare cum ptãte voluntatis, quia iſta ſunt principia actiua oppoſita, neceſſitas naturalis, & libertas, vel poteſtas voluntatis; ſed in poteſtate voluntatis non eſt magis diligere, q̃ intellectus intelligere, non ſolũ non diligere. ¶ Item, non eſt in poteſtate Dei eſſe non volũtas, ſed dilectio ſua eſt idem ꝙ voluntas eius, ergo non eſt in poteſtate voluntatis ad diligendũ eſſentiam ſuam.

AD PRIMVM dico, ꝙ praxis in nobis ſequitur electionem, nam quia voluntas noſtra eſt mutabilis, iõ determinatur per circunſtantias, tanquam directiua ad multa, voluntas autem Dei immutabilis, & ideo dilectio in Deo non ſequitur dictamen, & conſilium intellectus, & ideo in Deo non valet quod obijcitur.

CONTRA, virtus eſt habitus electiuus, ergo ſicut poſſumus habere habitum intellectiuum reſpectu eorũ, quę ſunt ad finem, ita & reſpectu finis, ſicut patet de charitate, quæ eſt virtus, & reſpectu finis, igitͬ & reſpectu finis põt eſſe electio, ſed electio põt dici volitio ſequens perfectam cognitionẽ obiecti, ſiue ſit deliberatio, ſiue nõ, nã deliberatio, ſicut conſiliatio eſt de concluſione tñ, & non de principio, ſiue eis, quæ ſunt ad finẽ, vel non de fine. Nã pp perfectam cognitionẽ principij, ſi aſſenſero, operari eſt electio proprie ſine tñ, vt reſpectu huiꝰ honeſti eſt viuendũ, eſt electio reſpectu huius concluſionis concluſæ. ſ. caſte eſt viuendum, ſed imperfectior prima, ſicut cognitio concluſionis eſt impfectior cognitione principij, vñ cognitio ſtricte eſt perfectio cognitionis concluſionis, quæ eſt imperfecta, quia non habet ex termi-

 nis

nis, ſed concluditur ex termi-nis. Alio tamen modo electio perfecta eſt principij ſine diſcurſu,& de liberatione cogniti,tamen perfectius cogniti, & ſic electio eſt praxis.

¶ Item, circa finem poſt cognitionem perfectam poteſt eſſe electio & peccatum, ſed ſummum peccatum eſt vti fruendis,& frui vtendis.

¶ Item, ſecundum Auguſtinum 83.q qō.7. Omne peccatum,aut eſt ex infirmitate, aut ex malitia, aut electione, ſed quando aliquis vtitur fruendis non hoc facit ex malitia, aut infirmitate, ergo electione, ergo eſt praxis circa finem vltimum, vnde habitus practicus eſt directiuus praxis, quæ eſt electio voluntatis.prima igitur praxis eſt electio formaliter, vel ſecundum electionem actus, vt volitio, & ponit neceſſario delectationem circa finē in operatione practica, qua attingit finem, ſicut & ſpeculatio ponit circa obiectum ſpeculatiuum neceſſario delectationem,quæ eſt paſſio, & non operatio,quia non eſt practica, nec directiua paſſionis, nec delectationis, quia ex obiecto præſente, & praxi elicita, neceſſario ſequitur praxis illa, quæ eſt delectatio.

¶ Ad aliud,ſpeculatiua eſt nobilior practica, quia ſui gratia, verum eſt accipiendo vtrumque in ſe, quando tamen ſpeculatiua ordinatur moraliter, & in genere moris, inferior eſt ipſa practica, ad quam ordinatur.

CONTRA, ſpeculatiua eſt ſimpliciter nobilior in ſe practica. ergo etiam in ſpeculatiua ordinata in genere moris. Probatio conſequentiæ, quia mos non peruertit ordinem naturæ, ſed conformatur ſibi quantum poteſt. ſed natura non ſtatuit nobilius ordinari ad ignobilius.

¶ Reſpondeo, dico quod intellectio non eſt nobilior volitione,vel appetitiua, vt appetitus, finis eſt.

CONTRA, hoc quod dicitur rationem appetitiuæ eſſe finem, & probo, quod non eſt finis, quia appetitio ſi ſit moralis non tantum dependet a fine,ſed ex omnibus circunſtantijs alijs, vt per quas ſit ſicut debet, & quando debetur, & circa quod debet,& cætera. ſed intellectio practica eſt nobilior tam in entitate naturæ, quam moris quacunque appetitiua virium inferiorum, quia eſt directiuum & regula reſpectu actuum aliarum virium inferiorum, & ſic cauſa. ergo ordinatur in genere moris ad aliam appetitionem, tanquam ad finem cuiuſcunque virtutis inferioris, vnde praxis non eſt finis intellectus practici, ſed obiectum. ¶ Dicitur quod ſcientia practica ordinatur ad praxim, vt finem propinquum, talis eſt electio.

CONTRA, tunc habetur propoſitum,quia conſiliatio intellectus habet ordinem ad volitionem, cum volitio ſit praxis abſque omni poſteriori. ergo eſt vera practica, & hoc habes concedere, vnde volens dare pecuniam debito modo, & hoc eligens, non minus eſt liberalis moraliter, & ſi non habet pecuniam,dum in imagine cōgrue eligat dare, ſicut debet. aliter enim

enim nec Chriſtus, nec Apoſtoli,nec alij pauperes, quibus deficit materia exterior vere eſſent liberales. ſimiliter eligere fortiter agere in imagine eſt eſſe moraliter fortem, & ſi nihil terribile occurrat.

AD PRINCIPALE, ꝙ theologia Dei ſit practica, illa ſcientia Dei dicitur eſſe practica,cuius primum obiectum eſt operabile contingens, huiuſmodi eſt primum obiectum theologiæ Dei.ergo &cæ. Probatio minoris, Chriſtus totus eſt obiectum iſtius ſcientiæ, quia continet virtualiter omnes veritates illius ſcientiæ, & ſecundum aliquid ſui eſt operabile contingens,vt ſecundum naturam humanam,& eſt factibile, quia tota trinitas fecit verbum eſſe hominem.ergo &c.

¶Dicitur, quod non eſt factiua,ita quod habeat pro termino ſuo neceſſario aliquod operabile.¶Ad probationem dr, ꝙ Chriſtus dicit compoſitum cõtingens, & operabile ſubſiſtens in duabus naturis,& ita eſt primum obiectum, dico ꝙ Chriſtus non eſt primum obiectum continens virtualiter omnes veritates iſtius habitus, ſed eſſentia diuina.

CONTRA, eſſentia diuina non continet virtualiter articulos fidei, qui pertinent ad humanitatem Chriſti, ſed humanitas. ¶Item, ſubiecta partialia ſe habent ad ſubiectum totius, ſicut partes ad totum. ſed multa tractantur in hac ſciẽtia,quę non ſunt partes Dei,ſed Chriſti, & corporis,eius, vt decem trib. ſunt ſubiectum ſup. Oſee. ſicut dicit gl.dicit ibi in primo lib.totum aũt ſubiectum iſtius eſt totus Chriſtus triplici vnitate, ſicut dicit Linconiẽſis.¶Ad iſtud ꝙ oẽs articuli reducuntur ad Deum mediate, vel includũtur in eo mediate,ita ꝙ oẽs veritates ſcibiles includuntur in Deo virtualiter,ſed Chriſtũ eſſe paſſum non eſt veritas ſcibilis, vt ſcibile ſumitur proprie, ſed bene creditum.

CONTRA, illæ veritates contingentes, licet ſint contingentes, tñ neceſſario continent̃ in aliquo ſubiecto, ſed ſeptem ſunt articuli huius ſcientię,quę tm̃ conueniunt chriſto,vt Chriſtus.vnde ſiue ſint ſcibiles, ſiue non,illud eſt ſubiectum eorum primum, cui inſunt primo, & formaliter.talis eſt Chriſtus, & non Deus.quia illud eſt ſubiectum in ſciẽtia, de quo dici pñt omnia quæ ſunt in illa ſcientia, talis eſt Chriſtus vnus totus triplici vnitate.

CONTRA iſtam opinionem arguo ſic de eodem ſubiecto eſt theologia Dei, & noſtra, ſi igitur Chriſtus eſt ſubiectum theologiæ,ergo nulla veritas de trinitate eſt Theologica. nec multæ contingentes, vt Deus miſit filium ſuum &c. conſequens eſt impoſſibile, igitur & antecedens,cõſequentiam probo. nulla eſt veritas neceſſaria alicuius ſciẽtiæ, niſi ſubiectum illius ſcientiæ illam veritatem contineat.vel oportet, quod illa prima veritas ſit de ſubiecto primo illius ſcientiæ, vel parte aliqua illius ſubiecti. vel parte integrali,vel ſubiectiua,vel eſſentiali,vel de aliquo attributo eſſentialiter ad ipſum primũ ſubiectum,multę veritates neceſſariæ ſunt,quæ non ſunt de Chriſto,vt pater generat, pater & filio,

lio ſpirant ſpiritum ſanctum. nec pater eſt Chriſtus, nec pars Chriſti.nullo modo nec attribuitur eſſentialiter ad Chriſtū, quia ſi ſecūdum eum Chriſtus eſt vnum triplici vnitate, q̄a ſic includit perſonam, ergo ei non attribuitur pater. nec attribuit̃ ad filium verbū,quia filius non eſt eſſentialiter poſterior patre, nec econuerſo.ergo &c. ¶Item, ſi Chriſtus eſt primum obiectū, nulla veritas neceſſaria eſt theologica. Probo,quia q̄d de ſe eſt falſum,de oī eſt falſum, & de nullo verum.5.met.c.de falſo.ergo quod de ſe non eſt neceſſariū,de nullo eſt neceſſariū huiuſmodi eſt Chriſtus, quia eſt quoddam operabile contingens.ergo nulla veritas in eo neceſſaria continetur. ergo non eſt primum obiectum. ¶ Item, nullum ens per accidens,habēs in ſe conceptus diuerſos,eſt obiectum primum primo ſciētiæ, quia ante ſcientiam de toto aggregato per accidens præſupponitur ſcientia de vtraque parte eius,ſicut ante ſcientiam de numero ſonoro præſupponit̃ ſcientia de numero, & de ſono in ſe, quia quiditas vtriuſque partis eſt prius ſcibile, quam ipſum totum per accidens, ſed Chriſtus includit partes ex quibus, non fit vnum per ſe, ſed per accidens. ergo prius erit ſcientia theologica de vtraque parte,vel nulla erit theologia prima.

AD PRIMVM dico, ꝙ Chriſtus vt ſubiectum includit omnes veritates iſtius ſcientiæ virtualiter, ſicut obiectum debet includere. ſ. primo & adæquate, ita quod nihil ſit per ſe prius eo, licet enim quodammodo accipitur per accidens.

CONTRA, quod per accidens includit non eſt ſubiectū, ſic enim poſſem dicere, ꝙ feſtuca includat omnes veritates ſcientiæ mathematicæ, metaphyſicę,& naturalis, & ſic quod feſtuca ſit ſubiectum illarum,& ideo quod primo eas continet, debet eſſe primum obiectum, hoc eſt Deus.ergo ſequitur oppoſitum poſiti.

DISPVTAT. XXXII.

Vtrum eſſe intelligibile creaturæ præſupponat trinitatem perſonarum.

VTRVM eſſe intelligibile creaturę p̄ſupponat trinitatem perſonarum. ¶ Quod ſic quia Deus nō poteſt intelligere alia a ſe, niſi prius intelligendo eſſentiam concurrentē cū volūtate affectata,ſed Deus intelligendo eſſentiam producit verbū,& pater & filius volendo eſſentiā amicitia affectata producūt ſpiritum ſanctum.ergo &c,¶Item, de ratione cauſæ potentis ſufficienter, & perfectiſſime aliquid producere, eſt perfectiſſime in ſe ſubſiſtere.ergo cum eſſentia diuina non perfecte ſubſiſtat, niſi in tribus perſonis,videt̃ &c. Maior probatur, quia actiones ſunt oppoſitorum. Minor patet de ſe.

CONTRA, illud q̄d pluribus conuenit per aliquid commune,dempto vno illorum, nihilominus alteri poteſt conuenire. ſicut ſentire cōuenit homini,& aſino,tanquam paſſio, deſtructo homine,vel aſino,nihilominus conuenit alteri iſtorum, ſed

ſed productio creaturæ in eſſe intelligibili conuenit perſonis ratione eſſentiæ, quia infinita eſt. ergo circumſcripta vna perſona, nihilominus, poteſt alia omne producibile in eſſe, intelligibili producere. ¶ Item illud de ſe, & ex ſe eſt perfectum principium alicuius actus, quod poteſt immediate exire in illum actum, reſpectu cuius eſt principium perfectum, ſed pater de ſe eſt principium perfectum cuiuſcunque creaturæ in eſſe intelligibili. ergo. Probatio minoris, quia pater continet eſſentiam, quę ſufficiens principium eſt cuiuslibet productionis, & illud habet ex ſe formaliter, & non ex filio, quia nihil habet ex filio, ſed quicquid habet filius, & ſpiritus ſanctus, hoc habet a patre. ſaltem loquendo de perfectionibus eſſentialibus. & de his quæ reſpiciunt aliquid extra. ergo &c. ¶ Dicitur, quòd productio in eſſe intelligibili pręſupponit de neceſſitate productionem duarum perſonarũ, & vnius improductæ. & ita trinitatem in perſonis, quod declaratur ſic. ¶ Omne quod eſt ex ſe neceſſe eſſe, prius eſt omni eo. quod non eſt ex ſe neceſſe eſſe, ſed perſonę diuinæ ſunt ex ſe neceſſe eſſe, & creaturę in eſſe intelligibili non. ergo ſunt perſonæ diuinę priuſquam creaturę in tali eſſe. Maior probatur, quia illud quod eſt ex ſe omnino independens, prius eſt eo quod ab alio ſecundum omnẽ eſſe, quod habet, dependet. talia ſunt creaturę. ergo. Minor probatur, quia perſonæ diuinę ſunt idem realiter cum eſſentia diuina, quę ex ſe & formaliter eſt neceſſe eſſe, non ſic creaturę in eſſe intelligibili, quia eſſent Deus igitur.

¶ Tamen ad argumenta poteſt dici, quia, ſicut ad poſſibile poſitum ſequitur poſſibile, ſicut poſito homine ponitur riſibile. ſic poſito impoſſibili & incompoſſibili non eſt inconueniens ex illo impoſſibili, & incompoſſibili inferre contradictionem.

¶ Ita dico in propoſito ꝙ poſito poſſibili, & neceſſario, quod tres perſonę ſunt in eſſentia diuina. dico quod neceſſario eorum emanatio quantũ ad iſtas, quæ emanant pręſupponitur de illa, quę non emanat non eſt dubium, ſed poſita perſona abſoluta, quę poſitio impoſſibilis, vel incompoſſibilis. non oportet ꝙ trinitas pręcedat creaturas productas in tali eſſe.

AD PRIMVM in oppoſitum dicitur, ꝙ maior eſt vera, quia illud commune plurificatur in eis, ſicut eſt in exemplo addito. de ſentire. non ſic eſſentia plurificatur in perſonis.

AD SECVNDVM dico, quod quando aliquod principium, habet aliquos actus ordinatos non poteſt in actum poſteriorem, niſi præſuppoſito actu priori. Exemplum de anima reſpectu velle, & ſentire, ſic autem comparatur eſſentia diuina, vel intellectus, vt principium reſpectu actuum ad intra, & ad extra.

AD FORMAM argumẽti dico, quod maior eſt vera, quando illa quę procedunt ab illo principio, non habent inter ſe ordinem neceſſario, qualis eſt in propoſito. ¶ Contra pedem quęſtionis, & contra minorem rationis pro pede, in eſſentia diuina nõ eſt ordo, nec prius, nec

nec poſterius. ſed eſſentia diuina ab æterno eſt imago, & exēplar creaturę in eſſe intelligibili. ergo non neceſſario eſt ibi prior emanatio perſonarum, pręſuppoſito ipſo eſſe intelligibili creaturæ. ¶ Item contra aliā partem minoris, non ſequitur ſi eſſentia diuina ſit neceſſe eſſe ex ſe, ergo perſonæ diuinæ productę erunt neceſſe ex ſe, quia eſſentia eſt aliquo modo prior ꝑſonis ipſis productis, quia aliquo modo præintelligiť in eis, & perſonæ ſunt aliquo modo poſteriores, ſed non valet prius eſt ex ſe neceſſe eſſe. ergo poſterius &c.

CONTRA reſponſionem ad primum argumentū in creaturis ponuntur duo ſubiecta talia, & poſito per impoſſibile, ꝙ vna albedo eſſet in eis, nihilominus vno albo abſtracto, aliud album diſgregaret. ergo a ſimili in propoſito. & ſic eſſentia communis eadem tribus perſonis vna perſona per impoſſibile circunſcripta, nihilominus eſſet ꝓductio ab alia.

AD PRIMVM dicitur, ꝙ licet eſſentia diuina ab æterno fuerit cauſa exemplaris lapidis in eſſe intelligibili, tamen aliquo ordine prioritatis fuerunt perſonæ prius productæ, quàm lapis in iſto eſſe. Et cum dicis, in eſſentia non eſt prius, nec poſterius verum eſt in ea, tamen eſt ordo originis vt comparatur ad perſonas intrinſecas, & ad intra productas, & vt comparatur ad quodcunque ad extra productum, quia quodcunque aliud ab eo productum in quocunque eſſe, & ſi ſit æternum, tamē dependet a perſonis prius origine ꝓductis, ꝗ aliqd produciť.

CONTRA, æternum vt ſic eſt formaliter neceſſe eſſe. ſed neceſſe eſſe vt tale non dependet. ergo nec eſſentia in eſſe intelligibili ab aliquo depēdet. Probatio antecedentis. omne eſſe in quocunque genere, erit formaliter neceſſarium vel poſſibile, ſed lapis in tali eſſe non eſt poſſibile, quia tale habet prius non eſſe, quàm eſſe, quia habet de ſe non eſſe, & vnum quodcunque prius habet quod in ſe habet, quàm quod habet ex alio. ergo eſt neceſſe. hæc eſt demonſtratio. ¶ Probans ꝙ creaturæ non poterunt eſſe ab æterno. ¶ Ad ſecundum dicitur, ꝙ eſſentia diuina non eſt nata perfecte ſubſiſtere, niſi in perſonis diuinis & ſuppoſitis ſuæ naturæ. Et cum dicis, eſt prius perſonis productis, verum eſt prioritate originis, & non prioritate ſimplicitatis, quia hæc prioritas non eſt prioritas ſimpliciter. & ideo non prohibet eandem eſſe neceſſitatem omnibus perſonis, & ipſa eſſentia, licet neceſſitas intelligitur prius origine in eſſentia, quàm perſonis.

AD PRIMVM dicitur, ꝙ poſito tali caſu ſequitur aliud impoſſibile. ſ. quod nullum verum eſt ita neceſſarium, quin poſito aliquo caſu deſtruatur.

¶ Contra. omne quod eſt in patre eſt a ſe, & neceſſe eſſe, intelligere lapidem eſt in patre, ergo eſt neceſſe. ſed omne tale qđ eſt a ſe, eſt prius aliquo modo illo, quod eſt ab alio. ergo perſonæ productæ ab alio erunt poſterius lapide in eſſe intelligibili, quod eſt contra reſponſionē ad primum argumentum.

CONTRA reſponſionem ad tertium argumentum, quādo

do aliquid eſt commune aliqui bus eſt prius illis, quibus eſt cõ mune, & omne commune eſt prius diſtinctis, quæ conſequuntur illud commune, talis eſt eſſentia diuina. ergo &c. ¶ Ad primum, cum dicitur omni eſſe a ſe præcedit eſſe ab alio. dico ꝙ ſunt quatuor termini, quicquid eſt a ſe eſt prius omni eo, quod eſt ab alio, eſſe intelligibile eſt a ſe, hæc eſt falſa. quia in tali eſſe eſt ab alio etiam cauſaliter. ¶ Cũ probas, intelligere prius eſt a ſe intelligere, verum eſt, ꝙ intelligere patris intrinſecum non conotando extrinſecum eſt a ſe, hæc eſt forma argumenti. ¶ Ad rationem dico, ꝙ pater habet a ſe intelligere lapidis. ſed ordo naturæ eſt prius ſine contradictione eſſe ſine poſteriori, & hoc ex ratione prioris, licet ſit contradictio ex parte poſteriorum. Iſtud patet. 5. Metaphy. c. de priori, ſed ordo originis eſt eſſe aliquid ab alio. & iſto ordine non poteſt eſſe prius ſine poſteriori ſine contradictione, q̄a in priori poteſt eſſe completus totus ordo originis, & prius & poſterius origine poſſunt eſſe in eodem ſigno naturæ, comparãdo intellectum diuinum, & voluntatem diuinã reſpectu obiecti extrinſeci, & prius natura. Vnde vna perſona eſt alia complete in vno. ſ. inſtanti naturę quãdo comparatur intellectus & voluntas ad vnum obiectũ, in primo ſigno naturæ intellectus habet obiectum adæquatum præſens memoriæ, & in illo ſigno poteſt producere productum ſibi adæquatum, hoc autem eſt perſona filij infinita, quia adæquata potentię producentis infinitæ, & in illo primo ſigno naturæ communicatur natura, & voluntas, quæ in duobus eſt principium ſufficiens productiuum amoris infiniti. ſ. ſpiritus ſancti, & ideo nihil aliud præter eſſentiam eſt intelligibile, niſi tres ꝑſonæ in illo primo inſtãti naturę eẽnt ꝑductæ hac origine poſita ꝑ intellectũ, in primo inſtãti naturę cõparat̃ intellectus & volũtas ab alio in ſcđo inſtãti naturæ in quo eſt idẽ ordo originis in ꝑſonis, q̄ fuit prius in primo inſtãti naturæ, quia in illo ſecundo inſtanti naturæ pater habet a ſe intellectionẽ lapidis, & filius a patre, & ſpiritus sãctus ab vtroque. tunc quicquid eſt in patre eſt a ſe comparando ad intrinſeca, non tantum in primo inſtanti naturæ eſt prius, quàm quod eſt ab alio in eodem inſtanti naturæ, & ideo prius pater intelligit eſſentiam, quàm filius. Vnde primus ordo, ſcilicet originis eſt in primo ſigno naturæ, & ideo ſi nihil aliud eſſet intelligibile, niſi intrinſecum Deo, nulla perfectio tolleretur a perſonis: non autem intelligentia patris producit aliquid in filio, quæ producit intrinſeca in tali eſſe, ſed producit in filio eſſentiam, qua filius habet poſſe intelligere, & ideo concomitatur intellectionem eorum, quę dicuntur per intelligentiam: ſimiliter in inſtanti naturæ non producitur lapis in eſſe intelligibili a memoria paterna, vt eſt in memoria, quia nihil habet in memoria, niſi eſſentiam & eſſentialia, ſed tantũ eſt intelligentia. ſi enim lapis in tali eſſe eſſet a memoria, cum a memoria ſit actus intelligendi ſecundus, ſequitur ꝙ intellectus diuinus vileſceret quia reduceretur ad actum aliquem ꝑ alia a ſe.

ſe. Vnde non eſt res in eſſe intelligibili prius, quàm in eſſe intellecto, in tali eſſe ſit a memoria, cum memoria ſit actus cuius virtute habetur actus intelligendi ſecundus, & ſequitur ꝙ intellectus diuinus producit p actū intelligentiæ in omnibus perſonis in ſecūdo inſtanti naturę vt potentia propinqua lapidem in eſſe intelligibili.

CONTRA, non tñ eſſentia patris continet virtualiter cuiuſlibet eſſentiæ perfectionem, ſed etiam perfectiones attributales omnes, quia eſſentia vt in patre in primo ſigno originis, eſt abyſſus omnium perfectionum diuinarum, ſed prius abſque contradictione poteſt eſſe ſine poſteriori, ergo &c. ¶ Item, prius natura non eſt eſſentia ipſis rōnibus attributalibus. ergo in primo inſtanti naturæ, ergo completur totus ordo originis, non cōicatur eſſentia filio vt abyſſus omnium, & tunc nulla perfectio attributalis cōmunicaretur filio a patre. ¶ Itē, ꝙ Anſel. de concor. dicit ꝙ in diuinis non eſt prioritas ¶ Item, intellectio lapidis vt habet eſſe a Deo in primo inſtanti naturæ. Probatio. quia per Hylarium omne quod eſt in filio eſt natum, vel habet naſci. ergo cum filius producitur per modum intelligēdi, & vt verbum, omne quod intelligitur prius intelligitur ſimplici intelligentia ſaltē, ergo prius intelliguntur ideæ, & rōnes omnium factibiliū. ¶ Itē, qñ potētia adęquatur obiecto ſm id quo adæquatur neutrum pręcedit aliud. ergo ſi in primo inſtanti quo intellectus intelligit eſſentiam eſt infinite intelligibilitatis eſſentia repræſentabit infinita, quia eſt infinte intelligibilitatis, & ita repræſentabit oīa factibilia & primo modo fabricabit alias rōnes, quia quanta intellectus pōt intelligere tanta obiectuā pōt repræſentare in primo inſtanti. ¶ Ad primum, cum dicitur ꝙ eſſentiam eſſe intelligibilē, lapide non exiſtente intelligibili, includit contradictionē a parte eſſentiæ. ergo &c. pōt cōcedi cōſequens, vel negari cōſequētia. nā poſterius natura eſt dependens, ſed identice idē alij non dependet ab eo, lapis in eſſe intelligibili dependet, non autem aliquid idem eſſentiæ diuinæ. ¶ Ad ſecundum dico, ꝙ Anſel. loquitur de primitate naturæ. Vnde ponit exēplum, ꝙ materia eſt prior forma, quia in potentia, & eſt perfectibilis & mouetur ad actum. non autem eſt ſic ibi primitas præcedens aliquid permutationē ad actū, ſicut loquitur Ariſtoteles de illa ſecūdū ꝙ prioritas. quæ ſine cōtradictione eſſet, ſiue poſterior illa eſt prioritas ad ſecundū aliter non eſſet obiectum ſecundū illud cum in tota intelligibilitate dependet a primo, primū in nullo depēdet ab iſto. Ad aliud dico, ꝙ filius non naſcitur per intelligere, ſed p dicere, quod eſt exprimere de notitia habituali perfectam illius, quod habetur actu primo, quia exprimere eſt memorię non intelligentiæ actu agendi, non producit verbū, ſed actu dicendi, qui præſupponit cognoſcibile, ſcilicet eſſentiam.

CONTRA, nihil concipit pater, niſi cognitiue. Reſpondeo, ꝙ ſi caperetur concipere pro patre, ſic eſt falſum, quia ſi ſic nihil conciperet, niſi cognitum, & ſic pater prius intelligeret

ret verbum,quàm cõciperet ver bum, & ſi noſceret lapidis prius de notitia lapidem produceret verbum, quia eſſentia æque repræſentaret verbum. Vnde verbum,concipitur non de cognito verbo, nec de lapide, nec de eſſentia,vt cognita,ſic a patre. ¶Contra. ſi pater non conciperet eſſentiam non cõciperet eſſentiã verbo. prius enim eſt ſic notitia, quia intelligit eſſentiã, q̃ notitia expreſſiua, quæ concipit aliquid de eſſentia, nõ enim conciperet eſſentiam, vt cõmunicando eam cõcepto niſi prius intelligeret eſſentiam ſimplici notitia. ergo cum communicat filio omnia intelligibilia, & rationes omniũ factibiliũ, prius eam intelligit. ergo cum cõicat intellectionẽ omniũ, prius oĩa intelligit. ¶Reſpondeo. prioritas quæ eſt patris intelligendo eſſentiã ad ipſum patrẽ in producendo filium, ſcilicet intellectus actualis eſſentiæ, non eſt rõ principij productiui, ſed in propoſito non eſt principiũ. Tunc dico, ꝙ in eſſentia tantũ eſt rõ formalis reſpectu productionis. ſi per impoſſibile pater prius nõ intelligeret,nihilominus produceret filium, ſed quod eſt principium operandi, ſiue habendi actum in ſe, & principium producendi, prius eſt principium operandi,quam producendi. eſſentia autem eſt primum obiectum patris perficiens patrẽ in operando,& producendo, & primo perficit patrem in operãdo, q̃ in producendo, non tamẽ iſta eſt ratio producendi, ſed pater habet eſſentiã præſentẽ memoriç,& cõicat eam filio, quç vt in filio eſt ratio ita perfecte repræſentandi filio, ſicut patri lapidẽ in quocunque eſſe, & alia quæ non ſunt perficientia, ſed quando aliquid põt eſſe principium producẽdi vniuoce, & alia çquiuoce,prius producit ſe in ſimili vniuoce,quàm alia æquiuoce, alia producta extrinſece ſunt çquiuoce producta, quia ſunt alia eſſentialiter a Deo. iõ prius pater nouit alia a ſe, quàm producit ſibi ſimile in natura vniuoce, cui communicat virtutẽ producendi oĩa alia çquiuoce, &ideo principiũ operando, ſed ꝙ çquiuoce exprimuntur ab illo principio,& ideo non procedunt illam productionem, qua pater producit vniuoce.

CONTRA, ſicut in patre eſt eſſentia primum obiectum, ydealia ſm, ita in filio, ſed licet ſecundaria obiecta non ſint perfectiua patris,tamen eſſentia vere,& actualiter & perfeſſime cõtinet illa. igitur eſſentia, vt primum obiectum non perfectiſſime intelligitur, niſi illa intelligantur. ¶Item idealia ſecundũ eſſe ideabile ſunt çterna, ergo primo intellecta, & ſic perficiũt intellectum diuinum patris. ¶Itẽ contra dicta in priori, ante productionem filij quando pater intelligit eſſentiam, eſſentia eſt ratio repræſentandi & exprimendi ſe nõ ante gignitionem verbi. ergo cũ gignet pater alia intelligit,quæ non ante, ergo pater aliquid acquirit per gignitionẽ. ¶Itẽ ex dictis erunt plura verba in diuinis,quia eſſentia diuina prius cõmunicat ſe ſub rõne vniuoca,q̃ æquiuoca, ſed eſſettia,vt in patre eſt rõ cõicandi ſe,& ita producendi verbũ. ergo a ſimili in filio erit ratio cõicandi ſe,& producendi verbum, & ſimiliter in ſpiritu ſancto, & ſic mul-

multa verba. ¶Item voluntas an tequam cõmunicatur filio, non eſt principium proximum productionis ſpiritus ſancti, vt autẽ communicatur filio eſt principium productiuum. ergo ſi ſola ſit principium productiuum, & operandi, & producendi, ſcilicet filium cum intellectu, & non rationes attributales, vt ſapientia, bonitas: illæ rationes attributales in filio erunt rationes producendi aliam perſonam. ſ. ſapiẽtiam exiſtentem. huic dicitur ꝙ ſapientia non eſt principium ꝓductiuum ſicut eſſentia. ¶Contra, ꝙ ſit actiuum non ſicut potentia: ſed ſicut obiectum. ergo vel erit principium producendi, ſiue communicandi ſapientiam in filio, vel habebit filius ſapientiam per generationem æquiuocam, vel per alteratiionẽ ſequentem. ¶Item intelligere patris reſpectu eſſentiæ & reſpectu lapidis, non differunt eſſentialiter, quia ſunt vnus & idẽ actus.

AD PRIMVM dicitur, ꝙ obiectum communicari præſupponit ipſum cognoſci, quia cognitum eſt principium perfectiuum intellectus, non ꝙ eſt ratio producendi, ſic autem obiectum ſecundarium non eſt perfectiuum intellectus.

AD PROBATIONEM dico, ꝙ in primo inſtanti tres perſonæ cognoſcunt eſſentiam, non aliud. ¶Cum dicis nõ ęque perfecte. ¶ Dico ꝙ non cognoſcuntur alia, niſi quia tantũ ſunt in primo obiecto, & prius perfecte cognoſcunt intenſiue primum obiectum, licet nihil aliud cognoſcatur ab eo. Exemplum, principium in cognitione diffinitiua eſt ex terminis, licet nunquam aliqua concluſio cognoſcitur ex cognitione diffinitiua extremorum, tamen cognitio eius virtualiter continet cognitionem omnium concluſionũ, & extenſiue quaſi in potentia, ſed noſcere principium diffinitiue, quod virtualiter continet concluſiones, eſt noſcere principium tantum, & non concluſiones, niſi potentialiter, quia poteſt eſſe cauſa eorum, ſicut lapis cognitus in eſſentia Dei virtualiter eſt cognitio Dei tantũ, & eſſentiæ, & non lapidis, niſi potentialiter, & ita poteſt haberi perfectiſſima ratio eſſentię & cognitio intenſiue, & ſi nunquàm lapis cognoſceretur. ſic igitur Deus in primo inſtanti naturæ cognoſcitur, lapis in ſecundo.

CONTRA, obiectum primum fuit perfectiſſime cognitum, ergo &c. ¶ Reſponſio, verum eſt intenſiue, lapis non habet eſſe perfectiſſime cogniti. ¶Ad aliud dico, ꝙ quando eſt aliqua cauſa effectuum ordinatorum, & neutrum effectuum producit alium, prius cauſa producit vnum effectum, quã aliũ, ſed tunc cauſa non eſt potentia proxima & propinqua applicabilis ad ad actum ſecundũ, niſi vt ſubeſt actu priori, vt anima ad velle & intelligere, non tamẽ habet cauſalitatem per actum ſecundum, nec ab effectu poſteriori eſſentia eſt principium communicandi ſe vniuoce perſonis diuinis, & eſt principium communicandi ſe æquiuoce creaturis, quas habet in ſe virtualiter, illæ communicationes ſunt ordinatę reſpectu eiuſdem principij, non exiſtit in actu reſpectu poſterioris, niſi prius ſit ſub priori. non tamen acquirit ſibi cãlitas per illud, ſed quaſi tolli-

tollitur impedimentum, non tamen datur actualitas alia in eſſentia. Vnde non poteſt cauſare lapidem in eſſe intelligibili, niſi producto filio, & producto filio poteſt, non quia hoc accipit ab eo, ſed producto filio tollitur impedimentum, ſcilicet potentia propinqua ad productionem.

DISPVTATIO. XXXIII.

Vtrum ad intellectionem qua Deus intelligit lapidem & aſinum, praexigantur reſpectus diuerſi, & rationes diuerſa.

VTRVM ad intellectionem, qua Deus intelligit lapidem & aſinum, præexigantur reſpectus diuerſi, & rationes diuerſæ. ¶ Quod ſic, quia idē manens idem omnino, non poteſt eſſe ratio cognoſcendi diuerſa, quia tūc eodem modo ſe haberet ad idem, & diuerſa, ſed eſſentia diuina vt primum obiectum intellectus Dei eſt vnum. ſcilicet eſſentia diuina omnino & eodem modo ſe habens, ergo non eſt ſecundum ſe ratio cognoſcendi diſtincta, vt diſtincta.

CONTRA, Dionyſius de diui.no. cap.2. Deus per ſpeciē omnia contemplans, vel ſub vna eſſe circunſtantia omnia contēplans, ergo per vnam cauſam p̄ſuppoſitam omnia cognoſcit. ¶ Item quod poſterius eſt in eſſendo, eſt poſterius in cognoſcēdo, ſed iſte reſpectus eſt poſterius in eſſendo ſubiecto, quia ſequitur extrema. ergo eſt poſterius in eſſe cognito, ergo nō eſt ratio cognoſcendi prius. ¶ Ad q̄ſtionem dicitur, ꝙ reſpectus rationis præcedit in eſſentia determinans ipſum in cognoſcendo illud, cuius eſt reſpectus. Et hoc probatur ratione ſic, vniuerſaliter eſt verum tam in agente naturali, quàm in artificiali, quòd agens agit diſtincta per diſtinctas rationes. Hoc idem dicit Commentator, de di.no.c.6.

AD PRIMVM argumentum in oppoſitum dicitur, quòd Deus eſt omnia contemplans per vnam cauſam realem, ſcilicet eſſentiam, ſed diuerſam ſecundum rationem, quia determinatur ſecundum diuerſos reſpectus.

AD SECVNDVM argumentum dicitur, quòd minor eſt falſa de reſpectu rationis, quia quod ille non ſequitur extrema, nec terminos, quia ineſſe cognito eſt prius ſuo obiecto.

CONTRA, ſi aliquod cadit medium inter potentiam cognoſcendi & ipſum obiectum, prius fertur potentia per actum ſuum cognoſcendi ſuper illud, q̄d præſentatur per illud mediū, q̄ ſuper illud obiectum: ſi igitur reſpectus rei p̄cedit ſuum obiectū in eſſe cognito, q̄ro p̄ quid cognoſcit reſpectus illos, ſi p̄ ſe, ergo eadē rōne prius intelligit iſta, quorū ſunt reſpectus iſti, ſi p̄ alios reſpectus, erit q̄ō de illis reſpectibus q̄uo cognoſcat. ergo erit proceſſus in infinitū, nec oportet dicere, ꝙ eſſentia diuina ſine aliquo reſpectu prout eſt illimitata ex ſe ad hominē & aſinū indiſtincte, ſit rō cognoſcēdi iſta. ¶ Itē quod cauſat̃ p̄ actū rōnis non eſt aliquid reale, ſed iſte reſpectus cauſatur per actū rōnis, igitur iſti reſpectus, q̄ dicuntur determinare intellectū diuinum, vel obiectū ad cogno-

ſcendũ diuerſa, q̃ non ſunt niſi reſpectus rõnis, non pñt eſſe rõ producendi aliud reale, ſed intelligere Dei reſpectus diſtinctorũ, eſt actus realis. ergo nõ cauſatur ab iſtis reſpectibus rationis, quia magis debet ens eſſe cã, vel illud quod habet rõnem cauſæ, q̃ effectus, vel illud quod habet rationem effectus ¶ Item omnis relatio ſequitur ſuũ fundamẽtũ, fundamentũ vel rõ fundandi ſequitur rẽ, quo dr̃ fundamentum. ergo ſi relatio ſequit̃ ipſam rẽ in qua fundat̃, ergo iſti reſpectus rationis non ſunt rõ cognoſcendi iſtas diſtinctas res, vt hominem, & aſinum.

AD PRIMVM dr̃, ꝙ maior eſt falſa, qñ vtrunq; ſ. tã potẽtia, q̃ obiectũ eſt indeterminatũ. ſic eſt in propoſito, quia eſſentia de ſe eſt illimitata ad cognitionẽ illius, vel illius, & determinatur per relationem rationis.

CONTRA, infinitum nõ determinatur niſi per infinitũ, iſtæ rationes non ſunt infinitæ, ergo non determinant eſſentiam.

¶ Contra iſta ſimul, & contra poſitionem, ſi medium limitatũ ad. a. poteſt eſſe ratio diſtinctè cognoſcendi. a. & medium limitatum ad. a. b. c. poteſt eſſe mediũ cognoſcendi. a. b. c. ſine determinatione aliqua ex ſe põt eſſe mediũ cognoſcendi. a. b. c. ergo & medium infinitum ex ſe põt ſe ſolo ſine alia determinatione ex parte ſui eſſe rõ cognoſcendi infinita. talis eſt eſſentia diuina. ergo. probatio cõſequẽtiæ, medio illimitato per hoc qđ ponitur illimitatũ ad. a. & b. nihil tollitur ab eo, ꝙ eſt perfectio nis, medio limitato tñ ad. a. ſi additur ſibi perfectio in quã eſt illimitatum ad. a. & b. probatio. aliter ſpecies albi eſt mediũ diſtinctè cognoſcẽdi albũ: & ſi ſibi eſſet concreata ſpecies odorũ, poſſet ſimul eſſe rõ illimitata cognoſcendi album diſtinctè, & odorabile, & hoc ſimul eſt probatio conſequẽtiæ & antecedentis. ¶ Itẽ eſſentia diuina, vt eſt ſub relatione rõnis cõparata per intellectũ ad lapidẽ, aut eſt finita aut infinita. Si finita ſine aliqua determinatione, vel relatione, vel rõne determinante ex parte ſui eſt determinata. & ſimiliter illa relatio eſt mutabilis, & nõ eſſentia diuina, quia ipſa eſt de ſe formaliter infinita. Si aũt infinita, cũ reſpectus hõis non ſit talis, nihil facit ad intellectionẽ cuiuſcunque. ¶ Itẽ ꝙ alia ſit relatio repñtatiua, vel rõ intelligendi aliqđ obiectũ, & ꝙ intellectus non põt in tale obiectũ de ſe. hoc eſt dicere ſimul contradictoria, ſiue cõcluſio ſit vera, ſiue falſa, non curo. ¶ Iſtam vultis inferre ponendo eſſentiã eſſe rationem repræſentandi intellectui diuino omnia intelligibilia, & tamen ꝙ non poſſit in ea intellectus diuinus ferri ſine talibus relationibus rationis.

¶ Ad primum de medio limitato & illimitato, dico ꝙ nec medium, nec limitatum & illimitatum eſt ratio cognoſcendi alia, inquantum ſecundum ſuã rationem abſolutam conſiderãtur, ſed inquantum tale mediũ eſt, vel relatio, vel determinatũ ꝑ relationes poteſt eſſet ratio repræſentandi diuerſa & ita eſſentia diuina, inquantum ſecundũ ſe abſolute conſideratur, non eſt ratio cognoſcendi aliud: quia impoſſibile eſt aliquid repræſentare aliud, niſi ipſum ſit ſimilitu-

litudo alterium, vel includens eius ſimilitudinem, & iſto modo conceditur conſequentiā eſſe bonam, ſed antecedens eſt falſum ſm ſe ſumptum abſolute, & ſine reſpectu. ¶ Contra illud, ſi nihil eſt ratio diſtincte cognoſcendi, niſi per relationem diuinā. ergo eſſentia diuina nō erit ratio cognoſcendi ſe ſine reſpectu, igitur & in viſione, eſſentia repræſentat ſe intellectui patris, vel alicuius alterius perſonæ mediante relatione, ſed non mediante relatione rationis, qa iſta relatio præcedit omnē actū intellectus, & eſt ratio intelligendi, ſed mediante relatione reali. ergo in vna perſona intelligente eſſentiam erunt duæ relationes reales. hoc eſt falſum. ¶ Item ſi relatio ſimilitudinis determinat eſſentiam, cum qualitas in oculo, vt albedo dicatur ſimilitudo alterius albedinis. nō quia eſt relatio, ſed quia qualitas abſoluta, ipſa de ſe erit ſecundum rationem eius abſolutam ratio repræſentandi aliud, nec iſta relatio ſimilitudinis communicatur cum iſta qualitate, nec ſic eſt ratio repræſentandi aliquid. Primo, quia non eſt maior vnitas in effectu, quàm ſit vnitas in cauſa. ergo actionis per ſe vnius eſt tantum vna cauſa per ſe, ſed relatio rationis cum eſſentia diuina, vel quacūque eſſentia abſoluta, non eſt per ſe aliquid vnum. ergo nō ſunt ratio vnius intellectionis, ergo vel eſt eſſentia diuina, vel relatio tm̄, ſed nō poteſt eſſe relatio tantum, quia relatio non eſt cauſa actus realis, ſicut intellectionis: relatio etiam nec eſt principium, nec terminus alicuius actionis abſolutæ. minor patet, quia nō eſt per ſe vnum cum alio, quia non habet eſſe ex eiſdem principiis, ſi ſit principiatum, vel ſi non ſit principiatum, adhuc erit illud, quo erit vnum principium: ſed iſte reſpectus rationis non eſt ex principiis rei, vt eſſentiæ, quia tunc eſſet relatio rationis, vel ſi ſecundum tenetur, ſaltem eſſentia diuina eſt vt principiata, relatio autem omnis, quæ tātum eſt rationis cauſatur per intellectum.

AD PRIMVM iſtorum dicitur, ꝙ eſſentia intellecta a patre nō requirit ſe ex parte intelligibilitatis, vt rationem intelligendi, ſed ipſa intelligitur ab intellectu, vt obiectum eius, primo primum, & non vt ſecundarium. Vnde quia ſuperius dicitur, quòd impoſſibile eſt aliquid repręſentare aliud, niſi ſit ſimilitudo eius, vel includens ſimilitudinem eius, vel relationem rationis, hoc intelligebatur de obiecto ſecundario quocunque, ſed non de primo. Vnde impoſſibile eſt eſſentiam diuinam, vt ſecundarium obiectum repræſentare aliqua diſtincta, niſi per relationes rationis diſtinctas determinatus ab intellectu.

CONTRA, ſi aliquid ex ſe ſolo ſine alia relatione rationis poteſt eſſe ratio cognoſcendi obiectum excellentius, licet nihil repręſentet illud, vt ſimilitudo eius, illud poteſt ſe eſſe ratio ſufficiens cognoſcēdi quodcunque aliud inferius ſine omni reſpectu, quando inferius includitur in ſuo ſuperiori ſm totam intelligibilitatem * ſui, ſed eſſentia diuina ſe ſola eſt ratio cognoſcendi ſeipſam ſine omni reſpectu ſm te, & includit *a. l. ſuam.*

eminenter intelligibilitatem cuiuſcūque obiecti ſecundarij . ergo ſe ſola ſine omni reſpectu poteſt eſſe medium cognoſcendi omnia alia .

¶ Reſpondeo, quando obiectum eſt extra intellectum , & non eſt ipſum,requiritur ſimilitudo obiecti in intelligente obiectum,quando autem obiectū eſt præſens , non requiritur . ſic eſt in propoſito de obiecto primo, & ſecundo ꝙ eſſentia vt primum obiectum,ſemper eſt ex ſe ratio cognoſcendi ſe,vt autē repræſentat alia quæ non ſunt ipſa, determinat᷑ ſimilitudinibus ipſorum. ¶Tunc ad formam argumenti dico, ꝙ prima conſequentia vera eſt cæteris exiſtentibus æqualibus, ſed quia obiecta extrinſeca,vt ſecundaria non ſunt per ſe principia, ideo requirūtur eorum ſimilitudines, obiectum autem primum ex quo eſt præſens ſemꝑ intellectui paterno,ex ſe ſolo eſt ratio cognoſcendi intrinſeca & ſe.

CONTRA, ſi intellectus p̄ciſe,vt p̄cedit intellectionē obiecti determinantis actū intellectus,ex hoc ſolūmodo ꝙ potētia eſt, nihil requirit inter obiectū eminētius.multo magis nec requirit aliquid circa quodcūq; aliud obiectū inferius , ergo ſi eſſentia non ſolū habet rōnem terminantis actū potētiæ, ſed ēt rōnem principij principatiui hr̄ propoſitū . Probatio conſequentiæ, quęcunque potentia ſe ſola eſt principiū ſufficiens eliciendi actū, & pōt hr̄e actū circa obiectum eminentiſſimū , pōt circa quodcunq; inferius obiectum. ¶Dr̄ ꝙ verū eſt alijs exiſtētibus eſſentialibus,videlicet qñ vtrūq; intellectu eſſentialiter eſt p̄ns, quæ autem ſunt principia ſecūdum ſe, non requirunt ſimilitudinem, ſicut de aliis extrinſecis.

CONTRA, potentia quę nō habet ſuū obiectū p̄ns,& pōt ꝑ actum ſuum facere ſuū obiectum pręſens, pōt ſe ſola elicere actum. Exemplum , ſi color pōt ſe ſolo facere obiectū ſibi p̄ns ꝑ actum ſuum, pōt ſe ſolo elicere actū calefactionis , ſed intellectus diuinus ex ſe ſolo facit oīa obiecta p̄ntia.ergo ſe ſolo intelligit. ergo ſine talibus reſpectibus . ¶Item eſſentia diuina ſub iſta relatione, aut eſt finita , aut infinita ; ſi finita, igitur eſt imitans,& non imitabilis, quod falſum eſt . Si infinita , tunc non eſt magis propria vni ad repræſentandum vnum , quàm aliud. ¶ Dico ꝙ nec ſua rōne finita , nec infinita eſt rō rep̄ntandi ſic aſinū, ſed vt determinata reſpectu intellectus accipitur ſub ratione finita .

CONTRA , illud cuius eſt intellectus, non intelligitur, qđ eſt impoſſibile, quia intellectus comparat aliquid , vt eſſentiam ad aliud ſub alia rōne , ſub qua intelligit eam , ſed ſi intellectus nō cōparat eſſentiam ad aliud, niſi vt in ſe intellecta . ergo intellectus poteſt ex ſe vtrunque extremū diſtincte cognoſcere . ¶ Item ſi non vt infinita eſt ratio repræſentandi , ergo non vt mutabilis eſt rō rep̄ntandi : qđ falſum eſt,quia non eſt mutabilis,inquantum finita,& ſi vt infinita erit de ſe rō omnium rep̄ſentatiua. ¶Itē illi reſpectus rōnis repręſentantes eſſentiā intelligibiles ſunt,vt obiecta quæro per quid intelligūtur. ſi ꝑ eſſentiā . ergo propoſitū, qđ eſſentia de ſe ſine aliqua relatione eſt rō

cogno-

cognoſceudi alia. ſi per alias relationes, quæro de alijs rationibus ex quo ſunt intelligibiles per quid cognoſcuntur, ſi per eſſentiam, ſicut prius. ſi p alias, proceſſus in infinitum, nec poteſt dici, quod ſunt cognoſcibiles per ſeipſas, quia quodcunque obiectum intelligibile etiã minimum, natum eſt formare in intellectu conceptum ſuum, ſicut in paſſo approximato, ſed ſi intellectus diuinus intelligit infinitas relationes per ſe vileſceret, quia pateretur, vel reciperet aliquam perfectionem formaliter ab aliquo, quod formaliter non eſt Deus.

¶ Dicitur, quod intelligit, vt obiecta non mouentia intellectum, ſed intellectus de ſe mouet ſe ad intelligendum talia intelligibilia, ſiue cognoſcibilia.

¶ Contra, aut intellectus ſe ſolo mouet ſe ad intelligẽdum iſtas relationes diuerſas, aut eſſentia ſola, aut iſtæ relationes ſolę mouent. Si iſtæ relationes ſolæ mouent, vel etiam particulariter vileſceret intellectus diuinus: ſi eſſentia ſola, habeo propoſitũ. ſi intellectus ſolus, ergo ſe ſolo eſt ratio cognoſcendi diſtincta, quod eſt prius negatum.

¶ Item intellectio lapidis eſt perfectio ſimpliciter, & per conſequens infinita, ſed relatio rationis, qua per te eſſentia determinatur, eſt finita, & ens minutum. 6. met. ergo nõ poteſt eſſe ratio cognitionis alterius finiti.

DISPVTA. XXXIIII.

Vtrum intelligi lapidis a Deo neceſſario concomitetur in lapide aliquod eſſe reale extra intellectum diuinum.

VTRVM intelligi lapidis a Deo neceſſario concomitetur in lapide aliquod eſſe reale extra intellectum diuinũ. ¶ Quod ſic, omni exemplari in actu corrñdet exemplatum in actu, ſed Deus eſt cã exemplaris lapidis, & hæc ĩ actu, tale eſt reale, ergo minor patet de ſe. Maior probatur per hoc, ꝙ relatiuũ requirit correlatiuũ in actu, exemplar refertur ad exẽplatũ. ergo exemplar in actu ad exemplatum in actu. ¶ Item ſcia non dr̃ realis niſi ſit obiecti realis, ſcientia Dei reſpectu creaturarũ eſt maxime realis, quia maxime metaphyſica, ergo obiectum ſcitum ab ipſo eſt ens reale, quia quale eſt ens, tale eſt eſſe, nec poteſt dici, quod illud eſſe non eſt aliud ab eſſe diuino, quia Deus cognoſcit ea in proprio genere, & ſic habet ſciẽtiam de illis, vt ſunt aliud a ſe. ergo habent eſſe reale aliud ab eſſe diuino.

CONTRA, terminus creationis eſt omnino non ens, ſed ſi lapis ante productionem habuit aliquod eſſe reale, non fuit omnino non ens, ergo non potuit produci per creationem, quod eſt inconueniens.

¶ Item per auctoritatẽ Augu. 5. ſuper Gene. loquitur. de electis. Illos ab æterno Deus apud ſe habuit, non in ſui natura, qua nondum erant, ſed in ſui præſentia, qua illos nouit, ac ſi eſ-

ſent. ¶Dicitur, ꝙ non, quia ſi lapis intellectus ſit res, aut accidens, aut ſubſtantia: non ſubſtã tia, quia illius ſit propria ratio ſubſiſtere. ſequitur, quod ſubſiſtentia eius fuiſſet ab æterno, & per cõſequẽs nihil poſſet Deus facere de nouo: ſi accidens, cũ accidentis ſit ineſſe ſubſiſtenti, ſequitur quod prius, ergo nullo modo præceſſit creationem, vt res alia. ¶Item ſi ſic. aut habet eſſe creatum, aut increatum. nõ increatum, quia tunc eẽt Deus. ſi creatum, ergo totum ſecundum ſe nouum. ¶Item Aug. ad Voluſianum, tota ratio facti eſt potentia facientis in rebus mirabiliter factis, ergo nihil præfuit eius, quod producitur.

¶Ad primum dico, quod cauſæ in actu correſpondet effectus in actu, verum eſt in actu intellecto, ſed non in actu reali, realitate propria cauſati. ¶Ad ſecũdum dr̃, ꝙ ſcientiæ reali correſpondet obiectum reale intellectũ, non reale ſub proprio actu, & in proprio genere, & hoc ſufficit ad ſcientiam realem.

CONTRA pedem quæſtionis arguitur ſic, ſubſtantia dicitur de quiditate ſubſtãtiæ, quæ eſt natura, vt prima ſubſtantia, & etiam ſecundum perfectiorem rationem realem, & accidens dicitur de quiditate accidentis, & ipſo vt ſubſiſtit in ſubiecto, ergo negare ſimpliciter in communi aliquo per defectum alicuius infimi, & poſtremi in genere illo, eſt facere fallaciam conſequentis. ¶Item ratio quiditatis eſt naturaliter prior rõne ſuppoſiti, & primæ ſubſtantiæ. ergo non oportet ad negationem poſteriorum ſequi negationem prioris eſſentialiter, & hoc ita concludit de ſubſtantia, & accidente, & de rõne eorum quiditatiua, & de ratione ſuppoſiti. ¶Item licet incõueniens ſit aliquid ſimul eſſe creatum & increatum ſecundum aliquod eſſe. tamen ſecundum aliud eſſe, poteſt eſſe creatum ſicut ſm̃ eſſe in intellectu diuino eſt increatum, & ſm̃ eſſe extra, eſt creatum. Et tunc arguo, exemplatũ terminat actũ exemplaris, ſm̃ illud eſſe qđ eſt producibile ab exemplari, ſed lapis eſt producibilis ab exemplari ab æterno, & hoc eſt in eſſe reali, ergo ab æterno terminabit actũ exẽplaris ſm̃ illud eſſe, ergo. ¶Item, ſi ſcientia realis eſt obiecti realis, ergo de obiecto non reali non eſt ſciẽtia realis, ſed Deus ab æterno intellexit lapidem, ergo ſi non fuiſſet lapis in aliquo eſſe reali, nõ habuiſſet Deus de eo ſcientiam realẽ, qđ eſt inconueniens. ¶Itẽ non tm̃ intellexit ſe, ſed alia a ſe ab ęterno, ſicut & modo intelligit: ſed alia a ſe non intelligit, vt ſunt in ſe, quia ſic ſunt idẽ qđ ipſe, ergo ab ęterno intellexit alia a ſe extra ſe. ¶Item ſcitum a Deo refertur ad Deum, ſicut menſuratũ ad menſuram, ſed relatio menſurati ad menſuram eſt realis ex parte mẽſurati maxime ergo ſcitũ qđ ſic refert̃ eſt res. ¶Itẽ. 7. metaphyſicę cãæ in actu corrñdet effectus in actu ſm̃ idem gñs cauſę. ¶Ad primũ dr̃, ꝙ hoc non eſt formalis conſequentia ſubſtantia, ergo ſubſiſtentia, tñ hęc eſt bona cõſequẽtia, ſubſtantia eſt realiter extra aĩam, ergo ſubſiſtit, quia nunq̃ ſm̃ rẽ ſeparant̃. iõ ſi quiditas ab ęterno fuiſſet realiter, tñ nunq̃ realiter eſſet, niſi in ſubſiſtente

te concomitantur ſubſtantiam realiter fuiſſe ab æterno.

CONTRA, dicit aduerſarius, non eſt probatum, quin quiditas poſſet eſſe exemplatū, & ſic poſſet hr̄e eſſe reale ſine partialitate quiditatem. Nō ponitur alia rō fundamentalis talis, omnis entitas quæ nō eſt Deus hēt entitatē a Deo, & prius nihil erat, ergo eſt productū, reſpectus non habet eſſe a ſe, ergo a Deo, & non de aliqua materia, ergo de nihilo, & ſic creat̄, & ita creatio eſt prima productio.

¶ Item creatio non eſt niſi reſpectu eſſe exiſtere, ſed ab æterno habuit eſſe quiditatiuū, & eſſentiæ ad quę nō terminatur creatio. ſ. eſſe intelligibile, & eſt productio rei in eſſe intelligibili, ergo creatio non eſt prima productio. ¶ Itē ab ęterno fuerunt in eſſe volito producto, ergo prius in eſſe intelligibili, ergo relatio non eſt prima productio, infert ex iſta quatuor. ſequitur lapidem habuiſſe ab ęterno verū & reale eſſe, quia ſi lapis ex ſe non hēt aliqđ eſſe, cum lapis ex ſe in nullo eſſe hēt neceſſe eſſe, ergo in omni eſſe eſt productū & creatū, ergo eſt productū in eſſe intelligibile, ergo creatio non eſt prima productio. Vñ ſi ſit cum ſit ab æterno creatum in eſſe intelligibili, ēt oē creatū eſt productum in eſſe reali ſm te. ergo ab ęterno habuit verum eſſe reale.

CONTRA iſtas rōnes, ꝙ eſſentia, & exiſtere non differūt ſecundum eos, & ideo ſi eſſentia ſit ab ęterno, ſequit̄ ꝙ creatio ſit ab æterno. ¶ Reſpondeo, licet alia opinio concedat̄ contradictoria, tñ ſi dēt argui contra eā, conuenienter dēt argui per aliquid prius maximū, qđ poſſet concludere maius inconueniens, q̄ qđ ponitur, & nō debet argui contra eā p illa, q̄ ſequuntur ad illā, tanq̄ inferiora ad ſuperius, vel per ea quæ continent̄ ſub ea: ſed ꝙ creatio ſit ab ęterno, & ita exiſtentia non eſt magis inconueniens, q̄ qđ ponit̄, q̄ ēt dicere exiſtentiā ſm totā realitatem eius pręcedere ab æterno, nec quod non poteſt Deus annihilare aliquam rem, concederetur ab opinante, & ita per iſta ſufficienter arguitur contra eum.

¶ Contra, tunc creatio Moyſi nihil eſſet, q̄ rgñatio, ſi aliquid præfuiſſet ab ęterno ſm aliqđ eſſe reale. ¶ Dr̄, ꝙ non, quia aliquid exiſtens præcedit in generatione tantum generationis, vt materia realiter exiſtens, vel aliquid hmōi in motu & mutatione pręcedit ſubſiſtens, & nō tm̄ materia exiſtens.

¶ Cōtra. in euchariſtia, quādo trāſubſtantiat̄ panis in corpus, ibi conuertit̄ eſſentia panis in eſſentiā corporis, alioquin totū nō conuerteret̄, ergo totaliter annihilatur eſſentia panis. ¶ Dico, ꝙ tranſubſtantiatio eſt ſubſtantiæ in actu in ſubſtantiā in actu, q̄ ſunt termini illius mutationis non eſſe eſſentiæ, ſed eſſe exiſtentiæ, ita ꝙ ante creationē mundi non potuit tranſubſtantiare vnū in aliud, vt panem in corpus, nec manent ibi duo eſſe proprie, quia eſt eſſe exiſtentis in propoſito, ſed tm̄ iſtę duę eſſentiæ. ¶ Contra, Deus pōt conuertere quiditatem in quiditatē. ¶ Rñdeo ꝙ non, quia vtraq; formal̄r eſt neceſſaria. ¶ Contra generatio eſt de non eſſe ad eſſe, ita quod accidit ſibi, ꝙ aliquid

quid ſibi ſubſiſtat.tunc creatio eſt generatio. ¶Item producens aliquid, & cognoſcens, cognoſcit omne illud, quod producitur,& non eſſe, & prius nõ eſſe, quam eſſe, ergo oĩno nihil præ ſupponit.¶Ad primum dr̃, ſicut prius, ꝙ gñationi p̃ſupponit̃ eſſe exiſtentiæ, creationi aũt tm̃ eſſe eſſentiæ.¶Ad ſecundum,ꝙ falſum eſt quod aſſumit̃, Deus enim licet intelligendo produceret filium, non tñ cognoſcit non eſſe filij.falſum eſt ergo,qñ per cognitionem aliquid producitur.Vnde reſpectu illorum Deus, non dr̃ agens artificiale, ſed producit illa,vt natura,non vt cognoſcens. ¶Contra primã reſponſionem,q̃ro de eſſe exemplari, aut exiſtere eſt alia eſſentia ab eſſentia exiſtentiæ,aut eadem eſſentia.ſi eadẽ,ergo creata vna creatur altera, & ſi vna ab æterno,& altera.ſi eſſe exiſtere ſit, vel alia eſſentia aliud ab eſſe exiſtentiæ, & quælibet res ſecundum iſtos, ſed eſſe eſſentiæ,eſt ab æterno.ergo adhuc eſſe exiſtentiæ ſm̃ eſſentiam erit ab ęterno, & tunc vlterius erit q̃ō,quæ prior, de exiſtere & eſſentia eius,vtrum ſint eadẽ, vel non,vt prius, & eſt proceſſus in infinitum.¶Ad primum dicit̃,ꝙ actio ſecundi agentis præſuppo nit eſſe exiſtere alicuius,& termini primi agentis, vt exiſtere. ¶Contra,cognoſcens producẽs aliquid prius cognoſcit illud. ¶Reſponſio.falſum eſt qñ illud per cognitionem producit̃. Vñ reſpectu iſtorum,Deus eſt naturalis artifex, & omnia producit vt natura, non vt cognoſcens in eſſe eſſentiæ. ¶ Contra.gñatio eſt de non tali ad tale. i.de non eſſe exiſtere ad eſſe exiſtere,ergo generatio eſt creatio. ¶Reſponſio verum eſt,ſi non exiſtere dicat priuationem,quæ eſt in materia.

CONTRA, quiditas magis habet intelligibilitatis, quã materia,ergo magis hẽt actualitatis, quam materia, ergo ſi materia prohibet creationem, magis quiditas.¶Dr̃,ꝙ eſſe exiſtere,& eſſe quiditatiuum ſunt eſſe alterius rationis, & iõ non comparabilia, & ideo non poteſt concludi, ꝙ vnum ſit magis ens,quam aliud,cum vnum ſit aliud ꝑ virtutẽ infinitã, quia poteſt vertere albedinem in Angelum.Vnde vno modo quiditas eſt intelligibilior, & magis ens.quia prior aliquo mõ. Aliter eſſe exiſtens eſt magis ens,& actualius, quia imitatur Deum ſecundum duplicem rõnem cãlitatis,exemplaris videlicet & efficientis, ideo habet creationẽ, quia talis entitas eſt in termino ad quem. Aliud eſt in termino a quo,& econuerſo.

¶ Ad argumenta in oppoſitũ dr̃, ꝙ eſſe volitum lapidis ab æterno eſt eſſe,ꝙ lapis hẽt modo, & omne creatum voluit ab æterno modo eſſe.¶Ad aliud,ꝙ intelligi lapidis, non dicitur ab intelligi Dei.&c.

DISPVTA. XXXV.

Vtrum relatio creaturæ ad Deum ſit realiter ipſa eſſentia creaturæ, vel alia res ab eſſentia creaturæ.

VTRVM relatio creaturæ ad Deũ ſit realiter ipſa eſſentia creaturę,vel alia res ab eſſentia creaturæ.¶Quod non, quia omnis relatio

latio habet ſuam realitatem a fundamento,& eſt realitas fundamenti, ſed eſſentia creaturæ eſt immediatum fundamẽtum relationis eius ad Deum. ergo realitas eius, eſt realitas fundamenti.Probatio maioris,quia ſi realitas relationis ſit alia realitas a realitate fundamenti,ergo ad eam poſſet eſſe mutatio realis, quod falſum eſt ſecundum philo.5. phy. quia in ad aliquid non eſt motus, neque vt termini,neque vt ſubiecti. ¶Item non minus dependet eſſentia cuiuſcunque ad Deum, quam inhærentia accidentis ad ſubiectũ, ſed eſſentia accidentis eſt ſua inhærentia. ergo & dependentia creaturæ ad Deum eſt ſua eſſentia.

CONTRA, ſecundo de triuitate dicit Augu. quod omnis relatio creaturę ad Deum eſt accidens.¶Item de tri. ca.1. omne quod non ſecundum ſubſtantiam dicitur, reſtat vt ſecundum accidens dicatur.

¶Ad quæſtionem dicitur, ꝙ relatio creaturæ ad Deum, realiter differt ab eſſentia creaturę,quod probatur per auctoritatem beati Aug.lib.de tri. c.7.& 2. omnis eſſentia, quæ relatiue dicitur,eſt aliquid excepta relatione ¶Et ibidem.cap.8.omnis eſſentia, quæ non eſt ad ſe,ſecũdum accidens dicitur.

¶Item per rationem ſic.quãdocunque aliqua duo ſic ſe habent, quod vnum poteſt manere quocunque caſu poſito poſſibili,& non poſſibili alio nõ manente, illud non eſt idem realiter cum eo,ſed poſito caſu poſſibili, vel non poſſibili, ꝙ Deus non eſſet adhuc eſſentia creaturæ poſſet eſſe,ſed independens, quia a quo dependet poni non eſſe. ergo eius eſſentia, & eius dependentia non ſunt eadem res. ¶ Item ſi lapis eſſentialiter dependet ad Deum,ergo includit formaliter duas formalitates,ergo & duas realitates,quia formalitates diuerſæ accipiuntur a diuerſis rebus, & qua ratione duas,& infinitas, ergo eſt impoſſibilis.

AD PRIMVM argumentum dicitur,quod maior eſt falſa, quia relationis realitas non eſt realitas fundamenti,niſi materialiter,ſed non formaliter,ſicut actio & paſſio ſunt diuerſa prædicamenta realiter, & tamẽ ſunt idem realiter in motu, in quo fundantur. ¶Ad probationem dicitur, quod non eſt inconueniens, quin ad rem de genere relationis poſſit eſſe mutatio. ¶ Ad ſecundum dicitur,ꝙ accidens non eſt ſua dependentia,niſi denominatiue, ſed non formaliter,niſi loquendo de relatione, quæ ſecundũ illud qđ eſt,dependet formaliter.

CONTRA ſolutionem quæſtionis,quo aliquid diſtinguitur ab alio eſt idem realiter cum illo. Exemplum de differentia,quæ diſtinguit vnum ab alio, quia idem eſt principium eſſendi,& diſtinguendi:ſed quæcunque eſſentia creata eſt eſſentialiter dependens,ergo.probatio minoris,quia quæcunque alia eſſentia ab eſſentia diuina non eſt ipſum eſſe,ſed illud cui conuenit eſſe participatum,tale eſt dependentia,ergo eſſentialiter dependens,ergo &c.

¶ Item quod non poteſt eſſe, nec intelligi ſine alio, videtur eſſe idem realiter, & eſſentialiter cum illo, ſed eſſentia crea-

creaturæ non poteſt eſſe ſine dependentia eius ad Deum, ergo. probatio minoris, creatura non poteſt eſſe, niſi effectus Dei ſit, effectus eſſentialiter includit relationem ad Deum, vt ad cauſam, relatio includit dependentiam, nec poteſt intelligi ſine alio extremo, quia vt ſic, aut vt eſſentia determinata, aut vt indifferens ſi vt indifferens tantum, igitur diſtincta non poteſt intelligi ſine dependentia, ſed vt determinata, ergo intelliget relationem eius ad Deũ, quia poſita eſſentia creaturæ, & Deo, ſtatim ex natura extremorum neceſſario oritur relatio inter illa.

CONTRA reſponſionem ad primum argumentum, ſi ſit idem materialiter, ergo idem realiter, quod eſt propoſitum.

CONTRA ſecundum eſt Philoſophus. 5. & 7. Phyſicorum, quod in ad aliquid non eſt motus, & nota rationem eius ibi.

CONTRA tertium argumentum ſic, accidentia nõ ſunt entia, niſi quia ſunt entis. 7. metaphyſicæ, ergo eorum eſſentia eſt eorum dependentia, & cum non minus dependeat creatura ad Deum, quam accidens ad ſubſtantiam, eſſentia creaturæ non eſt ens, niſi quia dependet ad Deum.

¶ Ad primum dicitur, quòd illud q̃d diſtinguit põt eſſe aliquid illius generis, cum illo quod diſtinguit, & de natura ſua intrinſeca: ſic maior eſt vera, vt patet de differentia eſſentiali, quæ diſtinguit rem intrinſece, & ſic eſt minor falſa, quia relatio non diſtinguit primo tanquam intrinſecum rei, ſed ſicut ſecundarium, & accidens rei.

¶ Ad ſecũdum dicitur, quod conſequentia non valet, ſi non poteſt intelligi, nec eſſe ſine alio. ergo eſt de eſſentia eius intrinſece. Exemplum, vita hominis non poteſt intelligi, nec poteſt eſſe ſine proportione humanorum adinuicem, & tamen illa proportio eſt accidens homini de genere relationis, ita hic. Ad probationem dico, quod non poteſt creatura intelligi, niſi ſit effectus Dei, vel naturaliter, vel aptitudinaliter, ſed iſtud nomen effectus includit duplicem conceptũ in omnibus, excepta relatione, quia formaliter dicit conceptum relationis ad cauſam, & naturaliter, ſiue denominatiue includit omnem conceptum illius, in quo fundatur, quod formaliter non refertur: & cum vlterius infers, quod poſita eſſentia creaturæ & Deo, ſtatim arguitur relatio & dependentia ex parte creaturæ, verum eſt aptitudinaliter, vel fundamentaliter, vel denominatiue, ſed non formaliter, inquantum eſt creatura dicit conceptum duplicem. Et cum vltra dicis, ſi per eſſentiam diſtinguitur, ergo non diſtincta, concedo, quod per eſſentiam ſuã quę cunque creatura diſtinguitur, & primo a Deo, & a quocunque alio, ſed ſecundario p accidens, & cõiter per relationem. ¶ Ad aliud dico, ꝙ in ad aliquid eſt mutatio. quære Marcum & Varronem.

¶ Ad aliud dico, quod accidentia ſunt entia, quia entia, verum eſt effectiue, quia ab ali-

quo-

quo efficiuntur, & cauſantur ad hoc quod ſint eſſentia. cũ hoc tamen ſtat, ꝙ ſint entia in ſe formaliter alia a ſubſtantia.

CONTRA, relatio ſi ſit alia realitas a realitate fundamẽti, ergo illa realitas, aut erit formaliter alia habitudo, aut aliquid aliud præter habitudinẽ. ſi ſit aliud ab habitudine. ergo eſt abſolutum quod eſt impoſſibile, quia diuidentia ens ſunt impoſſibilia, ens ad ſe, & ad aliud ſunt talia, ergo eſt indifferens, & indiſtincta ſm ſe ad oẽm habitudinẽ hanc & illã, & ꝑ conſequens genus relationis non hẽt propriũ diſtinctiuũ in gñe ſuo. Illud nihil valet, quia dico, ꝙ q-ditatiue eſt alia realitas a realitate fundamenti, ergo indifferens, falſum eſt, quia omnis relatio creaturæ ad Deum fundatur ſuper tertium modum relatiuorum quia ſuper rationem menſuræ & menſurati, vel ſuper primum & ſecundum, & determinatę & diſtinctæ habitudines & maxime relatio exiſtens in alio cum ſit accidens, maxime erit diſtincta, quia exiſtit in diſtincto, ſicut albedo, licet per ſe ſit indifferens, vt exiſtat in aliquo ſuppoſito, ſemper eſt neceſſario determinata.

CONTRA, Auguſt. 5. de trinit. cap. 5. docens naturam accidentis dicit, quòd non ſolet dici accidens, niſi ꝙ aliqua mutatione accidẽtis amitti poteſt, tunc arguo ſic. illud quod non eſt amiſſibile, non eſt accidens. ſed aliqua relatio nulla mutatione accidentis amitti poteſt, ergo non eſt accidens. probatio minoris. impoſſibile eſt intelligere eſſentiam lapidis amittere rationem exemplati ad intellectum diuinum, vt exemplar. ratio exemplati dicit relationem, ergo non eſt accidens.

¶ Item, ſi ſit aliud a ſua relatione, ergo illa relatio quæ refe retur habebit aliam relationem, qua referetur, & illa aliam, & ſic erit proceſſus in infinitum, quia ſecundum Auguſt. 7. de trinit. cap. 5. omne quod relatiue dicitur, eſt aliquid excepto illo, quod relatiue dicitur.

¶ Item, tunc eſſentia lapidis neceſſario dependet ad Deum, & quælibet alia res relatiue habet quatuor terminos, quia eſſentia creaturæ abſolute eſt dependentia ad Deum. & ſimiliter relatio vt quædã res alia dependet ad Deum, ergo includit alios terminos: ergo quatuor termini, duo reales in creatura, duo ſecundum rationem ex parte Dei.

AD PRIMVM dicitur, ꝙ Augu. diſtinguit ibi duplex accidens, ſcilicet ſeparabile & inſeparabile. ſeparabile poteſt amitti, non inſeparabile. Ad minorem, cum dicis, ꝙ relatio nulla mutatione amitti poteſt, manente ſubiecto denominatiue relato, ſed nõ eſſentialiter. ergo non eſt accidens. non ſequitur, ſed eſt fallacia conſequentis ab aliquo habente plures cauſas veritatis, ad vnã: non. n. ſequitur nulla mutatione amitti poteſt, ergo non eſt accidens, quia accidens inſeparabile non poteſt amitti, & tamen eſt accidens.

CONTRA, ſi hoc eſt verum, quod ſm ſubſtantiam dicitur, ſm accidens dicitur, cõſequens eſt falſum. probatio conſequentiæ. nihil deſtruitur deſtructo ſubiecto, qđ nõ eſt eſſentiale ſubiecto. ergo ſi ſubiecto de-

deſtructo deſtruatur relatio, vel econuerſo, deſtructa relatione neceſſario deſtruitur ſubiectū. ſequitur ꝙ vnum eſt de eſſentia alterius. ¶ Ad hoc dicitur, ꝙ pec cat ſecundum fallaciam conſequentis, quia & ſi dicat Auguſt. ꝙ omne accidens eſt mutabile, non tamen dicit, ꝙ omne muta bile ſit accidens, ſed eſt conſequens ab inferiori ad ſuperius affirmando.

CONTRA, Auguſt. probat hanc paſſionem. ſ. eſſe acci dens de ſubiecto per hoc medium quod eſt eſſe mutabile. ſed ego arguo eodem modo, qa eſt accidens, igitur mutabile, & non econuerſo. ¶ Ad hoc dicitur, ꝙ mutabile non eſt mediū, ſed quia de ſe eſt mutabile. igitur quod non eſt mutabile, non eſt accidens, non valet pro accidente inſeparabili. ¶ Ad ſecundū dico, eſſentia creaturę nullam dependentiam dicit formaliter circunſcripta relatione ad Deū, ſed formaliter refertur per relationem, & denominatiue ex ſe, quia denominatur relatione, quę eſt formalis dependentia ad Deum: & cum dicis, ergo rela tio habebit aliam relationē, qua formaliter refertur. nego conſequentiam, quia relatio ſeipſa tā tum refertur ad Deū, & ibi erit ſtatus, nec erunt duo termini ex parte ſubiecti, niſi materialiter, vel denominatiue tantum, ſed formaliter termini erunt ex parte illius, qua refertur formaliter, & correlatiuum eius. ¶ Item illa relatione non refertur aliquid formaliter, & primo, qua circun ſcripta refertur nihilominus, ſed circunſcripta omni dependentia, & relatione creaturę, manen te creatura non minus ipſa ex ſe intrinſece dependet ad Deum, ergo relatio creaturę ad Deum, eius dependentia erit eius eſſen tia. ¶ Item, ideo vnum non dependet ex alio totaliter, quia eſt aliquid ſecundum quod nō refertur ad aliud. ergo per oppoſi tum cum creatura dependeat formaliter ad Deum, & totaliter eius dependentia erit eius eſſentia. ¶ Item ens diuiditur per creatum & increatum ſufficien ter. ergo omne quod non eſt creatum, eſt increatum, quia di uidentia prima euacuant totā naturam diuiſi, ſed eſſentia crea turę per ſe eſt extremum creationis. ergo eſt creatura. ergo includit formaliter reſpectum. ergo &c. ¶ Item quandocunque aliquid prędicatur de aliquo primo, & per ſe, & paſſiones eius prędicantur de eodem per ſe ſecundo modo. ſi igitur prędicatur de lapide, & omnes paſſio nes eius prędicantur de eo, tam conuertibiles, quàm * diſtinctę, ergo ſicut lapis eſt eſſentialiter bonus vel vnus, ſicut creatum vel increatum. ¶ Ad primam rationem dicitur, quod minor eſt falſa, quia circunſcripta om ni relatione eſſentię abſolutę ad Deum, non refertur ipſa eſſentia in potentia, nec poteſt fieri circunſcriptio, niſi in intellectu tantum, & non in re, quia ſimul ſunt realiter, & eius dependentia. Exemplum, poſitis duobus albis, ſtatim ex natura extremorum oritur relatio ſimi litudinis, & tamen poſſet natura vtriuſque albi intelligi, & eſſe per potentiam Dei ſine relatio ne actuali ſimilitudinis, & ibi ſimilitudo eſt poſterior naturaliter natura extremorum, quia eſt effectus eorum. nec tamen pōt in-

a. l. disiun ctę.

intelligi, nec eſſe ſine relatione ſimilitudinis aptitudinali. per quancunque credo potentiam, niſi Deus mutaret alborum naturam, & tunc non eſſent alba, quia ex natura rei ſunt apta nata, vt ſint totalis cauſa ſimilitudinis. ¶ Ad ſecundum dicitur, ꝙ creatura non dependet totaliter ad Deum, niſi materialiter, & ſubiectiue loquendo de creatura, quę eſſentialiter includit duos cōceptus acceptos a duabus rebus, cuiuſmodi ſunt omnia prędicamenta, & res omniū prædicamentorum, excepta ſola relatione, quia res cuiuſlibet generis includit, & eſſentiam abſolute ſumptam, & creationem, & ſic formaliter non dependet ad Deum, niſi per relationem. ¶ Ad tertium dico, ꝙ quælibet res eſt creata, non tanquàm res vna includens formaliter dependentiam ad Deum, ſed omnis res excepta relatione, dicitur creata, tanquàm duæ res includentes dependentiam ad Deum formaliter per relationem, & ſubiectiue, vel denominatiue per propriam eſſentiam abſolutam, quę nata eſt naturaliter, & formaliter referri per relationem. ¶ Rationes pro poſitione non valent contra opinionem oppoſitam, & ideo reſpondeo ad illas. ¶ Ad primam, dicitur ad maioerm, ꝙ tale impoſſibile non debet poni, ꝙ includit contradictionem ex ratione intrinſeca illius, de quo ponitur, ita dicerent ipſi, ꝙ eſt in propoſito, quia poſito ꝙ Deus non eſſet, ponitur poſitio impoſſibilis & includens contradictionem illi, reſpectu cuius ponitur, nam intrinſece ipſa eſt eſſentia eſſentialis dependētia ad Deum, & ideo poſito ꝙ Deus non eſſet, ponitur etiam ex hoc conſequenter, ꝙ creaturæ eſſentia non ſit, quia eſſentialiter eſt dependentia quædam ad Deū, & ideo ponitur incompoſſibile. ¶ Ad aliud conceditur, ꝙ eadē res includit multas formalitates. igitur realitates. nego conſequentiam, quia in multis eadē res habet multas formalitates acceptas ſub eadem re, diuerſimode ſignificantes illam rem, ſicut omnia attributa ſunt eadē realiter, & differunt formaliter, & eadē res in creaturis eſt ens, & vna, & bona, & ſic de alijs. & eadem albedo eſt albedo, & color. Vnde eſt fallacia conſequentis, ab aliquo habēte plures cauſas veritatis, ad vnam. ¶ Cum vlterius dicitur, ꝙ continet duas, igitur infinitas. Non valet, quia non eſt res in quocunque genere, & in relatione, quin cōtineat multas realitates. ſ. hæcceitatē, & naturam ſpeciei. & ſimiliter multas formalitates hæcceitatis, naturæ communis. & tamen hic non continet infinitas, quia nulla talis eſt, quæ ſit, vel contineat naturas, vel res infinitas, niſi illa ſola quę eſt īfinita, talis eſt Deus tantum.

DISPVTA. XXXVI.

Vtrum veſtigium ſit ratitudo.

VTRVM veſtigium, ſit ratitudo. ¶ Quod, ſic quodlibet præter primum componitur ex quod eſt, & quo eſt, vel ex eſſentia, & eſſe ex aliquiditate, vel ratitudine: ſed eſſentia rei eſt veſtigium in ſe re, ſicut eſſe in eo quod eſt, & ſic ratitudo in aliquiditate, ergo veſtigium eſt ratitudo.

CONTRA hoc arguitur, q; veſtigium non ſit ratitudo & & ratitudo non ſit in aliquiditate. Probatio, quia illa aliquiditas, aut eſt opinabile, & tūc cū tale ſit ficticium, & nihil ratitudo, fundatur in nihil a ficticio: aut aliquitas eſt res quiditatiua, & cum omnis talis ſit res rata, ſequitur, quòd ratitudo fundatur in ratitudine, & ita idem in ſe, & ſic erit proceſſus in infinitum. Item, aut aliquitas eſt poſitiuū abſolutum, & cum omne tale ſit exemplatum, & non ſit ficticium, & eſſe exemplatum eſt ratum. ergo ratitudo fundatur in rato. & ita fundatur veſtigium in veſtigio, aut reſpectiuum, & tunc fundatur in nihilo, quod eſt inconueniens: aut eſt dare aliquod aliud, in quo fundatur. ¶ Item, aut illa aliquitas determinat ſibi eſſe, ita vt eſſe clauditur in ſua intentione & tunc ſemper eſſet, & eſſet Deus: aut determinat in intentione ſua non eſſe, & tunc non poteſt fieri: aut eſt indifferens ad eſſe, & non eſſe, ſed omne tale eſt abſolutum, & per conſequens exemplatum, quia non ficticium. ergo vt prius. Item, quod reſpectus ratibilis non ſit ratitudo rei, quia omnis res eſt actiua ſua ratitudine, nulla res eſt actiua ſua relatione, ex 5. Phyſicorum. ¶ Item, quod ratitudo non ſit tantum reſpectus ad Deum. Probatio. Tum, quia plus differrent perſonę diuinę inter ſe, quàm Deus & creatura, quia tantū per reſpectum differunt rationis ex vna parte, & reali ex alia, ſed perſonæ diuinę differunt per reſpectus reales ex vtraque. ¶ Item, quę differunt formaliter, ſunt alia & alia formalitas, ſed abſolutum & reſpectiuum differunt formaliter. ergo ſunt alia & alia formalitas, ſed ratitudo eſt formalitas abſoluta, quia formalitas rei abſolutę eſt abſoluta. ergo ratitudo: ſed relatio non eſt formaliter ratitudo abſoluta. ergo ratitudo non eſt tantum relatio. *Philoſoph.*

¶ Item philoſophus. 4. Metaphiſi. reducit dicentes omnia apparentia eſſe vera ad hoc inconueniens, quòd omnia ſunt ad aliquid, ſed omnia eſſe ad aliquid denomiuatiue non eſt inconueniens, cum omnia ſint vel cauſa, vel cauſatum. ergo eſt inconueniens, quod omnia ſunt ad aliquid eſſentialiter. ergo reſpectus non eſt illud quo res ſunt ratæ, ſicut ponit poſitio prima. *4. Meta.*

¶ Ad quęſtionem dico, quod veſtigium non eſt impreſſio derelicta ex tranſitu gradientis cōformis ſibi ex ea parte, qua tangit in gradiendo, ſed ante mundi creationem intellectus & voluntas ferebatur ſuper mundum creandum, ex illo velle & intellectu ſequitur in tempore mundus, conformis illi velle & intelligere, ideo mundus eſt veſtigium Dei. Illud patet. 22. de ciuita. Dei. c. 9. Secundo dicendum eſt de differētia inter imaginem, vmbram, & veſtigium, & ſimilitudinem: ad cuius intellectum ſciendum eſt, quod omnia iſta important relationem & reſpectum, ſed ſimilitudo nō importat cauſalitatem, ſed veſtigium importat cauſalitatem ſecundum Aug. 83. q. q. 64. Vmbra habet confuſam conformitatem ad corpus interpoſitum. confuſam dico, quia videntes vmbram, ſcimus corpus interpoſitum

ſitum inter ſolem & vmbram, ſed neſcimus cuius figuræ, quia quandoque corpus rotundum facit aliã figuram in vmbra. imago repræſentat rem non ſecũdũ genus, nec ſpeciem tm̃, ſed ſecũdum indiuiduum, & ſecundum lineamenta, ꝙ ſcilicet lõga ſit, lata &c. veſtigium repræſentat rẽ medio modo. perfectius. n. vmbra, & imperfectius imagine, q̃a non repræſentat rem ſm indiuiduum, nec tantum ſm genus ſed ſm ſpeciem, vel ſm indiuiduum vagum,* ſic vidẽtes veſtigium cerui, ſcimus ꝙ tranſiuit ceruus, ſed neſcimus inde, iſte vel iſte. Sed angelus, vel anima quantum ad potentias vel actus importat ordinem vel diſtinctionem formalem in eadem eſſentia, ideo eſt imago Dei. veſtigiũ repræſentat Deum, vt eſt cauſa efficiens formalis & finalis, quæ appropriatur perſonis, tamen nõ tantum repræſentat Deum, vt vnum, nec ſecundum proprietates perſonales, ſed ſecundum appropriata perſonis. ſ. potentiam, bonitatem, ſapientiam, ſiue ſecundum triplicẽ cãſitatẽ.

CONTRA iſta arguit̃ de differentia veſtigij & imaginis. Cõtingit enim aĩal tranſiens nõ habere niſi vnum indiuiduũ ſpeciei, & tunc eſt ſpecie tota in indiuiduo illo. & tunc veſtigium, quod eſt ſimilitudo ſecundum ſpeciem, erit ſimilitudo ſecundum indiuiduum. ¶ Itẽ in Deo non eſt diſtinguere genus, nec ſpecies, nec indiuiduũ. ergo nõ eſt dare veſtigium Dei, ſi repræſentat ſm genus, vel ſpeciem. ideo aſſignat cauſam accidentalem veſtigij. ¶ Ideo eſt alia differentia, ꝙ veſtigium differt ab imagine, quia repræſentat partem quantitatiuam, imago totum. non aũt, ꝙ veſtigium repręſentat vniuerſale, & imago particulare. ideo quod derelinquitur ex tranſitu partis, ſimile parti eſt imago totius veſtigij. quia repſentat totũ aĩal rõne partis.

AD PRIMVM iſtorũ dico, ꝙ ſcientia eſt tantum de vniuerſalibus ſecundum Ariſto. & ſignificat ſubiectum eſſentiale ſcientiæ, non accidentale: nec eſt hic dicendum cum ſcientia põt eſſe de aliquo, cum quo cõuertuntur propoſitiones de vniuerſali, & de indiuiduo, vt de Deo, vel de ſole, tantum vniuerſale eſt ſubiectũ in ſciẽtia eſſentialiter. Vnde. 7. Met. Si aliqua ſciẽtia eſt de vno, vt de Deo, vel de ſole, eſt de Deo, ac ſi eſſent mille dij, patet ſecũdum cõmẽ. 6. Ethy. iõ ſciẽtia eſt de eo, vt de vl̃i, ac ſi eſſent plures, licet ſit ſingulare: ſic tñ conuertit̃ ſpẽs cũ indiuiduo, & repñtat indiuiduũ in vl̃i, ac ſi mille indiuidua eẽnt in illa ſpẽ. ¶ Ad aliud, in Deo nõ eſt genus, nec ſpẽs. Vñ ſm eos diſtinctio pſonarũ aſſimilat̃ magis indiuiduali diſtinctioni, q̃ ſpecificę, tñ relationes differũt quaſi ſpẽ. Vñ prout cõueniũt in eſſentia, vt vno, eſſentia eſt quaſi ſpẽs, iõ aliq̃d eſt in illa repñtans pſonas, quãtũ ad propria, aliq̃d quantum ad appropriata, quia perſonæ differunt, tamen conueniunt in aliquo. ¶ Ad poſitionẽ iſtorum dicũt falſum. ſi. n. ſigillũ imprimeret̃ ceræ delebitur, ita ꝙ nihil derelinquetur de ſculptura, & colatura, ſed dequãtitate eſt vmbra, ſi colatura, & totum, quo diſtinguitur ab illo ſigillo derelinquatur, non eſſet imago, ſed veſtigium: ſic hic derelictum ex pede, nõ eſt imago pedis.

pedis,niſi diſtinguat pedem ab alio eiuſdem ſpeciei. ¶ De alio dico, ꝙ res componitur ex aliquiditate & ratitudine, & res rationis ex aliquiditate ſolum, nõ ratitudine. Vnde per aliquiditatem intelligo,quod eſt per ratitudinem, illud quo exiſtens in aliquo,& habet eſſentiam,& omne exiſtens, ſicut lapidem eſſe eſt,quod eſt eius,& exiſtẽtia eſt, quo eſt: eſſentia etiam lapidis diſtinguitur in quo eſt, & quod eſt. igitur eſſentia quod eſt, & eſſe exiſtens quo eſſe,& ſic accipiendo eſſentiam eſt aliquitas pure potentialis,quæ non habet aliquam formalitatem, ſed eſt omnino informis de illa aliquiditate,quæ informis eſt reſpectu omnium ſuperuenientium, loquor ſicut philoſophi loquuntur de materia,vt in potentia ad omnes formas. ¶ Vnde materia ſic eſt in potentia, ꝙ ſi omnis forma tollatur, materia eſt tantum in anima,nec tamen forma aduenit rei in anima,quãdo aduenit materiæ,ſic aliquitas de ſe non eſt intelligibilis, nec eſt ens,tamen ratitudo prima adueniẽs ei,aduenit enti,qua eſt ens, & non enti,ſicut patuit de materia.Exemplum aliud, quantitas non eſt in ſubſtantia nõ quãta,tamen ſubſtantia ante omnẽ quantitatem eſt non quanta de ſe, tamen quantitas aduenit rei quantæ, & non rei non quantæ. Vnde per eſſe intelligo eſſe, vel rei,vel rationis:aliquitas, quod eſt ſicut homo humanitate eſt homo .Si quæratur quo humanans eſt,dicã ꝙ eſſe eſt. Et ſecũdum Boetium eſſe præter primum habet quo eſt,& quod eſt quæ non ſunt idem. Vnde Commentator,homo eſt per eſſe,eſſe aliquid humanitate.ergo.¶Oſtẽdo, ꝙ in omni intelligibili circa primum reſpectus poſitiuus ad Deum intelligitur vt de primo intellectu eius. ¶Item Commentator,eſt alia forma quę nõ mutuat hoc nomen eſt, & alia forma,quę ab alio mutuat hoc nomen eſt,& ſequitur de illis dicitur eſt in ordine ad ſuum principium, ideo cum eſſe intelligibile poſitiuũ primo intelligit eſſe, & eſſe eſt reſpectiuum.ergo &c. ¶Item Aug.6.de trini.c.4.quando intelligit hoc bonum ſimul intelligit illud cuius participatione eſt bonum.ſed intelligendo lapidem intelligit hoc bonũ. ergo ſimul intelligit bonum ipſum,non vt aliquid eius.ergo vt hoc refertur ad aliud. ¶Itẽ Diony.de diuin.no. ¶Item.6 phyſi. non poteſt intelligi aliquid habens cauſas niſi extrinſecæ cauſæ cognoſcantur vt pars. ergo vt terminans reſpectum. ¶ Item Commen.7 Meta.circa principium.¶Item, illud quo diſtinguitur ens a non ente, & hoc poſitiue eſt de primo eius intellectu;inquãtum eſt, ſed illud quo ens diſtinguitur a non ente, eſt eſſe. ſed illud eſſe eſt reſpectiuum.Probatio. quia illud eſſe vel eſt ipſum eſſe a ſe,vel ab alio eſſe,diuiſio patet per Aui.1. Meta.eſſe ab alio eſt, cui conuenit eſſe.ab alio dicit reſpectum,negetur ipſa minor,quia reſpectus non eſt primum, quo aliquid diſtinguit a Deo. Intelligendo. n. Deum abſolute,& lapidem abſolute,non intelligendo ſub ratione cauſæ vel cauſati, vel non ab alio,vel ab alio,erunt duo diſtincta,licet forte ab alio ſit primo notum. *6. Phyſi.*

CONTRA, nullus conceptus

ceptus proprius creaturę eſt ſimpliciter ſimplex, & primus cõceptus, quẽ habeo eſt ens. ergo intelligitur in cõi cõceptu priori, conceptus creaturæ proprius eſt poſterior conceptu entis, q̃a ens eſt cõe Deo & creaturæ, quẽ hic habemus, nõ eſt igit̃ ſimpliciter ſimplex, quia includit ens, & cõceptũ exprimentẽ Deũ, ſed dña inter cõceptũ cõpoſitũ de Deo & creatura, quia cõpoſitioni in cõceptu proprio de Deo nõ cor ñdet cõpoſitio in re ex eſſe & non eſſe, de eſſe, & hoc includit̃ in proprio cõceptu lapidis. ergo ſi in primo cõceptu entis nõ a ſe intelligit̃ ab alio. ergo hoc eſt, & non eſſe a ſe eſt ab alio. ¶ Dr̃ non ſequitur vltra conſequẽtia

CONTRA, iſta negatio nõ eſſe a ſe, dependet ab alia priori affirmatiue, in quã reducitur, non ab eſſe, quia tunc omne eſſe eſſet eſſe non a ſe. quod eſt falſum, quia Deus non eſt nõ eſſe a ſe, ſed eſt eſſe a ſe, relinquit̃ ꝙ dependet ab eſſe ab alio, tale includit reſpectum &c. ¶ Itẽ, in intellectu intelligitur eſſe per ſeipſum, ergo in intellectu creaturæ intelligitur oppoſitũ. ſ. nõ per ſe participatio, ita ꝙ ſicut Deus diſtinguit̃ a quolibet alio per eſſe a ſe ipſum, ſicut nõ Deꝰ primo diſtinguitur per oppoſitum, ſcilicet eſſe ab alio, ſicut eſſe participatum, quia nõ ꝑ ſe, ſiue ab alio opponitur ei, quod eſt per ſe, & participatio opponitur ei, quod eſt ipſum.

CONFIRMATVR, q̃a primæ differentiæ ſunt oppoſitæ, & includuntur in primo intellectu differentium. ¶ Item ſapientia prædicat̃ cõiter de Deo & creatura, quo igitur primo differunt ſapientia creata a Deo? non per ſapientiam, quia illa cõmunis analogice, ergo per aliã rem, quæ eſt de ſuo intellectu, qua diſtinguitur a Deo, puta, q̃a eſt qualitas accidentalis. ergo cum accidentalis includit reſpectus & prior & eſſentialior eſt cuius reſpectus, vel dependentia ad Deum ſcilicet eſſe a primo, vel ab alio, quàm ad ſubiectũ, & eſſe in alio. ¶ Item poſitiuus quæſiuit cum ab eſſe in loco cõſurgat prædicamentũ, & ab eſſe in tempore ſimiliter, quare ab eſſe in ſubiecto, nõ conſurgit ꝑdicamentũ. 11. ¶ Dicit Simplicius ꝙ aliqui reſpectus non ſunt de intellectu eorum, in quibus fundantur, & alij ſunt de intellectu eorum in quibus fundant̃, & ita eſſentiales ſecundum eũ, & ita in eodem prædicamento eſt talis reſpectu accidentalis ad ſubiectũ, ergo ille reſpectus eſt de genere quantitatis, ſicut eſt reſpectus ſecundum eum, quia albedo eſt in primo modo dicta per aliquid, quod eſt de primo eius intellectu, ſed analogia accidentis ad Deum eſt intimior & eſſentialior accidenti, quàm analogia eius ad ſubiectũ, quia eſſe in, poteſt ſeparari ab accidẽte, ſicut patet in ſaero, ſed nõ eſſe ab, ergo ſi illa eſt de eius intellectu multo magis iſta. ¶ Itẽ primum in ordine eſſentiali includitur in intellectu cuiuslibet poſterioris, ſed obiectũ eſſe, eſt primum in ordine eſſentiali, quia illud habuit res ab æterno, ergo includit̃ in eſſe cuiuslibet creati, ſed eſſe obiectũ eſt relatiuũ, cũ ſit in obijci, & ad aliud eſſe. ¶ Item, ſicut ſe habet cognitio perfecta cauſæ ad cognitionem perfectam cauſatorum, ita imperfecta ad imperfectã, ſed non

habetur perfecta cognitio cauſatorum, niſi habita perfecta cognitione cauſæ, ſicut patet in viſione Dei in patria. ergo nec imperfecta, niſi habita cognitione imꝑfecta ipſius cauſæ. ergo &c. ¶ Itẽ, qui nunq̃ inueſtigauit diffinitionẽ iuſti, nec q̃d eſt iuſtũ, audiẽs actionẽ eſſe iuſtã habet penes ſe, quo iudicet de illa actione, an illa actio ſit iuſta, an nõ, ſcilicet ipſum iuſtũ eſſentialiter, qualiter habet tñ conceptũ vt innatũ. ergo impreſſum audiendo hoc iuſtũ. ergo in impreſſione huius iuſti includit ipſum in eius intellectu. ¶ Itẽ indeterminata ſunt priora ordine eſſentiali, ſed ipſum eſſe eſt indeterminatũ, cũ ſit indeterminatũ negatiue, & ens analogũ priuatiue tñ. ¶ Tunc dico, ꝙ eſſe eſt id quo res eſt, & id quo res eſt aliquid hoc, vel illud eſt aliquitas. ſicut homo eſt aliquid humanitate. ſ. hõ, ſed nõ eſſe. ¶ Vñ in humanitate non includit eſſe, tunc dico, ꝙ hõ humanitate eſt hõ, ita ꝙ humanitas eſt aliq̃tas tñ, & nulla diſtincta ab eſſe, ſic aliquitas nullum eſſe ſibi determinat, nec erit in intellectu ens rationis, nec eſſe ratum. Vnde Aui. 5. Met. equinitas eſt tãtum eqnitas, nec vna nec multę, nec actu, nec potentia, nec in intellectu, nec extra, ideo humanitas vt ſic nullo modo eſt ens, nec rõnis, nec ratum, ſed tãtũ determinat ſibi conſignabilitatẽ, quod ſ. ſit ſignificabile per nomen, & hoc nõ eſt determinatũ ſibi q̃d eſt intelligibile, eſt enim ſignificare, quę nõ ſunt & poſſunt eſſe, nõ aũt eſt intelligere, niſi q̃ ſunt, vt dicit ibidẽ. Vñ ens prima impreſſione imprimitur in intellectu ſecundũ Auicen. Vnde nihil ſignificat Hircoceruus, ſimiliter tamen non poteſt intelligi, quod eſt impoſſibile.

Auic. 5. Met.

CONTRA, illud oẽ ſignificabile ꝑ nomẽ eſt eſſe aliquid cui poſſem⁹ nomẽ ĩponere, ſed ſm philoſophũ. 7. Met. nõ poſſumus nomẽ imponere, niſi illi q̃d intelligimus, ſi igitur aliquitas ꝑ te determnat ſibi eſſe ſignificabile, ergo, & eſſe intelligibile. ¶ Itẽ, quod determinat ſibi diffinibilitatẽ, determinat ſibi intelligilitatẽ ſed humanitas determinat ſibi vel homini diffinibilitatem, vt genus & differentiam, ergo &c. ¶ Item, intellectus diſtinguit humanitatem ab alijs intelligibilibus. ergo eam intelligit, quomodo etiam loqueremur de ea, niſi intelligeremus? non ſolum igitur quod intelligimus erit intelligibile, ſed etiã actu intellectum.

Phi. 7. Met.

AD PRIMVM iſtorum, imponere nomen eſt ad placitum. ideo poſſumus nomen imponere ei, quod non cognoſcimus, nec intelligimus, vt quoddam intelligibile, ſed ei quod intelligimus eſſe quoddã ſignificabile. Exemplum, nullus intelligit nihil, & tñ nihil eſt ſignificabile, & eſt intelligibile ſignificabile, licet non ſequat tunc, eſt intelligibile ſignificabile, ergo eſt intelligibile. ¶ Vñ quiditas omnino nuda præter eſſe nihil eſt, nec ens rationis, nec ratum, ideo tantum ſignificabile per nomen, & ideo non eſt intelligibile, quia non ens, tñ intelligibile ſignificabile, non tamen intelligibile.

AD SECVNDVM, minor eſt falſa. Humanitas, vñ humanitas, non eſt niſi humanitas tñ, nec determinat ſibi diffinibilitatẽ,

quia

quia vt ſic nec in gñe, nec ſpē, ſed tm̄ ſignificabile ꝑ nomē. Vñ ſi eſſet diffinibile & in gñe, ſilr & Hircocerũus. & ſimilia. ¶ Ad argumenta principalia. Ad primū in oppoſitū, q̄d intelligit̃ ꝑ aliquitatē. dico, ꝙ aliquitas nō determinat ſibi intentionē opinabilis, nec ratitudinis, nec rōnis, ſed determinat ſibi eē ſignificabile ꝑ nomē. ¶ Ad ſm̄ dico, ꝙ aliquitas, nec eſt aliq̄d abſolutū, nec reſpectus, ſed tm̄ aliq̄tas, & ſignificabile ꝑ nomē aliquitas. Aut eſt aliquid poſitiuū, aut nō. ¶ Dico, ꝙ poſitiuū, ſed ꝑ illud poſitiuū nō intelligo, nec ens abſolutū, nec reſpectiuū, ſed tm̄ ſignificabile per nomē. ¶ Ad tertiū dico, ꝙ nec includit ſibi eſſe, nec non eſſe, ſed tantū eſt ſignificabile per nomen.

CONTRA, ſi nō determinat ſibi eſſe. ergo de ſe eſt nihil, ſed in nihil nec pōt recipi eſſe, nec ratitudo alia, ergo in eo nō fundat̃ reſpectus ad Deum, nec eſſe. ¶ Rñdeo ſignificabile ꝑ nomen eſſe nihil, pōt intelligi dupl̃r. Vel ꝙ ſignificabile, q̄d eſt, a, determinet ſibi nō eſſe, & nihil. & ſic chimera eſt non ens, & ſignificabile ꝑ nomē, q̄d determinat ſibi ſemꝑ nō eſſe. Alio mō. a. eſt nō ens, & vel quia nō determinat ſibi eē, nō tñ determinat ſibi nō eſſe, ſed poſſibile eē indifferēs ad eſſe, & nō eſſe, tale pōt recipere eſſe, & reſpectū, al̃r creatio erit impoſſibilis, q̄d eſt contra articulū fidei. ¶ Vñ q̄d ante creationē fuit poſſibile obiectiue, ſiue vere nihil, tñ determinauit ſibi nō eſſe, ita ſemꝑ in intētione ſua non intelligitur eſſe tale, poteſt fieri, & eſſe.

CONTRA, ſaltē hō componit̃ ex ente & nō ente, nō abſolute, ſed ex ente & nō ente de ſe ęquiuoce, cū entitate poſitiua, q̄ eſſe recipit, ſicut materia prima, ex quo ꝑ ſe de ſe nullum hēt eſſe in effectu, ſed tm̄ in aīa, nec tñ ſequit̃, ꝙ forma recipitur in ea, vt hēt eſſe in aīa tm̄. ſ. in eo, q̄d ſm̄ ſe non hēt eſſe, niſi in aīa tm̄, tñ eē extra ꝑ aliq̄d aliud. ſ. ꝑ eſſe ipſius formæ. Silr̃ patet de quantitate, vt ſupra, ita ratitudo recipitur in aliquitate rata, q̄ de ſe eſt nihil, rata tñ ipſa ratitudine, nunq̄ tñ recipit̃ in non rata, ſed in nō rata ex ſe tm̄, & hoc eſt neceſſariū. Cū dr̃ vltra, ꝙ eſt exemplatū, falſum eſt, nec eſt. n. fictitiū, nec exēplatū. ¶ Ad quartū, res rata agit ſua ratitudine &c. falſum eſt. Vñ eſſe rei nulli enti creato eſt rō agēdi, hoc eſt elicitiua actionis, inquantū eſſe aliquitas abſoluta formalis ſub ratitudine, calore eñ calefaciēti cālitate tribuit, non ſuo eſſe, quia tūc nō plus ageret ad calorē, q̄ frigus, q̄a eē eſt indifferēs, & eiuſdē rōnis ſm̄ Boetium de ebdo. ergo res nō agit ratitudine. i. illo eſſe, quo ēt res rata eſt formal̃r. Si accipis ratitudinē ꝑ re, q̄ rata eſt, ſic ratitudo nō eſt reſpectus, ſed res abſoluta.

CONTRA, tūc non ſequitur in ſuo intellectu reſpectus. ¶ Dico, non eſt forma abſoluta, niſi per eſſe, & reſpectiuū, tñ reſpectus non eſt eius abſolutio, ſed tñ reſpectus, ſiue eē, eſt quo res eſt abſoluta. Vñ res agit aliquiditate, non aliquiditate nuda ab ente, q̄d eſt nihil, ſed aliquiditate, vt ſub eſſe. ¶ Ad aliud, creatura minus differret a Deo, q̄ perſonæ diuinæ abinuicē, dico ꝙ non ſequit̃. ¶ Vñ male imaginat̃. ſ. ꝙ creatura non ſit niſi reſpectus, hoc eſt falſum, ſed di-

co, ꝙ omne creatum componit ex reſpectu, & aliquiditate. Vñ creatura ē aliqtas abſoluta ſub reſpectu, tñ vt abſoluta includit *reſpectum. ideo creatura differt a Deo aliquitate abſoluta, vt lapis lapiditate, non includente ad aliud in ſua aliquitate. ¶ Ad aliud, quod differunt formalitate, non ſunt formalitas vna & cætera. Dico, quod ratitudo eſt formalitas reſpectiua, non abſoluta.

*a. l. reſpectiuum.

CONTRA, aliquitas vt ſic. nec eſt abſoluta, nec reſpectiua, ergo non eſt quo ſubſtãtia eſt rata & abſoluta, & ratitudo. ſ. reſpectus non eſt quo res eſt abſoluta, vel rata, ergo ratitudine non eſt ſubſtantia abſoluta, vel rata. ¶ Rñdeo. Sicut materia eſt ens extra intellectum, circunſcripta oī forma. forma tñ, quæ eſt diſparata a materia, quæ nõ eſt materia, eſt qua formaliter materia ē materia extra, & quo habet eſſe in re extra, quia de ſe materia nõ eſt extra. ¶ Similiter ſubſtantia de ſe non hēt partem extra partem, ſubſtantia eſt quiditas, tñ eſt quædam forma diſparata a ſubſtantia, ſicut reſpectus ab abſoluto, quo formaliter ſubſtantia habet partes extra partes de genere ſubſtantię, ſic reſpectus ex quo aliquitas eſt rata, & abſoluta. ¶ Vnde ſi eſſe differt realiter ab eſſentia, eſſentia vt nuda ab eſſe, nullum eſſe habet extra: de ſe tamen eſſe reperitur in eſſentia, quia ſm illos eſſe eſt primus actus, quo eſſentia eſt eſſentia extra, ſic formalitas reſpectiua eſt illud quo aliquitas, q̃ de ſe eſt abſoluta, ſit abſoluta. ¶ Ad illud philoſophi dico, quod illa eſt falſa. creatura eſt tantum ad aliquid, & non eſt aliquid præter ad aliquid, tamen eſt tale per reſpectum, vt per eſſe. Vnde cum in omni creatura eſt, & quo eſt in omni creatura, eſt aliquid præter ad aliquid &c.

Laus Deo. Finis.

Ad Laudem, Honorem, & gloriam omnipotentis Dei, eiuſque illibatæ Genitricis, Virginis Mariæ, Seraphicique Patriarchæ Diui Franciſci, & vtilitatem Chriſti fidelium, præſertim Sacroſanctæ Theologiæ ſtudioſorum, hic eſt finis Collationum, ſiue Diſputationum collationalium, Ioannis Duns Scoti, ordinis minorum, Theologorum omnium eminentiſſimi, Scholæque ſubtilium vexilliferi, Qui obijt anno Domini. M. CCCVIII. Nunc à mendis repurgatæ per Saluatorem Bartolucium de Aſſiſio, conuentualem Franciſcanum, artium, & ſacræ Theologiæ Doctorem, doctrinæque Scoticæ locupletatorem, atque in florentiſſimo magnæ Domus Venetiarum Gymnaſio Regentem. M. D. LXXX.

INDEX COLLATIONVM, ſiue diſputationũ collationalium, Ioannis Duns Scoti, Doctoris ſubtilis: in quo primus numerus indicat diſputationem, ſecũdus paginam, tertius columnas.

Collatio prima.

VTRVM tantum ſit vna prudentia reſpectu omnium agibiliũ, ita ꝙ ad dirigendum oẽs actus morales in ſuos fines ſufficiat vna prudentia ſpecie. pag.3.1

2 Vtrum voluntas poſſit amouere intellectũ habituatũ ab vno dictamine ad aliud dictamen. 12.2

3 Vtrum dictamen intellectus ſit primũ principiũ actiuum reſpectu electionis. 19.1

4 Vtrum voluntas poſſit peccare, eliciendo contra dictamen rationis rectę. 22.2

5 Vtrum voluntas creata poſſit peccare. 23.2

6 Vtrum habitus perficiens aliquam potentiam ſit principium actiuũ actus, ita ꝙ per habitum tanquàm per principium elicitiuum, vel actiuum eliciatur actus. 24.2

7 Vtrum intellectus poſſibilis ſit actiuus in cauſando actum intellectus. 34.2

8 Vtrum actus intelligẽdi ſit ab obiecto effectiue. 40.2

9 Vtrum intellectus circunſcripto omni actu volũtatis, poſſit aſſentire omni per ſe ſcibili. 47.1

10 Vtrum ad hoc, ꝙ intellectus aſſentiat alicui vero, requiratur aliqđ lumẽ infuſum. 48.1

11 Vtrum ad hoc, ꝙ intellectus noſter videat Deũ in p̄ſentia, requirat lumẽ infuſum. 51.1

12 Vtrum intellectus poſſit quietari in aliqua relatione ſimpliciter. 57.1

13 Vtrum per naturalem inueſtigationem poſſimus de Deo cognoſcere quid eſt. 62.2

14 Vtrum voluntas naturaliter determinetur ad aliquid volendum. 66.2

15 Vtrum voluntas informata charitate, poſſit non velle Deũ viſum per eſſentiam in patria. 68.1

16 Vtrum apprehenſo in vniuerſali fine vltimo, voluntas poſſit non velle illum. 70.1

17 Vtrum volũtas neceſſario velit finem vltimum, ſibi oſtenſum a ratione. 72.2

18 Vtrum voluntas per aliquid aliud ad ſe, vt per habitũ gratiæ vel glorię, poſſit neceſſitari, vt non poſſit velle, vel non velle finem vltimum, ſibi clare oſtenſum. 79.1

19 Vtrum voluntas poſſit peccare eliciendo contra dictamen rationis rectæ. 81 2

20 Vtrum hæc eſſentia diuina, vt hæc diſtincta ſeipſa, vt concipitur ſub omni ratione attributali ſpeciali, ſit primum obiectum intellectus. 82.2

21 Vtrum eſſentia diuina ſub eadem ratione formali ſit obiectum intellectus diuini, & intellectus beati, ita ꝙ ſub eadẽ ratione formali terminet actum viſionis diuinæ, & actũ viſionis beati. 86 2

22 Vtrum eſſentia Dei ſecundũ ratio-

rationem eſſentiæ ſit aciei intelligentiæ principium formale intelligendi. 89.1
23 Vtrum attributa diſtinguantur ex natura rei. 90.2
24 Vtrum cum ſumma ſimplicitate perſonæ diuinæ poſſit ſtare pluralitas reſpectuum realium in eadē natura ante omnē actum intellectus. 95.2
25 Vtrū eſſentia ſola ſit principium formale producendi, non vt determinata relatione. 98.1
26 Vtrum perſonæ diuinæ ſint relatiuę. 100 1
27 Vtrū intellectus paternus ſit principium formale producēdi verbū in diuinis. 102.2
28 Vtrum verbum diuinum ſit de eſſentia diuina, ſicut de quaſi materia. 106.1
29 Vtrum voluntas in diuinis, vt concors, ſit principium formale ſpirandi ſpiritum ſanctum. 113.1
30 Vtrum alia a Deo ſint volita neceſſario ab eo, ad eſſe exiſtentiæ. 114.2
31 Vtrum theologia Dei ſit practiua, vel ſpeculatiua. 117.2
32 Vtrum eſſe intelligibile creaturæ præſupponat trinitatem perſonarum. 122.2
33 Vtrum ad intellectionē, qua Deus intelligit lapidem & aſinū, præexigantur reſpectus diuerſi & rōnes diuerſę 129.1
34 Vtrum intelligi lapidis a Deo neceſſario concomitetur in lapide aliquod eſſe reale extra intellectum diuinū. 133.1
35 Vtrum relatio creaturę ad Deum, ſit realiter ipſa eſſentia creaturę, vel alia res ab eſſentia creaturæ. 135.2
36 Vtrum veſtigium ſit ratitudo. 141.1

FINIS.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K.

Omnes ſunt quaterniones, præter K. duernionem.

VENETIIS,

Alexander Gryphius Excudebat, Sumptibus Hæredum Melchioris Seſſæ.

M D LXXX.